NAZIONALE
BIBLIOTECA
CENTRALE V. E. II
8
9 K
12
ROMA

Digitized by Google

NOVÆ

DECLARATIONES CONGREGATIONIS S. R. E. Cardinalium,

Ad Decreta Sacroſ. Concil. Trident. iiſdem Declarationibus conſerta, & habito ſanctæ ſupremæ Hiſpaniarum Inquiſitionis Conſilio permiſſæ:

Additis pereruditis Obſeruationibus, quibus Concilij præſcripta, affuſo vbertim, ex Theologia, & Canonum diſciplina, lumine colluſtrantur.

Omnia nunc primùm vulgata,

Ex Bibliotheca Illuſtriſſ. CARDINALIS ROBERTI BELLARMINI. F. M.



LVGDVNI,

SVMPTIBVS LAVRENTII DVRAND.

M. DC. XXXIV.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

8. 9. K. 12

ILLVSTRISSIMO DOMINO

D. CLAVDIO EXPILLI EQVITI, D. DE LA POEPE,

IN DELPHINATIVM CVRIA PRÆSIDI, IN ARCANO STATVSVE REGIS Cónſiſtoriis Conſiliario, & apud Subalpinos Delegato, &c.

REDEO tandem in patrium ſolum, emenſo benè vaſti maris circuitu, tota Italia, Hiſpania, Belgióque, graui cura, grauiore ſumptu enauigatis, (VIR AMPLISSIME.) Redeo, (inquam) non plenâ, ſed vacuâ, & vix ſaluâ naui, quippe continuis aduerſæ fortunæ flatibus iactatâ miſerè, malè feriatorum conatibus concuſſâ fœdè, non ſemel ab incautis vectoribus velut ad fatalem Siculi freti ſcopulum alliſâ; ad eáſque prouectâ cautes, vbi extremum paternarum opum multis annis antè quæſitarum naufragium adiiſſem propè, niſi longioris circumuectionis tædio ad antiquos lares applicaſſem.

VNVM eſt quod me tot defunctum periculis, tot procellis iactatum, tam longis itineribus fractum

 recreet

recreet atque ſuſtentet, quòd auſpicatò ex inauſpicata cæteroqui nauigatione tanquam alter Iaſon, non Phryxæi vellus arietis è Colchide, ſed purpureum purpuratorum Patrum vellus pluſquam aureum, Eminentiſſimorum ſcilicet Eccleſiæ Principum oracula & Deciſiones, ab inſtructiſſimo librorum penu eductas Romæ dono acceperim, non tàm meo chalcographio, quàm tuo euulgandas nomine; nec alteri, quàm tibi, (cui mea à puero ſeruiunt omnia) conſecrandas. O feliciter ſuſceptos labores meos! ô fortunata pericula! ô felices errores meos! Si æquis oculis nouum hoc munus, tuum iſtud vellus aſpexeris; te vnum ſcilicet reſpicit altera Eccleſiæ purpura tuæ irritata ſplendore: vt ſibi pariter ac tuæ, quâ micas, Prudentiæ, Comitatis ac Iuſtitiæ, virtutum & ſcientiarum omnium luce nouum lumen accendas. Veniunt ad te ſacræ purpuratorum Patrum Deciſiones, vt dum purpuratus in nobiliſſimo Delphinatium Senatu de re quauis ſapientiſſimè decernis, non profanæ modò, ſed ſacræ Reipublicæ negotia, vt Galliæ, ſic Italiæ, Hiſpaniæ, atque adeò toti terrarum orbi pro ſummo iure decidas, feſtinant ad te diuina hæc SS. Eccleſiæ Principum oracula, vt & à tuis excipiantur magnificentiùs, & ab editis à te tot voluminibus grauiori pompa & honore celebrentur.

Ero nunc certè ſi vnquam aliàs illi antiquo Iaſoni propior, non quòd vnum me poſt tot caſus alterum Iaſonem hoc inuento aurei velleris theſauro nuncu-

parim,

parim, ſed quòd tui nominis famam ſatis iam totâ Galliâ peruagatam, exteris etiam nationibus ipſo Iaſone optarim efficere celebriorem. At longè poſthac Iaſone feliciorem me futurum ſpero, ſi per te non modò patriam, ſed & paterna iura iniquè à nonnullis vſurpata mihi adire liceat; eóſque propriis mihíque hæreditario iure partis emouere ſedibus, quos meorum incuria, & iniuria temporum illuc aliquando promouit. Quid non poſſit oblatus ac tibi ſacer theſaurus hic meus, imò tuus potius quàm meus: quid non valeat aureum & purpureum hoc vellus tibi cum Romano commune? quid non præſtent diuina illa tot Eccleſiæ Principum oracula? quid non ſacræ illæ Concilij Deciſiones? Hoc vnum certè iam auſpicatò addicunt fore, vt paterni fundi vindicias ab iniquis poſſeſſoribus abiudicatas & abductas, reduci mihi (tanquam alteri Iaſoni) aureum vellus iſtud Phryxæo longè ſanctius atque nobilius, è tam lônginqua nauigatione reportanti adſcribas atque decernas.

Amplitudinis Veſtræ

Cliens humillimus, omni nexu deuinctiſſimus,

LAVRENTIVS DVRAND.

LECTORI BENEVOLO,

LAVRENTIVS DVRAND, *Bibliopola.*

OPus tibi damus, quod antehac lucem non viderat, LECTOR BENEVOLE: Nouarum illud quidem Declarationum S. Tridentini Concilij, titulum præfert; ſed cui prætereà, iure ex inſignibus aliis pleriſque Canonicæ & Theologicæ doctrinæ opibus, quibus reuerâ abundat, decus nomenclaturæ potuerit accedere. Quòd temperati ingenij & moderationem amantis animi non ſit, efferre ſua, malumus rem experimento tuo per ſeriam operis peruolutationem committere, quàm noſtra præ anterioribus editionibus iactando, de pudore periclitari. Illud tamen celare religioni fuerit, quod ad æternum huius operis decus, referre videtur permagni; Virum nunquam intermoriturī in Eccleſia nominis, & inter æui noſtri eruditos micantiſſimum ſidus, CARDINALEM BELLARMINVM, hoc opus penes ſe habuiſſe, & inde à nobis fuiſſe deprómptum, beneficio Perilluſtris Domini Abbatis S. Praxedis. Hoc præmonere, Lectoris intereſſe, noſtri verò eſſe officij, exiſtimauimus. VALE.

APPRO

APPROBATIO.

ISTud commendat opus, & res de quibus in eo tractatur, Concluſiones nimirum ſacri Concilij Tridentini, & Authoris eiuſdem celebre nomen, Illuſtriſſimi ſcilicet Roberti S. E. Romanæ Cardinalis Bellarmini: prodit autem meritò in lucem ipſum opus. Ita dicimus. Dicimus & idem de Diui Anſelmi opuſculis variis, quæ item typis demandantur. Cum Eccleſiæ enim ſanctæ opinione omnia illa conueniunt, ſicut & Euſtathij opera Leone Allatio Interprete. Actum Lugduni die Diuo Ludouico ſacra, 1628.

Fr. ROBERTVS BERTHELOT, Epiſc. Damaſci.

Frater IVLIANVS IOVBERT, Magiſter & Prior Conuentus Lugdunenſis, Ordinis Prædicatorum.

Frater CLAVD. COCHET, eiuſdem Ordinis.

Summa Priuilegij Regis Chriſtianiſſimi.

REGIS Chriſtianiſſimi Priuilegio, dato Belcarij decimo Iulij 1629. cautum eſt, ne quis in prouinciis ſuæ ditioni ſubiectis præter LAVRENTIVM DVRAND, Bibliopolam Lugdunenſem, aut de illius voluntate, opus hoc, cui titulus eſt, *Noua Declarationes Congregationis S. R. E. Cardinalium*, ex Bibliotheca Cardinalis Bellarmini, intra ſexennium à die impreſſionis computandum, mandare typis queat, ſub pœnis in eo contentis.

De mandato Regis,

COVPEAV.

Acheué d'imprimer le quinzieſme iour de Iuin, 1633.

Excerpta

Excerpta ex Decretis Summi Pontificis & Generalis Inquiſitionis Hiſpaniæ.

His Declarationibus ſacræ Congregationis Concilij nullam fidem eſſe in iudicio, vel extra à quoquam adhibendam, ſed tantùm illis, quæ in authentica forma ſolito ſigillo, & ſubſcriptione Eminentiſſimi Cardinalis Præfecti, ac Secretarij eiuſdem S. Congregationis pro tempore exiſtentium munitæ fuerint, eadem S. Congregatio ex ſpeciali Sanctiſſimi D. N. Vrbani diuina prouidentia Papæ VIII. iuſſu mandauit, & præcepit Romæ die 2. Auguſti 1631. Et Conſilium ſanctæ & generalis Inquiſitionis Regnorum Hiſpaniæ cum huiuſmodi declaratione, poſſe liberè, & licitè à quocumque vendi, & retineri cenſuit. Matriti die 7. Octobris 1633.

INDEX

INDEX DECRETORVM CONCIL. TRIDENT.

SESSIO I.

Decretum de inchoando Concilio. 1

SESSIO II.

Decretum de modo viuendi & aliis in Concilio ſeruandis. 2

SESSIO III.

Decretum de Symbolo fidei. 5

SESSIO IV.

Decretum de Canonicis ſcripturis. 8
Decretum de editione, & vſu ſacrorum librorum. 9

SESSIO V.

Decretum de peccato originali. 13
Decretum de reformatione. 16. 46. 122. 207. 249. 281, 488.

SESSIO VI.

Decretum de Iuſtificatione. 27
De naturæ, & legis ad iuſtificandos homines imbecillitate. 28
De diſpenſatione & myſterio aduentus Chriſti. ibid.
Qui per Chriſtum iuſtificantur. 29
Deſcriptio iuſtificationis impij, & modus eius in ſtatu gratiæ. ibid.
De neceſſitate præparationis ad iuſtificationem in adultis, & vnde ſit. 30
Modus præparationis. 31
Quid ſit iuſtificatio impij, & quæ eius cauſæ. ibid.
Quomodo intelligatur, impium per fidem, & gratis iuſtificari. 33
Contra inanem hæreticorum fiduciam. 34
De acceptæ iuſtificationis incremento. ibid.
De obſeruatione mandatorum, déque illius neceſſitate, & poſſibilitate. 35
Prædeſtinationis temerariam præſumptionem cauendum eſſe. 37
De perſeuerantiæ munere. 38
De lapſis & eorum reparatione. ibid.
Quolibet mortali peccato amitti gratiam, ſed non fidem. 39
De fructu iuſtificationis, hoc eſt, de merito bonorum operum, déque ipſius meriti ratione. 40
Canones de iuſtificatione. 41

SESSIO VII.

Decretum de Sacramentis. 59
Decretum de Sacramentis. 60
Canones de Baptiſmo. 63
Canones de Confirmatione. 67
Bulla facultatis transferendi Concilij. 103

SESSIO VIII.

Decretum de tranſlatione Concilij. 105

SESSIO IX.

Decretum prorogationis Seſſionis. ibi.

SESSIO X.

Decretum prorogationis Seſſionis. 106
Bulla reſumptionis Concilij ſub Iulio III. 107

SESSIO XI.

Decretum de reſumẽdo Concilio. 109

ẽ SES

SESSIO XII.

Decretum prorogationis Seſſionis. ibi.

SESSIO XIII.

Decretum de ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento. 110
De reali præſentia Domini noſtri Ieſu Chriſti in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento. 111
De ratione inſtitutionis ſanctiſſimi huius Sacramenti. 112
De excellentia SS. Euchariſtiæ ſuper reliqua Sacramenta. 113
De tranſſubſtantiatione. ibid.
De cultu, & veneratione huic ſanctiſſimo Sacramento exhibenda. 114
De aſſeruando ſacræ Euchariſtiæ Sacramento, & ad infirmos deferendo. 115
De præparatione quæ adhibenda eſt, vt dignè quis ſacram Euchariſtiam percipiat. 116
De vſu admirabilis huius Sacramenti. 117
Canones de ſacroſancto Euchariſtiæ Sacramento. 118
Decretum prorogationis definitionis quatuor articulorum de Sacramento Euchariſtiæ, &c. 133
Saluus conductus datus Proteſtantibus. 134

SESSIO XIV.

Doctrina de SS. Pœnitentiæ, & extremæ Vnctionis Sacram. 135
De neceſſitate & inſtitutione Sacramenti Pœnitentiæ. 136
De differentia Sacramenti Pœnitentiæ, & Baptiſmi. 137
De partibus, & fructu huius Sacramenti. 138
De Contritione. 140
De Confeſſione. 142
De miniſtro huius Sacramenti, & Abſolutione. 143
De caſuum reſeruatione. 150
De ſatisfactionis neceſſitate, & fructu. 155
De operibus ſatisfactionis. 158
Doctrina de Sacramento extremæ Vnctionis. ibid.
De inſtitutione Sacramenti extremæ Vnctionis. 159
De effectu huius Sacramenti. 161
De miniſtro huius Sacramenti, & tempore quo dari debeat. ibid.
Canones de ſanctiſſimo Pœnitentiæ Sacramento. 163
Canones de Sacramento extremæ Vnctionis. 168

SESSIO XV.

Decretum prorogationis Seſſionis. 191
Saluus conductus datus Proteſtantibus. 192

SESSIO XVI.

Decretum ſuſpenſionis Concilij. 194
Bulla celebrationis Concilij Tridentini ſub Pio III. Pontifice Maximo. 196

SESSIO XVII.

Decretum de celebrãdo Concilio. 198

SESSIO XVIII.

Decretum de librorum delectu, & omnibus ad Concilium fide publica inuitandis. 199
Saluus conductus conceſſus Germanicæ nationi. 200
Extenſio ad alias nationes. 202

SESSIO XIX.

Decretum prorogationis Seſſionis. ibi.

SESSIO XX.

Decretum prorogationis Seſſionis. 203

SESSIO XXI.

Doctrina de communione ſub vtraque ſpecie, & paruulorum. 203
Laicos & clericos non conficientes non adſtringi iure diuino ad communionem ſub vtraque ſpecie. 204
Eccleſiæ poteſtas circa diſpenſationem Sacra

Sacramenti Euchariſtiæ. 208
Totum,& integrum Chriſtum, ac verum Sacramentum ſub qualibet ſpecie ſumi. ibid.
Paruulos non obligari ad Communionem Sacramentalem. 206
Canones de communione ſub vtraque ſpecie, & paruulorum. ibid.

SESSIO XXII.

Doctrina de ſacrificio Miſſæ. 235
Canones de ſacrificio Miſſæ. 242
Decretum de obſeruandis,& euitandis in celebratione Miſſæ. 244
Decretum ſuper petitione conceſſione Calicis. 275

SESSIO XXIII.

Vera, & Catholica doctrina de Sacramento Ordinis ad condemnandos errores noſtri temporis. 276
Canones de Sacramento Ordinis. 279

SESSIO XXIV.

Doctrina de Sacramento Matrimonij. 333
Canones de Sacramento Matrimonij. 335
Decretum de Reformatione Matrimonij. 339

SESSIO XXV.

Decretum de Purgatorio. 451
De inuocatione, veneratione, & reliquiis Sanctorum, & ſacris imaginibus. 452
De Regularibus & Monialibus. 455
Decretum de continuanda Seſſione in diem ſequentem. 561
Continuatio Seſſionis. ibid.
Decretum de Indulgentiis. ibid.
De delectu ciborum, ieiuniis, & diebus feſtis. 566
De indice librorum, & Catechiſmo, Breuiario, & Miſſali. ibid.
De loco Oratorum. 567
De recipiendis, & obſeruandis decretis Concilij. ibid.
De recitandis decretis Concilij ſub Paulo III. & Iulio III. in Seſſione. 568
De fine Concilij,& confirmatione petenda à ſanctiſſimo Domino noſtro. ibid.
ACCLAMATIONES Patrum in fine Concilij. 569
CONFIRMATIO Concilij. 570
BVLLA S. D. N. Pij diuina prouidentia Papæ IV. ſuper confirmatione OEcumenici generalis Concilij Tridentini. 574

FINIS.

INDEX
CAPITVLORVM
CONCIL. TRIDENT.

A

AB aduentu, 365
Abbates, 495
Abbatibus, 308
Abbatiſſa, 472
Ad Cathedralium, 69
Ad conſummationem, 59
Ad maiores, 87
Adminiſtratores, 270
Ad minores, 295
Admones, 525
Aduerſus, 39
Anathemata, 491
Apoſtolus, 391
A ſententia, 125
Attendant. 475

B

Beneficia, 79
Bonifacij, 465

C

Capitula, 54
Capitulum, 120
Cauſſa criminales, 383
Cauſſa Epiſcoporum, 133
Cauſſa omnes, 440
Cenſura, 479
Caterum, 137
Circa, 148
Cogit, 505
Commune, 113
Concedit, 462
Conſuetudo, 115
Contingit, 515
Contritio, 140
Controuerſias, 480
Cum adoleſcentium, 324
Cum autem, 277
Cum beneficia, 215
Cum Catholica, 451
Cum dignitates, 400
Cum ea omnia, 783
Cum Eccleſiaſticus, 423
Cum etiam, 179
Cum ex eo, 191
Cum ex Notariorum, 373
Cum hoc tempore, 27
Cum honeſtus, 170
Cum illum, 227
Cum multa, 232
Cum non deceat, 209
Cum nullus, 321
Cum pleraque, 496
Cum precepto, 281
Cum propriè, 169
Cumque natura, 238
Cum ſcriptura, 278
Cum verò, 33.127
Cupiens, 450.458
Curent, 102

D

Decernit, 360. 439. 544
Declarat, 30
Demum, 155
Denique, 206
Deteſtabilis, 556
Diſpenſationes, 262
Diſponuntur, 31
Docet experientia, 351

Docet

Docet præterea, 138. 157

E

Eadem, 16. 46. 69. 122. 133. 207. 249. 281
Eccleſiarum, 51
Eccleſiis, 392
Epiſcopi etiam, 219. 253. 266
Epiſcopi per ſe, 293
Epiſcopi vt, 398
Epiſcopis, 48
Epiſcopus familiarem, 306
Epiſcopus quoſcumque, 172
Ergo Saluator, 112
Et cum ſanctâ, 233
Et quamuis, 237
Et quia, 184
Et quoniam, 129. 171. 236
Et ſi Miſſa, 241
Ex inſtitutione, 142
Expedit, 429

F

Facultatis, 90. 91

G

Graue, 362

H

Hac igitur, 40
Hac omnia, 497
Hac ſacroſancta, 105
Hanc, 31

I

Iam verò, 161
Illuſtriſſimi, 788
In commutationibus, 264
In Eccleſiis, 410
In electione, 470
In exemptorum, 94
Inferiori, 71
In monaſteriis, 476
In nomine, 5
In pluribus, 416
In quacumque, 484
Inſtituta, 158
Inſuper cum, 175. 275
Inſuper declarat, 205
Inſuper eadem, 9
Ita plerumque, 363
Itaque, 204
Iulius, 107
Iuſtitia, 355

L

Legati, 265
Libertati, 489
Liceat Epiſcopis, 385
Locorum, 83

M

Magnam, 536
Matrimonij, 333
Minores, 311
Monaſteria, 473
Monet, 241
Multi, 361

N

Nemini, 460
Nemo autem, 35
Nemo etiam, 188
Nemo quacumque, 70
Nemo quoque, 37
Nihil eſt, 249
Non liceat Capitulis, 88
Non liceat præterea, 189
Non poteſt, 555
Non ſunt, 54
Nulla quoque, 486
Nulli, 56
Nullus in poſterum, 313
Nullus itaque, 114
Nullus prima, 296

O

Omnes, 174
Optandum, 198
Optaret, 258
Ordinarij, 76
Ordinationes, 303

P

Patriarcha, 374
Paulus, 103

Pius, 196
Placet, 105. 109. 198
Poſtremo, 561
Prædicationis, 380
Præſentati, 92
Præterea declarat, 205
Præterea quia, 183
Præterea ſancta, 356
Prima, 294
Primum, 28
Principio, 111
Prohibet, 464
Prouincialia, 369

Q

QVæ alias, 395
Quæcumque, 230
Quam turpè, 546
Quamuis autem, 34
Quamuis excommunicationis, 506
Quamuis hæc, 106
Quamuis Presbyteri, 318
Quanta, 214
Quia illiterati, 225
Quia verò, 23. 177. 242
Quibus verbis, 29
Quicumque de cætero, 73
Quicumque in Cathedrali, 258
Quicumque poſthac, 251
Quicumque regularis, 495
Qui piè, 316
Qui verò, 38. 187
Quoad vſum, 117
Quo factum, 28
Quoniam ab Eccleſiaſtico, 207
Quoniam autem, 113
Quoniam igitur, 150
Quoniam nonn ignor, 455
Quoniam ob malitioſam, 535
Quoniam pleraque, 412
Quoniam priuilegia, 398
Quoniam ſub, 235
Quoniam verò, 130.278

R

RAtio, 515
Regularia, 185
Regularis, 483
Res porrò, 161
Reus, 120

S

SAcrificium, 276
Sacroſancta, 2.8.109.110.134.135. 192.194.199.202.203.235
Sancta Synodus, 302
Sic ergo, 34
Sicut, 527.556
Si ea, 136
Si in quibuſlibet, 367
Similiter, 38
Si non decet, 116
Si quem clericorum, 273
Si quis dixerit, 41.60. 63.67.118.163. 168.206.242.279.
Si quæ intra, 357. 335
Statuit, 516.554
Subdiaconi, 315

T

TAmetſi, 339
Teſtes, 132

V

VErum, 29
Vſum, 158
Vniones, 78
Vt etiam, 222
Vt fidelis, 391
Vt fides, 13
Vt paternâ, 548
Vt ſanctorum, 325

ORDO

8

ORDO LEGENDI DECRETA REFORMATIONIS PER

CONCILIVM TRIDENTINVM FACTA, diſtinctus per Titulos & Capita.

		Seſſ.	Cap. Reform.
Tit. 1.	*De fide.*		
Cap. 1.	*De facienda profeſſione fidei.*		
	Cogit temporum calamitas.	25	2.
§.	Prouiſi etiam vſque, Neminem.	24	12. paulò poſt init.
Cap. 2.	*De impreſſione, expoſitione, & legitimo vſu ſacræ Scripturæ.*		
	Inſuper.		Poſt Decretum de libris Canonicis.
Tit. 2.	*De ſacrorum Canonum obſeruatione.*		
Cap. vn.			
	Sicut publicè expedit.	25	18.
Tit. 3.	*De Conciliis Prouinciales, & Diœceſanis.*		
Cap. vn.			
	Prouincialia Concilia.	2.	2.
Tit. 4.	*De his quæ ad vniuerſi cleri reformationem ſpectant.*		
Cap. vn.			
	Nihil eſt.	22.	1.
	Quia verò.	14.	6.
	Quam turpe.	25.	14.
	Vt paternæ.	eiuſ.	15.
	Optandum.	eiuſ.	1.
	Admonet vſque illis verò.	eiuſ.	8.
	Quicumque de cætero.	7.	4.
	Cùm Eccleſiaſticus.	2.	7.
Tit. 5.	*De Epiſcopali functione.*		
Cap. 1.	*Qui, quales, & quomodo ad Epiſcopatum aſſumendi, & intra quod tempus conſecrandi.*		
	Ad Cathedralium.	7.	1.
	Quicumque.	22.	2.
	Si in quibuſlibet.	24.	1.
	Ad maiores.	7.	9.
	Eccleſiis.	23.	2.
Cap. 2.	*De reſidentia & honeſtate, Epiſcoporum.*		
	Eadem ſacroſancta.	6.	1.
	Cum præcepto, vſque, Eadem omnino.	1. 23.	
	Non poteſt.	15.	17.
Cap. 3.	*De Beneficiorum pluralitate Epiſcopis prohibita.*		
	Nemo.	7.	2.

Cùm

		Seſſ.		Cap. Reform.
	Cùm Eccleſiaſticus vſque Hæcque.			
	Quoniam pleræque, vſque In parochial.	24.		17.
	Adhæc in poſterum, vſque	eiuſ.		13.
	In iis.	eiuſ.		eod.
Cap. 4.	*De officio Epiſcopi in prædicando.*			
	Quia verò.	1.	2.	in princ.
	Prædicationis.	24.		
Cap. 5.	*De officio Epiſcopi in ordinando.*			
	Epiſcopi.	23.		3.
	Quoniam.	21		1.
	Ordinationes.	23.		3.
	Epiſcopus.	14.		3.
	Epiſcopus.	23.		9.
	Nulli Epiſcopo.	6.		5.
	Et quoniam.	14.		2.
	Abbatibus, vſque, Nec ipſi.	23.		10.
	Facultates de procendo à q.	7.		11.
	Nec ipſi, vſque Pœnam quoque.	23.	10.	palò poſt init.
Cap. 6.	*De officio, iure, & auctoritate Epiſcopi in viſitando.*			
	Patriarchæ.	24.		3.
	Beneficia.	7.		7.
	Capitula.	6.		4.
	Quæcunque in Diœceſi.	21.		8.
	Locorum ordinarij.	7.		8.
	Quæ aliàs.	24		9.
	Eccleſiarum Prælati.	6.		3.
	Epiſcopi vt aptis.	24		10.
	Omnes Eccleſiarum Prælati.	14.		4.
Cap. 7.	*De officio, iuriſdictione, auctoritate Epiſcopi in iudiciis ciuil. & crimin. tam in foro conſcientiæ quàm contentioſo.*			
	Eadem ſancta, vſque, Cùm igitur.	13.		1.
	Cum propriè.	14.		prœm.
	Cauſæ omnes, vſque, Legati quoque.	24.		20.
	In exemptorum.	7.		14.
	Inſuper cùm nonnulli.	14.		5.
	Quoniam priuilegia.	24.		11.
	Omnes Eccleſiarum Prælati.	14.		4.
	Præterea quià nonnulli.	eiuſ.		8.
	Legati quoque, vſque, Præterea, ſi quis.	24.	20.	in med.
	Cum igitur rei criminum.	13.	1.	in med.
	A ſententia.	eiuſ.		2.
	Legati ac Nuncij.	22.		7.
	Reus, ab Epiſcopo.	13.		3.
	Præterea ſi quis.	24	20.	poſt med.
	Cùm verò ram.	13.		4.
	Et quoniam.	eiuſ.		5.

Liceat.

Digitized by Google

		Seſſ.	Cap.	Reform.
	Liceat.	24.	6,	
	Apoſtolus monet.	eiuſ.	8,	
	Quamuis excommunicationis.	25.	3.	
	Quoniam ob malitioſam.	eiuſ.	10.	
	Diſpenſationes.	22.	5.	
	In commutationibus vltim. voluntatum.	eiuſ.	6.	
	Epiſcopi.	eiuſ.	8.	
	Adminiſtratores.	eiuſ.	9.	
	Cum ex notariorum imperitia.	eiuſ.	10.	
Cap. 8.	*Cauſa in Epiſcopos, apud quos, & à quibus tractandæ, & ſuſcipiendæ.*			
	Quoniam verò.	13.	6.	
	Teſtes.	eiuſ.	7.	
	Cauſæ.	eiuſ.	8.	
	Cauſæ.	24.	5.	
Tit. 6. Cap. vn.	*De iuriſdictione, ac poteſtate capituli Sede vacante.*			
	Capitulum Sede vacante.	24.	16.	
	Non liceat.	7.	10.	
	Pœnam quoque.	25.	10.	ſub fin.
Tit. 7.	*De Parochiis.*			
Cap. 1.	*Qui & quales creandi Parochi.*			
	Inferiora beneficia.	7.	3.	
	Expedit maximè.	24.	18.	
	Præſentati.	7.	13.	
	Decernit ſancta Synodus.	24.	19.	
	Prouiſi etiam, vſque, Neminem eius etiam.		12.	paulò pòſt init.
Cap. 2.	*De reſidentia Parochorum.*			
	Epiſcopis inferiores.	6.	2.	
	Eadem omnino.	23.	1.	ſub fin.
	In iis quoque ciuitatibus, ac locis.	24.	13.	poſt med.
Cap. 3.	*De beneficiorum curatorum pluralitate prohibita.*			
	Quicumque de cætero.	7.	4.	
	Ordinarij locorum.	eiuſ.	5.	
	Cùm Eccleſiaſticus.	24.	17.	
	Epiſcopi etiam.	21.	4.	
Cap. 4.	*De vnione beneficiorum, ſiue curatorum, vel non curatorum, cum curatis, ſiue non curatorum inter ſe.*			
	Vt etiam Eccleſiarum.	21.	5.	
	In parochialibus, vſque, In iis.	24.	13.	in med.
	Et quia iure optimo.	14.	9.	
	In vnionibus.	24.	13.	in med.
	Vniones perpetuæ.	7.	6.	
Cap. 5.	*De officio parochorum, in prædicando, & Sacramenta adminiſtrando.*			
	Archipreſbyteri, vſque, Quæſtores.	5.	2.	paulò poſt init.
	Prædicationis, vſque, Iidem.	24.	4.	

		Seſſ.	Cap.	Reform.
	Vt fidelis populus.	eiuſ.	7.	
	Quia illiterati.	eiuſ.	6.	
Cap. 6.	*De Parochialibus Eccleſiis, earúmque prouentibus ſeruandis.*			
	Statuit Sancta Synodus.	25.		
	Decernit Sancta Synodus.	eiuſ.	16.	
	Cùm illud.	21.	13.	
Tit. 8.	*De Canonicis.*		7.	
Cap. 1.	*Qui & quales ad dignitates & Canonicatus Eccleſiarum, tam Cathedralium, quàm Collegiatarum, vocari & admitti debeant.*			
	Cùm dignitates, vſque, Prçterea obtinẽtibus.	24.	12.	
	Ratio poſtulat.	25.	5.	
Cap. 2.	*De reſidentia Canonicorum.*			
	Præterea, obtinentibus, vſque, Omnes verò.	24.	12.	in med.
	Cum beneficia.	21.	3.	
	Epiſcopi.	22.	3.	
Cap. 3.	*De officio & moribus Canonicorum.*			
	Quicunque.	eiuſ.	4.	
	Omnes verò.	24.	12.	ſub fin.
Cap. 4.	*De modo augendi prebendas æquo tenuiores.*			
	In Eccleſiis.	eiuſ.	15.	
Cap. 5.	*Canonicorum mali mores quòd Epiſcopi authoritate corrigi poſſint, & debeant.*			
	In pluribus.	24.	14.	
	Capitula.	6.	4.	
	Statuit ſancta Synodus.	25.	6.	
Tit. 9.	*De vita Religioſorum.*			
Cap. 1.	*Qui, quales, quomodo ad beneficia regularia debeant promoueri.*			
	Regularia.	14.	10.	
	In electione.	25.	6.	de Regul.
	Abbatiſſa.	eiuſ.	7.	
	Cum pleraque.	eiuſ.	21.	
Cap. 2.	*De reuocanda vita religioſorum ad monaſticam diſciplinam.*			
	Quoniam.	eiuſ.	1.	
	In quacunque.	eiuſ.	15.	
	Nulla quoque.	eiuſ.	16.	
	Libertati.	eiuſ.	17.	
	Anathemati.	eiuſ.	18.	
	Quicunque.	eiuſ.	19.	
	Quia verò Regulares.	14.	11.	
	Prohibet.	25.	4.	
	Bonifacij.	eiuſ.	5.	
	Nemini.	eiuſ.	2.	
	Concedit.	eiuſ.	3.	

Regu

		Seſſ.	Cap.	Reform.
	Regularis.	eiuſ.	14.	
	Cenſuræ.	eiuſ.	12.	
	Controuerſias.	eiuſ.	13.	
	Monaſteria Sanctimonialium.	eiuſ.	9.	
	Attendant.	eiuſ.	10.	
	In monaſteriis,	eiuſ.	11.	
	Abbates.	eiuſ.	20.	
	Monaſteria omnia.	eiuſ.	8.	
	Hæc omnia.	eiuſ.	22.	
Tit. 10.	*De fideli adminiſtratione hoſpitalium.*			
Cap. vn.				
	Curent ordinarij.	7.	15.	
	Illis verò.	25.	8.	paulò pòſt init.
Tit. 11.	*Quæſtoribus Elemoſynariis.*			
Cap. vn.				
	Quæſtores verò.	5.	2.	in fin.
	Cum multa.	21.	9.	
Tit. 12.	*De Iurepatronatus.*			
Cap. vn.				
	Nemo.	14.	12.	
	Non liceat.	eiuſ.	13.	
	Sicut legitima.	25.	9.	
Tit. 13.	*De tollendis quibuſdam quæ omnium Eccleſiarum debitam adminiſtrationem euertunt aut dedecent.*			
Cap. 1.	*De tollendis regreſſibus & coadiutoriis.*			
	Cùm in beneficiis.	25.	25.	
Cap. 2.	*De tollendis locationibus bonorum Eccleſiæ, quæ fiunt repræſentata pecunia.*			
	Magnam Eccleſiis.	eiuſ.	11.	
Tit. 14.	*De his qui ſunt initiandi ſacris.*			
Cap. 1.	*De tonſurandis, & ad minores ordines promouendis.*			
	Prima tonſura.	23.	4.	
	Minores.	eiuſ.	11.	
	Ad minores, vſque, Hi vero.	eiuſ.	5. in princ.	
	Nullus prima.	eiuſ.	6.	
Cap. 2.	*De promouendis ad maiores ordines.*			
	Hi verò qui ad ſingulos.	eiuſ.	5. poſt init.	
	Nullus in poſterum.	eiuſ.	12.	
	Subdiaconi.	eiuſ.	13.	
	Qui piè.	eiuſ.	14.	
	Cum non deceat.	21.	2.	
	Cùm etiam qui.	14.	7.	
	Cùm honeſtius.	eiuſ.	1.	
	Cùm nullus.	23.	16.	
	Vt Sanctorum.	eiuſ.	17.	
	Quamuis Preſbyteri.	eiuſ.	15.	
	Facultates de non promouendo.	7.	12.	

De

Digitized by Google

		Seſſ.	Cap. Reform.
Cap. 3.	*De examine ordinandorũ, & tẽpore ac loco ordinandi.*		
	Sancta Synodus.	23	7.
	Ordinationes, vſque, Vnuſquiſque.	eiuſ.	8.
Cap. 4.	*A quo ſit quiſque ordinandus.*		
	Vnuſquiſque autem.	eiuſ.	co. in med.
	Non liceat.	7.	10.
	Pœnam quoque.	23.	10. ſub fin.
Tit. 15.	*De celebratione Miſſarum.*		
Cap. 1.	*De his quæ in ea ſint obſeruanda, & quæ vitanda.*		
	Quanta cura.	22.	Proximè poſt Can.
Cap. 2.	*De moderando numero Miſſarum, certo caſu.*		
	Contingit ſæpè.	25.	
Tit. 16.	*De clericis inſtituendis in Theologia diſciplinis eo ducentibus, eorúmque Seminariis erigendis.*		
Cap. vn.			
	Eadem Sacroſancta, vſque, Quia verò.	5.	1. & init. 2. iuxta pleraſq; impreſſiones.
	Cum adoleſcentium.	23.	18.
Tit. 17.	*De matrimonij reformatione, de reſtrictione quorumdam eius impedimentorum, de raptoribus, vagis & concubinariis, de libertate matrimonialis cõtractus, de temporibus ſolemniter matrimonium celebrandi.*		
	Capita nouem, ordine continuo.	24.	Proximè poſt Can.
Tit. 18.	*De his qui bona Eccleſiæ ſubtrahunt, aut ſibi ſumunt.*		
Cap. vn.			
	Si quem Clericorum.	22.	11.
	Non ſunt ferendi.	25.	12.
Tit. 19.	*De ſublatis duellis.*		
Cap. vn.			
	Deteſtabiſis.	eiuſ.	19.
Tit. 20.	*De officio Chriſtianorum Principum & Poteſtatum in tuenda immunitate Eccleſiarum.*		
Cap. vn.			
	Cupiens.	eiuſ.	20.
Tit. 21.	*De officio eorumdem in recipiendo & obſeruando, ac obſeruari procurando Decreta Generalis Concil. Trident.*		
Cap. vn.			
	Tanta fuit.	eiuſ.	ſub finem.

SACRO

Digitized by Google

SACROSANCTI CONCILII TRIDENTINI CANONES ET DECRETA;

SVB PAVLO III. PONT. MAX. celebrata, die xiij. menſis Decembris, Anno Dom. M. D. XLV.

SESSIO PRIMA.

Decretum de inchoando Concilio.

PLACE'TNE vobis, ad laudem & gloriam ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, *a Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*, ad incrementum, *b & exaltationem fidei*, & religionis Chriſtianæ, ad extirpationem hæreſum, ad pacem, & vnionem Eccleſiæ, ad reformationem Cleri, & populi Chriſtiani, ad depreſſionem, & extinctionem hoſtium Chriſtiani nominis decernere, & declarare, ſacrum Tridentinum & generale Concilium incipere, & inceptum eſſe? *Reſponderunt*, PLACET.

Indictio futuræ Seſſionis.

Et cùm proxima ſit celebritas Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſubſequantur aliæ feſtiuitates labentis & incipientis anni, placétne vobis primam futuram Seſſionem habendum eſſe die Iouis poſt Epiphaniam, quæ erit ſeptima menſis Ianu. anno Domini M. D. XLVI. *Reſponderunt*, PLACET.

DECLARATIONES SAcræ Congregationis Cardinalium explicationi S. Concilij Tridentini præpoſitorum.

COngregatio Cardinalium eſt non ſolùm ad exequendum, ſed ad interpretandum Concilium Tridentinum, non obſtante Bulla Pij IV. ſic conceſſit Pius Quintus.

Non oportet Decreta Congregationis à Papa confirmari & publicari.

Congregatio non admittit quæ ſpectant ad Datariam, vt Diſpenſationes, prouiſiones, &c.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a *Patris,&c.*] Crucis ſignum,quaſi compendiū fidei noſtræ, cōtinet Trinitatis myſteriū,& Filij per Crucē redemptionem, cuius ſigni antiquitatem, & virtutem, vide per Auguſt. *de tempor.ſermon.*181. Chryſoſt. *ad Philip.hom.*13. Auguſt. *in Ioann. tract.*118. & in *Pſalm.*40. *concio.* 2. Baſil. *in lib.de Spiritu ſancto,cap.*27. Auguſt.*in Pſalm.*141.idem *de Sanct.ſerm.*19. Tertul. *de coronat.milit.*

β *Et exaltationem fidei.*] tria capita quaſi termini,quibus iam ab aliquot ſæculis omnis materia Conciliorum conſcribi ſolet. Quorum primum eſt, quod ad explicationem fidei dogmatum, & ad hæreſium extirpationem pertinet. Secundum, quod ad collapſam morum diſciplinam reſtituendam. Tertium, quod ad confirmandam pacem domeſticam inter Principes Chriſtianos ſpectat, vt externo hoſti infideli Reipublicæ Chriſtianæ perpetuò inſidianti faciliùs reſiſti poſſit. Card.Polus *de conc. quæſt.*79.*& infr.ſeſſ.*3.*in princ.*

SESSIO SECVNDA,
CELEBRATA DIE VII. MENSIS IANVARII M. D. XLVI.

Decretum de modo viuendi, & aliis in Concilio ſeruandis.

SAcroſancta Tridentina Synodus, α *in Spiritu ſancto* legitimè congregata, in ea præſidentibus eiſdem tribus Apoſtolicæ Sedis Legatis,agnoſcens cum Beato Iacobo Apoſtolo,quòd omne datum optimum,& omne donum perfectum deſurſum eſt,deſcendens à patre luminum, qui iis, qui poſtulant à ſe ſapientiam,dat omnibus affluenter, & non improperat eis,& ſimul ſciens, quòd initium ſapientiæ eſt timor Domini: ſtatuit, & decreuit, omnes & ſingulos Chriſti fideles, β *in ciuitate Tridentina* congregatos, exhortandos eſſe prout exhortatur, vt ſe à malis & peccatis hactenus commiſſis emendare, ac de cætero in timore Domini ambulare, & deſideria carnis non perficere, orationibus inſtare, ſæpiùs confiteri, Euchariſtiæ Sacramentum ſumere, Eccleſias frequentare, præcepta denique Dominica, quantum quiſque poterit, adimplere, necnon quotidie pro pace Principum Chriſtianorum, & vnitate Eccleſiæ priuatim orare velint: Epiſcopos verò, & quoſcunque alios, in ordine ſacerdotali conſtitutos, œcumenicum Concilium in ea ciuitate concelebrantes, vt aſſiduè in Dei laudibus incumbere,hoſtias, laudes, & preces offerre, γ *ſacrificium Miſſæ* quolibet ſaltem δ *die Dominico*, in quo Deus lucem condidit, & à mortuis reſurrexit, ac Spiritum ſanctum in Diſcipulos infudit,peragere ſatagant,facientes, ſicut idem Spiritus ſanctus per Apoſt. præcipit, obſecrationes,poſtulationes,gratiarū actiones pro ſanctiſſimo Domino noſtro Papa, pro Imperatore,pro Regibus,& cæteris qui in ſublimitate conſtituti ſunt, & pro omnibus hominibus: vt quietam & tranquillam vitam agamus, pace fruamur,& fidei incrementum videamus. Præterea hortatur, vt ieiunent ſaltem ſingulis ſextis feriis in memoriam paſſionis Domini, & eleemoſynas pauperibus erogent: in Eccleſia autem cathedrali ſingulis quintis feriis celebretur Miſſa de Spiritu ſancto, cum

Iacob. 1.
Prou. 2. Pſalm. 110. Prou. 1. & 2.
Act. 2.
1. Tim. 2.

cum Litaniis, & aliis orationibus ad hoc inſtitutis: in aliis verò Eccleſiis eadem die dicantur ad minus Litaniæ, & orationes: [a] tempore autem, quo Sacra peraguntur, collocutiones & confabulationes non fiant, ſed ore & animo, celebranti aſſiſtatur. Et quoniam [b] oportet ε *Epiſcopos* eſſe irreprehenſibiles, ſobrios, caſtos, domui ſuæ benè præpoſitos: hortatur etiam, vt ante omnia quilibet in menſa [c] ſeruet ſobrietatem, moderationémque ciborum; deinde cùm in eo loco ſæpè otioſi ſermones oriri ſoleant, vt [d] in ipſorum Epiſcoporum menſis ζ *diuinarum Scripturarum* lectio admiſceatur: familiares verò ſuos vnuſquiſque inſtruat & erudiat, ne ſint rixoſi, vinoſi, impudici, cupidi, elati, blaſphemi, & voluptatum amatores: vitia demum fugiant, & virtutes amplectantur, & in veſtitu, & cultu, & in omnibus actibus honeſtatem præ ſe ferant, ſicut decet miniſtros miniſtrorum Dei.

a Infrà in Seſſ. 22. in decreto de obſeru. in celeb. miſſ.

b 1. Ti. 3.

c Ti. 1. Ti. 3. c. ſi. 2. q. 7. cum ſim. Conc. Tole. 1. c. 7. Cõc. Rhemen. c. 17. Euſeb. in 4. decreto, & infrà Seſſ. 25. c. 1. de reform.

d Euſeb. 1. Epiſcop. 3.

η *Ad hæc, cùm huius* ſacroſancti Concilij præcipua cura, ſolicitudo, & intentio ſit, vt propulſatis hæreſum tenebris, quæ per tot annos operuerunt terram, Catholicæ veritatis lux, Ieſu Chriſto, qui [e] vera lux eſt, annuente, candor, puritáſque refulgeat, & ea quæ reformatione egent reformentur: ipſa Synodus hortatur omnes Catholicos hîc congregatos, & congregandos, atque eos præſertim qui ſacrarum litterarum peritiam habent, vt ſedula meditatione diligenter ſecum ipſi cogitent, quibus potiſſimùm viis, & modis ipſius Synodi intentio dirigi, & optatum effectum ſortiri poſſit, quo maturiùs, conſultiùs damnari damnanda, & probanda probari queant: vt per totum orbem omnes vno ore, & eadem fidei confeſſione glorificent Deum, & Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

e Ioan. 1. cap. cùm ex iniuncto de hæc.

In ſententiis verò dicendis, iuxta [f] Toletani Concilij ſtatutum, θ *in loco benedictionis* conſidentibus Domini ſacerdotibus, nullus debeat, aut immodeſtis vocibus perſtrepere, aut tumultibus perturbare, nullis etiam falſis, vaníſve, aut obſtinatis diſceptationibus contendere: ſed quidquid dicatur, ſic mitiſſima verborum prolatione temperetur, vt nec audientes offendantur, nec recti iudicij acies perturbato animo inflectatur.

f Conc. Tolet. 11. c. 1. Conc. Conſt. Seſſ. 2. in princ. c. in loco. 2. q. 4. Vide & 4. Tolet. c. 3.

Inſuper ipſa ſacra Synodus ſtatuit, ac decreuit, quòd, ſi fortè contigerit aliquos ι *debito in loco* [g] non ſedere, & ſententiam, etiam ſub verbo, Placet, proferre, Congregationibus intereſſe, & alios quoſcunque actus facere, Concilio durante nulli propterea præiudicium generetur, nullíque nouum ius acquiratur.

g Idem in concluſione repetitur, Epiſc. forma præſcripta eſt 2. Brac. 114.

Deinde indicta fuit futura Seſſio ad diem Iouis quartam menſis Febr. proximò venturi.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α IN *Spiritu ſancto.*] Quare ſic dicatur congregata vid. per Card. Polum *de conc. quæſt.* 11.

β *In ciuitate Tridentina.*] Quemadmodum in Concilio viuere, apud aliquam vrbem congregato oporteat, decreuit Conc. Later. ſub Iul. II. *tom.* 4. Conciliorum, *column.* 2.

γ *Sacrificium miſſæ.*] Sacrificium miſſæ à Sacerdotibus in Concilio exiſtentibus debere celebrari per ſingulas ſeptimanas hortatur Iul. II. *loco ſuprà alleg. column.* 2. *in fin.*

δ *Die dominico.*] Die i dominici prærogatiuas habes *in 6. Synodo, cap.* 8. *tom.* 2. vbi etiam additur quòd in die dominico Deus pluit manna in eremo, in eo natus eſt, in eo

eo ſtella magis refulſit, in eo cum quinque panibus, & duobus piſcibus quinque millia hominum pauit, in eo baptiſmum à Ioanne ſuſcepit, & alias adde ex *cap. quod dic, diſt.75. ex ep.79.* Leon I. *ep.tom.1.*Diem dominicum honorabat. Conſtantinus, quia in eo Chriſtus reſurrexit à mortuis, *hiſtor. trip. lib. 1. cap. 9.* & die Dominico nihil aliud agendum eſt, niſi Deo vacandum, *cap. ieiunia, ſanè de conſecrat. diſtin. 3.* & in diem Dominicum tranſlatum eſt Sabathum ex Concilio Laodic. Phrigiæ *cap. 29.* quia in eo Dominus reſurrexit, & Spiritum ſanctum miſit, Ambroſ. *ſerm.61.de Pentec.*Auguſt. *ad Ianuar.ep.18.c.13.& ad Caſulan. ep.86.*Hier.*ep. 53.* Ignat.*ep. 2.Deciſ. fid. Cath. in verb. Sabathum.* Hic dies à Gentilibus vocabatur dies Solis, ex *l.1. C. de feriis.* Alias prærogatiuas diei Dominici vid. per *Albinum Flacc.de diu.offic.ſub rub.de die ſancto, fol. 68.* Diei Dominici reſurrectionem Reginam, & Principem omnium dierum vocat, Ignat.*ad Magneſ. ep.6.*Baron. *annal. tom.1.ann.58.Chriſti cap.65. & in cap.72.*multa refert de diei Dominici prærogatiua, & in *tom. 1. epitom. fol. 98. in lib.* Baron. ann. Chriſti 198. ſex referuntur benedictiones diei Dominici. Adde Ludouic. Nogarol. *in libell. manuſcript. de traditione diei Dominici,trad.2.* Hoc die Chriſtiani ſtabant in ſignum futuræ reſurrectionis, Raban. *de inſtit. Cleric.c.4.2. &* Iuſtinus martyr,*apol.2.* teſtatur Chriſtianos eo die ex villis conuenire ſolitos in vnum ad preces, & ab opere ceſſando, in primis à ſpectaculis,arg.*leg. Dominica,C.de ſpect.Conc. Aphric.c.28. & Carthag.c.61.&* D.Greg.*lib.11.ep.3.* Ignat. *in ep. ad Magneſian. Leo 1. in ep. ad Dioſ. Iſidor. de Eccleſ. offic. cap. 14. & Beda de ordin. fer. Paſchal.*.

ſ Epiſcopos.] Quæ pertineant ad Epiſcopum habes *infr. ſeſſ. 25. cap. 1. de reform.* poſt alia *multa vide cap. vnum orarium, §. nunc autem,diſt.25.ex Gratian.*

ζ Diuinarum ſcripturarum lectio.] De lectione habes in *cap. pro reuer. diſt. 44. ex* Tolet.*3.c.7.tom.2.&* in Remen.*cap.17.tom.2.* Euſeb.*direct.4.c. in omnibus,de conſecrat.diſt. 5.& diſt.44.cap.com.via ex Greg.*

η Ad hæc cùm huius.] Ex Lateran. 3. *ſeſſ. 1.tom.3.* & habetur *in Conc.Senonen. c. 3.tom. 3.* Polus *de Conc. quæſt.79. fol.49.*

θ In loco benedictionis.] *Ex cap. ſolet* 10. *in cap.1. tom. 2. col. 2. in* Conſtantien. *ſeſſ. 1. tom.2.col.* 1. in Lateranen. 3. *vbi ſupra col. 1.* Iuo *lib.4. cap. 245.*

ι Debito in loco.] Deberent enim ſedere, & præferri iuxta antiquitatem inſtitutionis, iuxta *cap. Epiſcopus, vbi gloſ. & Doctor.diſt.17.*& vid.per Burſatt.*conſ. 2.num. 6. tom.* 4. Concil. Bracharen. *can.* 24. prax. Epiſc.*in verbo.Concil. q.* 4.

ADDITIO GENERALIS.

Contra Concilium generale non poteſt Epiſcopus diſpenſare,*gloſ. in cap. cùm dilectus, in verbo in ætate, el 2. de elect.* Io.Monoc. *in c.cupientes,§.denique,eodem tit. in 6.* Staphil. *de litt. grat. in tit.de qualit.& ſtat. benef.verbo,& in præmiſſis,* refert Rebuff. *de diſpenſ.ad plura num.28.& 31.* licèt aliqui in contrarium dicant, quòd ex cauſa poſſit contra Concilia diſpenſare, per *cap. vacante,& cap.expoſuiſti, de præben.*Rom.*conſ.325. quoad 1.colum.2.*

Clerici recuſantes parere decretis Conc. non ſunt Romæ coram Illuſtriſſimis DD. Card.Congregationis Conc. Trid. citandi, ſed ipſe Epiſcopus, ſeu eius Vicarius in hoſce contumaces animaduertere debet illis cenſuris, & pœnis, quæ tam iure communi quàm decretis Conc. prædicti impoſitæ ſunt,vt ſacr.cenſuit Congreg.

Item, Bulla Pij I V. non excommunicat ipſo iure non obſeruantes decreta Concil. Trident.nomine ipſius Congregationis,ſed dat facultatem Epiſcopis ipſos excommunicandi ex Congregationis ſententia.

Item eadem ratio habenda eſt de his,quæ ſcribuntur à Cardinalibus S.Congregationis Concil.Trid. nomine ipſius Congregationis, ac ſi à Papa ſcripta eſſent, vt per Bullam cenſuit Congregatio.

Interpretatio Concil. Trid. ſpectat ad Papam ex Bulla 97. Pij I V. & qui petit declarationes quæ fiunt in decretis Concil. Trident.& reformationes ſcribat in ſpecie, de quibus dubitat, & declarationes mittentur.

Concilium Lateran. ſub Leo.X. requirit ſpecialem derogationem, *Rot. Verall. par. 5. dec.268.Menoch.tom.3.conſ.294.*

Per litteras Papæ non cenſetur derogari Concilio generali, niſi de eo facta ſit expreſſio,*cap.ex parte veſtra,de Capell. Monach. cùm ibi not.vid.Rot.Cotta par.1.dec. 48. nu.11. Robuſt.dec.122.& ſeq.*

Hæreti

Hæreticum autem eſſet aſſerere quòd Concilij decreta inter libros Canonicos ſacræ Scripturæ ſint computanda, quod limitatur, quoad ſynodũ Hieroſolymitanam, quia eam Euangeliſta hiſtoriæ ſuæ partibus contexuit, vt *in deciſ. fid. Cath. Conc. decret. quæſt.* 12. *fol.* 196. vbi iura diſponunt, non debet pro iuris declaratione recurri ad Papam.

Quando Concilij decreta neſcientes, vel non recipientes ea, ligare cœperint, papali declaratione indiget, Nauarr. *conſ.* 1. *de conſtit. num.* 32.

Quomodo Epiſcopus poſſit præter Ius commune, nouas pœnas imponere, vel augere impoſitas, vel adiuuare Ius canonicum, vide *prax. Epiſc. in verbo edict. num.* 2. & 3. quòd eius edicta facta in ſynodo ſunt perpetua, aliàs non. Nec licet Epiſcopo diſpenſare contra conſtitutionem Concil. Rebuff. *in tract. auth. habita num.* 23. *fol.* 641.

Beneficium vacans per priuationem dicitur vacare in Curia, ſi erat ibi prius, & fuit ibi auditus, & priuatus, aliàs non, Verall. *parte prima, deciſ.* 64. *numero primo.*

Congregatio cenſuit vnicam ſententiam quæ tranſitum fecit in iudicatum ad effectum deciſionis Congregationis Conc. tribus æquipollere, *die* 12. *Februar.* 1598.

Concilij huius decreta non cenſentur reuocata, ſed ſuſpenſa quoad prouincias habentes illorum notitiam, & non recipientes, cúmque ea receperint ligabunt, Nauarr. *de Conſtit. conſ.* 1. *num.* 29. vbi autem Conc. decreta non ſunt publicata non obtinent, ſed non præcipitur publicari, idem Nauar. *de Conſtit. conſ.* 1. *num.* 30.

Non obtemperantes litteris Congregationis, puniuntur ex Congregationis ſententia Epiſcopo Polignani, Congregatio Conc. non poteſt cognoſcere de his quæ ſunt facti, ſed tantùm declarat Concilium in his quæ ſunt iuris, Nauarr. *de iurepatr. conſ.* 2.

Aliquando tamen iuſtis de cauſis inuertitur ordo ille; nec tam ſpectatur quod inſtitutionis antiquitas poſtularet, quàm quod munus concreditum, aut euitatio alicuius ſcandali, grauiſve incommodi depoſuit. Ideóque meritò cauit Concilium nulli id debere fraudi eſſe.

SESSIO TERTIA,

CELEBRATA DIE III. MENSIS FEBRVARII, M. D. XLVI.

Decretum de Symbolo fidei.

IN nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

Hæc ſacroſancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, in ea præſidentibus eiſdem tribus Apoſtolicæ Sedis Legatis, magnitudinem rerum tractandarum conſiderans, præſertim earum, quæ duobus illis capitibus de extirpandis hæreſibus, & moribus reformandis, continentur, quorum cauſa præcipuè eſt congregata: agnoſcens autem cum Apoſtolo, non eſſe ſibi colluctationem aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus ſpirituales nequitias in cœleſtibus, cum eodem omnes, & ſingulos in primis hortatur, vt confortentur in Domino, & in potentia virtutis eius, in omnibus ſumentes [a] *a ſcutum fidei*, in quo poſſint omnia tela nequiſſimi ignea extinguere, atque galeam ſpei ſaluris accipiant, cum gladio ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Itaque, vt hæc pia eius ſolicitudo principium, & progreſſum ſuum per Dei gratiam habeat, ante omnia ſtatuit, & decernit præmittendam eſſe confeſſionem fidei. [b] *b Patrum exempla* in hoc ſecuta, qui ſacratioribus

Epheſ. 6.

a c. qui reſiſtit. 11. q. 3.

b Conc. Nice. conc. Rom. ſub Iul.

bus Conciliis hoc ſcutum contra omnes hæreſes in principio ſuarum actionum apponere conſueuere: quo ſolo aliquando & infideles ad fidem traxerunt, hæreticos expugnarunt, & fideles confirmarunt. Quare γ *ſymbolum fidei,* quo ſancta Romana Eccleſia vtitur, tanquam principium illud, in quo omnes, qui fidem Chriſti profitentur, neceſſariò conueniunt, ac fundamentum firmum, & vnicum, contra quod portæ [c] inferi nunquam præualebunt, totidem verbis, δ *quibus in omnibus Eccleſiis legitur*, exprimendum eſſe cenſuit, quod quidem eiuſmodi eſt.

Conc. Hip. in princip. Conc. Cōſt. 6. actione 17. cū fin. cap. 1. diſt. 15. ca. baptizandos, cum ſeq. de conſecr. diſtin. c. 1. de ſumma Trini. c Matth. 16. c. in nono 21. diſt. 1. Saluator. 1. qu. 3.

CREDO in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli, & terræ, viſibilium omnium & inuiſibilium: & in vnum Dominum Ieſum Chriſtum, Filium Dei vnigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſæcula: Deum de Deo: lumen de lumine: Deum verum de Deo vero: genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt: qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto, ex Maria virgine, & homo factus eſt: crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus & ſepultus eſt: & reſurrexit tertia die, ſecundùm Scripturas, & aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram Patris, & iterum venturus eſt cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis: & in Spiritum ſanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre Filióque procedit: qui cum Patre & Filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas: & vnam ſanctam Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor vnum Baptiſma in remiſſionem peccatorum: & expecto reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſæculi. Amen.

Indictio futuræ Seſſionis.

EADEM Sacroſancta, œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, in ea præſidentibus eiſdem tribus Apoſtolicæ Sedis Legatis, intelligens multos Prælatos ex diuerſis partibus accinctos eſſe itineri, nonnullos etiam in via eſſe, quò huc veniunt, cogitánſque omnia ab ipſa ſacra Synodo decernenda, eo maioris apud omnes exiſtimationis, & honoris videri poſſe, quo maiori fuerint, & pleniori Patrum conſilio, & præſentia ſancita, & corroborata, ſtatuit, & decreuit, futuram Seſſionem poſt præſentem celebrandam eſſe die Iouis, quæ ſubſequetur Dominicam Lætare, proximè futuram: interim tamen non differri diſcuſſionem, & examinationem eorum, quæ ipſi Synodo diſcutienda, & examinanda videbuntur.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a SCutum fidei.] Hinc infertur, quemlibet teneri explicitè ſcire articulos fidei, videl. eorum ſubſtantiam, non numerum, & ea præſertim quæ communiter publicantur in Eccleſia, maximè ſi ſit Prælatus, vel habeat curam animarum, vt per *Innoc. in cap. 1. de ſumm. Trinit.* Magiſtr. *in 3. diſt. 25. quæſt.* 1. vid. D. Thom. 2. 2. *q.* 2. & per Sot. *in 4. diſt. 5. q. vnic. art. 2. col. 2.*

β *Patrum exempla.*] Patrum, & Conciliorum, & ſummorum Pontificum exempla, quæ ſecuta eſt hæc ſancta Synodus pro ſymboli fidei explicatione, Nicenum primum *in fin. tom.* 1. *fol.* 260. Conſtantinop. 1. *c. 7. tom. 1. fol.* 411. Epheſin. 1. *tom. 1. fol.* 535. Calcedon. *act. 2. tom. 1. fol.* 833. *& act. 5. fol.* 882.

Conſtan

Conſtantinop.2. *c.1.& ſeq.tom.2.fol.9.*Conſtantinop.3. *act.4.tom.2.fol.289.de ſumm.Trinit.& fid.Cath.c.1.* & Lateranen. ſub Innoc. *c.1.tom.2.fol.146.tit.in 6. & Clem.c.1.*Florent. *tom.3.fol.387.& 393. & 413. & 503. col. 2. in princ.* in Romana Synodo ſub Iulio I. *fol.* 305.Tolet.1. *in fin.fol.449.* Aphrican. *c.* 104. *tom.1.fol.520.*Tolet.4. *c.1.tom.2. fol.197.cap.1. tom.2.fol.211.*Tolet.3.*cap.1.tom.2.fol.239.* Tolet.11. *verbo confitemur, tom. 2. fol. 263.* Bracharen.3.*in princ.verbo credimus, tom. 2. fol.* 419.Tolet.13.*in fin.tom.2.fol.426.* Moguntin. *c.1.tom.1.fol.931.*

γ *Symbolum fidei.*] Symbolum Apoſtolorum habemus per traditionem, teſte Higmaro Archiep. Remenſi *cap. 16.* quod fuiſſe compoſitũ teſtatur ab Apoſtolis in eorum quinta Synodo, quam etiam per traditionem habemus: prima enim fuit de electione Matthiæ,2. de electione 7.Diaconorũ,3. ſuper obſeruatione legalium vt abſtinerent à fornicatione,& ſanguine ſuffocato, 4. ne Iudæi prohiberentur à legalibus cæremoniis, & hoc pro abolenda ſuſpicione quorumdam,qui eas quaſi Idololatriam reſpicere putabant,quintam verò Apoſtolorum Synodum ex traditione maiorum accepimus, cùm ſinguli ſingulas proferentes ſententias Symbolum conderent, quod vniuerſalis Eccleſia tenet, cùm ab inuicem diſceſſuri eſſent, & in omnem terram exiret ſonus eorum, ſic teſtatur Clemens I.*ep. 1.col.8. verſ. omnes ergo homines Iacobo fratri Domini,tom.1. fol. 139. col. 2. in fin.*& Leo. I. *tom.1.fol. 646. col. 2.* ad Pulcher. Auguſtam ſcribens ipſe,inquit:Catholici ſymboli breuis, & perfecta confeſſio,omnium Apoſtolorum totidem ſignata eſt ſententiis, B. quoque Ambro. *in ſermone quadrageſ.38.* fidem Apoſtolorum eſſe ait Clauem regni cœlorum, duodecim artificum operatione conflatam, qui in vnum conuenientes clauem ſuo Concilio conflauerunt. Hier.*ep.ad Pammach. circa med, aduerſus errores*, Io. Hieroſolymit.*tom. 2.* ſic,inquit,in Symbolo fidei & ſpei noſtræ,quod ab Apoſtolis traditum, non ſcribitur in carta & atramento, ſed in tabulis cordis carnalibus, poſt confeſſionem Trinitatis & vnitatis Eccleſiæ omne Chriſtiani dogmatis ſacramentum carnis reſurrectione includitur. Iterum Ambroſ. *in lib.3. de Virgin.* Symbolum ſpecialiter debemus tanquam noſtri ſignaculum cordis ante lucanis horis quotidie recenſere, ad quod etiam cùm horremus aliquid animo recurrendum eſt.Quando enim ſine militiæ ſacramento miles in tentorio, bellator in prœlio.Item Auguſt.in ſermone de Orat. Dominica, & eius expoſitione ſic ait,Oratio vobis quotidie dicenda eſt, cùm baptizati fueritis. In Eccleſia enim ad altare Dei quotidie dicitur oratio Dominica, & audiunt eam fideles: non ergo timemus ne minus illam teneatis diligenter, quia & ſi quis veſtrum non poterit tenere perfectè, audiendo quotidie tenebit; ideo die Sabathi quando vigilaturi ſumus in Dei miſericordia, reddituri eſtis non orationem,ſed ſymbolum:orando enim, niſi teneatis ſymbolum in Eccleſia,in populo quotidie ſymbolum non auditis. Cùm autem tenueritis, vt non obliuiſcamini,quotidie,dicit,quãdo ſurgitis, quãdo vos collocatis ad ſomnum, reddite ſymbolũ veſtrum Domino,rẽddite. Non pigeat repetere, ne dicatis, dixi heri, dixi hodie, quotidie dico, tene illud,bene commemora fidem tuam in ſpecie te, ſit tanquam ſpeculũ tibi ſymbolum tuum, ibi te vide ſi credis omnia quæ te credere confiteris, & gaude quotidie in fide tua, ſint diuitiæ tuæ, ſint quotidiana iſta quodammodo indumenra mentis tuæ; numquid non quando ſurgis te veſtis? ſic & commemorando ſymbolum,veſti animam tuam,ne fortè eam nudet obliuio, & remaneas nudus. Idem Aug.in vigilia Pentecoſt. de expoſit. ſymboli poſt alia, Symbolum breue eſt verbis, ſed magnum eſt ſacramentis: idem in ſermone de trad. ſymbol. B. quoque Thom. de ſymbolo,ait *in 2.2.q. 1.* Symbolum primum eſt declaratiuum ſymboli Apoſtolorum, & fuit conditum fide iam manifeſtata,& Eccleſia pacem habente,propter hoc publicè in miſſa cantatur:ſymbolum autem Apoſtolorum, quod tempore perſecutionis editum fuit,fide nondum publicata, occultè dicitur in Prima & in Cõpletorio, quaſi contra tenebras errorum præteritorum, & futurorum de ſymbolo add. quæ inter traditiones refert Ludouic. Nogarol. in princ. ſymbolum autem quid ſit, & vnde dictum, déque additionibus in eo ad explicandum factis latè per Durand. *de ritibus,lib.3.cap.24.fol.171.*

δ *Quibus in omnibus Eccleſiis legitur.*] Intelligitur ſymbolum ex hoc Concilio recitatum, nam ex Concilio Florentino recitatur ſymbolum Conſtantinop. quibuſdam mutatis

mutatis verbis,& Nicenum primum differt etiam ab hoc ſymbolo in quibuſdam verbis: Præter ſymbolum Apoſtolorum & ſymbolum Athanaſij, necnon fidei profeſſionem, quam B. Papa Leo edidit, & eam quam B. Hier. explicauit *tom. 9. ep.* 17.vide aliam B.Auguſt. *de fid. ad Petrum, tom.* 3. quos recitat *directl. inquiſit.p.1.fol.34.& ſeq.* Primum autem recitatum fuit hoc ſymbolum in Niceno primo Concilio *tom.* 1. *fol.* 260. contra Arrium, & eius ſequaces, quod in Concilio Romano ſub Iulio I. fuit receptum in omnibus,*tom.1.fol.* 315. addita ei poſtea fuerunt in Conſtantinop. 1. contra Macedon. ea verba quæ de Spiritu ſancto loquuntur,Et in Spiritum ſanctum Dominum viuificatorem ex Patre procedentem, cum Patre, & Filio adorandum, & glorificandum,*tom.1.fol.*411.in reliquis tum generalibus, tum prouincialibus ſynodis, idem ſymbolum recitatur, iiſdem, vel parum tranſpoſitis verbis, eandem tamen ſententiam confirmantibus vſque ad Florentinum, quod licèt Conſtantinop. 1. inhæreat, addit tamen ex rationabilibus cauſis contra errores quorumdam Græcorum verbum illud, *ex filióque procedit*, quod in præcedentibus ſymbolis nondũ fuerat explicatum,*to.3.fol.503.col.2.in princ.*& ibidem reſpõdeo obiectioni quæ fieri poteſt ex decreto Epheſinæ Synodi *1.in fin.c.13. & Can.7. & Concil.Calcedon. act.* 4. in quibus ſub anathematis pœna prohibetur aliam fidem proferre & conſcribere, vel componere, præter definitam à ſanctis Patribus, qui in ea Synodo congregati fuerunt in Spiritu ſancto, quod per huiuſmodi prohibitionem Synodi generalis non auſertur poteſtas ſequendi Synod. nouam editionem ſymboli facere, non quidem aliam fidem continentem, ſed eandem expoſitam: ſic enim quælibet Synodus obſeruauit, vt ſequens aliquid exponeret, ſupra id quod præcedens Synodus expoſuerat propter neceſſitatem alicuius hæreſis inſurgentis, D. Thom. 2.2.*quæſt.1.art.* 1. *in reſponſ. ad* 2. *arg.* poſtea quæ dixerat *in 1.p.quæſt.36. art.* 2. *ad ſecundum,& ſeq.*

SESSIO QVARTA,
CELEBRATA DIE XIII. MENSIS APRILIS, M. D. XLVI.

Decretum de Canonicis Scripturis.

1 S*Acroſancta*, œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem tribus Apoſtolicæ Sedis Legatis, hoc ſibi perpetuò ante oculos proponens, vt, ſublatis erroribus, puritas ipſa Euangelij in Eccleſia conſeruetur: quod promiſſum antè per Prophetas in Scripturis ſanctis, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, Dei filius proprio ore primùm promulgauit: deinde per ſuos Apoſtolos,tanquam fontem, omnis, & ſalutaris veritatis, & morum diſciplinæ,omni creaturæ prædicari iuſſit: perſpiciénſque hanc veritatem, & diſciplinam contineri α *in libris* ſcriptis, β *& ſine ſcripto traditionibus*, quæ ipſius Chriſti ore γ *ab Apoſtolis accepta*,aut ab ipſis Apoſtolis,Spiritu ſancto dictatæ,quaſi per manus traditæ ad nos vſque peruenerunt,orthodoxorum Patrum exempla ſecuta, omnes libros tam veteris,2 *quàm noui Teſtamenti*, cùm vtriuſque δ *vnus Deus ſit auctor*, necnon traditiones ipſas, tum ad fidem,tum ad mores pertinentes,tanquam vel oretenus à Chriſto, vel à Spiritu ſancto dictatas, & continua ſucceſſione in Eccleſia Catholica conſeruatas, pari pietatis affectu, ac reuerentia ſuſcipit, & veneratur. Sacrorum verò librorum [a] Indicem huic decretum adſcribendum 3 *cenſuit*,ne cui dubitatio ſuboriri poſſit, quinam

Mar. vlt.

[a] In can. Apoſtol. c 84. Gelaſius in con.

quinam ſint, qui ab ipſa Synodo ſuſcipiuntur. ζ *Sunt vero infraſcripti,* Teſtamenti veteris, quinque Moyſi,id eſt,Geneſis,Exodus,Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Ioſue, Iudicum, Ruth,quatuor Regum, *η duo Paralipomenon,* θ *Eſdræ primus*,& ſecundus,qui dicitur Nehemias, Tobias, Iudith, Heſther, Iob, Pſalterium Dauidicum centum quinquaginta Pſalmorum,Parabolæ,Eccleſiaſtes,Canticum Canticorum, Sapientia, Eccleſiaſticus, Iſaias, Hieremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel,duodecim Prophetæ minores, id eſt, Oſee, Ioël, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Nahum,Abacuch, Sophonias,Aggæus,Zacharias, Malachias, *ι duo Machabæorum*, primus & ſecundus. Teſtamenti noui,quatuor Euangelia, ſecundùm Matthæum, Marcum,Lucam, & Ioannem: Actus Apoſtolorum à Luca Euangeliſta conſcripti:quatuordecim Epiſtolæ Pauli Apoſtoli,ad Romanos,duæ ad Corinth.ad Galatas,ad Epheſ.ad Philip.ad Coloſſ.duæ ad Theſſ. duæ ad Timoth. ad Titum, ad Philemonem,ad Hebræos: *κ Petri Apoſtoli duæ*: Ioannis Apoſtoli tres: Iacobi Apoſtoli vna: Iudæ Apoſtoli vna, & λ *Apocalypſis* Ioannis Apoſtoli. *μ Si quis autem* libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia Catholica legi conſueuerunt, & 3 *in veteri* vulgata Latina editione habentur, pro ſacris, & canonicis non ſuſceperit, & 4 *traditiones* prædictas ſciens & prudens contempſerit, anathema ſit. Omnes itaque intelligant, quo ordine, & via ipſa Synodus, poſt iactum fidei confeſſionis fundamentum, ſit progreſſura, & quibus potiſſimùm teſtimoniis,ac præſidiis in confirmandis dogmatibus,& inſtaurandis in Eccleſia moribus, ſit vſura.

11.70 ep.cõc. Laodic. c. 59. con. Carthag. 3.c.47. c ſancta Romana. d. 15. & ſim. epi. Eug. in Conc. Flor.ad Armenos.

Decretum de editione & vſu ſacrorum librorum.

Inſuper eadem Sacroſ. Synod. conſiderans non parum vtilitatis accedere poſſe Eccleſiæ Dei, ſi ex omnibus Latinis editionibus, quæ circumferuntur,ſacrorum librorum,quænam pro authentica habenda ſit, innoteſcat, ſtatuit, & declarat, vt hæc ipſa vetus, *ν & vulgata editio*, quæ longo tot ſæculorum vſu in ipſa Eccleſia probata eſt, in publicis lectionibus, diſputationibus, prædicationibus & expoſitionibus pro authentica habeatur, & *ο vt nemo* illam reiicere quouis prætextu audeat, vel præſumat.

Præterea, ad [b] coërcenda petulantia ingenia decernit, vt nemo, ſuæ prudentiæ innixus, in rebus fidei, & morum, ad ædificationem doctrinæ Chriſtianæ pertinentium, ſacram Scripturam ad ſuos ſenſus contorquens, contra eum ſenſum quem tenuit, & tenet ſancta mater Eccleſia, *π cuius eſt iudicare* de vero ſenſu, & interpretatione Scripturarum ſanctarum, aut etiam [c] contra vnanimem conſenſum Patrum ipſam Scripturam ſacram interpretari audeat, etiam ſi huiuſmodi interpretationes nullo vnquam tempore in lucem edendæ forent. Qui contra venerint, per Ordinarios declarentur, & pœnis à iure ſtatutis puniantur.

b Ca. hæreſis, &c. Adam in ſi. 24. q. 3. & infra, Seſſ. 13. c. 1.

c Hic Synodus in Tru. cap 9. quam putat Conſtit 6. ca. edit. circa 2. de verb.ſig.in c.l.5.

Sed & 5 *impreſſoribus* modum in hac parte, vt par eſt, imponere volens, qui iam ſine modo, hoc eſt, putantes ſibi licere quidquid libet, ſine licentia ſuperiorum Eccleſiaſticorum, *ρ ipſos ſacræ Scripturæ libros*, & ſuper illis annotationes, & expoſitiones quorumlibet

indifferenter ſæpè tacito, ſæpè etiam ementito prælo, & quod grauius eſt, ſine nomine auctoris imprimunt, alibi etiam impreſſos libros huiuſmodi temerè venales habent, decernit, & ſtatuit, vt poſt hac ſacra Scriptura, potiſſimùm verò hæc ipſa vetus & vulgata editio quàm emendatiſſimè imprimatur, nullique liceat imprimere, vel imprimi facere quoſuis libros *σ de rebus ſacris* ſine nomine auctoris, neque illos in futurum vendere, aut etiam apud ſe retinere, niſi primùm examinati, probatique fuerint *τ ab ordinario*, ſub pœna *υ anathematis* & pecuniæ [d], in Canone Concilij nouiſſimi ξ *Lateranenſis* appoſita.* Et ſi regulares fuerint, vltra examinationem, & probationem huiuſmodi, licentiam quoque à ſuis ſuperioribus impetrare teneantur, recognitis per eos libris, iuxta formam ſuarum ordinationum. Qui autem ſcripto eos communicant vel euulgant, niſi antea examinati probatique fuerint, eiſdem pœnis ſubiaceant, quibus Impreſſores. Et qui eos habuerint, vel legerint, niſi prodiderint auctores, pro auctoribus habeantur. Ipſa verò huiuſmodi librorum probatio in ſcriptis detur, atque ideò in fronte libri, vel ſcripti, vel impreſſi, authenticè appareat: idque totum, hoc eſt, & probatio, & examen gratis fiat: vt probanda probentur, & reprobentur improbanda. Poſthæc temeritatem illam reprimere volens, quâ ad profana quaque conuertuntur, & torquentur verba & ſententiæ ſacræ Scripturæ, ad ſcurrilia ſcilicet, fabuloſa, vana, adulationes, detractiones, ſuperſtitiones impias & diabolicas incantationes, diuinationes, ſortes, libellos etiam famoſos, mandat, & præcipit, ad tollendam huiuſmodi irreuerentiam & contemptum, ne de cætero quiſquam quomodolibet verba Scripturæ ſacræ ad hæc, & ſimilia audeat vſurpare: vt omnes huius generis homines, temeratores, & violatores verbi Dei, iuris & arbitrij pœnis per Epiſcopos coërceantur.

d Seſſ. 10 de impreſſione librorum ſub Leone X.
* Vide poſt finem lib.

Indictio futuræ Seſſionis.

Item hæc ſacroſancta Synodus ſtatuit, & decernit, proximam futuram Seſſionem tenendam, & celebrandam eſſe feria quinta, poſt ſacratiſſimum feſtum proximum Pentecoſtes.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

Carthuſiani Monachi obligantur vti editione vulgata ſacræ Scripturæ S. R. E. cum omnibus ſuis partibus, ita vt nec dictio, vel iota propugnet vulgatæ Latinæ editioni, & reprehenditur *Vgo lib. 15. cap. 9.*

Vel euulgant lectiones, annotationes, diſpenſationes, Conciones, tractatus ſpirituales, & ſimiles.

Et ſi Regulares fuerint, idem de Concionibus obſeruandum, licèt Concionator fuerit approbatus ab Ordinario.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *In libris.*] De ſacrorum librorum autem profunditate vide *Nazian. in oratione de pace, verb. ſolum autem;* Auguſt. *epiſt. 1. ad Voluſia.* Hier. *epi. 2. ad Nepotian. de vit. cleric.* Maſcard. *de probat. volum. 1. conclu. 191.* per totum, vbi quod poſſit adduci ad deciſionem cauſarum etiam Ciuilium, *num. 6.*

β *Et ſine ſcripto traditionibus.*] Traditiones recipimus contra Lutherum, ſequendo Aug. *l. 4.* contra Donat. & quæ ſint ad traditionem pertinentes, veluti minores ordines, dies ieiunij, perpetua Virginitas B. Mariæ, deſcenſio Chriſti ad inferos, baptiſmus

paruulo

paruulorum, proceſſio Spiritus ſancti a Filio, Perſonarum diſtinctio, SS. Martyrum auxilium implorandum, eorum memorias celebrandas, Baſilicas conſtruendas, imagines, ac eorum reliquias venerandas, Sacramenta aliqua non reiteranda, Euchariſtiam cum vino, & aqua conficiendam, ac ſumendam, Euangelia, & ſacros libros ſuſcipiendos, de quib. vid. *Can. lib. 3. de loc. Theolog. c. 3. & 6.* & in *deciſ. fidei Cathol. in verbo traditiones, cap. 1. & 2. fol. 585. poſt D. Baſil. de Spiritu ſancto, cap 27. tom. 1.* vbi multa enumerat ex traditione habita, & traditiones firmat. Item quod Papias pluris fecerit traditiones quàm ſacram Scripturam, vid. Baron. *ann. tom. 1. Anno Chriſti 97. in princ.* plures alias in ſuo opuſculo manuſcript. collegit. Ludouic. Nogarol. quod obtulit. Patribus in Concilio Tridentino collectis.

γ *Ab Apoſtolis acceptæ.*] Regulas veteres ab Apoſtolicis viris traditas Eccleſia Romana cuſtodit, cuſtodiendáſque mandat his qui eam ſequuntur, Innoc. I. *ep. 22. cap. 5. ad epiſc. Macedon. tom. 1. fol. 456. col. 2.* libris quoque ſcriptis, & Apoſtolorum, & SS. Patrum traditionibus, nititur, *diſt. 11. cap. eccleſiaſticarum,* Baſil. *cap. 37. de Spiritu ſancto,* Iuo. *lib. 4. cap. 69.* Burch. *lib. 3. cap. 127. cap. cùm Marthæ, de celebr. miſſ.* quas traditiones Eccleſia, nec immutare poteſt, nec abolere, vt in *deciſ. fid. cath. verbo eccl ſia, q. 5. fol. 249. & in verbo traditio, fol. 585.* Baron. *Annal. tom. 1. anno Chriſti 57. fol. 567.*

δ *Vnus Deus ſit auctor.*] Sed teſtamentum nouum declaratiuum eſt veteris, vt in Floren. *Seſſ. 10. tom. 3. fol. 410. col. 2.*

ε *Cenſuit.*] Oportet enim Iudicem viuum in Eccleſia eſſe, & ideò poteſt Eccleſia definire quis liber ſit Canonicus, & præcepta temporaria immutare, vt in *deciſ. fid. cathol. in verbo Eccleſia, q. 2. & 3. fol. 298.*

ζ *Sunt verò infraſcripti.*] Enumerationem ſacrorum librorum legimus, in *Can. Apoſtolorum 84. tom. 1. fol. 26.* in enumeratione verò horum librorum nonnullos tranſpoſitos, aliquos additos, quoſdam verò ſuppreſſos à cæteris Concil. reperire. Nam in Canonibus Apoſtolorum & Laodiceno tacetur liber Sapientiæ, & Eccleſiaſticus, licèt ibi adhortentur Apoſtoli adoleſcentes, vt adiſcant ſapientiam, eruditi Sirach, quæ eſt liber Sapientiæ, Thobiam, Iudith, & Apocalypſim pariter reticent. Decretum Gelaſij vnum tantùm Eſdræ librum ponit, Apoſtolici Canones non recenſent Actus Apoſtolorum, nondum enim editi erant, ſicut nec Apocalypſis, nec Eccleſiaſticus, quem putant aliqui editum à Philone Iudæo, licèt forſan ob materiam conformé cæteris ſapientibus libris Salomonis, Salomoni ſit tribuendus: in Laodiceno ſubticentur penitus Machabæorũ libri, vnus tantùm ponitur in decreto Gelaſij, licèt apud Burchar. duo legantur, & apud Canones Apoſtolorum tres enumerentur: Baruth tacetur ab omnibus, excepto Florentino, adduntur in Canonibus Apoſtolorum duæ Clementis epiſtolæ, & præceptiones eiuſdem: vide etiam D. Hieronymũ in præfat. lib. Regum *tom. 3. fol. 21.* vbi multos ex his libris præterit, & errauit, vt qui ſuis temporibus notitiam de his habere non potuit. His adde quæ ad materiam ex Greg. Nazian. iam bis ad ſæculum, refert Matth. Monach, *fol. mihi 337. & ſeq.* Item quæ refert ex Iambis Amphilochij *fol. 338.* vbi multa, *& lib. 2. fol. 64.*

Hanc eandem enumerationem librorum ad verbum facit Conſtitutio Eugenij 4. in Concilio Florentino, & refertur inter Extrauag. Eugen. *cap. 1. fol. 2.* ſuper vnione Iacobinorum.

η *Duo Paralipomenon.*] Id eſt, verbo dierum, & vnus tantùm fuit liber, licèt diuidatur in duos, ſicut liber Ciceronis ad Brutum vnicus fuit, cùm tamen hodie reperiatur diuiſus in tres, ex præfatione D. Hieron. *in lib. Paralip.* ad Dominionem, & Rogatianum, vbi etiam habetur quod liber Iudith fuit à Synodo Nicena *in num.* SS. Scripturarum computatus.

θ *Eſdræ 1.*] & 2. Eſdræ 3. & 4. reiiciuntur pro Apocryphis, vt per Hier. aduerſus Vigilant. *tom. 2. fol. 649. & in præfat.* ad Eſdram, ad Dominionem, & Rogatianum.

ι *Duo Machabæorum.*] De his vid. Card. Bellarmin. 1. *de Conc. auctoritate, c. 8. fol. 882.*

κ *Petri Apoſtoli duæ.*] Secundam negat Lutherus, ſicut etiam Iacobi epiſtolam impugnat, ſed malè, in *deciſ. fid. Cathol. in verbo epiſtola, q. 2. fol. 271. & q. 3. fol. 272.* de his plenè vid. Card. Vatmien. *de auct. ſacr. Script. l. 3. fol. 239. verbo dubitatum fuit.*

λ *Apocalypſis.*] Hic liber anno vltimo Domitiani à B. Ioanne Euangeliſta conſcriptus in Pathmos Inſula inter Canonicos reputatur, vt B. Hier. *epiſt. 129.* ad Dardanum teſtatur, & licèt Græci eam minus ratam

habuerint temporibus ſuis, & Baſil. Nazian. & Nicen. ab ea abſtinuerint poſt Canon. Apoſt. 94. & Conc. Laodicen. nihilominus communius à Græcis, & Latinis inter Canonicos recipitur, quos enumerat, Card. Baron. *ann. Chriſti 97. & in epiſtola ſol.65.*

u Si quis autem.] Additum fuit hoc nouum decretum contra calumniantes hiſtoriam Suſannæ, Draconis, & Beli, Hymnum trium puerorum, Machabæorum librum ſecundum, Marci caput nouiſſimum, & hiſtoriam Adulteræ in Ioanne, ſed de nouis cap. Marci vide Baron. *annal. tom. 1. cap.* 169. Item quod Apocalypſis ſit inter Canonicos libros numeranda, vid. Baron. *annal. tom. 1. ann. Chriſti* 97. De his vid. Couarr. *var. reſolut. lib. 4. cap.* 14.

Supr. Decretum de editione, & vſu ſacrorum librorum ead. ſeſſ. Quarta.

n Et vulgata editio.] Vulgata editio recipitur contra Caluinum, de qua latiùs diſputat Reuerendiſſimus Canon. *lib. 2. cap. 11. de loc. theolog.* & habetur in *lib. Dec. fid. cath. in verbo editio vulgata, fol.* 260. latè Card. Baron. *tom. 3. anno Domini* 231. *& in epitom fol.* 117.

o Vt nemo.] Aliter interpretari Scripturam ſacram quàm quomodo Eccleſia tenuit nemo vnquam potuit, nec poteſt, ex Niceno 2. *aſt. 8. verbo quoties, tom. 3. fol. 11. & 24. q. 3. cap. hæreſis, diſt. 37. c. relatum*, vid. *libr. Deciſ. fid. cath. in verbo auctoritas, fol. 58. & in verbo Eccleſia q. 10. fol.* 252. vbi pro Eccleſia Paſtores intelliguntur, & in *verbo Scriptura, cap. 2.* vbi reprehenditur Caietan.

π Cuius eſt iudicare.] De vero ſenſu Patres etiam antiquiſſimi ſacram Scripturam interpretati ſunt, iuxta ſenſum Patrum antiquorum, quorum exempla refert Direct. Inquiſ. per D. Pegn. *p. 2. ſchol. 21. fol. 49. & ſeqq.*

q Ipſos ſacræ Scipturæ libros.] Lateranen. 3. *ſub* Leon. X. *Seſſ.* 10. *tom. 4. fol. 652. ſecundum nouiſſ. edit.* vt in Indice libr.

r De rebus ſacris.] quia ex bulla in Cœna Domini non incurrunt hanc pœnam, niſi legentes libros Hæreticorum hæreſim continentes, vel de religione tractantes, Nauarr. *de conſtit. conſ. 1. q. 35. nu. 74.* & Conc. Lateranenſ. eſt generalius hoc, non ſolùm enim loquitur de rebus ſacris, ſed de quibuſcunque libris, & ſcriptis, Card. Tolet. *in ſum. lib. 1. c. 41. verb. quod in hac parte, fol.* 168.

ſ Ab ordinario.] Per hæc videtur permiſſum Ordinariis dare licentiam legendi libros Hæreticorum, ſed contrarium dicit Nauar. *de conſtit. conſ. 1. q. 36.*

t Anathematis.] Hæc pœna non infligitur ipſo iure per hunc text. nec eam incurrunt ignorantes prohibitionem, Nauar. *de Conſt. conſ. 1. quæſt. 35. num.* 74. quando autem ſcienter incurritur, abſolutiò reſeruatur Papæ, ibidem, ſed Cardinal. Tolet. *lib. 1. cap. 41. poſt princip.* tenet hanc excommunicationem non eſſe ſeruatam.

ξ Lateranenſi.] Appoſita pœna ex decreto Lateran. 3. eſt amiſſio, & publica librorum combuſtio, mulcta centum ducat. excommunicatio, & ſuſpenſio per annum ab exercitio impreſſionis. Fuit autem inſtituta pœna mortis contra tenentes Commentarios, vel conſcriptiones hæreticorum, vel de libris Arrij, ex decreto Conſtantini fuit ſtatutum, hiſt. Tripart. *Eccleſ. lib. 2. cap. 15. ad fin.*

Tenentes hæreticorum libros poſſunt de hæreſi puniri, Maſcard. *de probat. vol. 2. concluſ. 745. num.* 10. & de pœna, & modo procedendi contra detinentes libros prohibitos, vide Prax. Neap. *cap. 82. num.* 15.

ADDITIO.

1 *Sacroſancta.*] De Conciliis, & aliis Scripturis approbatis, & de Apoſtolicis, Grat *diſt.* 15. Vide etiam libros Stromatum VVillelmi Damati, in quibus plenè de hoc decreto, & eius apolog. & fuſiùs IudocusRaueſtoyn in Apologia Decretorum huius Concilij, vtrumque aduerſus Xemniticum.

2 *Quàm noui Teſtamenti.*] Nota diſſentientem ab his fidei traditionibus hæreticum eſſe, non alienis, S. Thom. *in 4. diſt. 15. quæſt. 2. art.* 1. Caſt. *de iuſt. hæret. punit. lib. 1. cap. 1. col. 2. & in ſumma aduerſ. hæreſ. lib. 1. ca.* 1. De traditionibus iſtis plenè VVillelm. Damat. in libris Stromatum, & Martinus Pererius Aiala De Diuin. Apoſtolicis, atque Eccleſ. trad.

3 *In veteri vulgata.*] Vetus vulgata editio dicitur interpretatio Bibliorum D. Hieronymi, Didacus, Valades, Rhetor Chriſtian. 1. *cap. art.* 9. Quidam autem hanc cum verſione 72. Interpret. vulgatam appellant, vt ibidem *cap.* 10. quæ inter ſe non diſcrepant, vt vbi de multiplici horum

librorum

Digitized by Google

librorum verſione, & interpretatione.

4 *Traditiones.*] De his traditionibus agit Caſtr. *lib.1.adu.hæreſ.c.2. & 3.* & idem eſt ſi quis non obſeruauerit traditiones Eccleſiæ, determinationes Conciliorum & Summorum Pontificum, Gaiet. *quæſt.11.art.2.* Caſtr. vbi *ſuprà c.1.* Martin. Perez *de tradit. Eccleſ. à pag.3.*

Eadem Seſſ. IV.

5 *Impreſſionibus.*] Contra hoc Decretum facere videntur qui non tantùm ſanctos Doctores, ſed etiam Rabinorum ſcripturam interpretantur, quorum interpretationes deliramenta & ſomnia ſunt, Rheror Chriſt.*p.3.* Vide Conſt. Leo.X. inter multiplices & regul.in Indice libr. prohib.*cap.9.*

SESSIO QVINTA,
CELEBRATA DIE XVII. MENSIS IVNII, M. D. XLVI.

Decretum de peccato originali.

VT fides noſtra Catholica, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, purgatis erroribus, in ſua ſynceritate integra & illibata permaneat: & ne populus Chriſtianus omni vento doctrinæ circumferatur: cùm Serpens ille antiquus, humani generis perpetuus hoſtis, inter plurima mala, quibus Eccleſia Dei his noſtris temporibus perturbatur, etiam 1 *de peccato originali*, eiúſque remedio non ſolùm noua, ſed vetera etiam diſſidia excitauerit: ſacroſancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem tribus Apoſtolicæ Sedis Legatis, iam ad reuocandos errantes, & nutantes confirmandos accedere volens, ſacrarum Scripturarum & ſanctorum Patrum, ac probatiſſimorum Conciliorum teſtimonia, & ipſius Eccleſiæ iudicium & conſenſum ſecuta, hæc de ipſo peccato originali ſtatuit, fatetur, ac declarat.

Hebr. 11. Epheſ. 1. Geneſ. 3. Infrà 117. & 134.

SI [a] quis non confitetur primum hominem *α Adam*, cùm mandatum Dei in paradiſo fuiſſet tranſgreſſus, ſtatum, ſanctitatem, & iuſtitiam, in qua conſtitutus fuerat, amiſiſſe, incurriſſéque per offenſam præuaricationis huiuſmodi iram & indignationem Dei, *β atque ideò mortem*, quam antea illi comminatus fuerat Deus, & cum morte captiuitatem ſub eius poteſtate, [b] qui mortis deinde habuit imperium, hoc eſt diaboli, *γ totúmque Adam*, per illam præuaricationis offenſam, ſecundùm corpus & animam in deterius commutatum fuiſſe: anathema ſit.

a Celeſti.1.p.1.c.4. Gen 3. Hebr. 2.

b Conc.Arauſicanum 205.

2 Si quis Adæ præuaricationem *δ ſibi ſoli*, & [c] non eius propagini, aſſerit nocuiſſe: & acceptam à Deo ſanctitatem, & iuſtitiam, quam perdidit, ſibi ſoli, & non nobis etiam eum perdidiſſe: aut inquinatum illum per inobedientiæ peccatum, mortem & pœnas corporis tantùm in omne genus humanum transfudiſſe, non autem & peccatum, quod mors eſt animæ; anathema ſit: cum contradicat Apoſtolo dicenti: Per [d] vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiuit, in quo omnes peccauerunt.

c Rom. 5. 1. Cor. 15. Conc. Arauſicanum 2.c.2. Rom.5.

d Cap. placuit è regenerato, & c.quarto, in fin.de conſec. diſt.

3 Si quis hoc Adæ peccatum, quod origine vnum eſt, & propaga-

 tione,

tione, non imitatione tranſfuſum omnibus • *ineſt vnicuique* proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium aſſerit tolli, quàm per meritum vnius mediatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, [e] qui nos Deo recōciliauit in ſanguine ſuo, factus nobis [f] iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio, aut negat ipſum Chriſti Ieſu meritum per Baptiſmi Sacramentum in forma Eccleſiæ ritè collatum, tam adultis, quàm paruulis applicari; anathema ſit: quia non eſt aliud nomen ſub [g] cælo datum hominibus in quo oporteat nos ſaluos fieri. Vnde illa [h] vox: Ecce Agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi. Et illa: [i] Quicumque baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.

4 Si quis paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, etiam ſi fuerint à baptizatis parentibus orti, aut dicit [k] in remiſſionem quidem peccatorum eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro neceſſe ſit expiari ad vitam æternam conſequendam, vnde fit conſequens, vt in eis forma Baptiſmatis, in remiſſionem peccatorū, non vera, ſed falſa intelligatur; anathema ſit: quoniam non aliter intelligendum eſt id quod dixit Apoſtolus: [l] Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt: niſi quemadmodum Eccleſia Catholica vbique diffuſa ſemper intellexit: propter hanc enim regulam fidei ζ *ex traditione Apoſtolorum* etiam paruuli, qui nihil peccatorum in ſemetipſis adhuc committere potuerunt, ideò in remiſſionem peccatorum veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt. [m] Niſi enim quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.

5 Si quis per Ieſu Chriſti Domini noſtri gratiam, quæ in Baptiſmate confertur, reatum η *originalis peccati remitti* negat, aut etiam aſſerit non tolli totum id quod veram, & propriam peccati rationem habet, ſed illud [n] dicit tantùm radi, aut non imputari, anathema ſit: in renatis enim nihil odit Deus: quia [o] nihil eſt damnationis iis, qui verè [p] conſepulti ſunt cum Chriſto per Baptiſma in mortem: qui non [q] ſecundùm carnem ambulant, ſed [r] veterem hominem exuentes, & [ſ] nouum, qui ſecundùm Deum creatus eſt, induentes, innocentes, immaculati, puri, innoxij, ac Deo dilecti effecti ſunt, [t] hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti, ita vt nihil prorſus eos ab ingreſſu cœli θ *remoretur*. Manere autem in baptizatis concupiſcentiam, vel fomitem, hæc ſancta Synodus fatetur, & ſentit: quæ cùm ad [u] agonem relicta ſit, nocere non conſentientibus, ſed viriliter per Chriſti Ieſu gratiam repugnantibus non valet: quinimò qui legitimè [x] certauerit, coronabitur. ι *Hanc concupiſcentiam*, quam aliquando [y] Apoſtol. peccatum appellat, ſancta Synodus declarat Eccleſiam Catholicam nunquam intellexiſſe peccatum appellari, quod verè, & propriè in renatis peccatum ſit, [z] ſed quia κ *ex peccato eſt*, & ad peccatum inclinat: Si quis autem contrarium ſenſerit, anathema ſit.

Declarat tamen hæc ipſa ſancta Synodus, non eſſe ſuæ intentionis, comprehendere in hoc decreto, vbi de peccato λ *originali agitur*, beatam & immaculatam Virginem Mariam, Dei genitricem:

ſed

e 1. Tim. 2. Col. 3. c. multipl. de pœn. diſt. 1.
f 1. Cor. 1.
g Act. 4.
h Ioan. 1. cap. nemo de conſecr. diſt. 4.
i Gal. 3.
k Conc. Mileuitan. cap 2. Conc. Aphr. 77. & c. placuit de conſ. diſt. 4.
l Rom. 5. cap. placuit cap. quær. in 6. &c. regenerante, de conſ. diſt. 4.
m Ioan. 1. cap. filius & c. non dubito de cōſec. diſt. 4. cap. debitum, cum ſeq. de bapt.
n Ex cap. 13. lib. 1. cont. 2. epi. Pelag.
o Rom. 8.
p Rom. 6. & cap. prop. de conſecr. d. 4.
q Rom. 8.
r Gloſ. 3.
ſ Epheſ. 4. quomodo renouari, de pœnit. diſt. 2.
t Rom. 8. Galat. 3.
u Ex c. vlt. lib. 2. de pœnit. & rem.
x 2. Tim. 2.
y Rom. 6. 7. & 8. Col. 3.
z Reſpicit ca. 29. lib 1. com. 2. epi. Pel. & alios locus eiuſdem.

ſed obſeru·ndas eſſe [a] conſtitutio.·es fœlicis recordationis Sixti Papæ I V. ſub pœnis in eis conſtitutionibus contentis, quas innouat.

a In extra. cōment. lib. 3. de relig. & ven. ſanct. c. 2. graue nimis. Vide poſt finē huius libri.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

DEclarat tamen in popularibus Concionibus, vel vbi conuenire ſolet promiſcua multitudo mulierum & virorum, non diſputetur de Conceptione B. Mariæ, rationibus, vel auctoritatibus aſſerendo vnam partem, & contrariam refellendo, nec de hac quæſtione quis præſumat vulgari ſermone ſcribere, vel dictare. Qui ſecus, ſi eſt in ſacris, eſt ſuſpenſus ipſo facto à diuinis, & priuatus omni gradu, & dignitate, & inhabilis ad illa, & ſimilia perpetuò, & aliis.

Pius V. in Extrauaganti ſuper ſpecula. Poſſunt tamen Docti in Academiis, Capitulis, & vbi interſunt ſine ſcandalo de ea agere, dummodò altera pars non condemnetŭr, vt erronea, quia eſſet excommunicatus à Sixto I V. cap. grauis nimis, de Religioſis.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

AD Can. 1. α *Adam.*] *Innoc. 1. ep. 25. tom. 1. fol. 472. col. 1. & Cæleſt. I. ep. 1. cap. 4. ad epiſcopos Galliæ, tom. 1. fol. 523.*

β *Atque ideò mortem.*] Adam ob peccatum incurrit mortem ex Concilio Aphrican. *cap. 76. tom. 1. fol. 515. col. 1. de conſecr. diſt. 4. cap. placuit igitur omnibus, ex Concilio Mileuit. cap. 1. tom. 1. fol.* 482. *in Mogunt. cap. 4. & ſeq. tom. 3. fol.* 931. contra Pelagium, & Cæleſtinum, aſſerentes Adam fuiſſe factum à Domino Deo noſtro mortalem ex naturæ neceſſitate, ad propoſitum vid. Greg. *in regiſtr. lib. 5. ep. 14. ſiue cap.* 114. Narſett. Comit. & declarauit per Bellarm. *lib. 1. de gratia primi hominis cap. 8. fol.* 28. Quid ſit peccatum originale, vide per Nauarr. *in ſumm. in prælud.* 8. *per tot.* vbi declarat hunc textum.

γ *Totúmque Adam.*] *Arauſican. 2. cap. 1. tom. 1. fol. 627. Mogunt. c. 4. tom. 3. fol. 931. col. 2. eod. verb.*

Ad Can. 2. δ *Sibi ſoli.*] Adam non ſibi ſoli, ſed propagini nocuiſſe, & nedum transfudiſſe in genus humanum, pœnas corporis, ſed etiam peccatum, quod eſt mors animæ, docuerat Concilium Mileuit. *cap. 2. tom. 1. fol.* 482. Arauſican. 2. *cap. 2. tom. 1. fol.* 627. Moguntin. *c. 5. tom. 3. fol.* 931. Quid ſi filium habuiſſet ante peccatum, non contraxiſſet talis filius maculam originalis peccati, *ſpecul. Iur. quæſt. 653. num. 27.*

Ad Can. 3. ε *Ineſt vnicuique.*] Peccatum originale ineſſe vnicuique proprium, nouum decretum eſt contra eos qui ſentiebant non ineſſe ſingulariter cuique proprium, ſed tantùm de illo Adæ denominari quod reliquis imputatur. Item illud eſſe propagine, non imitatione transfuſum, contra Pelagium eſt, qui peccatum originale negabat, & hæc verba ſumpta ſunt ex Auguſtin. *in lib. 1. de peccat. mer. & remiſſ.* contra Pelagianos, *cap. 14. & 19.* & Mogunt. *cap.* 5. Neque per legem quæ non iuſtificabat quam adimplere Chriſtus venit, neque per naturę vires quam reparare ſe dixit veniſſe, & quærere, & ſaluare quod perierat: ſed ſola Dei miſericordia per meritum ſanguinis Chriſti, cui per baptiſmum inſcrimur, ab originali peccato liberamur, ex *ep. 1. cap. 4. Cæleſt. 1. tom. 1. fol. 523. & cap. 7. fol.* 524. Arauſican. 2. *c. 21. tom. 1. fol.* 629. Mogunt. *c. 6. tom. 3. fol. 932. de conſecrat. diſt. 4. cap. filius, Dei,* ex Auguſtin. *de liber. arbitr. lib. 1. cap. 32. c. maiores: de baptiſm. & infrà de iuſtificat. cap. 1. ſeſſ. 6.*

Ad Can. 4.] De neceſſitate baptiſmi paruulorum, vid. *in cap. regenerante, diſt. 4. ex* Auguſt. *de peccat. mer. & remiſſ. lib. 1. cap. 15. & de conſecrat. diſt. 4. cap. quæro, ex* Auguſt. *tom. 2. ep. 23. ad Bonif. Epiſcopum de conſecrat. diſt. 4. cap. placuit, vt quicunque paruul. ex conc.* Mileuit. *c. 2. tom. 1. fol. 482. &* Aphrican. *c. 77. tom. 1. fol. 515. & de baptiſm. cap. maiores.* Adde Auguſt. *contra Iulian. & de baptiſm. paruulorum, cap. 13. & 30. & de fide ad Petrum, c. 6. & de conſecrat. diſt. 4. cap. firmiſſimè tene ſumm. Sacrament. de bapt. q. 25.*

ζ *Ex traditione Apoſtolorum.*] Hinc conſequitur paruulos ſine baptiſmo decedentes non ſolùm non eſſe futuros in Cœlo, ſed damnari, contra *Cather.* vt per Bellarm. *tom. 1. p. 2. c. 6. fol. 34.*]

Ad

Ad Can.5. *n Remitti peccatum originale.*] Non tantùm radi, aut non imputari, ſed totum remitti, & tolli, quod habet veram, & propriam rationem peccati, docet Conc. Florent. *ſub Eugenio de Sacram. c.5.tom.3.fol. 505.col.2.* vbi oſtendit effectum Sacramenti baptiſmi eſſe remiſſionem omnis culpæ originalis, & actualis, omnis quoque pœnæ quæ pro culpa debetur, & ideò baptizatis nullam pro peccatis iniungendam eſſe ſatisfactionem, ſed morientes antequam culpam aliquam committant ad cœlorum regnum ſtatim perueniunt, Auguſt. *lib.1.c. 12.& 14.ad* Bonifac.*contra duas epiſtolas Pelagianorum,& in Conc.Colonien.prouin.de adminiſtrat.ſacram.p. 7. cap. 3. tom.3.fol.796.colum.1.*

θ Remoretur.] Contra Lutherum aſſerẽtem concupiſcentiam remorari baptizatos ab ingreſſu Cœli, Auguſt.*lib.1.cap.14. ad* Bonifac.*contra duas epiſtolas Pelagianorum, & in Colonien.alleg.tom.3.fol.796. col.* 1. quia concupiſcentia relicta in baptizatis non eſt peccatum, nec pœna peccati.

ι Hanc concupiſcentiam.] Concupiſcentia, & fomes manet in baptizatis ad Agonem, quare non conſentientibus nocere non poteſt, immò viriliter per gratiam Chriſti repugnantibus valet ad coronam, *de conſecrat.diſt.4. cap.per baptiſmum,ex* Auguſtin.*de baptiſ.paruul.lib.1. c.39. in* Concil. Moguntin.*c.6.tom.3.fol.932.*

κ Ex peccato eſt.] Concupiſcentia non eſt peccatum, ſed quia ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat, Auguſtin. *lib.* 1. *cap.* 14. *ad* Bonifac. *contra epiſtolas Pelagianorum*, quanam autem ratione quandoque legitur concupiſcentiam eſſe peccatum, replicat idem Auguſtin. *de nupt. & concupiſc. lib.* 1. *cap.* 22. quem refert & ſequitur Adamus *in epiſt. ad Rom. c. 8.art.2. in fin.*vide in *deciſ.fid. Cathol.in verbo concupiſcentia,q.3.fol.206.*

λ Originali.] In extrauag. *de relig. & vener.ſanct.cap.graue nimis*, & in Concil.Baſilien.*ſeſſ.36. tom.* 3. & qui aliter obſeruat eſt excommunicatus maiori excommunicatione, à qua non poteſt abſolui ab alio quàm à Papa, Silueſt.*excom.7.cap.55. num.92.ſumm.* Tolet.*lib.1.cap.41.verbo ſecundum habetur,&* Cardin.Bellarm.*de cult.Sanct.tom.1.ca.16.fol.* 1625.& latiùs *tom.3.lib. 4. cap. 16. fol. 252. & ſeq.* Idem Tolet.*lib.2.cap.36.in fin.ſed* Nauar. *in ſumm.cap.22.num.107.excomm.24.* requirit dolum, aut culpam talia dicentis ad effectum incurrendi excommunicationem de Beata Virgine, vide Magiſt.*in 3.diſt.3.in gloſ. vid.Catechiſm.*Neap.*c.6.num.22.fol.*184. Quibus adde Bullam Pij V. relatam ad verbum per Quarantam, *fol.* 168. ſed pleniſſimè ad vtramque partem diſputat. *lib. concl. comm. contr.comm.q.346. per tot.*

ADDITIO.

1. *De peccato originali.*] Plenè Iudocus Raueſteyn in Apolog. huius aduerſ. Illyricum, *p.* 1. ad hoc ipſum caput, *fol.*116. vbi etiam de ſequentibus capitibus.

Decretum de Reformatione.

CAPVT PRIMVM.

EADEM ſacroſancta Synodus, piis ſummorum Pontificum, & probatorum [a] Conciliorum conſtitutionibus inhærens, eáſque amplectens, & in illis adiiciens, ne *α caleſtis* ille ſacrorum librorum *theſaurus*, quem Spiritus ſanctus ſumma liberalitate hominibus tradidit, neglectus iaceat, ſtatuit & decreuit quod in illis Eccleſiis, in quibus præbendæ, aut præſtimonium; ſeu aliud quouis nomine nuncupatum ſtipendium pro lectoribus ſacræ Theologiæ deputatum reperitur, Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates & alij locorum Ordinariis, eos, *β qui præbendam*, aut præſtimonium, ſeu ſtipendium huiuſmodi obtinent, ipſius ſacræ Scripturæ expoſitionem & interpretationem per ſe ipſos, ſi idonei fuerint, alioquin per idoneum ſubſtitutum ab ipſis Epiſcopis, Archiepiſcopis, Primatibus, *γ & aliis loco-*

a Vide Conc. Lat. ſub. In 1. 3.c.13.

rum

rum γ *Ordinariis* δ *eligendum* etiam per ſubtractionem fructuum cogant, & compellant. De cætero verò præbenda, 4 *præſtimonium*, aut ſtipendium huiuſmodi non niſi perſonis idoneis, & quæ per ſe ipſos id munus explere poſſint conferantur: & aliter facta prouiſio nulla ſit, & inualida. [b] ε *In Eccleſiis autem* Metropolitanis, vel 5 *Cathedralibus*, ſi ciuitas 6 *inſignis*, vel populoſa, ac etiam collegiatis exiſtentibus in aliquo inſigni oppido, etiam nullius diœceſis, ſi ibi Clerus numeroſus fuerit, ζ *vbi nulla præbenda*, aut præſtimonium, ſeu ſtipendium huiuſmodi deputatum reperitur, η *præbenda quomodocumque*, præterquam ex cauſa reſignationis, primo vacatura, 7 *cui aliud onus* incompatibile iniunctum non ſit, ad eum vſum ipſo facto, θ *perpetuò conſtituta*, & 8 *deputata intelligatur*. Et quatenus in ipſis Eccleſiis nulla, vel non ſufficiens præbenda foret, Metropolitanus, vel [c] Epiſc. ipſe per aſſignationem fructuum alicuius ſimplicis beneficij, eiuſdem tamen debitis ſupportatis oneribus, vel per contributionem beneficiatorum ſuæ ciuitatis, & diœceſis, vel aliàs, prout commodiùs fieri poterit, de ι *Capituli conſilio*, ita prouideat, κ *vt ipſa ſacræ Scripturæ lectio* habeatur, λ *ita tamen*, vt quæcumque aliæ lectiones, vel conſuetudine, vel quauis alia ratione inſtitutæ, propter id minimè prætermittantur.

b Ca. quia, &c. fin. de mag & infrà Seſſ. 23. de reformatione cap. 18.

c Infrà Seſſ. 24. cap. 11. de reform.

Eccleſiæ verò, quarum annui prouentus tenues fuerint, & vbi tam exigua eſt Cleri, & populi multitudo, vt Theologiæ lectio in eis commodè haberi non poſſit, μ *ſaltem* [d] *magiſtrum* habeant, ab Epiſcopo cum conſilio Capituli eligendum, qui Clericos, alióſque ſcholares ν *pauperes* grammaticam gratis doceat, vt deinceps ad ipſa ſacræ Scripturæ ſtudia, annuente Deo, tranſire poſſint. Ideóque ο *illi magiſtro* grammatices, π *vel alicuius ſimplicis* 9 *beneficij fructus*, quos tamdiu percipiat, quamdiu in docendo proſtiterit, aſſignentur; dum tamen beneficium ipſum ſuo debito non fraudetur obſequio: vel ex capitulari, vel Epiſcopali menſa condigna aliqua merces perſoluatur: vel aliàs Epiſcopus ipſe aliquam rationem ineat ſuæ Eccleſiæ, & diœceſi accommodam, ρ *ne pia hæc vtilis*, atque fructuoſa prouiſio quouis quæſito colore negligatur. σ *In monaſteriis* quoque monachorum, vbi commodè fieri queat, etiam lectio ſacræ Scripturæ habeatur: qua in re ſi Abbates negligentes fuerint, Epiſcopi locorum, τ *in hoc vt Sedis Apoſtolicæ delegati*, eos ad id opportunis remediis υ *compellant*. ξ *In conuentibus* verò aliorum Regularium, in quibus ſtudia commodè vigere poſſunt, ſacræ Scripturæ lectio ſimiliter habeatur, quæ lectio à Capitulis generalibus, vel prouincialibus aſſignetur dignioribus magiſtris. In gymnaſiis etiam publicis, vbi tam honorifica, & cæterorum omnium maximè neceſſaria lectio hactenus inſtituta non fuerit, religioſiſſimorum Principum, ac Rerump. pietate, & charitate ad Catholicæ fidei defenſionem, & incrementum, ſanæque, doctrinæ conſeruationem, & propagationem inſtituatur: &, vbi inſtituta foret, & negligeretur, reſtituatur. φ *Et, ne ſub ſpecie pietatis* impietas diſſeminetur: ſtatuit eadem ſancta Synodus neminẽ ad huiuſmodi lectoris officium tam publicè, quàm priuatim admittendũ eſſe, qui prius ab Epiſcopo loci de vita, moribus, & ſcientia examinatus, & approbatus non fuerit: quod tamen de lectoribus in clauſtris monachorũ non intelligatur. χ

d Conc. Conſtantinop. 6. c. 5. cum alleg. à me in tract. de pri. ſch. priu. 88. cap. 2. & cap. quia de mag. Conc. Later. ſub Alex. 3. c. 18. & ſub Innoc 3. c. 1. & infr. ſeſſ. 23. cap. 18. de refor. clem. ne in agro de ſtatu. monach. c. 2. de mag.

10 *Docentes verò* ipſam ſacram Scripturã, dum publicè in ſcholis docuerint, & [e] ⸸ *ſcholares*, qui in ipſis ſcholis ſtudẽt, *ω priuilegiis omnibus α de perceptione* fructuum, præbendarum, & beneficiorum ſuorum, in abſentia à iure communi conceſſis, planè gaudeant, & fruantur. [e] Cap. fin. de ma. all. in meo tract. de pri. ſch. priu. 98.

DECLARATIONES
CARDINALIVM.

SI præbenda erecta pro Theologo non eſt prouiſa fructibus, non ſtruetur, ſed detur Monaſterio alicui, vt aliquis eius Regularis Scripturam legat in Cathedrali, & fructus ſint Monaſterij.

Vbi ſunt præbendæ, & Canonicatus, non poteſt aſſignari aliud Beneficium pro Theologo, vel Pœnitentiario.

Præbendæ vacantes in menſe reſeruato, non debentur Theologo, vel Pœnitentiario.

Viſitator Apoſtolicus non præiudicat legitimo Collatori in præbenda cùm vacauerit.

Si præbenda conferenda Theologo legenti decernatur inhabili ad hoc munus, collatio tenet, niſi præceſſerit actualis deputatio præbendæ in Theologalem.

In Collegiata, quæ habet requiſita, Epiſcopus poteſt deputare præbendam primò vacaturam, & electio ſpectat ad Epiſcopum, collatio ad quem legitimè priùs ſpectabat.

Lector ſi non legit, compellatur ab Epiſcopo.

Habens præbendam Theologalem ſi obtinet parochialem, in ea reſideat, & perdat diſtributiones, & emolumenta dari ſolita in officio, vel Epiſcopus deputet alium, qui legat aſſignato ſalario.

Si nullæ ſunt præbendæ, ſed ſolùm diſtributiones, idem ſtatuatur, vt in præbenda, quia ſunt eius loco.

In præbenda primò vacatura, ſi ſit pro Theologo, optio non habeat locum.

Si in erigenda præbenda Theologali ſit controuerſia inter Epiſcopum, & Capitulum, recurratur ad Metropolitanum, & ſeruetur eius iudicium, ſatisfit Concilio etiam legendo Theologiam ſcholaſticam, vel docendo in Eccleſiis Cathedralibus.

Præbenda Theologalis non excuſat à reſidentia in Parochiali, nec poteſt habere Beneficia incompatibilia ratione iſtorum priuilegiorum.

Scholares in Eccleſiis Cathedraticis non gaudent iiſdem priuilegiis, & de fructibus, ſicut ſtudentes in publicis Academiis.

Lector non percipiat diſtributiones quotidianas (Concilium inferins, i. lector Scripturæ accipiat, pro ea hora, qua legit.)

Collatio pertinet ad eum, ad quem priùs antè Concilium pertinebat de Iure, ſic etiam præbendæ cùm vacant.

Lector Regularis, ſi intra Clauſtrum debet legere, non indiget licentia Epiſcopi, nec eſt examinandus, ſi extra ſit: ſed etiam Chartuſiani ſunt obligati habere in eorum domibus lectionem ſacræ Scripturæ.

Docens, ſeu lector ſacræ Scripturæ, quando docet, & illis diebus, quibus habetur lectio, licèt ſint abſentes, & præſentes.

Vbi non poteſt vniri Canonicatus lectori, decernatur de fructibus ſimplicis Beneficij, vel contribuatur, vt in Concilio.

In Eccleſia Collegiata, vel exempta, Epiſcopus vt delegatus ponat lectionem Scripturæ.

Vnio, vel prouiſio de Præſtimonio vacante per mortem facta à Capitulo lectori, eſt nulla.

Vbi viget Conſuetudo quod à Capitulo detur ſtipendium perpetuum Theologo, eſt ſeruanda, & ſi vtilis eſt conducere Theologum ad tempus, vt triennium, fiat cum conſenſu Capituli.

Ordinarius non poteſt examinare de vita, moribus, & ſcientia legentes ſcripturam in Conuentibus Regularium, vel Monachorum.

Si Epiſcopus non aſſignat primò vacantem pro Theologo, non poteſt ſecundò, vel tertiò vacantem, & poſſet impetrare à Sede Apoſtolica, niſi ex priuilegio.

Si communitas alicuius loci ex conſuetudine immemorabili ſolet dare mercedem concionatori, de cætero poteſt cogi ad dandam.

Præbenda danda Theologo intelligitur, etiam ſi tota conſiſtat in diſtributionibus quotidianis, ſi legit in eadem Eccleſia.

Quando in Eccleſia eſt præbenda, quæ lectioni

lectioni vniri poſſit, non ſatisfit, ſi augeatur, non ſufficiens ſtipendium pro vnione ſimplicis Beneficij, vel pro contributione.

Præbenda vacans poteſt optari, quia Concilium loquitur de vacatura, & quæ mox vacat debetur Theologo.

Item priùs prouideatur de Theologo, quam de Pœnitentiario.

In Collegiatis, quæ ſunt de Iurepatron. idque ſeruetur, ſed eligat Patronus, conferat Epiſcopus.

Lector ſi impediatur infirmitate ſanabili, non poteſt compelli, vt ponat ſubſtitutum, ſed in caſu ſubſtitutionis electio pertinet ad Epiſcopum.

In Eccleſiis Collegiatis ſi Curati ſint negligentes, poteſt Epiſcopus compellere lectores negligentes, vt legant, vel ſubſtituant.

Item ad contribuendū lectori nil poteſt accipi de Beneficiis Regularibus, ſed poteſt de eorum menſibus, ſi ſæcularibus conferantur. Item nil poteſt accipi de Eccleſia parochiali.

Item Theologus qui quando legit cenſetur præſens in Choro, non intelligitur præſens ſi Matutinum dicitur Veſperi.

Item quando Iuriſdictio delegatur, & cumulatur cum ordinaria, Epiſcopus non poteſt declinare in Iudicium Metropolitani, ſecus quando non dicit, etiam.

Item appellatio aliquando intelligitur ſublata quoad effectum ſuſpenſiuum, non deuolutiuum.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *Coeleſtis Theſaurus.*] Quia doctrina Chriſtiana neceſſaria eſt ad ſalutem, vt infr. *ſeſſ. 23. cap. 14. prax. epiſc. in ver. doctrina, quæſt. 1. fol. 81.*

De inſtituenda lectione ſacræ Scripturæ, & liberalium artium legitur in Concilio Cabilonenſi, *2. cap. 3. tom. 2. fol. 1623. & diſt. 37. c. de quib. domn.*

Hic text. procedit etiam in Cathedrali regulari, Nauar. *de magiſt. conſ. 1.* & in Cathedrali vnita, vt ibi quoque prædicari curet Epiſcopus, vt cenſuit ſacra Congregatio.

β *Qui præbendam.*] arg. cap. ſignificatum de præbendis, ſed olim nō poterat Epiſcopus hoc facere, niſi vacaſſet in menſibus Ordinarij, non autem in reſeruatis, *Caputaq. par. 2. dec. 277. & par. 3. Dec. 345. ſub num. 5.*

γ *Et aliis locorum ordinariis.*] Quid ſi iſti ſint ordinarij inferiores qui negligāt compellere lectores ſacræ Theologiæ, vt ſuo munere fungantur, an poſſit Epiſcopus eorum negligentiam ſupplere, & videtur reſpondendum affirmatiuè, quia omnium correctio in diœc. pertinet ad Epiſcopum, *cap. de perſona 11. quæſt. 1.* Clem. I. *de offic. ordin.* ipſe etiam ſupplet negligentiam omnium inferiorum ſuæ iuriſdictionis, *cap. grandi, de ſupplend. neglig. Prælat.* Non obſt. quod Epiſcopus non ſit ordinarius illorum ſubditorum qui habent proprium ſuperiorem, & ſic non habet in eos iuriſdictionem, *cap. graue gerimus, de offic. ordin.* quia non loquimur de ſupplenda negligentia prælatorum non ſuorum ſubditorum, præterea ille text. procedit in eo caſu in quo Abbas ille non erat Epiſcopi ſubditus, ſi enim eſſet ſubditus, bene poſſet Epiſcopus eius negligentiam corrigere, vt not. ibi *gloſ. in verbo corrigere ſit paratus*, & cùm Concilium hic det facultatem Epiſcopis ſupplendi negligentiam Abbatis Monachorum clauſtralis, multò magis id videtur poſſe facere contra alios ordinarios ſæculares.

δ *Eligendum.*] Formam, & qualitates huius electionis per Epiſcopum faciendā, vide in Concilio Mediolanenſi, *lib. 1. de ætat. & qualit. cap. 17. fol. 16. & 18. & fol. 17.* quoad Theologos alendos ab Epiſcopis, vt legant caſus conſcientię, & prędicent verbum Dei, ſeruetur hoc decretum.

ε *In Eccleſiis autem.*] *cap. quia nonnullis, de mag.* & in Concilio Hildeſem. *cap. 31. tom. 3. fol. 892.* Licèt ex proprietate ſermonis ſub nomine Eccleſiæ veniat ſæcularis, *Rot. par. 2. dec. 54. num. 3. diuer.*

ζ *Vbi nulla præbenda.*] Quid ſi ex Canonicis nemo ſit aptus ad legendū, ſed aliquis regularis deputatur ad illud munus, an debeat regulari illi iuxta formam huius text. aſſignari præbenda, ſiue Canonica pro lectione, & interim pro Canonicatu debeat creari Canonicus in locum defuncti, vt participet tantùm de quotidianis diſtributionibus, ſine præbenda, dicebatur, quia vbi Canonicatus ſunt diſtincti, & prębendæ eis annexæ ſunt ſpirituale quid, & ſic indiuiſibiles, *Abb. in c. maiorib. & cap. dilecto de præbend.* quod tunc non poſſet diuidi à Canonica cùm ſit acceſſoria ad eam, & pendeat ab

ab ea per ea quæ not. Felin. *in cap. cùm M. num.* 32. *de Conſtit. expect.* igitur erit quouſque aliquis inſtituatur qui locum impleat, & præbendam obtineat, *iuxta not. per gloſ. in cap. quia nonnulli in verbo præbendæ, de magiſtr.*

n Præbenda quomodocumque.] *Cap.* 1. *de magiſtr. ex Lateranen. ſub* Alex. *cap.* 11. *tom.* 2. *fol.* 951. ſed diſpoſitio illius cap. ampliatur per Concilium hîc, vt talis præbenda primò vacans cenſeatur ipſo facto ad hoc deputata, & limitatur, niſi habeat onus incompatibile ſecum annexum.

o Perpetuò conſtituta.] Quod dicitur hîc vt perpetuò ad hoc cenſeatur conſtituta præbenda, confirmatur *infr. ſeſſ.* 25. *cap.* 1. *de refor.* ibi præbendis Theologalibus non cenſetur derogari per quamlibet prouiſionem, ſed illud onus perpetuò maneat, nec enim inconuenit ſtatuere quod illud onus eſſet annexum tali præbendæ, vt per *gloſ. d. cap. quia nonnulli, in verb. præbendæ, & in cap. ſignificatum, de præbend.*

ι De Capituli conſenſu.] Poteſt ex conſuetudine alicuius Eccleſiæ aſſignari Theologo pro lectione à Capitulo ſtipendium perpetuum, quod ſi diligentiorem efficere poſſet, poterit in ſui muneris functionem triennium eius conductioni præfiniri.

κ Vt ipſa ſacræ Scripturæ lectio.] Lectio ſacræ Scripturæ inſtituatur, ſed aliæ non deſtituantur in Colonienſ. Prouinc. *de ſchol. & typogr. cap.* 1. *& ſeq. tom.* 3. *fol.* 812. Aug. *cap.* 26. *tom.* 3. *fol.* 880. Mogunt. *cap.* 65. *tom.* 3. *fol.* 943.

Vbi autem commodè inſtitui non poteſt lectio Theologiæ, ſaltem inſtituatur Grammaticæ, & Muſicæ, prout cenſuit Congregatio, & circa tempus, horam & materiam ſacræ Scripturæ ſuper qua legendum ſit, remittitur arbitrio ordinarij prout eadem Congregatio cenſuit.

λ Ita tamen.] Congregatio cenſuit, ſi ſtipendium pro lectore ſacræ Theologiæ iam ante Concilium fuit in Cathedrali deputatum, non eſſe neceſſe ex hoc decreto erigere præbendam Theologalem, die 14. Mart. 1598.

μ Saltem magiſtrum.] *De magiſt. cap. quia nonnulli in fin.* ex Lateranenſ. 2. *cap.* 11. *tom.* 2. vbi Hoſt. *in* §. *vtrum à ſcholaribus, verbo quod ſi nulla.*

ν Pauperes.] Quis autem dicatur pauper in caſu iſto, vbi per Abb. *& in addit. ad eum in cap.* 1. *num.* 1. *de magiſtr.*

ξ Illi magiſtro.] Hic magiſter Grammaticę etiam priuatim docẽs etiam domi ſuæ ad profeſſionem fidei tenetur, ſed non incurrit cenſuras, ſed tantùm peccat, Pius I V. in ſacroſancta, ſed promouentes, aut permittentes incurrunt Cenſuras, Catech. Neap. *l.* 3. *caſ.* 129. *fol.* 204.

π Vel alicuius ſimplicis beneficij.] Non licet Epiſcopo ad hoc munus deputare proprium curatum, etiam ſi ſuæ Eccleſiæ parochiali diebus feſtis inſeruiat ex Congregationis ſententia.

ρ Ne pia hæc vtilis.] Hinc Congregatio declarauit exercentes curam animarum, etiam in parochialibus Hieroſolymitanæ Religionis, teneri accedere ad Congregationes, quæ iuſſu Epiſcopi ad caſus conſcientiæ differendos habentur. 18. Mart. 1598.

σ In Monaſteriis.] In Concilio Colonienſ. ſub Germano, vide *vit. & Conuerſ. monaſt. ca.* 5. *&* 6. *tom.* 3. *fol.* 809.

τ In hoc Sedis Apoſtolicæ delegati.] Et aliàs pluries, vt infrà *eod. cap. ſeq. poſt princ.* iterum circa *fin. ſeſſ.* 6. *cap.* 2. *&* 3. *&* 4. *& ſeſſ.* 7. *cap.* 6. 8. *&* 14. *&* 15. *ſeſſ.* 13. *c.* 5. *ſeſſ.* 14. *c.* 4. *ſeſſ.* 21. *cap.* 3. *& ſeſſ.* 22. *cap.* 3. *Iterum ſeſſ.* 21. *cap.* 5. 6. 7. *&* 8. *in princ. & in fin. ſeſſ.* 22. *cap.* 6. 8. 9. 10. 11. *ſeſſ.* 24. *c.* 14. *ſeſſ.* 25. *de regularib. c.* 5. 8. *&* 9. *ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *propè fin. de reform. & cap.* 14. & alios caſus ſi qui ſuperſunt, vide *per Quarant. de excomm. fol.* 241. *verbo præter ſummiſtas.*

υ Compellant.] In collegiatis & aliis inferioribus Eccleſiis in quibus præbenda, aut ſtipendium pro lectore ſacræ Scripturæ deputatum reperitur, & perſona iam eſt deputata, ſi inferiores ordinarij negligentes fuerint in compellendis lectoribus, vt ipſi ſi idonei fuerint, legant, vel in deputatione ſubſtituti ſimiliter fuerint negligentes, Epiſcopus compellere eos poteſt, vel legere, vel deputare dictum ſubſtitutum.

ξ In Conuentibus.] Ordinarius non poteſt examinare, ſeu approbare de vita, & moribus, ac ſcientia eos qui ſacram Scripturam interpretaturi ſunt in Conuentibus Regularium, & multò minùs eos qui tali munere fungi volent in clauſtris Monachorum ex Congregationis ſententia.

φ Et ne ſub ſpecie pietatis.] Hinc emanauit bulla Pij I V. decimatertia Decembris anni 1564. de profeſſione fidei emittenda, circa quam Congregatio cenſuit eam habere locum etiam in docentibus prima princi-

pia

pia Grammaticæ, Arithmeticæ, Muſicæ, & aliarum artium liberalium, licèt publicam ſcholam non faciant, ſed in propriis domibus doceant, & ſuper hoc faciendam eſſe informationem, & proceſſum ſummarium; ſed quantum Epiſcopo ſufficere videbitur, quoad pœnas verò in eadem bulla contentas, cenſuit in locis in quibus non ſunt gymnaſia publica, dictam bullam non videri eas impoſuiſſe ordinariis, ſi patiuntur quemquam quoquo modo docere litteras priuſquam profeſſionem fidei faciat.

Docentes verò.] Theologus legens, quamdiu leget pro reſidente habeatur, & recipiat omnes fructus præter diſtributiones quotidianas, præſuppoſito quod adſit maſſa groſſa, ſeu præbenda, ad *cap. licet de præbend. vbi gloſ. & cap. cùm non doceat, de elect. lib. 6.* & cenſuit ſacra Congregatio. Docentes autem, ſeu audientes ſacram Scripturam extra publicas ſcholas in Cathedrali Eccleſia non gaudent priuilegiis conceſſis docentibus in publicis ſcholis, prout cenſuit eadem Congregatio.

Scholares.] Solùm ſcholares ſacræ Scripturæ hodie ex hoc text. gaudent, ſed olim etiam ſcholares Grammaticæ gaudebant, Petr. Rebuff. *de priuil. ſcholar. priuileg. vltim. num. 1. fol. 414. tom. 5.*

Priuilegiis omnibus.] Priuilegia docentium, & ſcholarium, *ex cap. ſuper ſpecul. in fin. de magiſtr.* hæc ſunt, vt per annos quinque percipiant, & prouentus præbendarum, & beneficiorum, quæ cùm non immutentur ſtare non prohibentur, argum. *leg. præcipimus, C. de appell.* ſed dic quod ſcholares debent eſſe matriculati, vt per Abb. *in cap. quidam, de priuileg. & in addit. num. 1.* gaudent etiam priuilegiis Ciuium vbi ſtudent, Petr. Rebuff. *de priuil. Scholar. priuil. 125. num. 1. fol. 406. tom. 5.* Item gaudent priuilegiis peregrinorum, *ibidem priuil. 129. n. 1.* debet tamen intrare Scholas, nec ſatis eſt domi ſtudere. Rebuff. *ibidem priuil. 169. num. 1. fol. 401.* Quid ſi doceant & legant publicè in ſcholis, ſed non ſint Doctores Matriculati, nec ordinarij, vel extraordinarij, ſed exercitationis gratia, etiam ſine ſtipendio hoc munus exerceant, & Congregatio 1594. cenſuit gaudere: ſatis enim eſſe videtur ſi publicè legant, cùm etiam ſcholares audientes admittantur, & gaudeant: ſed valdè dubito de hac ratione, quia vt ſuperius dictum eſt, ſcholares, niſi ſint matriculati non gaudent, vt per Abb. *in d. c. quidam, de priuileg. & in addit. num. 1.*

De perceptione.] Requiritur diſpenſatio Sedis Apoſtolicæ cum Epiſcopi licentia, cum his conditionibus: Prima vt verè, & actu in inſigni aliqua Academia Theologiæ, vel ſacris Canonibus det operam, alioquin licentia ſit nulla, nec gaudebit hoc priuilegio audiens lectiones in Cathedrali: Secunda, vt præſtito iuramento annos ſuos referat, quia ſuprà annos 30. non admittitur, niſi iam cœptum ſtudium non abſoluiſſet: Tertia, quod non excedat tempus quinquennij à principio ſtudiorum computandum: Quarta, quod intra annum promoueri debeat ad ſubdiaconatum, ſi natura beneficij requirit ſacros ordines: Quinta, vt ſi beneficio ſeruitium debeatur quod in abſentia perſolui poſſit, perſoluatur, quæ licentia denegatur hodie poſt Concilij confirmationem in obtinentibus parochiales, cùm præſupponatur idonei & approbati per concurſum, iuxta huius Concilij decretum, *Seſſ. 24. cap. 18.* Nec enim hodie cauſa ſtudiorum eſt ſufficiens pro animarum cura, nec Inquiſitor excuſatur, *comm. contr. commun. q. 585.*

Reſolutiones Sacr. Congregationis ad idem cap. primum, ead. Seſſ. Quinta.

Facta erectione præbendæ donec de idoneo Theologo prouideatur, Epiſcopus fructuum cuſtodem non deputet, ſed eos omnes ſuperiori alicuius Monaſterij tradat, qui curet, vt aliquis idoneus Theologus ex ſuis regularibus publicè ſacram Scripturam in Cathedrali Eccleſia doceat, eique in primis neceſſaria ſubminiſtret, ex dictis fructibus, reliquum in Monaſterij vſum conuertat. *Aſculana.*

Vbi ſunt præbendæ, & Canonicatus, non poteſt aſſignari aliud beneficium pro iſto Theologo, vel Pœnitentiario. *Seguntina.*

Non comprehenduntur præbendæ vacantes in menſibus reſeruatis, idem ius in pœnitentiali præbenda. *Valentina.*

Per decretum viſitationis Apoſtolicæ ſuper cuſtodienda præbenda vacatura, non fit præiudicium legitimo collatori cùm ea vacauerit. *Eugubina.*

Si lectores iſti Collatoribus inferioribus ſunt ſubiecti, vt muneri ſuo ſatisfaciant, per Epiſcopum ſunt compellendi. *Burgen.*

Lectores ſi legitimè obtinuerunt Parochialem tenentur in ea reſidere, admiſſis di-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſtributionibus quotidianis, & aliis emolumentis, quæ tantùm deſeruientibus dari ſolent, in officio autem deputare debent, qui legat, aſſignato ei competenti ſalario. *Elboren.*

Si nullæ ſint præbendæ,eò quia Canonicatus tantùm diſtributiones habeant, idem ſtatuendum, quod de præbendis cùm illarum loco ſuccedant. *Eugubina.*

Si in electione Theologi, vacante præbenda, inter Epiſcopum, & Capitulum ſit controuerſia, ad Metropolitanum erit recurrendum, & eius iudicium ſeruandum. *Raguſin.*

Satisfacit Concilio, etiam Theologiam ſcholaſticam legendo. *Hiſpalenſ.* idem iudicium de docentibus in Cathedralibus. *Caurien.*

Non excuſantur à reſidentia in Cathedralibus, nec poſſunt habere beneficia incompatibilia ratione priuilegiorum. *Aſtoricen.*

Scholares in Eccleſiis Cathedralibus non gaudent iiſdem priuilegiis ſicut ſtudentes in publicis Academiis. *Caurien.*

A quo hæc collatio præbendæ fieri debeat, Concilium non expreſſit, quare pertinebit ad eum ad quem antea ſpectabat. *Aſtoricen.*

Canonicus Capuanus lector,fuit per annum exemptus à reſidentia, dummodò eo tempore in loco viciniori habitaret, & quod inimicitiæ, ſine eius culpa ortæ ſint. *Capuan.*

Canonicus qui fideiuſſerat de non recedendi ab vrbe,fuit à reſidentia fideiuſſione durante excuſatus, & inhibitum ordinario ne contra eum procedat. *Aretin.*

Per hoc non datur facultas ordinariis diſpenſandi in reſidentia ex quauis cauſa. *Piſtorien.*

Si Capitulum ſe offert ſoluturum congruam ſuſtentationem Theologo pro lectione ſacræ Scripturæ,non poteſt Ordinarius primam pręcbendam vacantem deputare lectori ſacræ Scripturæ, dum tamen Capitulum amplius non grauetur ſoluere quàm in Eccleſia Metropolitana, erogatur eadem de cauſa.

Decentius eſt inſtitui ad legendum Canonicũ eiuſdem Eccleſiæ, quàm extraneum ſæcularem, propter multa quæ not.Nauar. *par.2.lib.5.in tit.de Magiſtr.conſ.1.num.5.*

Sicut præbenda Theologalis, vel pœnitentiarij non poteſt abſque aliquo Canonico optari cùm detur per electionem prævio examine, ita Theologus, vel Pœnitentiarius non eſt admittendus ad ius optandi,ex Congregationis ſententia, die 12.Febr.1601.

Erectionem tamen præbendæ Theologi non habere locum in ea quæ vigore ſtatuti à ſequenti Canonico optatur: ſed illam præbendam, quam dimiſerit Canonicus qui nouiſſimè optat,huic muneri affectam, & vnitam remanere in vna, Lunen. Sarzanen.*die 6.Iulij 1592.*

Quod ſi ordinarius conferat beneficium cum onere legendi ſacram Scripturam,collatio non eſt ſymoniaca, ſed tenet. Verall. *par.1.deciſ.132.*

Congregatio Concilij cenſuit quando clericus ſæcularis idoneus pro Theologali prębenda non reperitur,collationem ipſius ſuſpẽdendam eſſe donec inueniatur Theologus ſæcularis idoneus cui fieri poſſit: interim nullum eſſe deputandum cuſtodem, aut Curatorem fructuum ipſius Canonicatus:ſed eos omnes tradendos ſuperiori alicuius ordinis,qui curet, vt aliquis Theologus ex ſuis regularibus publicè in Cathedrali Eccleſia doceat ſacram Scripturam, prout mandatur hoc text. eíque in primis neceſſaria ſubminiſtret ex dictis fructibus, & quod reliquum fuerit,in vſum Monaſterij conuertat,Pharen.24.*Maij* 1591.

Si electioni factæ per Epiſcopum de lectore, Capitulum ſe oppoſuerit,deuoluitur cauſa ad Metropolitanum.*Bergomen.*

In collatione Cathedræ legendi Grammaticam, præſuppoſito quod dictæ Cathedræ ſint annexa duo præſtimonia, quorum fructus ſunt pro ſuſtentatione lectoris dictæ Cathedræ, pertineat ſimul ad Epiſcopum, & Capitulum, videlicet admittendi Vicarium generalem habentem poteſtatem.

Debent parochi infra menſem Epiſcopo nunciare, quínam docendi in ſua parochia munus exerceat, ex decreto Concil. Mediolanen. *de ſumm. Trinit. tit.1.cap.3.fol.2.*

Congregatio cenſuit docentes Ius Canonicum in publica Vniuerſitate, priuilegiis de percipiendis in abſentia ſuarum præbendarum fructibus gaudere, & potiri, quamuis præbendæ quas obtinent,ſitæ ſint in Cathedrali eiuſdem Ciuitatis, in qua publici lectores munere fungantur, *die* 18. *Aprilis* 1595.

ADDI.

ADDITIO.

1 *Conciliorum.*] Vide Concil.Lateranen. ſub Innoc.*cap.3.&* 11.

2 *Stipendium.*] Beneficium quod datur in ſtipendium, non dicitur propriè Beneficium, & poteſt etiam à clerico coniugato detineri, nec tenetur impetrans de eo, vel de eius valore facere mentionem, *gloſ.reg. Cancel.61.fol.54.in par.* exemplum ſumi poſſe videtur ex *Enchirid. Iudic. Eccleſ. not.* 180. poſt Floſcul.*Benefic.*vbi dicitur quod ſi Canonici mediam prębendam dederint Sacriſtæ, ad eius ſuſtentationem, de ea in impetratione mentio fieri non debet, quia non eſt Beneficium Eccleſiaſticum, ſed quoddam officium, quod non detur in titulum.

3 *Ordinarius.*]Habet & locum in Abbatibus habentibus iuriſdictionē Epiſcopalem, quia in hoc æquiparantur Epiſcopis,vt per Conrad.Brun. *de hæret.cap.5. num.* 18. Concordat.text.*in c. quibuſdam,diſt.37.* & ita in ſpecie huius decreti Flor. Diez *var.quæſt.li.3.q.23.num.*30.

4 *Præſtimonium, &c.*] Hæc omnia beneficia non comprehenduntur in generalibus reſtitutionibus,vel expectatiuis,Couar. *pract.quæſt.c.36.num.*40.

5 *Cathedralibus.*] Et regularibus,vide infrà *Seſſ.25.de regul.c.1.in Apoſt.*

6 *Inſignis.*] Quæ dicatur inſignis, vide Rot.*diuerſ.dec.29.p.2.*

7 *Cui aliud onus.*] Simile infrà *Seſſ.24.de Reform.c.* 8. & ad hunc *text.* vide Sylueſt. *in ſumm.in verb.Doct.num.*10.

8 *Deputata intelligatur.*] Per primam autem erectionem, quæ habuerit effectum Concilio ſatisfactum dicitur, nec poterit Epiſcopus poſtea aliam erigere, ſecus autem ſi non habuerit effectum, vt de præbenda pro Pœnitentiario, fuit dictum coram Seraph. in vna Oſcen. Canonicatus Merc.9. *Iunij* 1593. quæ effectuatio præbenda eſt per eum qui impugnat erectionem, non dicitur autem effectuata quando conſtat, quod ille deputatus etiam ſtante lite, nunquam exercuit officium, vt ibi dicitur, & tantò magis ſi ille deputatus reſignaſſet, & Canonicatus quaſi liber à Papa alteri collatus fuiſſet, & ita per multos annos fuiſſet poſſeſſus, & in alios tranſiuiſſet, & allegat. Put. *deciſ.*180. *lib.*3. in vna Salaman. Vbi autem prima erectio fuiſſet ſortita effectum, non valeret: ſecunda etiam facta auctoritate Pontificis, non facta mentione de prima, vt in eadem deciſ. Seraphin. Diceretur etiam validè facta, eum ad effectum, de quo hìc ſi facta eſſet de Beneficiis, vel prædenda vacante in menſe Aprilis reſeruato diſpoſitioni Papæ, ſi deinde obtenta fuiſſet noua prouiſio, Rota in vna Barchinonenſ. Canonicatus, & præbenda, *Die Ven.10.Martij* 1595.Coram Orano.

9 *Beneficij fructus.*] Hi fructus præbendam conſtituunt temporalem, Zabar. *conſ.126.num.4. & conſ. 143. num.* 1. facit *cap. quia nonnulli,§.ſanè,*ibi vnius præbendæ prouentus extra de Magiſtr. & concedi poteſt etiam laïcis,Zabar.*conſ.143.num.*1.

10 *Docentes verò.*] Amplia iſtum textum in docentes ſacros Canones, præcipuè ex eo, quod purus Canoniſta præfertur puro Theologo, vbi non viget hæreſis, Io. Andr. Henr.& Præpoſit.*in c.1. de conſanguinit.* Felin.*conſ.18.num.9. & in c.cùm adeo,de reſcrip. vol. pen.* Oldr. *conſ.* 118. *gloſ. pragma. ſanct. Inn. de collat. §. inſuper in verb.habeat,* licèt contrarium teneat Archiep. *in 4.diſt.14. qu.*10. vide Anch.*conſ.*17.

De verbi Dei concionatoribus, & quæſtoribus eleemoſynariis.

CAPVT II.

QVia verò Chriſtianæ Reipublicæ [a] non minùs neceſſaria eſt prædicatio Euangelij quàm lectio: & [b] hoc eſt ß *præcipuum Epiſcoporum munus*: ſtatuit, & decreuit eadem ſancta Synodus, omnes Epiſcopos, Archiepiſcopos, Primates, & omnes alios Eccleſiarum Prælatos teneri per ſeipſos, ſi legitimè impediti non fuerint, ad prædicandum ſanctum Ieſu Chriſti Euangelium. Si verò contigerit Epiſcopos, & alios prædictos legitimo detineri impedimento:

a Infrà Seſſ. 24. c. 4. de ref.
b 11. Tolet. cap. 2.

mento: γ *iuxta formam* ᶜ 1 *generalis Concilij* viros idoneos aſſumere teneantur ad huiuſmodi prædicationis officium ſalubriter exequendum. Si quis autem hoc adimplere contempſerit, δ *diſtrictæ* ſubiaceat vltioni. ε *Archipresbyteri* quoque plebani, & quicunque Parochiales, vel aliàs curam animarum habentes, Eccleſias quocunque modo obtinent, per ſe, ζ *vel alios idoneos*, ſi legitimè impediti fuerint ᵈ diebus ſaltem η *Dominicis*, & feſtis ſolemnibus, plebes ſibi commiſſas pro [illegible] earum capacitate paſcant ſalutaribus verbis: docendo, quæ ſcire [illegible] neceſſarium eſt ad ſalutem, annunciandóque eis cum breuitate & facilitate ſermonis θ *vitia, quæ eos* declinare, & virtutes, [illegible] oporteat: vt pœnam æternam euadere, & cœleſtem glo[illegible] q[illegible] valeant. Id verò ſi quis eorum præſtare negligat, [illegible] Epiſcopi iuriſdictione quauis ratione exemptũ ſe eſſe præ[illegible]tiam ſi Eccleſiæ quouis modo exemptæ dicerentur, aut [illegible]ſterio, etiam extra diœceſim exiſtenti, forſan annexæ, vel [illegible]ò re ipſa in diœceſi ſint, prouida paſtoralis Epiſcoporum [illegible]dio non deſit; ne illud impleatur: Paruuli petierunt panem, [illegible] erat qui frangeret eis. Itáque vbi ab Epiſcopo moniti trium menſium ſpatio muneri ſuo defuerint, ι *per cenſuras* Eccleſiaſticas, ſeu alias ad ipſius Epiſcopi arbitrium cogantur, ita vt etiam, ſi ei ſic expedire viſum fuerit, ex beneficiorum fructibus alteri, qui id præſtet, honeſta aliqua merces perſoluatur, donec principalis ipſe reſipiſcens officium ſuum impleat.

Si quæ verò Parochiales Eccleſiæ reperiantur ſubiectæ Monaſteriis in nulla diœceſi exiſtentibus, ſi Abbates, & κ *regulares* Prælati in prædictis negligentes fuerint: à Metropolitanis, in quorum prouinciis diœceſis ipſæ ſitæ ſunt, tanquam quo ad hoc, Sedis Apoſtolicæ delegatis, compellantur, neque huius decreti executionem conſuetudo, vel exemptio, aut appellatio, aut reclamatio, ſiue recurſus impedire valeat, quouſque deſuper à competenti iudice, qui ſummariè, & ſola facti veritate inſpecta procedat, cognitum & deciſum fuerit. ᵉ Regulares verò cuiuſcumque ordinis, niſi à ſuis Superioribus de vita, λ *moribus* & ſcientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum licentia, etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum, prædicare non poſſint: cùm qua licentia perſonaliter ſe coram Epiſcopis præſentare, μ *& ab eis benedictionem petere* teneantur, antequam prædicare incipiant. ν *In Eccleſiis* verò, quæ ſuorum ordinum non ſunt, vltra licentiam ſuorum ſuperiorum, ᶠ etiam Epiſcopi licentiam habere teneantur: ſine qua in ipſis Eccleſiis non ſuorum ordinum nullo modo prædicare poſſint, ipſam autem licentiam gratis Epiſcopi concedant.

2 ο *Si verò, quod abſit*, prædicator π *errores*, aut ſcandala diſſeminauerit in populum, etiam ſi in Monaſterio ſui, vel alterius ordinis prædicet: Epiſc. ei prædicationem interdicat. Quod ſi hæreſes prædicauerit: contra eum ſecundùm iuris diſpoſitionem, aut loci conſuetudinem procedat: etiamſi prædicator ipſe generali, vel ſpeciali priuilegio exemptum ſe eſſe prætenderet, quo caſu Epiſcopus auctoritate Apoſtolica, ρ *& tanquam Sedis Apoſtolicæ* delegatus procedat. Curent autem Epiſcopi, ne quis prædicator, vel ex falſis informationibus,

c Conc. Later. ſub Inn. 3. cap. 10. c. inter cætera de offic. iud. or. Vide poſt finem huius lib.

d Con. Conſt. 6. c. 8 c. ex tit. ſ. habetur etiã de ver. ſig. & Conc. Later. vlt. Seſſ. 11.

Hierem. Threm.

e Conc. Later. vlt. Seſſ. 11. de modo præd.

f Cap. excommunicamus, §. quia verò, de hær. infrà Seſſ. 24. cap 4. de reformatione.

bus, vel aliis, calumnioſè vexetur, iuſtámve de eis conquerendi occaſionem habeat.

Caueant præterea Epiſcopi, ne aliquem, vel eorum, qui cùm ſint nomine Regulares, *e extra clauſtra* tamen, & obedientiam religionum ſuarum viuunt: vel Preſbyterorum ſæcularium: niſi ipſis noti ſint, & moribus atque doctrina probati, etiam quorumlibet priuilegiorum prætextu in ſua ciuitate, vel diœceſi prædicare permittant, donec ab ipſis Epiſcopis ſuper ea re, ſancta Sedes Apoſtolica conſulatur, à qua priuilegia huiuſmodi, niſi tacita veritate, & expreſſo mendacio ab indignis extorqueri veriſimile non eſt.

3 *τ Quæſtores* ʒ verò eleemoſynarij, qui etiam quæſtuarij vulgò dicuntur, cuiuſcunque conditionis exiſtant, nullo modo, nec per ſe, nec per alium prædicare præſumant: & contra facientes ab Epiſcopis, & Ordinariis locorum, priuilegiis quibuſcumque *υ non obſtantibus*, opportunis remediis omnino arceantur.

ʒ Conc. Later. ſub Innoc. 3. c. 62. c. cùm ex eod. de pœnit. & remiſſ. cle. abuſionib. eo. tit. infrà Seſſ. 22. de refor. can. c. vt officium. §. compeſcend. de hæret. in 6.

Indictio futuræ Seſſionis.

Item hæc ſacroſancta Synodus ſtatuit, & decernit, primam futuram Seſſionem tenendam, & celebrandam eſſe, die Iouis, feria quinta poſt feſtum beati Iacobi Apoſtoli.

Prorogata deinde fuit Seſſio ad diem XIII. *menſis Ianuarij*, M. D. XLVII.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

Abbas habens in territorio iuriſdictionē priuatiuè ad Epiſcopum, detur Epiſcopo offerre eos, qui volunt licentiam prædicandi, vel confeſſiones audendi.

Item præpoſitus, & exemptus non poteſt benedicere concionatores.

Item Epiſcopus non debet negare licentiam præſentato prædicatori Regulari, ſi eſt idoneus ſecundùm hoc decretum.

Item Rector, vel beneficiatus Eccleſiæ Parochialis ſæcularis ſubiectæ Regularibus non poteſt prædicare in dicta Eccleſia, ſine licentia Epiſcopi.

Item Epiſcopus in viſitatione Eccleſiæ nullius poteſt monere, & corrigere, vt plebem paſcat, vt hic.

Item in Eccleſiis Regularium, vbi eſt conſuetudo prædicandi ſeruetur, & præferantur cæteris paribus Regulares ſui ordinis, alioquin deputetur alterius ordinis, quos recipiant, & compellantur ab Epiſcopo.

Item Epiſcopus, vel per ſe prædicet, vel ſuis ſumptibus alios conducat, niſi alienis ex conſuetudine, *Seſſ. 24. cap. 4. de reform.* & ſi eſt dubium quorum ſumptibus, interim quadrageſima Epiſcopus alat ſuis.

Item Epiſcopus ſuis ſumptibus conducat prædicatores in Cathedrali, non obſtante quacumque conſuetudine immemorabili.

Item ordinarius eligat Prædicatores, niſi obſtet conſuetudo immemorabilis.

Item ſi Curatus vult prædicare non eſt impediendus.

Item ſi communitas loci ex immemorabili ſoluit mercedem, eſt cogenda de cætero.

Item ordinarius non poteſt ad libitum, & ſine cauſa rationabili ſuſpendere à prædicatione.

Item per Confirmationem Regularium non eſt derogatum huic capiti Concilij, niſi in priuilegiis ſit expreſſa diſpoſitio, quæ communis ſit huic diſponendi Concilij.

Item quando dicitur de licentia ſuperioris in Eccleſia ſæculari, ſemper intelligatur Epiſcopus.

Nec obſtat ſi ſuperior eſt exemptus, niſi etiam Eccleſiæ nullius.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a Qvia verò.] De neceſſitate prædicationis legimus in Matth. *vlt. d. Marci vlt. cap. actu* 6. 1. Corinth. 1. *cap. Timoth.* 4. *d. c.* 2.

Timoth.4. *ad* Tit. 1. *cap. d.* æquiparatúrque prædicatio corpori Chriſti,1.*quæſt.*1.*cap.*interrogo ex Auguſt.*lib.*.. Homil.26.Iuo *lib.* 2. *cap.* 106. & multa ad munus prædicationis pertinentia traduntur in Lateranen.ſub Leo.X.*Seſſ.*11.*in Bulla Supernæ,tom.*4.*fol.*669. & in Colonien. de diſſeminatione *verbi p.* 6.*tom.*3.*fol.*701. Auguſt. *cap.* 13. *tom.*3.*fol.*782. Senonen. in decret. morum *cap.* 35. *& ſeq. tom.*3.*fol.*761.

β Præcipuum Epiſcoporum munus.] Sic de *offic.ordin.cap.*inter cætera,ex Lateranen.ſub Innoc.*cap.*10.*tom.*2.*fol.*951.& infr.*Seſſ.*24.*c.*4. *in princip.reform.ſimul.*Paſt.*p.*2.*c.*7.

γ Iuxta formam.] Excipitur infrà *Seſſ.* 24. niſi legitimè impediti fuerint,quæ exceptio inter alia impedimenta etiam illud ob defectum ignorantiæ comprehendit contra text. *d. cap. inter cætera*, & ita vtimur his temporibus, in quibus plures reperiuntur Epiſcopi, qui iuxta Latinam linguam intelligunt, & per plures prædicationes munus exercent.

δ Diſtrictæ.] Pœna hæc remanet immutata, ſed quid ſit vide per Fuſc. *lib. cap.* 31. *fol.*195.

ε Archipresbyteri.] Iſti per ſe tenentur: & poſſunt, ſed eis impeditis Epiſcopus deputabit alium idoneum loco ipſorum, expenſis eorum, qui aliàs tenentur, vel ſolent ad implendum munus, infrà *Seſſ.* 24. *cap.* 4. *poſt princip.* de iure antiquo curatis Rectoribus competit munus prædicationis reſpectu Curæ ex *cap.cùm ex iniuncto de hæret. cap. inter cætera de offic. ordin. & cap.* 1. de ætat. ordinar.quod recipit duas ampliationes,& vnam limitationem,de quibus hic text.& in hac ſubrogatione differt hic text. ab illo,*Seſſ.*24.*cap.* 4. quia hic vbi Parochus ſit legitimè impeditus poterat deputare alium idoneum, ibi Epiſcopus deputat, quod ſeruatur, ſic etiam Rectori Decani non debent prohibere exercere munus prædicationis, niſi ob iuſtam aliquam cauſam.

ζ Vel alios idoneos.] Etiamſi non ſint in ſacris conſtituti, quia prædicatio non indiget ordine ſacro, Nauarr. *de temp. ordin. conſ.*7. & cenſuit S.Congregatio.

η Dominicis.] Concluſio hæc de tempore quo prædicare debeant ampliatur, infrà *Seſſ.*24.*cap.*4. vt tempore ieiuniorum, Quadrageſimæ, & Aduentus Domini, non ſolùm Dominicis diebus id faciant, vel dic quod remittitur Epiſcopi arbitrio, vt ibid.

θ Vitia, quæ.] Pœnam & gloriam, virtutes,& vitia ex Gregor.Concil.Senonen.in decret.Moral. *cap.*35.*& ſeq.tom.*4. *fol.*745.

ι Per cenſuras.] Appellatione cauſarum quod veniat,Abb. *in cap. quærenti, de verb. ſignificat.*Oldrad. *conſ.* 86. *in fin.* Cardin. in Clem.1. *de teſtib.* Abb. *in cap. cum clerici de pact.in gloſ.fin.in fin.*

κ Regulares.] Non prædicent Regulares, ſine licentia, cauſa cognita eis data etiam in Eccleſiis ſuorum ordinum, ſed Superiores erunt Prælati Regularium non Epiſcopi, ex Lateranen. 3. in Bulla Leonis X. Supernæ, circa med. *tom.*3. *fol.* 682. facit text. *in cap. quàm ſit de Iud.* vbi nemo recipitur ad prædican. euangelicam veritatem, ſine requiſita, & habita Prælatorum ſuorum licentia,vt not. *ibi gloſſ.in verb.habita*, quod non ſufficit petere, niſi quoque obtineatur, quibus *add.text.in cap.excommunicamus in* §.*quia verò nonnulli, de hæretic.* Hæc tamen diſpoſitio limitatur, infr. *Seſſ.*24.*cap.*4. in fauorem Epiſcoporum, vt regulares etiam in Eccleſiis ſuorum ordinum contradicente Epiſcopo prædicare nón præſumant.

λ Moribus.] Satis eſt hodie ſi ſint à ſuis generalibus, vel miniſtris approbati, quia ſublata eſt Epiſcoporum poteſtas,hoc caſu idem ſi ſint Lectores, vel in Theologia graduati, quia præſumuntur approbati, vide Bullam Pij V. quæ poſtea fuit reuocata, & ad viam Iuris & Concil. redacta, per Gregor. X I I I.

μ Et ab eis benedictionem petere.]Hodie licentiam petere debent, infrà *Seſſ.* 24.*cap.*4. idque cautum erat iure communi aliàs incidunt in excommunicationem, *cap.excommunicamus el* 1. §. *quia nonnulli,* & ibi Sicul. *col.final.verb.oppono contra de hæret.* ſed vid. quid in hoc cenſuerit Congregatio, *vt not. in d.cap.*4.

ν In Eccleſiis.]Congregatio Concilij cenſuit Regulares qui abſque licentia Epiſcopi prædicauerint in Eccleſiis quæ ſuorum ordinum non ſunt, tametſi huic decreto contra fecerint, non poſſe tamen puniri ab Epiſcopo, ſed tantùm à ſuis Superioribus Regularibus. Quarant. in *verbo priuilegia Regular. fol.*406.*verbo Congregatio.*

ο Si verò quod abſit.] Parochi quoque deferre tenentur de hæreſi ſuſpectos,& monere populum, vt deferant, ac obſeruare eorum

eorum vitam qui de finibus hæreticorum redeunt, neque permittant ſuos apud hæreticos commorari ex Concilio Mediolanen. *tit.1.cap.4.& 5.fol.2.*

π Errores.] Cap.ad abolendam de hæret. vbi anathematizatur qui aliter doceat, quàm ſacroſancta Romana Eccleſia prædicat, & obſeruat, qui ſi manifeſtè fuerit in hæreſi deprehenſus, acriùs punietur, quibus adde Concil. Mogunt. *cap. 49. cum ſeq. tom. 3. fol. 940.* quis autem hæreticus, vide per Rot. *parte prima, diuerſ. deciſ.* 486. *num.25.*

ρ Tanquam Sedis Apoſtolicæ.] Hanc eandem poteſtatem, vt Sedis Apoſtolicæ delegati habebant in omni caſu Epiſcopi, ex *cap. ad abolendam, §. fin. de hæret.* in his quæ ſunt contra hæreticos inſtituta.

σ Extra clauſtra.] Priuilegia Regularibus manendi extra clauſtra concedi non debent, & Monachis extra clauſtra prædicare non licet: *16.quæſt.1.c.*iuxta vide Conc.Colonien.ſub Hermanno V.de paroch. *cap.14. cum ſeq.*

τ Quæſtores.] De Quæſtoribus habes in *cap.cum extr.de pœnit.& remiſſ.*ex Lateranen. *2.c.62.tom. 2.fol. 963.* vbi prohibentur prædicare, niſi literas Apoſtolicas, vel diœceſani exhibeant. Nec populo proponentur, niſi quod litteris continetur. Hodie Quæſtorum nomen, & vſus penitus eſt ſublatus, infr. *Seſſ.21. cap. 9. de reformat.* Item ex Bulla Pij V. Sublatæ ſunt etiam diligentiæ etiam perpetuæ quæ quæſtuandi præbeant occaſionem.

υ Non obſtantibus.] Clauſula iſta inoleuit contra morem antiquorum Conciliorum quorum mos fuit, decreta edere, ſubintelligendo tacitè quod illa obſeruanda erant tanquam leges poſteriores non obſtantibus quibuſcunque.

Reſolutiones S. Congregationis ad hoc ſecundum cap. ead.ſeſſ. quinta.

Merces Prædicatoris ſoluenda eſt à communitate, quæ ab immemorabili ſolui conſueuerat. Congregatio ad Epiſcopum Potentian.

Extra Cathedralem ſi adſit conſuetudo immemorabilis deputandi prædicatorem, & ſoluendi mercedem; Epiſcopus non impediat, niſi ipſe velit mercedem ſoluere. Congregatio Epiſcoporum, *cap.153.fol.*188.

Hodie non obſt. Clem. Dudum de ſepulturis Regulares poſſunt in ſuis Eccleſiis prædicare etiam Epiſcopo prædicante, vel ante ſe prædicari faciente, ſalua in reliquis forma præſcripta à Concilio hic, & *Seſſ. 24. cap. 4.* Congregatio Epiſcoporum, *cap.70.fol.*158.

Item quandocunque ob diſtantiam loci Epiſcopus poteſt committere alicui examen, & approbationem cõcionatoris. Congregatio Epiſcoporum, *cap. 221.fol.*208. licèt regulariter debeat concionator perſonaliter ſe conferre ad præſentiam Epiſcopi, Theſaur. *par. 1.cap.8.num.*10.

ADDITIO.

1 Generalis Concil.] In cap.inter cætera, *de offic. Iud. ordin.* deſumpto ex Concilio litera, ſub Innoc.III.*cap.10.* hæc continentur, cùm neceſſaria ſit verbi Dei prædicatio, tanquam animæ pabulum, ſi Epiſcopi legitimè impediti prædicare non poſſunt, eligant viros potentes opere, & ſermone, qui plebes viſitent verbo, & exemplo, illiſque Epiſcopi neceſſaria ſubminiſtrent, & propterea in Eccleſiis viri idonei ordinentur, quos habeat Epiſcopus cooperatores in prædicatione, & confeſſionibus audiendis, contra facientes ſeueræ ſubiaceant vltioni.

SESSIO SEXTA,

CELEBRATA DIE XII. MENSIS IANVARII M. D. XLVII.

Decretum de iuſtificatione.

PROOEMIVM.

CVM hoc tempore, non ſine multarum animarum iactura: & graui Eccleſiaſticæ vnitatis detrimento, erronea quædam diſſeminata ſit de iuſtificatione doctrina: ad laudem, & gloriam omnipotentis

potentis Dei, Eccleſiæ tranquillitatem, & animarum ſalutem, ſacroſanĉta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſanĉto legitimè congregata, præſidentibus in ea nomine Sanĉtiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Pauli, diuina prouidentia Papæ III. Reuerendiſſimis Dominis, Dominis, Ioan. Maria, Epiſcopo Præneſtino de Monte, & Marcello tit. S. Crucis in Hieruſalem Preſbytero, S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & Apoſtolicis de latere Legatis, exponere intendit omnibus Chriſti fidelibus veram ſanámque doĉtrinam ipſius iuſtificationis, quam Sol iuſtitiæ Chriſtus Ieſus fidei noſtræ auĉtor, & conſummator, docuit, Apoſtoli tradiderunt, & Catholica Eccleſia, Spiritu ſanĉto ſuggerente, perpetuò retinuit, diſtriĉtiùs inhibendo, ne deinceps audeat quiſquam aliter credere, prædicare, aut docere, quàm præſenti decreto ſtatuit, ac declaratur.

Hebr. 14.

De naturæ, & legis ad iuſtificandos homines imbecillitate.

CAPVT PRIMVM.

PRIMVM declarat ſanĉta Synodus, ad iuſtificationis doĉtrinam probè, & ſincerè intelligendam, oportere, vt vnuſquiſque agnoſcat, & fateatur, quod [a] cùm omnes homines in præuaricatione Adæ innocentiam perdidiſſent, [b] facti immundi, &, vt Apoſtolus, inquit, [c] natura filij iræ, quemadmodum in decreto α *de peccato originali* expoſuit, vſque adeò ſerui erant peccari, & ſub [d] poteſtate diaboli, ac mortis, vt non modò gentes per vim naturæ, ſed ne Iudæi quidem per ipſam etiam literam legis Moyſi, inde liberari, aut ſurgere poſſent, tametſi in eis β *liberum arbitrium* minimè extinĉtum eſſet, [e], γ *viribus licet* attenuatum, & inclinatum.

a Celeſt. 1. ep. 1. cap. 4.
1. Cor. 15.
Roman. 5.
b Iſa. 64.
c Epheſ. 2.
c. ſuprà Seſſ. 5. in princ.
d Rom. 6.
Hebr. 2.
e Conc. 2. Arauſ. ca. 15.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α DE *peccato originali.*] Vide ſuprà *Seſſ.* 5. *de peccato originali.* in verb. ſi quis hoc Adæ, vbi not. quod homo per aliud remedium quàm per meritum Ieſu Chriſti reparari non poterat, ex Arauſican. 2. *cap.* 21. *tom.* 1. *fol.* 629. Mogunt. *cap.* 6. *tom.* 3. *fol.* 391. Auguſtin. *de nat. & grat. cap.* 2. D. Thom. *par.* 2. *q.* 109. *art.* 7.

β *Liberum arbitrium.*] Hinc eſt de fide credendum, quod diabolus non cogit nos ad peccandum, nec poteſt, quia peccatum debet eſſe voluntarium, Tertull. *lib.* 25. *aduerſus Marcion.* Ambroſ. *de Iacob. & Beata Maria*, *cap.* 3. Auguſtin. *de verb. relig. cap.* 14. *& in deciſ. fidei Cath. in verbo Diabolus, quæſt.* 24.

γ *Viribus.*] Liberum arbitrium poſt Adæ peccatum, non fuiſſe extinĉtum, ſed viribus attenuatum habes ex Arauſic. 2. *cap.* 8. *tom.* 1. *fol.* 628. Senonen. in decret. *fid. cap.* 15. *tom.* 3. *fol.* 749. Mogunt. *cap.* 5. *fol.* 931. quibus add. Magiſt. ſentent. *lib.* 2. *diſtinĉt.* 25. *circa med. in cap.* de corruptione liberi arbitrij per peccatum, vbi ponit optimum illud exemplum vulnerati illius qui incidit in latrones, D. Thom. *par.* 1. *quæſt.* 83. *art.* 1. & 2. Nauarr. *in ſumm. prælud.* 3. *num.* 11. *verſiculo ſexto infertur.*

De diſpenſatione, & myſterio aduentus Chriſti.

CAPVT II.

QVO factum eſt, vt cœleſtis pater [a] miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, Chriſtum Ieſum, filium ſuum, & ante legem,

a 2. Cor. 1. 2.

legem, & legis tempore multis [b] ſanctis Patribus declaratum, ac promiſſum, cùm venit beata illa plenitudo [c] temporis, *a ad homines miſerit*: vt & Iudæos, qui ſub lege erant, redimeret, & [d] gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam, iuſtitiam apprehenderent, atque omnes adoptionem filiorum reciperent. [e] Hunc propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius pro peccatis noſtris, non [f] ſolùm autem pro noſtris, ſed etiam pro totius mundi.

b Gen. 49. cum ſim. *c* Galat. 4. *d* Rom. 9. *e* Rom. 2. & 5. Col 2.1.Tim. 2. & 3.Tim.1. ca. multiplex. de pœn.d.1. *f* Ioan. 1. 2.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a Ad homines miſerit.] Miſit Deus Filium ſuum pro Iudæis, & gentibus, ex Arauſic. 2. *cap.* 21. vbi ſuprà, & Mogunt. *cap.* 6. Magiſt. *in* 3. *diſtinct. in princip.*

Qui per Chriſtum iuſtificantur.

CAPVT III.

VERVM, etſi ille pro omnibus mortuus eſt, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt, ſed ij duntaxat, quibus meritum Paſſionis eius communicatur. Nam ſicut reuera homines, [a] niſi ex ſemine Adæ propagati naſcerentur, non naſcerentur iniuſti, *a cùm in ea propagatione*, per ipſum dum concipiuntur, propriam iniuſtitiam contrahant, ita, niſi in Chriſto renaſcerentur, nunquam iuſtificarentur: cùm ea renaſcentia per meritum paſſionis eius, gratia qua iuſti fiunt, illis tribuatur. Pro hoc beneficio Apoſtolus gratias nos [b] ſemper agere hortatur Patri, qui dignos nos fecit in partem ſortis Sanctorum in lumine, & eripuit de poteſtate tenebrarum, tranſtulitque in regnum filij dilectionis ſuæ, in quo habemus redemptionem, & remiſſionem peccatorum.

2. Cor. 5.

a Alluſio ad verba Au. ep. 89. Omnes qui renaſcuntur in iuſtificationem, &c. quæ alibi crebrò inculcat. Infrà canon. *b* 1. Coloſſ. 1.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

QVomodo per Chriſtum, vel per fidem, vel per grátiam iuſtificamur, vide Alphonſ. de Caſtr. *de hæreſ. in verb. fides, hæreſi* 2. *fol.* 122. *verbo Dicimus.*

a Cùm in ea propagatione.] Hanc propagationem exemplo probat Concil. Arauſic. 2. *cap.* 24. vbi ait de palmite, quæ ſi non in vite manet, areſcit, & vigorem non niſi ex vite habet, idem dicit Mogunt. *cap.* 6. *tom.* 3. *fol.* 932. Auguſtin. *lib.* 2. *de peccat. mer. c.* 27. & D. Thom. *p.* 2. *q.* 81. *art.* 1. *ad* 3.

Inſinuatur deſcriptio iuſtificationis impij, & modus eius in ſtatu gratiæ.

CAPVT IV.

QVIBVS verbis iuſtificationis impij deſcriptio inſinuatur: vt ſit tranſlatio ab eo ſtatu, in quo homo naſcitur filius primi Adæ, in ſtatum *a gratiæ*, & adoptionis filiorum Dei per ſecundum Adam Ieſum Chriſtum, Saluatorem noſtrum: quæ quidem *β tranſlatio* poſt Euangelium promulgatum, ſine lauacro regenerationis, aut eius voto fieri non poteſt, ſicut ſcriptum eſt: [a] Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei.

Galat. 4. Tit. 3.

a Ioan. 3. cap. filius, & c. non dubito, de cõſecr. diſt. 4.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

INſinuatam habes deſcriptionem iuſtificationis impij in Colonien. ſub Adulpho III. in Inquiſitione contra inſimulata ab hæreticis, *cap. 5.* legitur iuſtificationem eſſe communicationem iuſtitiæ Chriſti, non ſolam eius imputationem, & mutationem mentis, ac renouationem per Spiritum charitatis, quo demum per fidem accepto ex iniuſtis, iuſti efficimur, & quæ iuſta, & ſancta ſunt operamur, peccatis, Chriſti merito, condonatis, D. Thom. *p. 2. 2. q. 113. art. 1.* aſſerit iuſtificationem impij importare tranſmutationem de ſtatu iniuſtitiæ in ſtatum gratiæ.

a Gratiæ.] Bene dictum eſt ad ſtatum gratiæ, non gloriæ, ſecluſa inuincibili ignorantia, de quo vide per Sot. *in 4. diſtinct. 5. q. vnic. art. 2. col. 1.*

β Tranſlatio.] Tranſlatio poſt Euangelium fit per Baptiſmum, Arauſican. 2. *cap. 13. tom. 1.* Florent. *in decret.* Eugen. *de Sacram. verbo 5. in verbo primum omnium, to. 3. fol. 505.* Mogunt. *c. 7. circ. fin. to. 3. fol. 931.* ſic duo ſunt termini noſtræ iuſtificationis, à quo, id eſt, peccatum, & ad quem, id eſt, in ſtatum vitæ, Sot. *in 4. diſt. 43. q. 1. art. 4. fol. 456.*

De neceſſitate præparationis ad iuſtificationem in adultis, & vnde ſit.

CAPVT V.

DECLARAT præterea ipſius *a iuſtificationis* exordium in adultis à Dei per Chriſtum Ieſum præueniente gratia ſumendum eſſe, hoc eſt, ab eius vocatione, qua nullis eorum exiſtentibus meritis vocantur, vt qui per peccata à Deo auerſi erant, per eius excitantem, atque adiuuantem gratiam ad conuertendum ſe ad ſuam ipſorum iuſtificationem, eidem gratiæ liberè aſſentiendo, & *β cooperando*, diſponantur: [a] ita vt, tangente Deo cor hominis per Spiritus ſancti illuminationem, neque homo ipſe nihil omninò agat, inſpirationem illam recipiens, quippe qui [b] illam & abiicere poteſt, neque tamen ſine gratia Dei mouere ſe ad iuſtitiam coram illo libera ſua voluntate poſſit. Vnde in ſacris literis, cum dicitur: [c] Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos: libertatis noſtræ admonemur. Cùm reſpondemus: [d] Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur: Dei nos gratia præueniri confitemur.

a Infrà can. 5.
b Prof. l. 2. de voc gen. c. 28. & 29.
c Zach. 4. 2. Ioel. 2. ca. cõuertimini, de pœn. diſt. 1. Thr. 5.
d Hier. 1. fin. orationis, & cap. 31. c.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a Iuſtificationis.] Exordium iuſtificationis in adultis ſumendum eſt ex gratia Dei præueniente, id eſt, ab eius vocatione, qua nullis eorum exiſtentibus meritis vocantur, ex Arauſican. 2. *cap. 5. tom. 1. fol. 627.* Senonen. *in decret. morum, cap. 15. tom. 3. fol. 749.* Mogunt. *cap. 7. tom. 3. fol. 931.* D. Auguſt. *de nat. & grat. cap. 4. verbo, igitur Chriſti gratia,* & ſuper Pſalmo 5. *circa fin. quæſt. 12. art. 3. & quæſt. 13. art. 2. & de nat. & grat. cap. 32.* D. Thom. 1. 2. *q.* 109. Cæleſtin. *in epiſt. 1. ad Epiſcopos Galliæ, cap. 8. tom. 1. fol. 524.*

β Cooperando.] Gratia, & liberum arbitrium ſimul in iuſtificatione concurrunt, Arauſican. 2. *cap. 8. & 13. tom. 1. fol. 722.* Colonien. *ſub Adulpho Inquiſ. 7.* Auguſt. *de grat. & liber. arbitr. per tot. ſerm. 15. de verb. Apoſtol. circa med.* D. Thom. 1. 2. *quæſt. 109. art. 1. ad 1. & q. 113. art. 2. & 3,*

Modus

Modus præparationis.

CAPVT VI.

a DIſponuntur autem ad ipſam iuſtitiam, dum excitati diuina gratia, & adiuti, fidem ex auditu concipientes, liberè mouentur in Deum, credentes vera eſſe, quæ diuinitus reuelata, & promiſſa ſunt; atque illud in primis, à Deo iuſtificari impium per gratiam eius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, & dum peccatores ſe eſſe intelligentes, à diuinæ iuſtitiæ timore, quo vtiliter concutiuntur, ad conſiderandam Dei miſericordiam ſe conuertendo, in ſpem eriguntur, fidentes Deum ſibi propter Chriſtum propitium fore: illúmque tanquam omnis iuſtitiæ fontem diligere incipiunt: ac propterea mouentur [a] aduerſus peccata *β per odium aliquod* & deteſtationem, *γ hoc eſt*, per eam pœnitentiam quam ante Baptiſmum agi oportet: denique dum proponunt ſuſcipere Baptiſmum, inchoare nouam vitam, & ſeruare diuina mandata. De hac diſpoſitione ſcriptum eſt: [b] Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt, & quòd inquirentibus ſe remunerator ſit. Et, [c] Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et, [d] Timor Domini expellit peccatum. Et, [e] Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrûm in nomine Ieſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus ſancti. Et, [f] Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, docentes ſeruare, quæcunque mandaui vobis. Denique, [g] Præparate corda veſtra Domino.

Roman. 10.
Roman. 5.
a Infrà ca. 14. & Seſſ. 14. ca. 4. de contritione.
b Hebr. 11.
c Marc. 2. & Matth. 9.
d Eccl. 1.
e Act. 2. cap. agunt, & cap. propriè de conſec. di. 14.
f Matth. vlt. Luc. 24. ca. 1. c. ſi quæ, & ca. propriè de conſec. diſt. 4.
g 1. Reg. 7. 2.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a *DIſponuntur.*] De hac diſpoſitione habes in Arauſican. 2. *ca. 7. tom. 1. fol.* 628. Senonen. *cap. 15. tom. 3. fol.* 749. Mogunt. *cap. 7. tom. 3. fol.* 932. quod optimè loquitur de diſpoſitione libera per fidem, & de gratia excitante, & adiuuante. Quibus add. Auguſt. *de ſpir. & littera, cap. 29. &* 30. D. Thom. *par. 2. quæſt. 109. art. 6. & 7. & quæſt. 113. art. 3. &* 4.

β Per odium aliquod.] Dic quod debet eſſe vera pœnitentia peccatorum præteritorum, vt per Nauarr. *in ſumm. cap. 1. de contrit. num. 39. & prælud. 7. num. 5.*

γ Hoc eſt.] Duplex eſt pœnitentia baptiſmalis, vt hîc, & 2. poſt naufragium tabula, de qua infrà *ead. Seſſ. cap. 14. & Seſſ. 14. cap.* 4. de contritione vtrámque diſtinguit, & declarat Auguſtin. *ep.* 108. *ad Seleut. tom. 2.* & Cardin. Bellarm. *tom. 2. lib. 2. cap.* 16.

Quid ſit iuſtificatio impij, & quæ eius cauſa.

CAPVT VII.

HANC diſpoſitionem, ſeu præparationem iuſtificatio ipſa conſequitur: *α quæ non eſt ſola* peccatorum remiſſio, ſed & ſanctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntariam ſuſceptionem gratiæ, & donorum: vnde homo ex iniuſto fit iuſtus, & ex inimico amicus, vt ſit hæres ſecundùm ſpem vitæ æternæ. Huius iuſtificationis cauſæ ſunt, finalis quidem, *β gloria* Dei & Chriſti, ac vita

æterna:

æterna : γ *efficiens* verò, miſericors Deus, qui gratuitò [a] abluit & [b] *a* 1. Cor. 6.
ſanctificat, ſignans & vngens [c] Spiritu promiſſionis ſancto, qui eſt *b* Tit. 3. *c* Epheſ. 1.
pignus hæreditatis noſtræ : δ *meritoria* autem dilectiſſimus Vnigeni-
tus ſuus, Dominus noſter, Ieſus Chriſtus: qui cum [d] eſſemus inimici, *d* Epheſ. 2.
propter nimiam charitatem, quâ dilexit nos, ſua ſanctiſſima paſſio- Rom. 5. d.
ne in ligno crucis nobis iuſtificationem meruit, & pro nobis Deo *f* Cap. nihil eſt
Patri ſatisfecit : ε *inſtrumentalis* item, Sacramentum Baptiſmi: quod eſt de conſ. diſt 4.
Sacramentum fidei ſine qua nulli vnquam contigit iuſtificatio : de-
mum vnica ζ *formam* cauſa eſt iuſtitia Dei : non qua ipſe iuſtus eſt, ſed
qua nos iuſtos facit : qua videlicet, ab eo donati, renouamur ſpiritu
mentis noſtræ : & non modò reputamur, ſed verè iuſti nominamur,
& ſumus, iuſtitiam in nobis recipientes, vnuſquiſque ſuam ſecundùm
menſuram, quam [g] Spiritus ſanctus partitur ſingulis prout vult η *&* *g* 1. Cor. 12. Epheſ. 4.
ſecundùm propriam cuiuſque diſpoſitionem, & cooperationem, quam-
quam enim nemo poſſit eſſe iuſtus, niſi cui merita paſſionis Domini
noſtri Ieſu [h] Chriſti communicantur : id tamen in hac impij iuſtifi- *h* Philip. 3.
catione fit, dum eiuſdem ſanctiſſimæ paſſionis merito per Spiritum
ſanctum charitas [i] Dei diffunditur in cordibus eorum, qui iuſtifican- *i* Roman. 5.
tur, atque ipſis inhæret : vnde in ipſa iuſtificatione cum remiſſione
peccatorum hæc omnia ſimul infuſa accipit homo per Ieſum Chri-
ſtũ, cui inſeritur, θ *fidem*, ſpem, & charitatem.[k] Nam fides, niſi ad eam k Infrà c. 10.
ſpes accedat, & charitas, neque vnit perfectè cum Chriſto, neque cor-
poris eius viuum membrum efficit ; qua ratione veriſſimè dicitur, [l] ι *l* Iacob. 2. in fin.
Fidem ſine operibus mortuam, & otioſam eſſe. Et, In [m] Chriſto Ieſu, *m* Gal. 5. & 6.
neque Circumciſionem aliquid valere, neque præputium : ſed fidem, ca. Circumciſion. de pœn.
quæ per charitatem operatur. Hanc fidem autem Baptiſmi Sacramen- diſt. 2.
tum ex Apoſtolorum traditione Catechumeni ab Eccleſia petunt,
cùm petunt fidem, vitam æternam præſtantem, quam ſine ſpe, &
charitate fidei præſtare non poteſt, vnde & ſtatim verbum Chriſti
audiunt : [n] Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Itaque veram, & *n* Matt. 19.
Chriſtianam iuſtitiam accipientes, eam [o] ceu κ *primam ſtolam* pro illa, *o* Lucæ 15. quomodo reuocari de
quam Adam ſua inobedientia ſibi, & nobis perdidit, per Chriſtum Ie- pœn. d. 2.
ſum illis donatam, candidam & immaculatam iubentur ſtatim renati
conſeruare, vt eam perferant ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti, & habeant vitam æternam.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α Q*Væ non eſt ſola.*] Iuſtificatio impij, nec eſt ſola peccatorum remiſſio, ſed & ſanctificatio, & renouatio interioris hominis, ex Colonienſ. ſub Adulpho III. *Inquiſit.* 5. Item ex Auguſtin. *de ſpir. & litter. cap.* 9. *&* 10. vbi ponit differentiam inter vetus teſtamentum, & nouum, aſſeritque nouum dici propter renouationem interioris hominis, quæ fit per gratiam, & iuſtificationem, vide D.Thom. *par.* 2. *quæſt.* 113. *art.* 1. *&* 5. & Enchirid. Herman. 3. colligatum Concilio Colonienſi ſub *tit. de ſacram. in ſacramento pœnitentiæ, circa fin.* & ibi latè de iuſtificatione & eius cauſis.

β *Gloria Dei.*] Epheſ. 1. cap. vbi agitur, quod gloria Dei eſt vltimus finis iuſtificationis, & Chriſti tanquam mediatoris, & vita æterna, quæ eſt finis propinquus in adoptione filiorum inſinuata. Quibus add. Domin. Sot. *lib.* 2. *de nat. & grat. cap.* 9.

γ *Efficiens.*] De gratia efficienti multa Card. Bellarm. *tom.* 3. *lib.* 1. *de iuſtificatione cap.* 2.

δ *Meritoria.*] De hac cauſa meritoria dic vt per D.Thom. *in* 3. *par. q.* 48. *art.* 1. *&* 2.

ε *Inſtrumentalis.*] De cauſa inſtrumen-

tali

tali 53.baptiſmo,dic cum D. Thom. *par.3.q. 64.& quæſt.68. art. 1. & 2. & quæſt.66.art.1. ad primum.*

ζ *Formalis.*] De cauſa formali habetur in Clem. 1. de ſumm. Trinit. vbi recipitur opinio Doctorum aſſerentium,quòd in baptiſmo virtutes, ac informans gratia infunduntur, quoad habitum; patet autem in iuſtitia contineri gratiam, & virtutes, & quòd infundantur virtutes etiam quoad habitum, probat, text. *in cap. maiores*, §. *quamuis de bapt.* Item in Concilio Mogunt. *cap. 7.* excluditur iuſtitia reputatiua. Idem in Colonienſi ſub Adulpho III. *Inquiſit.5.* & Auguſt. *de ſpirit. & litter.cap. quæſt.* 11. & 32. declarat quod iuſtitia Dei quâ iuſtificamur non eſt iuſtitia, quâ Deus iuſtus eſt, ſed quia inducit hominem cùm iuſtificat impium,vide D.Thom. *par. 2. quæſt.* 110. *art.* 1. & 2.

η *Et ſecundùm propriam.*] Cauſa materialis hæc eſt,vt iuſtitiam in nobis recipiamus ſecundùm propriam cuiuſque diſpoſitionem, & cooperationem.

θ *Fidem.*] Fidem,ſpem, & charitatem in iuſtificatione accepit homo, ex Conc. Senonen. *tom.3.cap.16.fol.749.*& Mogunt. *cap.7. tom.3.fol.932.*& Colonien.ſub Adulpho III. *Inquiſit.5.*Diu.Thom. *p.2.q.113.art.4.*

ι *Fidem ſine operibus.*] Contra Eunomium,Lutherum,& Eraſmum,habetur,Geneſ.4. *Si bene egeris,recipies.* Salomon, *Bonorum operum glorioſus eſt fructus*, Sapient. 10. *Reddet Dominus mercedem laborum ſuorum*, Pſalm.14. *Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam.* Eſai.1. *Quieſcite agere peruersè, diſcite bene agere.* Matth. 7. *Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine.* Paul. *Non coronabitur, niſi quis legitimè certauerit.* Item, *Regnum Cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Item in parabola de Virginibus, Petr. Satagam. vt per bona noſtra opera certam noſtram electionem,ac vocationem faciamus,& habetur in deciſ. *fid. cathol.q.3. fol.310.& ſeq.*

κ *Primam ſtolam.*] Prima illa ſtola candida qua induuntur baptizati, habes ex *cap.quomodo renouari,de pænitentia, diſt.2.*

Quomodo intelligatur, impium per fidem, & gratis iuſtificari.

CAPVT VIII.

CVM verò Apoſtolus dicit, iuſtificari α *hominem per fidem*, & β *gratis*: ea verba in eo ſenſu intelligenda ſunt,quem perpetuus Eccleſiæ Catholicæ conſenſus tenuit, & expreſſit: vt ſcilicet per fidem ideò iuſtificari dicamur, quia fides eſt humanæ ſalutis initium, fundamentum, radix omnis iuſtificationis: ſine qua impoſſibile eſt placere Deo,& ad filiorum eius conſortium peruenire:gratis autem iuſtificari ideò dicimur,quia nihil eorum, quæ iuſtificationem præcedunt, ſiue fides, ſiue opera, ipſam iuſtificationis gratiam promeretur:ſi enim gratia eſt, iam non ex operibus, alioquin, vt idem Apoſt. inquit, gratia iam non eſt gratia.

Roman. 8. Hebr.11.inf. canon.9. Roman.11. Epheſ. 2. Tit. 3.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α HOminem per fidem.] Auguſt. de prædeſtinat.ſanct. *cap.7.* aſſerit,ex fide iuſtificari hominem, non ex operibus, quia ipſa prima datur ex qua imperrantur cætera, ſubdens poſtea quod fides pertinet ad ædificium, & fundamentum. Idem de dono perſeuerantiæ, *cap.2.* inquit, fidem ad initium ſpectare. Idem habetur ex Origene in illud Paul. ad Roman. 3. Arbitramur iuſtificari hominem: idem Ambroſ. in 1. *part.lib:de Sacram.*& idem Chryſoſt.& poſt eos,vide D.Thom.12. *quæſt.* 113. *art.* 4. & *in par.3.quæſt.73.art,3.ad* 3.

β *Gratis.*] Eandem cauſam quare gratis iuſtificari dicamur retulerat Concil. Arauſican.2.*c.*17. *tom.* 1. *fol.* 628. dicitur enim ibi gratiam à nullis meritis præueniri. Item in Concilio Moguntin. *cap. 17. in fin. tom.3.fol.* 932. gratis exponitur, quia nullis præcedentibus meritis iuſtificatio acquiritur. Item Auguſt. *de nat.& grat.c.4.* exponit gratiam gratis dari, quia non meritis reddi-

tur. Idem de prædeſtinat.ſanct. *cap*.2.excludit à merito gratiæ, & iuſtificationis non tantùm opera,ſed fidem; idem dixit in *lib*. 1.ad Simplician.*quæſt*.2.vid. Magiſt.*li*.1.*diſt*. 41.*cap*.2.& D.Thom.*par*.2.*quæſt*.114. *art*.5. & *ſuprà cap*.3.*ad Roman.art*.3.

Contra inanem Hæreticorum fiduciam.

CAPVT IX.

QVAMVIS autem neceſſarium ſit credere, neque remitti,neque remiſſa vnquam fuiſſe peccata, niſi gratis diuinâ miſericordiâ propter Chriſtum: nemini tamen fiduciam,[a] & certitudinem remiſſionis peccatorum ſuorum iactanti, & in ea ſola quieſcenti, peccata dimitti, vel dimiſſa eſſe dicendum eſt,cùm apud Hæreticos, & Schiſmaticos poſſit eſſe, *α immò noſtra tempeſtate* ſit, & magna contra Eccleſiam Catholicam contentione prædicetur, vana hæc & ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud aſſerendum eſt, oportere eos, qui verè iuſtificati ſunt, abſque vlla omnino dubitatione apud ſemetipſos ſtatuere ſe eſſe iuſtificatos,neminémque à peccatis abſolui, ac iuſtificari, *β niſi eum*,[b] qui certò credat ſe abſolutum,& iuſtificatum eſſe: atque hac ſola fide abſolutionem, & iuſtificationem perfici: quaſi qui hoc non credit, de Dei promiſſis, déque mortis, & Reſurrectionis Chriſti efficacia dubitet. Nam ſicut nemo pius de Dei miſericordia, de Chriſti merito, déque Sacramentorum virtute,& efficacia dubitare debet: ſic quilibet,dum ſeipſum, ſuámque propriam infirmitatem, & indiſpoſitionem reſpicit, de ſua gratia formidare,& timere poteſt: *γ cùm nullus ſcire valeat* 1 *certitudine fidei*, cui non poteſt ſubeſſe falſum, ſe gratiam Dei eſſe conſecutum.

Tit. 3.
a Infrà Can. 11.& 13.
b Infrà Can. 14.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *IMmò noſtra tempeſtate.*] Hoc decretum eſt contra nouam hæreſim Lutheranorum de fiducia, ex Colonien. ſub Adulpho III. *Inquiſit*.5. contra quam hæreſim, vide Caietan. *de fid.& oper. cap*.3. Roffen. *art*.10. *in princip*. Dominic. Sot. *lib*. 2. *de nat. & grat.cap*.7.

β *Niſi eum.*] Contra hanc aſſertionem tanquam contra nouam Lutheranorum hæreſim decreuit Concilium,vt hîc diſputant Sacr. Doctores proximè allegati, quibus add.Alphonſ. de Caſtr. *lib*. 2. *in verbo abſolutio*.

γ *Cùm nullus ſcire valeat.*] De hac certitudine vide D.Thom.*par*.2. *quæſt*. 112. *art*.5. Dominic.Sot. *de natur. & grat.lib*.3.*c*.10. & *ſeq*.contra Eraſmum, Lutherum, Melancht. Bucer.& Catherin. vt in *deciſ. fid. Cathol. in verb.gratia quæſt*. 6. *fol*. 324. Menoc.*conſ*.12. *num*.17.& *conſ*.8.*num*.70.

ADDITIO.

1 *Certitudine fidei.*] *Menoch. conſ*.82.*num*. 70.*vol*.1.

De acceptæ iuſtificationis incremento.

CAPVT X.

SIc ergo iuſtificati & amici Dei, ac domeſtici facti,[a] euntes de virtute in virtutem renouantur,vt Apoſtolus, inquit, de die in diem: hoc eſt, mortificando membra carnis ſuæ, &[b] exhibendo ea

a Pſal.83.c. infr. cap. 24. 2.Cor.4. in fi. Coloſſ.1.
b Rom.6.

ea arma iuſtitiæ in ſanctificarionem, per obſeruationem mandatorum Dei, & & Eccleſiæ, in ipſa iuſtitia per Chriſti gratiam accepta, cooperante fide bonis operibus, creſcunt, atque magis iuſtificantur, ſicut ſcriptum eſt. [c] Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. Et iterum: [d] Ne verearis vſque ad mortem iuſtificari. Et rurſus: [e] Videris quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantùm. Hoc verò iuſtitiæ incrementum petit ſancta Eccleſia cùm orat: Da nobis Domine fidei, ſpei, & charitatis augmentum.

c Apoc. vlt.
d Eccl. 18.
e Iacub. 2. d.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

De augmento noſtræ iuſtificationis habes ex Concilio Mileuit. *cap. 3. tom. 1. fol.* 482. & in *ep.* 1. Cæleſt. 1. *ad Epiſcopos Galliæ cap. 10. tom. 1. fol. 524. de conſecrat. diſt. 4. c. placuit, in fin.* Mogunt. *cap.* 8. *tom. 3. fol.* 932. Ex quibus reprobantur errores eorum, qui aſſerunt, omnes iuſtos æquales eſſe in gratia, & gloria. Pro quibus vide Hier. contra Iouinian. & Auguſtin. in *lib. de hæreſ. hæreſi* 82. *& tract. 24. ſuprà Ioann.* D. Thom. 2. 2. *quæſt. 24. artic. 4. 6. & 9.* & concordat hoc decretum cum Clem. ad noſtram, de hæretic. vbi excluditur error Beguardorum, qui hoc iuſtitiæ incrementum negabant, dicentes, quòd homo in vita præſenti tantum, & talem perfectionis gradum poteſt acquirere, quòd redditur penitus impeccabilis, & ampliùs in gratia proficere non valebit.

De obſeruatione mandatorum, déque illius neceſſitate, & poſſibilitate.

CAPVT XI.

α Nemo autem, quantumuis iuſtificatus, liberum ſe eſſe ab obſeruatione mandatorum putare debet: β *nemo temeraria illa*, & à Patribus ſub anathemate prohibita voce vti, Dei præcepta homini iuſtificato ad obſeruandum eſſe impoſſibilia. γ *Nam* [a] *Deus* [b] impoſſibilia non [c] iubet, ſed [d] iubendo monet, & facere quod poſſis, & petere quod non poſſis, & adiuuat, vt poſſis. [e] Cuius mandata grauia non ſunt, cuius [f] iugum ſuaue eſt, & onus leue. Qui enim ſunt filij Dei, Chriſtum diligunt: qui [g] autem diligunt eum, vt ipſemet teſtatur, ſeruant ſermones eius: δ *quod vtique* cum diuino auxilio præſtare poſſunt, ε *licet enim* in hac mortali vita quantumuis ſancti, & iuſti in leuia ſaltem & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur peccata, quandóque cadant, non propterea deſinunt eſſe iuſti. [h] Nam [i] iuſtorum illa vox eſt & humilis, & verax: Dimitte nobis debita noſtra. ζ *Quo fit, vt iuſti* ipſi eò magis ſe obligatos ad ambulandum in via iuſtitię ſentire debeant, quò liberati iam à peccato, [k] ſerui autem facti Deo, [l] ſobriè, iuſtè, & piè viuentes proficere poſſint per Chriſtum Ieſum: per quem [m] acceſſum habuerunt in gratiam iſtam. [n] Deus namque [o] ſua gratia ſemel iuſtificatos non deſerit, niſi ab eis priùs deſeratur. η *Itaque nemo* ſibi in ſola fide blandiri debet, putans fide ſola ſe hæredem eſſe conſtiturum, hæreditatémque conſecuturum, etiamſi Chriſto non [p] compatiatur, vt & conglorificetur. Nam & Chriſtus ipſe, vt inquit Apoſtolus, [q] cùm eſſet filius Dei, didicit ex iis, quæ paſſus eſt obedientiam, & conſummatus, factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi cauſa ſalutis æternæ. Propterea Apoſtolus ipſe monet iuſtificatos, dicens: Neſcitis, quòd ij, qui [r] in ſtadio

a Ex Au. c. 45. lib. de nat. & gratia.
b 1. Ioa. 3. inf. can. 18.
c Conc. Arauſ. 2. ca. 25.
d Vid. Hier. in ep. ad Cteſiph.
e 1. Ioan. 5.
f Matth. 11. Ioan. 11.
g Ioan. 14 Cõ. Aphri. c 81. 82. & 83
h Cõ. Mileuit. act. 8. & 9.
i Matth. 6. Luc. 11. c. vnũ 21. diſt. c. adhuc, & c. de quotidianis, de pœn. d. 3.
k Rom. 5.
l Tit. 2.
m Inf. can. 20.
n Roman. 5.
o Aug. lib. de nat. & grat. c. 26. & Prof. Sent 7. ad. ca. Gallorum, & reſ. 7. ob Vinc.
p Rom. 8.
q Phil. 2. Hebr. 5.
r 1. Cor. 9.

currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium? ſic currite, vt comprehendaris. [f] Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aërem verberans: ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo: ne fortè, cùm aliis prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Item Princeps Apoſtolorum Petrus: Satagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis. [t] Hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. [u] Vnde conſtat eos orthodoxæ religionis doctrinæ aduerſari, qui dicunt iuſtum in omni bono opere ſaltem venialiter peccare, aut quod intolerabilius eſt, pœnas æternas mereri: § *atque etiam eos, qui ſtatuunt*, in omnibus operibus iuſtos peccare, ſi in illis ſuam ipſorum ſocordiam excitando, & ſeſe ad currendum in ſtadio cohortando, cum hoc, vt in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur æternam, [x] cùm ſcriptum ſit: Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionem, [y] & de Moſe dicat Apoſtolus, quòd reſpiciebat in remunerationem.

f 1. Cor. 5.
t 2. Petr. 1.
u Infrà Can. 25.
x Infr. can. 31. Pſalm. 118.
y Hebr. 11.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α NEmo autem.] Concordat cùm Arauſican. 2. *cap. 25. tom. 1. fol. 629.* vbi dicitur ſecundùm fid. Catholicam eſſe, quòd accepta per Baptiſmum gratia, omnes baptizati, Chriſto auxiliante, & cooperante, quæ ad ſalutem pertinent, poſſint, & debeant, ſi fideliter laborare voluerint, adimplere. Ad idem facit, *Clem. ad noſtram*, §. 3. *de hæret.* quæ reprobat errorem Beguardorum aſſerentium, quòd nemo poteſt eſſe in tali gradu perfectionis, & ſpiritu libertatis, quòd non erit obligatus ad aliqua præcepta Eccleſiæ, & intellige hoc verbum *quantumuis* quantum gradum iuſtitiæ, & perfectionis ſit aſſequutus, non eſt liber ab obſeruatione mandatorum Eccleſiæ. Quibus add. Auguſtin. *de ſpirit. & litter. cap.* 10. & D. Thom. *par. 2. q. 96. art. 5.*

β *Nemo temeraria illa.*] Hieronym. in explicatione fidei Catholicæ ad Damaſ. inquit, execremur eorum blaſphemiam, qui dicunt impoſſibile aliquid homini à Deo eſſe præceptum, Auguſt. *de nat. & grat. cap. 69.* ait, firmiſſimè creditur Deum iuſtum, & bonum impoſſibilia non potuiſſe præcipere. Concord. Mileuit. *cap. 5. tom. 1. fol.* 482. vbi dicitur, quòd cùm gratia diuina mandata implere poſſumus. Arauſic. 2. *cap.* 25. Mogunt. *c. 9. tom. 3. fol.* 933. Colonien. ſub Adulpho III. *Inquiſ.* 8. add. Magiſt. *diſt.* 28. *per tot.* & ibi per D. Thom. *art.* 3. & eundem *par. 2. quæſt.* 109. *art.* 4.

γ *Nam Deus.*] Verba hæc ſunt Auguſt. *de natur. & grat. c.* 43.

δ *Quod vtique.*] Omnia cum diuino auxilio præſtare poſſumus, ex Mileuit. *cap.* 5. Arauſic. 2. *c.* 25. Mogunt. *cap.* 9. & ex aliis proximè ſuprà relatis.

ε *Licèt enim.* In Mileuit. *cap. 6. 7. 8. tom. 1. fol.* 483. aſſeritur, iuſtos humiliter, & veraciter ſe vocare peccatores, & ita dicere; *Dimitte nobis debita noſtra*: Sanctus enim erat Ioannes, & Iacobus, qui tamen fatentur ſe eſſe peccatores. Hoc autem dogma loquitur, & aperit de venialibus, à quibus nec omnino cauere poteſt iuſtus, vide Auguſtin. *de nat. & grat. c.* 36. & 38. vbi de peccatis leuibus facit mentionem quæ ſtant cum iuſtitia, vide eundem homil. 42. propè finem, vbi diſtinguit ex peccatis, aliqua eſſe magna crimina, aliqua quotidiana, ſine quibus homo viuere non poteſt, ob quæ neceſſaria eſt quotidiana oratio, Magiſt. 3. *diſt.* 3. D. Thom. *par. 2. quæſt. 89. art. 1. & in 4. ſent. diſt. 12. quæſt. 2. art. 2. & diſt. 21. quæſt. 2. art. 1. ad 4.*

ζ *Quo fit vt iuſti.*] Hoc eſt primum Corollarium quod deducitur ex duabus præcedentibus concluſionibus, videlicet quòd iuſti magis obligatur ad ambulandũ in via iuſtitię, quàm antequam iuſti eſſent, obligabantur, quod probatur tribus rationibus, quarũ prima ſumitur ex liberatione à peccato, id eſt, ex beneficio eis collato, & hæc confirmatur ex auctoritate Gregor. *homil. 9. in Euang.* qui ait. *Cum augentur dona, rationes etiam donorum creſcunt.* Secunda ratio ſumitur ex facilitate ad obſeruantiam mãdatorum per gratiam eis collatam, dum dicit: ſobriè,

ſobriè, iuſtè, & piè viuentes poſſunt per Chriſtum Ieſum, per quem habuerunt acceſſum in gratiam iſtam, pro qua vide Aug. *de natur. & grat. cap. 69. & ſeq.* & D.Thom. *par.2.q.107.art. 4.* Tertiâ eſt ratio ex tutela Dei per gratiam, Deus namque ſua gratia ſemel iuſtificatos non deſerit, niſi ab eis priùs deſeratur, pro qua vide Auguſtin. *de Ciuit. Dei, lib.1.cap.14. & lib.13. cap. 15.* & D. Thom. *in 3.quaeſt.56. art. 2.* & elicitur *ex cap. 11.Paul.ad Rom.* ibi ſine pœnitentia ſunt dona Dei, & vocatio.

ɑ *Itaque nemo.*] Hoc eſt ſecundùm Correlarium: ſi enim nemo liber eſt ab obſeruantia mandatorum, quę obſeruare non modò poſſibile eſt, ſed facilè, ergo nemo in ſola fide confidere debet, quod probatur ex tribus Pauli dictis, & vno Petri, quibus inſtruimur, præter fidem oportere nos multa pati cum Chriſto, ſi gloriam æternam cum eo conſequi appetimus; fidem autem ſolam ſufficere ad ſalutem, operáque non eſſe neceſſaria fuit hæreſis antiqua à temporibus Apoſtolorum, vt teſtatur Auguſt. *de fid. & oper. cap. 14.* ex quibuſdam ſententiis Pauli malè intellectis, contra quas maximè dirigunt intentionem aliæ Apoſtolicæ Epiſtolæ Petri, Ioannis, Iacobi, & Iudæ, & ipſemet Paul. *ad Galat. 5.* vbi definit, qualis debet eſſe fides, ait, fides quæ per dilectionem operatur. Hanc hæreſim Auguſt. *in libr. de hæreſ. cap. 54.* tribuit Actio, contra quam omnia tum antiqua, tum noua Concilia expreſsè decreuerunt, ex quibus vide *in cap. firmiter de ſumm.Trinit. & fid.Cathol.* ex Lateranen.ſub Innoc. *cap.1.tom.2.fol.946.* Quibus add.D.Thom. *par.2.quaeſt.113.art.4. & 22. quaeſt.124.art. 5.* Vnde conſtat in verb. *Corollarium 3.* quod ex ſecunda adducitur concluſione ſi enim mandata Dei poſſibilia ſunt, imò facilia, colligitur iuſtum non peccare in omni opere, eáque poſſe implere abſque culpa veniali, & multò magis abſque merito æternarum pœnarum, quod probatur exemplo Abrahæ à Deo collaudati, & Iob vitæ inculpatæ, de quo dicitur, *In omnibus non peccauit Iob, neque ſtultum quid in labiis eius inuentum eſt.* Hæc autem noua hæreſis à Luthero inuenta, cōtra quam facit text. *in cap. cùm Marthæ. in fin. de celebr. Miſſ.* vbi dicitur, quòd iniuriam facit martyri qui orat pro martyre, actus enim martyrij eſt omni laude dignus, & abſque omni culpa etiam veniali, vnde ſubitò transfertur martyr ad gloriam æternam. Idem in *cap. debitum, de baptiſm.* in Florent. *in decret. Eugen. cap.5.§.1.tom.3.fol.505. col. 2.* Arauſic. *2.cap.25.tom.1. fol. 629.* Quibus add. Auguſt. *de natur. & grat. cap.49. & 69.* & D.Thom. *2.2.quaeſt.24.art.8. & in 2.ſentent.diſt.40.art.4.*

ɛ *Atque etiam eos qui ſtatuunt.*] Corollarium 4. quod videtur ſeductum ex 1. Corinth. *9.neſcitis quod hi, qui, &c.* nam beatitudo, corona, & brauium eſt cuius deſiderio laboramus, vt eam adipiſcamur. Pro quibus vide Auguſt. ſupr. Pſal. 118. vbi exponit, &c. *Inclinaui cor meum, &c.* & D.Thom *ſupr. ep. ad Hebr.* vbi exponit illa verba: *Aſpicite in remunerationem,* & in *3.ſentent. diſt. 26. q.2. art.1. ad 2. & diſt.29.art.4.*

Prædeſtinationis temerariam præſumptionem cauendam eſſe.

CAPVT XII.

1 NEmo quoque, quamdiu in hac mortalitate viuitur, ɑ *de arcano* diuinæ prædeſtinationis myſterio vſque adeò præſumere debet, vt certò ſtatuat ſe omninò eſſe in numero prædeſtinatorum: quaſi verum eſſet, quòd iuſtificatus, aut amplius peccare non poſſit, aut, ſi peccauerit, certam ſibi reſipiſcentiam promittere debeat, nam, niſi ex ſpeciali reuelatione, ſciri non poteſt, quos Deus ſibi elegerit.

Infrà c. 15. & 16. cap. corripiantur, in fin. 24. quæſt 3. Ezech. 18. Galat. 3.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

ɑ DE *arcano.*] In Conſtantien. *Seſſ.15. art. 2. 3. & 5.* Io an. Huidamn. *tom. 2. fol. 1086. col. 2.* licet Beatus Antonius *4. p. ſummæ* referat decem ſigna, quibus coniici poteſt prædeſtinatio.

Prædeſtinatio eſt prouidentia Dei, quâ certi homines ex maſſa perditionis miſericorditer ſelecti per infallibilia media in vita

Digitized by Google

vitam diriguntur æternam, Bellarm. *tom.3. lib.2.cap.9.ſol.456.*& qui ſcripſerunt de prædeſtinationis gratuitæ veritate. Idem Bellarm.*tom.3.lib.2.cap.11.ſol.*460.

ADDITIO.

1 *Nemo.*] Hic damnatur hæreſis aſſerentium aliquem eſſe omninò prædeſtinatum ad vitam æternam, de qua Menoch.*conſ.*82. *num. 57. cum multis ſeq. vol.*1. quomodo autem ſit intelligendum,quod hic dicitur neminem certò ſcire poſſe ſe omnino in numero prædeſtinatorum eſſe,& de multiplici certitudine plenè Menoch.*dicto conſ.* 82. *num.62.cum multis ſeqq.*

De perſeuerantiæ munere.

CAP. XIII.

SIMILITER de perſeuerantiæ munere, de quo ſcriptum eſt, a Qui perſeuerauerit vſque in finem,hic ſaluus erit: quod quidem aliunde haberi non poteſt, niſi ab eo, qui potens eſt eum, qui ſtat, ſtatuere, vt *α perſeueranter ſtet*; & eum,qui cadit,reſtituere: nemo ſibi certi aliquid abſoluta certitudine polliceatur: tametſi in Dei auxilio firmiſſimam ſpem collocare, & reponere omnes debent. *β Deus enim*, niſi ipſi illius gratiæ defuerint, ſicut [b] cœpit opus bonum, ita perficiet [c] operans velle, & perficere. Veruntamen qui ſe exiſtimant ſtare, videant ne cadant,& cum [d] timore ac tremore ſalutem ſuam operentur in laboribus, in vigiliis, in eleemoſynis, in orationibus, & oblationibus, in ieiuniis, & caſtitate. Formidare enim debent, ſcientes, [e] quòd in ſpem gloriæ,& nondum in gloriam renati ſunt, de pugna, quæ ſupereſt cum carne, cum mundo, cum diabolo: in qua victores eſſe non poſſunt, niſi cum Dei gratia Apoſtolo obtemperent, dicenti: [f] Debitores ſumus non carni, vt ſecundùm carnem viuamus: ſi enim ſecundùm carnem vixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis,viuetis.

a Matth.10.& 24.c ſuggeſtū 7.q.1.& c.non reuertebantur de pœn.diſt.2. infr.can.16.& 22.Ezech.33.
b The.1. & 2.
c 1. Cor.10.
d Philip. 2.
e 1.Pet.1.2.
f Roman.8.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α PErſeueranter ſtet.] *De conſecrat. diſtinct. 4.cap. placuit, vt quicunque*, ex Mileuit. *cap. 3. tom. 1. ſol. 482. column. 2.* & in Arauſican. 2. *cap. 9. 10. & 19. tom. 1. ſol. 629.*

β Deus enim.] Arauſican. 2. *cap. 4. tom. 1. ſol. 627.*

De lapſis, & eorum reparatione.

CAP. XIV.

α QVi verò, ab accepta [a] iuſtificationis gratia per peccatum exciderunt, rurſus iuſtificari poterunt,cùm, excitante Deo per Pœnitentiæ Sacramentum,merito Chriſti amiſſam gratiam recuperare procurauerint. *β Hic enim* iuſtificationis modus eſt lapſis reparatio: quam ſecundam poſt naufragium deperditæ gratiæ tabulam ſancti [b] *γ. Patres* aptè nuncupauerunt. Etenim pro iis, qui poſt Baptiſmum in peccata labuntur, Chriſtus Ieſus Sacramentum inſtituit Pœnitentiæ, cùm dixit: [c] Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta

a Infr can 23. & 29.
b Hier.tom.1. in epi. ad Demet. quæ incipit, Inter omnes forſan: ex Tertul. lib. de pœnit. Secunda poſt naufragium, de pœn.diſt.1.
c Ioan.20. Matth.16.

retenta ſunt. Vnde docendum eſt, Chriſtiani hominis pœnitentiam poſt lapſum multò aliam eſſe à baptiſmali; eáque contineri non modò ceſſationem à peccatis, & eorum deteſtationem, [d] aut cor contritum, & humiliatum: verùm etiam eorumdem Sacramentalem Confeſſionem ſaltem in voto, & ſuo tempore faciendam, & ſacerdotalem abſolutionem, itémque ſatisfactionem per ieiunia, eleemoſynas, orationes, & alia pia ſpiritualis vitæ exercitia: non quidem pro pœna æterna, quæ vel Sacramento, vel Sacramenti voto, vnà cum culpa remittitur; ſed pro pœna temporali, quæ, vt Sacræ literæ docent, non tota ſemper, δ *vt in* [e] *Baptiſmo* fit, dimittitur illis, qui gratiæ Dei quam [f] acceperunt, ingrati Spiritum ſanctum contriſtauerunt, & [g] templum Dei violare non ſunt veriti. [h] De qua pœnitentia ſcriptum eſt: Memor eſto vnde excideris: age pœnitentiam, & prima opera fac. Et iterum: [i] Quæ ſecundùm Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. Et rurſum: [k] Pœnitentiam agite, & facite fructus dignos pœnitentiæ.

d Pſalm. 50. c. ſacrifi. de pœ. diſt. 1.
e Ita & Flor. Con. in decretis Eugen. j.
f Epheſ. 4.
g 1. Cor. 3.
h Apoc. 2. cap. quia ſanctitas. 50. diſ. & cap. miror, de pœ. diſt. 1.
i 2. Cor. 7.
k Mar. 3. & 4. Luc. 1.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α QVi verò.] *1. quæſt. 7. cap. ſi qui voluerint:* ex Niceno *1. cap. 8. tom. 1. fol. 253.* & in eod. conſ. *cap. 10.* Rom. ſub Cornel. PP. vt refert Euſebius *lib. 6. Eccleſ. hiſtor. c. 33.* in quo damnatus fuit Nouatus, qui negabat lapſis ſpem ſalutis. Arelaten. 2. *cap. 9. & 10. tom. 1. fol. 294.* Laodicen. 1. *cap. 7. tom. 1. fol. 946.* & de ſumm. Trinitat. *cap. 1. in fin.* Mogunt. *cap. 7. tom. 3. fol. 932.* Cæleſtin. I. *ep. 2. cap. 2. tom. 1.*

β *Hinc enim.] De pœnit. diſt. 1. cap. miror,* ex Cypriano *lib. 4. ep. 2. fol. 176.* Tertull. *in lib. de pœnit.* Hier. *in ep. ad Pammach.* & ad Demetriad. *in Ezechiel. cap. 16.* Magiſtr. *in 4. diſt. 14. de pœnit. diſt. 1. cap. 1. 2. & 3. & infr. ſeſſ. 14. cap. 1.*

γ *Patres.* Ex D. Hieronymo, & refertur in *cathec. Rom. de pœnit. ſacram. in princip.*

δ *Vt in Baptiſmo.*] Remittitur autem per Baptiſmum tota pœna, *cap. per baptiſmum, de conſecrat. diſtin. 4.* Auguſtin. *in Enchirid. cap. 43.* & fit ſatisfactio pro pœna purgatorij, quam dimiſſa culpa tenebatur quis ſoluere in purgatorio pro reatu mortalium, & pro venialibus, cum quibus conſtitutus in gratia diſceſſit, *Candel. aur. de ſatisfact. q. 4. fol. 88.*

Quolibet mortali peccato amitti gratiam, ſed non fidem.

CAPVT XV.

ADVERSVS etiam hominum quorumdam callida ingenia, qui [a] per dulces ſermones, & benedictiones, ſeducunt corda innocentium, aſſerendum eſt non modò infidelitate, per quam & ipſa fides amittitur, ſed etiam quocumque alio mortali peccato, quamuis non amittatur fides, α *acceptam iuſtificationis gratiam* amitti: diuinæ legis doctrinam defendendo: [b] quæ à regno Dei non ſolùm infideles excludit, ſed [c] & fideles quoque fornicarios, adulteros, molles, maſculorum concubitores, fures, auaros, ebrioſos, maledicos, rapaces, cæteróſque omnes, qui lethalia committunt peccata: à quibus cum diuinæ gratiæ adiumento abſtinere poſſunt, & pro quibus à Chriſti gratia ſeparantur.

a Infrà ca. 22. Rom. 16.
b 1. Tim. 2.
c 1. Cor. 6.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a *Cceptam iuſtificationis gratiam.*] Colonien. ſub Adulpho III. *Inquiſ.* 10. Charitas enim amittitur per vnum actum peccari mortalis, deordinando à Deo per actum contrarium eius voluntati, quod non contingit in fide, & ſpe, vt per D. Thom. *ſecunda ſecundæ, quæſtione* 24. *per totum.*

De fructu iuſtificationis, hoc eſt, merito bonorum operum, déque ipſius meriti ratione.

CAPVT XVI.

HAc igitur ratione iuſtificatis hominibus, ſiue acceptam gratiam perpetuò conſeruauerint, ſiue amiſſam recuperauerint, proponenda ſunt Apoſtoli verba: [a] Abundare in omni opere bono, ſcientes quòd labor veſter non eſt inanis in Domino: [b] non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, & dilectionis, quam oſtendiſtis in nomine ipſius. Et, Nolite [c] amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem. Atque ideò bene operantibus vſque in finem, & in Deo ſperantibus, *a proponenda eſt vita æterna*, & tanquam gratia filiis Dei per Chriſtum Ieſum miſericorditer promiſſa, & tanquam merces ex ipſius Dei promiſſione bonis ipſorum operibus & meritis fideliter reddenda. Hæc eſt enim illa corona [d] iuſtitiæ, quam poſt ſuum certamen, & curſum, repoſitam ſibi eſſe aiebat Apoſtolus, à iuſto iudice ſibi reddendam: non ſolùm autem ſibi, ſed & omnibus, qui diligunt aduentum eius: Cùm enim ille ipſe Chriſtus Ieſus, tanquam *β caput in membra*, & tanquam vitis in palmites, in ipſos iuſtificatos iugiter virtutem influat: quæ virtus bona eorum opera ſemper antecedit, & comitatur, & ſubſequitur, & ſine qua nullo pacto Deo grata, & *1 & meritoria eſſe poſſent*, nihil ipſis iuſtificatis ampliùs deeſſe credendum eſt, quo minùs plenè illis quidem operibus, quæ in Deo ſunt facta, diuinæ legi pro huius vitæ ſtatu ſatisfeciſſe, & vitam æternam ſuo etiam tempore, ſi tamen in gratia deceſſerint, conſequendam, verè promeruiſſe cenſeantur: cùm Chriſtus Saluator noſter dicat: [e] Si quis biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum: ſed fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam: Ita neque propria noſtra iuſtitia, tanquam ex nobis propria ſtatuitur: neque ignoratur, aut repudiatur iuſtitia Dei. Quæ enim iuſtitia noſtra dicitur, quia per eam nobis inhærentem iuſtificamur: illa eadem Dei eſt, quia à Deo nobis infunditur per Chriſti meritum. Neque verò illud omittendum eſt: quòd licèt bonis operibus in ſacris literis vſque adeò tribuatur, vt etiam [f] qui vni ex minimis ſuis potum aquæ frigidæ dederit, promittat Chriſtus eum non eſſe ſua mercede cariturū: & Apoſtolus [g] teſtetur, id quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternæ gloriæ pondus operari in nobis: abſit tamen, vt Chriſtianus homo in ſemetipſo vel confidat, [h] vel glorietur, & non in Domino: cuius tanta eſt erga omnes homines bonitas, vt [i] eorum velit eſſe merita, quæ ſunt ipſius dona. [k] Et quia in multis offendimus omnes:

a 1. Cor. 15. b Hebr. 6. cap. non eſt tam iniuſtus, de pœnit. diſt. 2. c Heb. 10. in fin. infr. ca. 26. d 2. Tim. 4. e Ioan. 4 f Matth. 10. in fin. & Marc. 9. circa fin. g 2. Cor. 4. h 1. Cor. 1. in fin. 2. Cor. 10. in fin. Galat. 6. Hierem. 9. i Ex epiſt. Cæleſt. 12. k Iacob. 3.

omnes: vnuſquiſque ſicut miſericordiam, & bonitatem, ita ſeueritatem, & iudicium ante oculos habere debet, neque ſeipſum aliquis,[l] etiamſi nihil ſibi conſcius fuerit, iudicare, quoniam omnis hominum vita non humano iudicio examinanda, & iudicanda eſt, ſed Dei,[m] qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo, qui vt ſcriptum eſt, reddet vnicuique ſecundùm opera ſua.

l 1. Cor. 4.

m Ibid. *n* Matth. 16. Roman. 2.

Poſt hanc Catholicam de iuſtificatione doctrinam, quam niſi quiſque fideliter firmitérque receperit iuſtificari non poterit: placuit ſanctæ Synodo hos canones ſubiungere, vt omnes ſciant, non ſolùm quid tenere, & ſequi, ſed etiam quid vitare, & fugere debeant.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a PRæpenenda eſt vita æterna.] Cæleſtinus I. *epiſt. 1. cap. 8. tom. 1. fol.* 124. Arauſican. 2. *cap. 18. tom. 1. fol. 628. de ſumm. Trinit. cap. 1. in fin.* ex Lateranen. ſub Innoc. *cap. 1. in fin.* Senonen. *in decret. fid. cap. 16. tom. 3. fol.* 749. Mogunt. *cap. 8. tom. 3. fol.* 932. Colonien. ſub Adulpho III. *Inquiſ.* 9.

β Caput in membra.] Hæc verba quem ſenſum habeant, vide in Arauſican. 2. *c.* 24. *tom. 1. fol. 629. ex Ioann.* 15.

ADDITIO.

1 *Meritoria eſſe poſſent.*] Bona opera, ergo quæ non in ſtatu gratiæ, ſed in peccato mortali ab aliquo facta ſunt, non proſunt ad ſalutem æternam, quod ſimpliciter ampliatur. Primò, etiamſi decedat quis in gratia. Secundò, etiamſi hæc bona opera in ſtatu gratiæ. Tertiò, vt nec proſint ad ſatisfactionem pœnarum Purgatorij tantùm, comm. opin. de qua Congregatione Bono. in ſcop. caſ. conſc. coram Paleotto 5. Septembris 1581. caſ. 3. vbi de duobus prioribus ampliationibus. Nauarr. *in manual. cap. 26. num.* 36. qui in hac vltima ampliatione contrarium tenuit ad magnificandam Dei miſericordiam poſt Sot. Gabr. & Maior. & ibi reſtringit, præterea, vt non procedat quoniam teſtator poſt confeſſionem, & communionem expreſsè teſtamentum approbaſſet.

Contra ſecundam ampliationem P. Sot. *in inſtit. ſacerdot. de purgat. lect.* 3. vbi de ſuffrag. mortuorum agitur, *verſ. 2. quia, fol.* 245. quam opinionem multis legendo comprobauit.

De Iuſtificatione.

CANON I.

Si quis dixerit,[a] hominem ſuis operibus, quæ vel per humanæ naturæ, vel per legis doctrinam, fiant, abſque diuina per Ieſum Chriſtum gratia poſſe iuſtificari coram Deo, anathema ſit.

a Supr. c. 1. & 2. Rom. 3. 1. Cor. 13.

CANON II.

Si quis dixerit ad hoc ſolùm diuinam gratiam per Chriſtum Ieſum dari, vt faciliùs homo[b] iuſtè viuere, ac vitam æternam promereri poſſit: quaſi per liberum arbitrium ſine gratia vtrumque, ſed ægrè tamen, & difficulter poſſit, anathema ſit.

b Concil. Mileuitan. cap. 5. Concil. Afr. c. 80. & c. vlt. de conſec. diſt. 5.

CANON III.

Si quis dixerit, ſine præueniente Spiritus ſancti[c] inſpiratione, atque eius adiutorio, hominem credere, ſperare, diligere, aut pœnitere poſſe ſicut oportet, vt ei iuſtificationis gratia conferatur, anathema ſit.

c Conc. Arauſ. 2. c. 6. ſupr. c. 6. ſupra cap. 5. Rom. 5.

CANON IV.

Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum nihil cooperari aſſentiendo Deo excitanti atque vocanti: quo ad obtinendam iuſtificationis gratiam ſe diſponat, ac præparet, neque poſſe diſſentire, ſi velit, ſed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, meréque paſſiuè ſe habere, anathema ſit.

CANON V.

Si quis liberum hominis [d] arbitrium poſt Adæ peccatum amiſſum, & extinctum eſſe dixerit, aut rem eſſe de ſolo titulo, imò titulum ſine re, figmentum denique à Satana inuectum in Eccleſiam, anathema ſit.

[d] Vide Augu. lib. 1. contra 2. epiſt. Pelag. cap. 2.

CANON VI.

Si quis dixerit, [e] non eſſe in poteſtate hominis, vias ſuas malas facere, ſed mala opera ita, vt bona, Deum operari, non permiſſiuè ſolùm, ſed etiam propriè, & per ſe, adeò vt ſit proprium eius opus, non minùs proditio Iudæ, quàm vocatio Pauli, anathema ſit.

[e] Vide Aug. lib. 1. contra 2. epiſt. Pelag. & Pro ſenten. 14. ad c. Gallorum & reſp. ad 10. obiect. Vinc. Ioan. 1. Concil. Arauſ. 2. circa fin.

CANON VII.

Si quis dixerit, opera omnia, quæ ante iuſtificationem fiunt, quacunque ratione facta ſint, verè eſſe peccata, vel odium Dei mereri, aut, quanto vehementius quis nititur ſe diſponere ad gratiam; tanto eum grauius peccare, anathema ſit.

CANON VIII.

Si quis dixerit, [f] gehennæ metum, per quem ad miſericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abſtinemus, peccatum eſſe, aut peccatores peiores facere, anathema ſit.

[f] Pſalm. 17. Luc. 12. & Marc. 9. in fin.

CANON IX.

Si quis dixerit, [g] ſola fide impium iuſtificari, ita vt intelligat nihil aliud requiri, quod ad iuſtificationis gratiam conſequendam cooperetur, & nulla ex parte neceſſe eſſe eum ſuæ voluntatis motu præparari, atque diſponi, anathema ſit.

[g] Supr. cap. 7. & 8.

CANON X.

Si quis dixerit, homines, [h] ſine Chriſti iuſtitia, per quam nobis meruit, iuſtificari, aut per eam ipſam formaliter iuſtos eſſe, anathema ſit.

[h] Supr. cap 7. Gal. 2. & 5. Epheſ. 1. & 4.

CANON XI.

Si quis dixerit, homines iuſtificari, vel ſola imputatione iuſtitiæ Chriſti, vel ſola peccatorum remiſſione, excluſa gratia, & charitate, quæ in cordibus [i] eorum per Spiritum ſanctum diffundatur, atque illis inhæreat; aut etiam gratiam qua iuſtificamur, eſſe tantùm fauorem Dei, anathema ſit.

[i] Rom. 5.

CANON XII.

Si quis dixerit, [k] fidem iuſtificantem nihil aliud eſſe, quàm fiduciam diuinæ miſericordiæ, peccata remittentis propter Chriſtum, vel eam fiduciam ſolam eſſe, qua iuſtificamur, anathema ſit.

[k] Sup. can. 9.

CANON XIII.

Si quis dixerit, omni homini ad remiſſionē peccatorum aſſequendā, neceſſariū eſſe, vt credat certò, & abſque vlla hæſitatione propriæ infirmitatis, & indiſpoſitionis peccata ſibi eſſe remiſſa, anathema ſit.

CANON XIV.

Si quis dixerit, [l] hominem à peccatis abſolui, ac iuſtificari ex eo, quòd ſe abſolui, ac iuſtificari certò credat, aut neminem verè eſſe iuſtificatum, niſi qui credat ſe eſſe iuſtificatum, & hac ſola fide abſolutionem, & iuſtificationem perfici; anathema ſit. *l Supra can. 9.*

CANON XV.

Si quis dixerit, [m] hominem renatum, & iuſtificatum teneri ex fide ad credendum, ſe certò eſſe in numero prædeſtinatorum, anathema ſit. *m Aug. ca. 13. l. 16. de correp. & gratia ſup cap. 12.*

CANON XVI.

Si [n] quis magnum illud vſque in finem perſeuerantiæ donum ſe certò habiturum abſoluta, & infallibili certitudine dixerit, niſi hoc ex ſpeciali reuelatione didicerit, anathema ſit. *n Aug. lib. de bono perſeuer. 13. ſupra cap. 12. & 13. Gal. 3. ca. 18.*

CANON. XVII.

Si quis iuſtificationis gratiam non niſi prædeſtinatis ad vitam contingere dixerit, reliquos verò omnes qui vocantur, vocari quidem, ſed gratiam non accipere, vtpote [o] diuina poteſtate prædeſtinatos ad malum, anathema ſit. *o Conc. Arauſ. 2. cap. 25.*

CANON XVIII.

Si quis dixerit, [p] Dei præcepta homini etiam iuſtificato, & ſub gratia conſtituto eſſe ad obſeruandum impoſſibilia, anathema ſit. *p Sub cap. 11. 1. Ioan. 5.*

CANON XIX.

Si quis dixerit, nihil præceptum eſſe in Euangelio præter fidem, cætera eſſe indifferentia, neque præcepta, neque prohibita, ſed libera: aut decem præcepta nihil pertinere ad Chriſtianos, anathema ſit.

CANON XX.

Si quis hominem iuſtificatum, & [q] quantumlibet perfectum dixerit non teneri ad obſeruantiam mandatorum Dei, & Eccleſiæ, ſed tantùm ad credendum, quaſi verò Euangelium ſit nuda, & abſoluta promiſſio vitæ æternæ, ſine conditione obſeruationis mandatorum, anathema ſit. *q Similis error erat Beguardorum à Concil. Viendam. ſup. c. 11.*

CANON XXI.

Si quis dixerit, Chriſtum Ieſum à Deo hominibus datum fuiſſe, vt redemptorem, cui fidant, non etiam vt legiſlatorem, cui obediant, anathema ſit.

CANON XXII.

Si quis dixerit [r] iuſtificatum, vel ſine ſpeciali auxilio Dei, in accepta iuſtitia perſeuerare poſſe, vel cum eo non poſſe, anathema ſit. *r Supr. c. 13.*

CANON XXIII.

Si quis hominem ſemel iuſtificatum dixerit [ſ] ampliùs peccare non poſſe, neque gratiam amittere, atque ideò eum, qui labitur, & peccat, nunquam verè fuiſſe iuſtificatum, aut contra poſſe in tota vita, peccata omnia, etiam venialia, vitare, niſi ex ſpeciali Dei priuilegio, quemadmodum de beata Virgine tenet Eccleſia, anathema ſit. *ſ Supr. 14.*

CANON XXIV.

Si quis dixerit, [t] iuſtitiam acceptam non conſeruari, neque etiam augeri, coram Deo per bona opera, ſed opera ipſa fructus ſolummodo, *t Sup. c. 10.*

dò, & ſigna eſſe iuſtificationis adeptæ, non autem ipſius augendæ cauſam, anathema ſit.

CANON XXV.

Si quis in quolibet bono opere iuſtum [u] ſaltem venialiter peccare dixerit, aut quod intolerabilius eſt, mortaliter, atque ideò pœnas æternas mereri: tantúmque ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem, anathema ſit. u Sup.c.11.in fin.

CANON XXVI.

Si quis dixerit,[x] iuſtos non debere pro bonis operibus, quę in Deo fuerint facta, expectare & ſperare æternam retributionem à Deo per eius miſericordiam, & Ieſu Chriſti meritum, ſi bene agendo, & diuina mandata cuſtodiendo vſque [y] in finem perſeuerauerint, anathema ſit. x Sup.c.16. y Matth. 24.

CANON XXVII.

Si quis dixerit, [z] nullum eſſe mortale peccatum, niſi infidelitatis, aut nullo alio quantumuis graui, & enormi, præterquam infidelitatis peccato, ſemel acceptam gratiam amitti, anathema ſit. z 1. Cor. 6. ſup.c.10.

CANON XXVIII.

Si quis dixerit, amiſſa per peccatum gratia, ſimul & fidem ſemper amitti: aut fidem, quæ remanet, non eſſe veram fidem, licèt non ſit viua: aut eum, qui fidem ſine charitate habet non eſſe Chriſtianum, anathema ſit.

CANON XXIX.

Si quis dixerit, [a] eum, qui poſt Baptiſmum lapſus eſt, non poſſe per Dei gratiam reſurgere: aut poſſe quidem, ſed ſola fide amiſſam iuſtitiam recuperare ſine Sacramento Pœnitentiæ, prout ſancta Romana, & vniuerſalis Eccleſia, à Chriſto Domino, & eius Apoſtolis edocta, hucuſque profeſſa eſt, ſeruauit, & docuit, anathema ſit. a Sup.c.14.

CANON XXX.

Si quis poſt acceptam iuſtificationis gratiam cuilibet peccatori pœnitenti, ita culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, [b] vt nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exoluendæ, vel in hoc ſæculo, [c] vel in futuro in Purgatorio antequam ad regna cœlorum aditus patere poſſit; anathema ſit. b Seſſ.14.ca.3. c Infr.ſeſſ.25. in princ.

CANON XXXI.

Si quis dixerit, iuſtificatum peccare, [d] dum intuitu æternæ mercedis bene operatur; anathema ſit. d Sup.cap.11. in fin.

CANON XXXII.

Si quis dixerit, hominis iuſtificati bona opera, ita eſſe dona Dei, vt non ſint etiam bona ipſius iuſtificati merita: aut, ipſum iuſtificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Ieſu Chriſti meritum, cuius viuum membrum eſt, fiunt, non verè mereri augmentum gratiæ; vitam æternam, & ipſius vitæ æternæ, ſi tamen in gratia deceſſerit conſecutionem; atque etiam gloriæ augmentum; anathema ſit.

CANON XXXIII.

Si quis dixerit, per hanc doctrinam Catholicam de iuſtificatione, à ſancta Synodo hoc præſenti decreto expreſſam, aliqua ex

parte

parte gloriæ Dei, vel meritis Ieſu Chriſti, Domini noſtri, derogari, & non potiùs veritatem fidei noſtræ, Dei denique, ac Chriſti Ieſu gloriam illuſtrari: *a anathema ſit.*

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

HAc ead. *Seſſ. ſuprà ad ca.* 1. refertur ad Galatas 2.

Ad Can.2. *ſuprà ad cap.*5. Mileuit.*cap.*5.*de conſecrat.diſt.*4.*cap.placuit*, vt ex Arauſican. 2.*c.*8.& Aphrican.*c.*3.*& fin.tom.*1.*fol.* 515. *col.* 2.*& fol.*520.

Ad Can.3. *ſuprà ad cap.*5.*&* 6.Mileuit.*c.*4. *tom.*1.*fol.*482.*de conſecrat.diſt.* 4.*cap. quiſquis dixerit*, Arauſican.2.*cap.*3.4. *&* 5. Senonen.*c.* 15.Moguntin.*cap.*7.

Ad Can.4. *ſuprà ad cap.*5. ex Arauſican.2. *c.* 3. 4. 5. 6. 9. *&* 25. & Conſtantien. *ſeſſ.*8.*in condemnatione*, Io. Vviclef 27. Senonen.*c.* 15.Moguntin.*c.*7. Nauarr. *in ſumm. prælud.*3. *num.*10.*verbo quinto infertur.*

Ad Can. 5. *ſuprà ad cap.* 1. *&* 5.ex Arauſican.2.*c.*13.*&* 25.*poſt princip.deciſ.fid.Cathol.in verbo homo*,*q.*14.*fol.*336.

Ad Can.6.*ſuprà ad cap.* 5. ex Arauſican.2. *c.*9.*tom.*1.*fol.*629. & Conſtantien. *Seſſ.* 8. *art.* 27. in condemnatione Io. Vviclef. Deus enim neminem cogit ad peccandum, *deciſ. quæſt.*14.*fol.*252.

Ad Can.7.*ſuprà ad cap.*5.*&* 6. ex Moguntin.*c.*7.*tom.*3.*fol.*932.

Ad Can.8. *ſuprà cap.*6.*& infrà ſeſſ.*14.*c.* 4. *de contritione*, ex Mogunt. *cap.*7. contra Lutherum, Auguſt.ad Anaſtaſ.*ep.*144. & declarauit in *deciſ.fid.cath.in verbo timor, quæſt.*3. *fol.*583.

Ad Can.9. *ſuprà ad cap.* 8. *&* 11.ex Senonen.*cap.*15.ex Moguntin.*cap.*7.

Ad Can.10. *ſuprà in cap.*16.infrà ex Arauſican.2.*c.*21.& Moguntin.*cap.*7.

Ad Can.11. *ſupr.in cop.*7.ex Clem.*fid.*§.*ad hoc baptiſma, de ſumma Trinit. & fid. cath. & ex cap.maiores*, §. *cæterùm, in fin.de Baptiſm.* Senon.*cap.*15.Mogunt.*cap.*7.

Ad Can.12. *ſuprà in cap.*9.ex Senonen. *ca.* 16.Mogunt.*c.*7.

Ad Can.13.*ſuprà in cap.*9.

Ad Can.14. *ſuprà in cap.*9.ex Senonen. & Moguntin.

Ad Can.15.*ſuprà in cap.*12.*&* 13.

Ad Can.16. *ſuprà in cap.*13.

Ad Canon.17.*ſuprà in cap.*12.*&* 13.

Ad Can.18. *ſuprà in cap.* 11. ex Arauſican. 2.*cap.*25.& Moguntin.*c.*9.

Ad Canon.19. *ſupr.in cap.*11. ex Clem. *ad noſtram*, §. 3. *quod illi, de hæret.* Moguntin. *cap.*10.

Ad Can.20. *ſuprà in cap.* 11. ex Arauſican. 2.*cap.*25.& Mogunt.*c.*9.

Ad Can.21.*ſuprà in cap.*11.Eſai.33.*d.*Matth. 1. 6. 7.

Ad Can.22. *ſuprà in c.*13. ex Arauſican. 2. *c.*9.10.*&* 25. add. Nauarr. *in ſumm. prælud.*3. *num.*12.*verbo hunc Canonem.*

Ad Can. 23. *ſuprà in cap.* 14. *in princip. & cap.*11.*poſt princ.*ex Clem. *ad noſtrum, de hæret.*Mileuit.*c.*6.7.8.*Dec.fid.cathol.in verbo homo*,*q.*7.*fol.*334.*& q.*10.*fol.*335.

Ad Can. 24. *ſuprà in cap.* 10. ex Mogunt. *in cap.*8.

Ad Can.25.*ſupr.in c.*11.*in fin.* ex Senonen. *cap.*16.

Ad Can.26. *ſupr.in cap.*11. *&* 16.

Ad Can.27. *ſuprà in cap.*15. *Dec.fid.cathol. in verbo gratia, quæſt.*7.*fol.*324.

Ad Can.28. *ſuprà in c.*15.

Ad Can. 29. *ſuprà in cap.* 14. *& in Deciſ. fid.cathol.in verbo homo, quæſt.*9.*fol.*334.

Ad Can. 30. *ſuprà in cap.* 14. *poſt. princip. doctrin. de purgatorio*, vide *infrà Seſſ.* 25. *de purgator in princ.*

Ad Can.31. *ſuprà in cap.*16.*ex ex ep.* 2. *cap.* 8.Cæleſtin.1. *ad Epiſcopos Galliæ*, Arauſican. 2.*cap.*18.*de ſumm. Trinit. cap. firmiter*, ex Lateranen.2.*cap.* 1. Senonen. *cap.* 16. Mogunt. *cap.*8.

Ad Can.33.*a Anathema ſit.*]Intellige ipſo iure, vel ipſo facto, vel eo ipſo, ſimile habetur in *cap.*18.*ſeſſ.* 25. *de Regular.* licèt Nauarr.*in ſumm.cap.*27.*num.*12. videatur tenere contrarium. Tu vide regulam Cardin. Toleti.

Digitized by Google

Decretum de Reformatione.

CAPVT PRIMVM.

Prælati non reſidentes minimè poſſunt ſuum miniſterium implere : renouantur canones aliquando promulgati contra non reſidentes: modúſque datur contra Epiſcopos abſentes à propria diœceſi per ſex menſes continuos.

EADEM Sacroſancta Synodus, eiſdem præſidentibus Apoſtolicæ Sedis Legatis, ad reſtituendam collapſam admodum Eccleſiaſticam diſciplinam, deprauatóſque in Clero,& populo Chriſtiano mores emendandos ſe accingere volens, *α ab iis, qui maioribus* Eccleſiis præſunt, initium cenſuit eſſe ſumendum; integritas enim præſidentium, ſalus eſt ſubditorum. Confidens itaque per Domini, ac Dei noſtri miſericordiam, *β prouidámque* ipſius Dei in terris Vicarij ſolertiam, omnino futurum, vt ad Eccleſiarum regimen, 1 *γ onus quippe* Angelicis humeris formidandum, qui maximè digni fuerit, *δ quorúmque prior vita*, ac omnis ætas, à puerilibus exordiis vſque ad perfectiores annos per diſciplinæ ſtipendia Eccleſiaſticæ laudabiliter acta teſtimonium præbeat, *ε ſecundùm venerabiles beatorum* [a] *Patrum* ſanctiones aſſumantur : omnes Patriarchalibus, Primatialibus,Metropolitanis,& Cathedralibus Eccleſiis quibuſcunque, quouis nomine, ac titulo, præfectos monet, ac monitos eſſe vult, vt [b] attendentes ſibi, & vniuerſo gregi, in quo Spiritus ſanctus poſuit eos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo, vigilent, ſicut Apoſtolus præcipit, in omnibus laborent, & miniſterium ſuum impleant : implere autem illud ſe nequaquam poſſe ſciant, ſi [c] greges ſibi commiſſos mercenariorum more deſerant, atque ouium ſuarum, *ζ quarum* [d] *ſanguis* de eorum eſt manibus à ſupremo iudice requirendus, cuſtodiæ minimè incumbant: cùm certiſſimum ſit, [e] non admitti paſtoris excuſationem, ſi lupus oues comedit, & paſtor neſcit. Ac nihilominus, quia nonnulli, quod vehementer dolendum eſt,hoc tempore reperiuntur, qui propriæ etiam ſalutis immemores, terrenáque cœleſtibus, ac diuinis humana præferentes, in diuerſis curiis vagantur, aut in negotiorum temporalium ſolicitudine, ouili derelicto, atque ouium ſibi commiſſarum cura neglecta, ſe detinent occupatos: placuit Sacroſanctæ [f] Synodo antiquos canones, qui temporum, atque hominum † iniuria penè in deſuetudinem abierunt, aduerſus non reſidentes,*η promulgatos* nouare : quemadmodum virtute præſentis decreti innouat: ac vlterius, pro firmiori eorundem reſidentia, & reformandis in Eccleſia moribus, in hunc qui ſequitur, modum ſtatuere, atque ſancire. 2 *Si quis à Patriarchali*, Primatiali, Metropolitana, ſeu Cathedrali Eccleſia ſibi quocunque titulo, cauſa, nomine, ſeu iure commiſſa, quacunque ille dignitate, gradu & præeminentia præfulgeat, *θ legitimo impedimento*, 3 *ſeu iuſtis*, [g] & rationalibus, [h] cauſis ceſſantibus, *ι ſex menſibus* continuis extra ſuam diœceſim morando abfuerit : *κ quartæ partis* fructuum vnius anni

a Ca. in ſacer. & c. Epiſc. 61. d. c. ſin. 59. d. & infr. ſeſſ. 14. de refor. c. 1.
b Act. 20. c. 3. Tim. 4. Io. 10 cap. ſiz rect. 43. d. cap. aduerſ.
c quæſt. 1. ca. niſi, de renun.
d Ezech. 33. & 34. Act. 20. ca. Epheſ. 43. diſt. cap. 1. 13. q. 1. & infrà.
e Seſſ. 14. c. 1. in ſi. de refor.
f Cap. peruenit. cum multis ſeqq. 7. qu. 1. de cler. non reſid. per totum, & c. cùm ex eo, de electio. in 6.
† incuria.
g Vide ſeſſ. 23. ca. 1. de refor. vbi cauſæ ſubindicantur.
h Cap. ex tua, de cler. non reſi. cap. quoniam, §. porrò, vt lite non conteſt.

anni fabricæ Eccleſiæ pauperibus loci per ſuperiorem Eccleſiaſticum applicandorum, pœnam ipſo iure incurrat. [i] Quòd ſi per alios ſex menſes in huiuſmodi abſentia perſeuerauerit, aliam quartam partem fructuum ſimiliter applicandam eo ipſo amittat. Creſcente verò contumacia, vt ſeueriori ſacrorum canonum cenſuræ ſubiiciatur, Metropolitanus ſuffraganeos Epiſcopos abſentes, Metropolitanum verò abſentem ſuffraganeus Epiſcopus antiquior reſidens, pœna interdicti ingreſſus Eccleſiæ eo ipſo incurrenda infrà tres menſes per literas, ſeu nuncium Romano Pontifici denunciare teneatur: qui in ipſos abſentes, prout cuiuſque maior, aut minor contumacia exegerit, ſuæ ſupremæ Sedis auctoritate animaduertere, & Eccleſiis ipſis de [k] Paſtoribus vtilioribus prouidere poterit, ſicut in Domino nouerit ſalubriter expedire.

i Infr. ſeſſ. 23. de reform. ca. 1. & 2.

k Cap. ex parte de cler. non reſid.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *AB iis qui maioribus.*] Ab iis qui maioribus Eccleſiis præſunt, ex Lateranen. 3. *ſeſſ. 9. in bulla reform. tom. 4. fol. 631. col. 1.* Ipſi enim ſunt, in quos tanquam ſpeculum, reliqui oculos coniiciunt *infrà Seſſ. 22. c. diſt. 61. cap. miramur*, Ambroſ. *de dignit. Sacerd. tom. 5. c. 6.* Gregor. *3. par. paſtoral. admon. 1. gloſ. in extrauag. de elect. in verbo Superna.*

β *Prouidámque.*] Eſt enim Papa non ſolùm Dei Vicarius in terris, *cap. inter corporalia, cap. 1. de tranſlat. Epiſc.* nec ſolùm gerit eius vices *cap. ad Apoſtolicæ, de re iudic. lib. 6. Clem. 1.* & ibi Card. de magis, *Clem. 1.* & ibi Card. *de ſent. excomm. diſtin. 19. cap. ſic omnes*, ſed eſt Deus in terris, Bald. *in l. final. C. de ſentent. reſcind.* Dec. *in ca. 1. de conſtit.* Pariſ. *conſ. 5. num. 75. & conſ. 68. vol. 4.* Fel. *in cap. ego enim. col. 1. verbo ibi Canonicè, de vlr. iur.* & in Conſtantien. *Seſſ. 24. tom. 3. fol. 279. col. 1.*

γ *Onus quippe.*] Bernard. *ſerm. 3. de aduent. Domini, & de conſiderat. ad Eugen. lib. 1. in princ.* & ad Epiſcopum Londomien. *ep. 24.* & ad Card. *ep. 2. 3. 6.* Cùm ſit ars artium regimen animarum, *cap. cùm ſit*, vbi not. de ætat. & qualitat. & cura eſt vigil, onerofa, & ſolicita cuſtodia, *cap. omnis, de pænit. & remiſſ.* Card. *in Clem. 1. quæſt. 20. de offic. Vic. & in Clem. 1. in princ. q. 6. de præbend.* vide Greg. *in 1. par. paſtor. cap. 1. & 10. & par. 2. cap. 13. & 5. & in regiſtr. lib. 1. epiſt. 4. 6. 7. 24. 30. & 41.* plenè Nazianz. *in apol. paulò ante fin.* Hier. *in epiſt. ad Eliod. paulò ante fin. & ep. ſeq. ad Nepot.* Auguſtin. *ad Valerian. ep. 148. regiſtr. diſt. 40. cap. ante omnia.*

δ *Quorumque prior vita.*] *Cap.* t. itaque. *diſt. 25.* Gregor. *in paſtor. lib. 1. cap. 9.* Conc. Sard. *cap. 13. tom. 1. fol. 417. regiſt. prop. in cap.* Oſius *diſt. 61.* Hier. aduerſus Iouin. *lib. 2. fol. 526.* & ad Ocean. *ep. 83.* Gregor. *in regiſt. lib. 4. ep. 95. diſt. 49. c. 1. & 2. diſt. 77. cap. in ſingulis*, Nicol. 1. ad Michael. Imperat. propoſueramus.

ε *Secundùm venerabiles Beatorum Patrum.*] *Cap. cùm in cunctis, de election. cap. 1. infr. ſeſſ. 7. & c. 1. infr. ſeſſ. 24.* Lateranen. 3. *in Bulla reform.* Cur. *tom. 4. fol. 631. c. qui Epiſcopus diſt. 23.*

ζ *Quarum ſanguis.*] *Ezech. c. 34. gloſ. in c. quamuis in verbo Paſtor de regul. iur. facit epiſt. Euſeb. ad Damaſ. de morte Hiero.* Item Bernard. in declamatione de verbis illis Petri, *Ecce nos relinquimus omnia*, Symmacus *in Concilio Romano, circa fin. tom. 1. fol. 1026. colum. 1. & cap. irrefragabili, in princ de offic. ordin.*

η *Prómulgatos.*] Et ideò nec conſuetudine, aut ſtatuto induci poteſt, vt Parochus non teneatur reſidere, Nauar. *poſt.* Felin. *in conſ. 1. quæſt. 15. num. 42. de conſtitut.*

θ *Legitimo impedimento.*] Puta inimicitiam, Afflict. *dec. 289. num. 19.* quæ ſine Parochi culpa extortæ fuerint, & tunc dabitur licentia per annum, vt *infrà ſeſſ. 23. cap. 1. in fin.* Item in caſu ſenectutis nemo excuſatur, in caſu verò infirmitatis, neque excuſatur Parochus: ſed ſi infirmitas ſit incurabilis, & in loco parochialis non ſit copia Medicorum, medicinarúmue poſſe ab ordinario dari licentiam trium, aut quatuor menſium parocho ægroto, vt curari poſſit in locis vicinioribus, commodioribus. Interim tamen per ipſum ordinarium deputato Vicario idoneo ad curam dictæ parochialis cum aſſignatione congruę portionis ex ipſius Parochialis redditibus:

Epiſco

Epiſcopus autem qui non reſidet non gaudet alternatiua, ex Congregationis ſententia.

ι *Sex menſibus.*] Tantò minùs poteſt transferri Sedes Epiſcopalis ſine auctoritate Apoſtolica, vt cenſuit ſacra Congregatio.

κ *Quartæ partis.*] Hæc pœna ſic diſtincta non habet hodie locum, niſi in Epiſcopis, vel aliis præfectis Eccleſiis maioribus. Nam quod attinet ad Curatos inferiores non proceditur ſic gradatim; ſed vel attenditur diſpoſitio Capituli, *ex tuæ*, vbi *gloſ. de cleric. non reſid.* vel decretum *Conc. ſeſſ.* 23. *cap.*1. *propè fin.* Ibi quòd ſi per edictum citati, relinquitur enim ordinarij arbitrio ſi velit expectare ordinem hic præſcriptum, vt priuet poſt triennium, vel ſtatim priuare, vt ibi poſt citationem per edictum factam. Tamen Illuſtriſſimi Domini mediam ſententiam ſequuti cenſuerunt, expectandũ eſſe aliquod tempus, & attendendam eſſe contumaciam Rei qualis ſit, & ita ex facti qualitate arbitrio boni iudicis exiſtimandum, ſi vel ſtatim poſt edictum priuari debeat, vel obſeruari neceſſe ſit formam præſcriptam. Remanet tamen hæc forma obſeruanda ſic gradatim in abſentibus à Canonicatibus, vt *infrà ſeſſ.* 24. *cap.*12. *de reformation.*

ADDITIO.

1 *Onus quippe.*] Proptereà illud appetere non licet, S.Thom 2.2.*quæſt.*1005.*art.*1.

2 *Si quis à Patriarchali.*] Concordat.c.1. *de Reform.ſeſſ.*22.*facit, cap.*3. *de Reform.ſeſſ.*7. & nota hoc text. obligari etiam Cardinales ad reſidentiam, quod declara, vt habetur in *c.fin.*97.*diſt.*

3 *Seu iuſtu.*] De cauſa ſtudioſum, Vide Horat.*Lut.de priuil.ſcholar.priuil.*98.

Nulli obtinenti beneficium quod requirit reſidentiam licet non reſidere, niſi ob rationabilem cauſam ab Epiſcopo approbandam; deputandi nihilominus Vicarij ob curam animarum, &c.

CAPVT II.

EPISCOPIS inferiores, quæuis α *beneficia* Eccleſiaſtica perſonalem reſidentiam β *de iure*, *ſiue conſuetudine* exigentia, γ *in titulum*, ſiue Commendam obtinentes, ab eorum Ordinariis, quemadmodum eis δ *pro bono Eccleſiarum regimine*, & diuini cultus augmento, locorum, & perſonarum ε *qualitate penſata*, expediens videbitur, opportunis iuris remediis reſidere cogantur: ζ *nullique priuilegia*, ſeu indulta perpetua de non reſidendo, aut de fructibus in abſentia percipiendis, [a] ſuffragentur. Indulgentiis verò, & diſpenſationibus η *temporalibus* 1 *ex veris*, & 2 *rationabilibus* cauſis tantùm conceſſis, & coram Ordinario legitimè probandis, in ſuo robore permanſuris, quibus caſibus nihilominus officium ſit Epiſcoporum, tanquam in hac parte à Sede [b] Apoſtolica delegatorum, prouidere, vt per deputationem θ *idoneorum vicariorum*, & congruæ portionis fructuum aſſignationem, cura animarum nullatenus negligatur: nemini, quoad hoc, priuilegio ſeu exemptione quacunque ſuffragante.

a Cap. fin. de rebꝰ. in 6.

b Cap cùm ex eo de cler.in 6. c. beneficium de reg. eo lib. & int.ſeſſ 7. c. 5. & 6. de reform.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

Canonicus excuſatur à reſidentia per annum propter inimicitias ortas ſine ſua culpa, dummodò eo tempore habitet in loco viciniori. Item qui fideiuſſit de non diſcedendo ab Vrbe, excuſatur.

Item Capellanus quando Capellania requirit reſidentiam, & per alium inſeruit, non eſt cogendus antequam verba fundationis inſpiciantur.

Item Epiſcopus poteſt cogere Parochum, vel Rectorem ad reſidentiam, etiam

ſi ſit

ſi ſit conſuetudo reſidendi in loco diſtanti per ſex milliaria.

Item non datur facultas Epiſcopo diſpenſandi in reſidentia quauis ratione.

Item ordinarius compellat reſidere prouiſum ab inferiori de beneficio requirenti.

Item nulli eſt imponendum onus, vel ſeruitium extra fundationem beneficij, vel conſuetudinem, nec poteſt Epiſcopus.

Item Commendatarius non tenetur reſidere ſi Monaſterium caret Cura, & Conuentu, vel ſi non habeat ſolam iuriſdictionem temporalem, vel ſi habeat ſpiritualem, ſed de facto prohibetur illam exercere. Vide *Seſſ.23.cap.1.de Reform.*

Item monitio de nominando alio Rectore poteſt fieri Procuratori illius Religionis, ſub qua eſt Parochia, vel per decretum in viſitatione, vt per viginti dies ſibi præſentetur idoneus, & interim ponatur coadiutor cum poteſtate congrua, qui poteſt eſſe ſæcularis, vel Regularis amouibilis, & ſi eſt Hieroſolymitanus, gaudeat ſuis priuilegiis.

Item habens Beneficium ſimplex non tenetur reſidere, licèt ſit ſub titulo alicuius Sancti, nec poteſt cogi ab Epiſcopo.

Item Parochus ſi habeat Parochianos intus, & extra ciuitatem, etiamſi ſint plures extra reſideat, vbi eſt Eccleſia Parochialis, & ſi ſint plures Eccleſiæ in vna Parochia, reſideat in Eccleſia quæ eſt intra, & ſi ſit incommodum, ſeruetur *cap. ad audientiam, de Eccleſ. ædific. Seſſ.* 21. *cap.* 4. *de Reform.*

Item Commendatarij, qui non habent curam animarum, non ſunt cogendi ad ordines ſacros, licet aliquando eos cogere, ſicut tenentur in Gallia.

Item an poſſint viſitari, & corrigi Commendatarij perpetui ab ordinariis, res eſt dubia.

Item legitima impediméta non reſidendi ſunt, vt inimicitiæ ſine culpa Parochi natæ, & dabitur licentia per annum, *Seſſ.23.c.* 1. Item in caſu ſenectutis nemo excuſatur; in caſu infirmitatis non excuſatur Parochus; ſed ſi infirmitas ſit curabilis, & in Parochia non ſint Medici, vel Medicinæ, Epiſcopus det licentiã, vt per tres, vel quatuor menſes ſe curet in loco viciniori, & commodiori, & prouideatur de Vicario cum fructibus.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *Beneficia.*] Beneficia ſimplicia de generali mundi conſuetudine, non requirunt reſidentiam, Alex. *conſ.1.vol.7.* Felin. *in cap.dilectus il 2.col.* 1. *de reſcript.* Nicol.Mil. *in verb. beneficium, quæſt.* 33. *verbo beneficium curatum an non,* Ferrett. *conſ.* 112. *num.*1. & in Eccleſiis non curatis poteſt rector per alium in Miſſis, & aliis diuinis officiis deſeruire, Ioan. Calder. *in c. ſuper inordinata, de præbend.* Lap. *alleg.5.num.8.& alleg.116.&* 117. *num.*2. & altaria non exigunt reſidentiam, Lap. *alleg.* 35. *num.* 2. Hinc fuit quæſitum ſtandi fundatione concepta his verbis, quod Capellanus debeat celebrare diuinum officium, diu noctúque ſicuti cæteri Capellani faciunt, an talis Capellanus debeat eſſe Preſbyter, & fuit reſolutum quod non, per alleg. Lap. 116. *in themate, & num.* 2. *prax. Neap. lib.1.cap.24. propè fin.* ſufficit enim per alium diuina officia celebrentur. Idem Lap. *alleg.* 35. *num.* 2. & quod ibi deciditur de obligatione recitandi Miſſam, multò magis procedit in recitatione diuini officij, in quo non requiritur ordo Preſbyteralis ſicut Miſſa. Congregatio ſub die 16. 1575. niſi priuilegio, vel ſtatuto teneatur per ſe, quia requiritur induſtria perſonæ, Lap. *d. alleg.* 35. *num.* 4. & idem dicerem ſi in fundatione ſit expreſſum, quod Capellanus ſit Preſbyter, & per ſe deſeruiat.

β *De iure ſiue conſuetudine.*] Quando ex qualitate beneficij propter conditionem in fundatione appoſitam, vel de iure, aut conſuetudine, vel ſtatuto teneatur quis reſidere, vide per Lapſum *alleg.* 116. *per tot.* Itémque requiruntur ad hoc vt Eccleſia ſit curata, Gomeſ. *in regul. de Idiom. quæſt.* 11. *per tot.* Hinc quærebatur, an Epiſcopus poſſit reuocare ad ſuam diœceſim ad ſeruitium alterius Epiſcopi, vel Eccleſiæ, ſiue dimiſſus, ſiue non dimiſſus, videtur quod ſic, quia nullus clericus etiam non beneficiatus poteſt diſcedere, ſine Epiſcopi ſui licentia, per text. *in cap. non oportet,* vbi *gloſ. il* 1. *de conſecrat. diſt.* 5. per quem dicebat Hoſtien. *in ſumm. de cleric. non reſident. verbo qualiter* 10. Sed verum eſt, quod clerico, nec etiam cauſa peregrinationis abeſſe licet ſine Epiſcopi ſui licentia, ſeq. Villad.

in tract. de leg. quæſt. 2. par. 2. num. 6. tom. 2. argum. leg. illud, ff. de offic. præſid. Contrarium eſt verius, quia ſi clericus ratione beneficij ſimplicis non poteſt cogi ad reſidendum propter generalem mundi conſuetudinem, de qua Alex. *conſ. 1. vol. 7.* Felin. *in cap. dilectus il 2. col. 1. de reſcr.* Ferrett. *conſ. 112. num. 1.* ergo multò minùs quando non habet beneficium. Item quia ſi in Eccleſiis non curatis poſſunt per alios deſeruire, ergo non poſſunt prohiberi quò velint pergere, aliàs fruſtra hoc illis à iure concederetur, Ioan. Calderin. *in cap. ſuper inordinata, de præbend.* Lap. *alleg. 5. num. 8.* & ita cenſuit Congregatio Illuſtriſſimorum, ſub die 21. Ianuar. 1574. Cum limitatione tamen, niſi talis clericus habeat beneficium requirens perſonale ſeruitium, vel niſi in ordine ſit adſcriptus alicui Eccleſiæ in qua ſe exerceat, vel niſi ſtatuto loci aliter prohibeatur.

γ *In titulum.*] Obtinens beneficium, licèt id habeat titulum alicuius Sancti, dummodò ſit ſimplex, non tenetur in eo reſidere, nec fuit mens S. D. N. in Bulla de reſident. edita, cogere habentes beneficia ſimplicia in eis reſidere, ex Congregationis ſententia.

δ *Pro bono Eccleſiarum regimine.*] Rectores parochiarum debent habitare in domo parochiæ; quod ſi parochia domum non habeat, tunc in alia domo quæ ſit intra limites Parochiæ, aut ſaltem ita vicina Eccleſiæ parochiali, vt inde commodè poſſint per ſeipſos deſeruire, ex Bulla Pij I V. *in ſuperna* militari 1564. Sarnen. de viſitation. *lib. 2. cap. 3. num. 5. & ſequent.*

ε *Qualitate penſata.*] Videbatur ergo relictum arbitrio ordinarij, vt ex qua cauſa velit, reſidendi licentiam præbeat, fortè ſenibus, infirmis, Doctoribus, & id genus hominibus, vt in eorum Eccleſiis per Vicarios deſeruiri faciat, quod tamen correctum eſt, *cap. 1. infr. Seſſ. 23.* quo imponitur neceſſitas reſidendi omninò, niſi ex quatuor cauſis ibidem expreſſis, & ita Congregatio reſpondit Epiſcopo Piſtorien. 28. Apr. 1564. Sed non prohibetur Parochus ſibi alium Preſbyterum ad curam animarum adiutorem habere, modò ipſe reſideat, & probatus ſit ab ordinario, ex Congregationis ſententia.

ζ *Nulliſque priuilegia.*] Sed nemo tenetur deſeruire Eccleſiæ in qua non habet beneficium, ex ſent. Congregationis, niſi in ordinatione ſit adſcriptus ſeruitio alicuius Eccleſiæ, ſed nec inquiſitor, ſi ſe excuſet, nomine inquiſitionis, quod non reſideat in Parochiali admittendus eſt, tenetur enim reſidere.

Reſolutiones Congregationis ad hoc cap. ſecundum, ead. Seſſ.

Qui beneficium ſeruitorium obtinet cum onere celebrandi Miſſas, ſi nondum per ſe poteſt celebrare, curare debet, quod per alium celebrentur, quod ſi neglexerit, iuris remediis compellatur.

Obligati ad ſeruiendũ in choro cum participatione diſtributionum, non poſſunt obtinere aliud beneficium cum onere reſidendi.

Duo ſeruitoria, & incompatibilia ſunt prohibita conferri; item primæ dignitates poſt Pontificalem in Cathedrali & Collegiata; item duo ſub eodem tecto; item duas Rectorias nemo poteſt ſimul retinere.

Parochus tenetur reſidere in domo vicina Eccleſiæ, quod ſi ſit ruinoſa debet habere tempus ad eam reparandã. Nec tenetur iurare de reſidentia, nec ſub pœnis cogi ad celebrandum plures Miſſas in Parochia per hebdomadas.

Abſens à beneficio iuſta de cauſa, fructus non amittit, & qui prouiſus eſt ab inferiori collatore, compellendus eſt per ordinarium ad reſidendum. Non obſtantibus etiam priuilegiis ex fundatione. Nulli tamen eſt adiiciendum onus ex fundatione beneficij, aut conſuetudine.

Epiſcopus obtinentem autem beneficia ſimplicia cogere non poteſt ad aliquod perſonale ſeruitium ſuis beneficiis impendendum, cum antiquiſſima totius Eccleſiæ conſuetudine, ipſi nonniſi officium recitandi teneantur, in dubio beneficia præſumuntur eſſe ſine cura, Rot. *in nouiſſ. par. 1. deciſ. 17.*

Rector qui non habet domum decentem ad habitandum, & habet coadiutorem in cura, poteſt permitti habitare domum paternam, dummodò curæ non deſit.

Curatus tenet per ſeipſum deſeruire, & non per ſubſtitutum, niſi in caſibus in quibus poteſt per Vicarium coadiutorem, vel ſubſtitutum, ex decret. Concil. Trident. deſeruire, 3. Iulij 1591. Nullius. Vniuerſitas, vel laici fundantes Capellas, vel heremitoria, non poſſunt de eis diſponere, poſſunt tamen

tamen in fundatione, vel dotatione, vel conſtructione reſeruare ſibi Iuſpatronatus, & ſi in eis, vt patroni ſe ingerunt, incurrunt pœnas Concilij *Seſſ.25.cap.9. & ſeſſ.22. cap.*10.

Ad id cap. *Temporalibus.*] Quia Papa non dat licentiam perpetuam ad non reſidendum, vt per Panuin. *in tract. de viſitat. tom.3.quæſt.5.par.* 1. *num.* 6. poſt *gloſ. in cap. licet, Canon.in gloſ.final.de elect. lib.6.*

Nec poteſt Prælatus inferior etiam exemptus huiuſmodi licentiam concedere, ſed ordinarius loci intelligitur Epiſcopus, in cuius diœceſi locus eſt conſtitutus. Maſcard. *de probation. volum.* 1. *concluſ.* 553. *num.*2.

Idoneorum Vicariorum.] & non ſolùm in Curatis, ſed in ſimplicibus etiam Iuriſpatronatus poteſt deputare Vicariũ, etiamſi collatio ſpectet ad Papam, vel ad quemcunque durante eorum vacatione, vel beneficiato reſidenti, aut inhabili, ex hoc *text. & ſeſſ.7.cap.5. & 7. ſeſſ.21. cap.6. ſeſſ.24. c.18. ſeſſ.25.c.16. prax. in verbo beneficia.* §. *ad tertium.verſ.15.fol.28.*

ADDITIO.

1 *Ex veris.*] Facit ad interpretationem, *cap. fin. de reſcript.* vt ibi perpetuæ indulgentiæ non temporales reuocatæ cenſeantur. Horat.Lut.*de priuil.*98.

2 *Rationabilibus.*] Vide *not. in c. præcedenti*, & Nauarr.*in manual.c.25.n.*121.

Exceſſus ſæcularium clericorum, & regularium agentium extra Monaſteria, ab Ordinario loci, vt deputato à Sede Apoſtolica, corrigantur.

CAPVT III.

α ECcleſiarum 1 *Prælati* ad corrigendum β *ſubditorum exceſſus*, prudenter, ac diligenter intendant: & nemo ſæcularis Clericus, † cuiuſuis perſonalis, vel regularis, extra Monaſterium degens, etiam ſui ordinis priuilegij [a] prætextu tutus cenſeatur, quominùs, ſi deliquerit, γ *ab Ordinario loci*, tanquam δ *ſuper hoc à Sede Apoſtolica delegato*, ſecundùm Canonicas ſanctiones, ε 2 *viſitari*, puniri, & corrigi valeat.

† Fortè legendum, vel cuiuſuis ordinis regularis.

a Infr. ſeſſ.25. de refor. 1. & 42. ſeſſ. 14.c. 4. & 5. de reform.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

EPiſcopus poteſt corrigere profeſſos militantes, exceptis Hieroſolymitanis, quia ſunt priuilegiati à Papa.

Item, Rector Parochiæ Hieroſolymitanæ habens habitum & crucem ſubeſt ordinario, niſi actu ſeruiat, & intra Clauſtra viuat, ſub obedientia militum, vel niſi ſit profeſſus, & huius coadiutor ſi deliquit miniſtrando Sacramenta ſine licentia, ſi non ſunt exempti, non gaudent priuilegiis, & ſunt puniendi.

Item hoc decretum comprehendit militares regulares Portuenſes, qui degunt extra Monaſteria.

Item non intelligitur quando delinquunt in propriis Eccleſiis, vel beneficiis, licèt poſſint viſitari.

Item Mediolani regulares ſeruent Concilium Prouinciale Borromæi.

Item, hoc caput ſeruetur ſi delinquunt in vna diœceſi, & reperiantur in altera, id eſt, remittantur ad ſuum Epiſcopum.

Item milites Hieroſolymitani comprehenduntur in omnibus decretis Concilij Tridentini, niſi fiat expreſſa exceptio de eis, & niſi poſt Concilium obtinuerint priuilegium, vt in hoc Capitulo à Pio V.

Item degere extra Monaſteria debent, qui de licentia ſuperiorum exiſtunt in domo ad erigendum Monaſterium deſtinatum, ſi non habent Rectorem, nec viuerent ſecundùm regulas.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α ECcleſiarum Prælati.*] Caſus genitiuus dominium probat, Abb.*in cap.1.num.28.de poſtulat.prælat.*Corn.*conſ.35.num.11.l.1.*

Pariſ. *conſ.21.num.32. l.2.* Maſcard. *de probat. volum.2. concluſ.* 841. & qui eſt in quaſi poſſeſſione, vt talis habetur pro ordinario. Maſcard. *ibidem concluſ.*847.*num.*7.

Prælati autem iſti ſunt Epiſcopi; qui habent ordinariam iuriſdictionem in clericos, *cap. at ſi cleri, de iudic.* Item alij hanc iuriſdictionem habentes, vt habentes in monachos, Aretin. *conſ.*18. *quæſt.*2.*c. Abbates not.*Abb.*in cap.vt famæ,num.6.de ſentent. excom. not. in c.cùm Epiſcopus per illum text. de offic.ordin.in* 6.Dec.*conſ.*121. *col.* 1. Abb.*in c.conquerente, & in cap. dilectus, ex eod.tit.* Bertac.*in lit. Prælat.appell.*Put. *lib.*1.*dec.*239. Bellarm.*conſ.*20.Dero. *conſ.*24.*vol.*1. & omnes habentes ordinariam iuriſdictionem vocantur ordinarij: Dominic. *in cap.* 2. *in princ. de Conſtit. in* 6. Silueſt. *excom.* 9. *num.* 92. Abb. *in cap. cùm ab Eccleſiarum,num.*1.*de off.* Hinc eſt, quòd vbi Concilium remittit aliquid explicandum, exequendum ab ordinario, vel eius arbitrio, iſti tales poſſunt exequi huiuſmodi decreta, nam ſecundùm ſubiectam materiam appellatione ordinariorum, veniunt non ſolùm Epiſcopi, ſed ſupradicti etiam ſecundùm decreta Concilij,vt habetur *Seſſ.5.cap.*1.*&* 2.*ſeſſ.6.c.* 2. *&* 3. *ſeſſ.*7.*c.*5.6.7.8. 14. *&* 15.*ſeſſ.*14.*c.*1.4.5.*ſeſſ.*21.*c.* 9.*ſeſſ.*22.*c.*1.2.5.9.11.*ſeſſ.*23.*c.*1.8. 17. *ſeſſ.* 24. *de reformat.c.* 9. *&* 16. Sed communis vſus loquendi appellat Prælatos ſolos Epiſcopos, & alios ſuperiores eorum,& præfectos Eccleſiis Collegiatis ſæcularibus, vel Regularibus, vt conſuluit Nauarr.*par.*1. *de fil.Preſbyt.conſ.*6.*num.*4.& Ror.Pur.*lib.*3. *dec.*139.& an Capitulum ſede vacante veniat ordinariorum appellatione, vide per Federic. de ſen. *conſ.*192.*Domine mi vellem,* & per Felin. *in c.cùm olim, num.*8.*de maior. & obed.* & an ordinarius cui committitur cauſa, ſi non exprimat, quomodo procedat faciat nullum pro vtraque parte,vide Ludouic. Pontanum,*tom.*1. *ſing.* 15. *fol.* 3. & his adde quæ not.infrà *Seſſ.*25.*cap.*9.*de regular.*

β Subditorum exceſſus.] Hic autem text. procedit etiamſi Presbyter qui deliquit in ſua diœceſi, in altero loco reperiatur, debet enim remitti ad ſuum Epiſcopum ex Congregationis ſententia.Non tamen procedit contra regulares, vel ſubditos alienos, Nauarr.*de offic.iud.ord.conſ.*8. Feder. de Sen. *quæſt.*2.*num.*3.

γ Ab ordinario loci.]Ordinarius eſt Papa, & eſt ordinarius ordinariorum. Item Cathedralis in ſuo titulo. Item Legatus de latere legatione durante, vbi Concilium nondum eſt receptum; item Patriarchæ Primates, Archiepiſcopi, & Epiſcopi,Theſaur. for.Eccleſ.*par.*2.*cap.*16.*num.*8. *vſque ad* 13. vbi vide tredecim iura Epiſcopalia, vt per Abb. *in cap.conquerente de offic.ordinar.*

δ Super hoc à Sede Apoſtolica delegato.] Pluries datur à Concilio ordinariis hæc facultas delegati Apoſtolici,& *caſus* 21.*recens,* & Theſaur.for.Eccleſ.*par.*2.*tit.*17.*num.*59. *& ſequent. fol.* 254. & in caſibus in quibus poteſt procedere vt delegatus, & vt ordinarius cautela eſt, vt non ſe reſtringat ad alteram poteſtatem, ſed vtatur vtraque,quia ſi non valet ex vna, valebit ex altera, Rot. *par.*2.*diuerſ.deciſ.*96.

ε Viſitari.] Sed Equites Hieroſolymitani quatenus curata beneficia non obtineant, ab ordinariis viſitari non poſſunt, ex Bulla 88. Gregor. XIII. aliàs iuxta Bullam 139. Pij V. 22. Septembris, anno 6. reſpectu curæ animarum, & adminiſtrationis Sacramentorum ſubduntur viſitationi Epiſcoporum, & vide Nauarr. *de Regular.conſ.*12. *num.* 1. *&* 6. Quicquid enim eſt infrà fines diœceſis ſubditur illi Epiſcopo quoad iuriſdictionalia, non autem quoad proprietatem, Maſcard. *de probat.vol.* 1. *concluſ.*553. *num.* 2. & quomodo procedatur contra exemptos, vide in Concilio Lateranen. ſub Leone X. *Seſſ.*10.*tom.*4.*fol.* 649. An cap. hoc procedat in viſitatione, non extra, quod procedat in viſitatione facit verbum viſitari, cui ſubditur puniri,& corrigi,facit *cap.*4. *ſeſſ.*14.vbi additur etiam extra viſitationem, vel dic hunc text. generaliter loqui, & ſic intelligi,c.verò,4.*ſeſſ.* 14. loqui declaratiuè, & magis explicitè patet, dum dicit: Per cuius ſanctæ Synodi ſtatuta,quæ referuntur ad hunc text. ſed prima opinio videtur tutior;nam ille textus addit.quæ huic deſunt; poſtquam enim initio retulit hunc textum, declarando materiam limitat, dummodò Epiſcopus in ſua Eccleſia reſideat. Amplia quoad clericos qualitercunque exemptos; tunc enim ſolùm derogauerat perſonali priuilegio. Ampliat ſecundò procedere in exceſſibus, criminibus, & delictis. Ampliat tertiò quoties, & quando opus fuerit. Ampliat quartò etiam extra viſitationem, hic enim videbatur reſtricta facultas tantùm in viſitatione ibi viſitari, &c. Ampliat quintò,plures addens derogatorias clauſulas,

las, & non obſtantias, de quibus hîc verbum nullum, & ita poſtmodum, vt audiui, cenſuit Congregatio Concilij de menſe Maij 1596.

In caſibus in quibus ordinarius procedit ex auctoritate decretorum Concilij Tridentini, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, vbi aliàs ſuo iure ordinario facere poterat, cùm ab eo contingat appellari, talis appellatio non eſt neceſſaria ad Sedem Apoſtolicam interponenda. Hanc autem facultatem exercere poteſt Epiſcopus in ſubditos in quolibet loco diœceſis, quia vbique poteſt erigere tribunal, per *cap. cum Epiſcopus, de offic. ordinar. lib. 6.* & ampliatur in Legato in qualibet prouincia ſuæ legationis, vt conſuluit Nauar. *par. 1. lib. 1. de offic. ordin. conſ. 3.* & pro Epiſcopo facit, Rot. Verall. *par. 1. lib. 1. de offic. ordinar. conſ. 3.* & pro Epiſcopo facit, Rot. Verall. *par. 1. deciſ. 301.* & manutenendus eſt in poſſeſſione totius diœceſis, Verall. *par. 2. deciſ. 201.* & habet poteſtatem conferendi omnia beneficia diœceſis *par. 2. deciſ. 283.*

Item, quæſitum fuit an Equites Hieroſolymitani per diœceſes vagantes ſubdantur ordinario illius loci, vbi degunt, & licèt de iure, & auctoritate huius textus reſponderi poſſit affirmatiuè per conſil. Nauarr. 12. *de regular. par. 1.* tamen per Bullam Pij V. ſubduntur eorum magno Magiſtro, & ita nouiſſimè audiui in Congregatione decretum, ſed eorum priuilegia reduxit ad terminos Concilij Gregor. XIII. Bulla 67. circumſpecta. Quo verò ad Regulares alicuius ordinis approbati videtur limitari hic text. *per cap. infr. ſeſſ. 25. de regular.* vt procedat dummodò maneant in clauſtris, & delinquunt extra notoriè, & ſcandaloſè, hic verò quando manent extra clauſtra, ſine licentia ſuorum Superiorum, iuxta text. *in cap. 4. infr. ſeſſ. 25. de regular.* Nam tunc ſubduntur Epiſcopo. Quid autem ſi de licentia ſuorum Superiorum maneant in aliqua domo erigenda in monaſterium, & pro ſeruitio ſuæ religionis, & dic idem, vt in dicto, *cap. 14. ſeſſ. 25.* de qua infrà *ſeſſ. 7. cap. 14.* vbi not. Nauarr. *de regul. conſ. 42. num. 3.*

Congregatio Concilij cenſuit poſſe Epiſcopum viſitare quaſcunque Eccleſias ſæculares intra fines ſuæ diœceſis exiſtentes, vigore *cap. 8. infr. ſeſſ. 7.* etiamſi ad regulares pertineant, & ab eis dependeant; dum tamen per ſæculares eis deſeruiatur. Item monaſteria quæcunque commendata in quibus non viget Regularis obſeruantia, ac beneficia tam curata, quàm non curata, ſæcularia, & Regularia qualitercunque commendata, per *cap. 8. ſeſſ. 21.*

Præterea tam beneficia curata vnita quibuſcunque monaſteriis, & locis piis, ex *cap. 7. ſeſſ. 7.* quàm etiam perſonas exercentes curam animarum in Monaſteriis, Regularium, quibus etiam cura imminet iuxta *cap. 11. ſeſſ. 25. de Regular.* Eccleſias autem militum Hieroſolymitanorum, vt ſuprà dictum, eſſe exemptas priuilegiis ſummi Pontificis à viſitatione, præterquam ſi fuerint curatæ, tunc enim cum huiuſmodi priuilegia excipiant ea quæ reſpiciunt curam animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem, quoad hoc poſſe vtique viſitari ab Epiſcopis, die 12. Februarij 1596.

De Hieroſolymitana Religione præter ſuperius dicta Congregatio cenſuit, Priorem S. Ioannis Hieroſolymitani in locis nullius diœceſis in quibus ipſe iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habet, ſi priuilegium à Sede Apoſtolica etiam ante Concilium obtinuerit conferendi primam tonſuram, & quatuor minores ordines conferre vtique ſuis ſubditis, dumtaxat Regularibus primam tonſuram, & quatuor minores ordines, etiamſi dicto priuilegio fulciatur ad quemcunque Catholicum Antiſtitem, eoſdem ſubditos Regulares dimittere ad primam tonſuram, & quatuor minores ordines in dictis locis nullius conferat, aliáque ibidem Pontificalia exerceat, chriſmatiúque Sacramentum conferat licentia alterius minimè requiſita, neque huic rei obſtare decretum, *cap. 5.* infrà eadem *ſeſſ.* Quinimò *eod. cap. 5.* non obſt. eundem Antiſtitem ab eo accerſitum in eiſdem locis poſſe ſæculares in quos Epiſcopalem iuriſdictionem Prior habuerit, ad ſacros ordines promouere, ſi litteras dimiſſorias Epiſcopi cuius Cathedralis Eccleſia Prioratui proximior fuerit legitimè confectas ſecum attulerint. In vna nullius die 23. Auguſti 1599.

Epiſcopus poteſt facere edicta per ſuam diœceſim, *cap. vt animarum de conſtit. lib. 6.* dummodò non fiant contra Ius Canonicū, & contra legem ſuperioris, Felin. in *c. ſi quis, de maior. & obedien. prax. in verbo edicta, num. 1.* vbi etiam vide quam pœnam imponere poſſint, vel augere, & an ipſo iure. Item poteſt Epiſcopus diſpenſare in omni-

bus caſibus, vbi à iure non prohibetur, *cap. nuper de ſenten. excommunic.* Feder. de Sen. *conſ. 9. vel 17. num. 9.*

ADDITIO.

1 *Prælatis.*] Prælatorum appellatione qui veniant, tradit Iacob. de Graff. *lib. 3. c. 1. par. 2.* ex quo colligitur quod in materia proportionabili tàm Epiſcopis, quàm Prælatis inferioribus, veniunt non ſolùm Epiſcopi, & Superiores, ſed etiam Abbates, & alij inferiores, quandoque veniunt etiam electi, & confirmati, licèt nondum conſecrati, quod procedit in his, quæ ſunt iuriſdictionis, vt dixi infrà *ſeſſ. 7. de reformat. c. 9.* quandoque in his, quæ ſunt fori pœnitentialis veniunt etiam ſimplices Rectores Parochialium, per *cap. duæ, de Cler. ægrot.* Vide infrà *in cap. 7. de Reform. ſeſſ. 7. in verb. Ab ordinariis locorum, num. 1.* & quod procedat in Abbate habente Iuriſdictionem Epiſcopalem. Flores Diez. *var. quæſt. lib. 3. quæſt. 23. num. 27.*

Et Capitulum Sede vacante poteſt dare alieno Epiſcopo licentiam Pontificalia exercendi, vi iuriſdictionis, *gloſ. in c. ſi Epiſcopus de ſupplen. neglig. Prælat. in 6.* Abb. *in c. ſi qui, de maior. & obed.* Pacien. *de poteſt. Capit. Sede vacante, 1. par. quæſt.* 3. Flores Diez. *var. quæſt. lib. 3. q. 23. num. 27.*

2 *Viſitari.*] Idem in viſitatoribus, & Capellanis triremium, niſi legitima auctoritate alios habeant Iudices, & ſeruando vnicuique ſua priuilegia, Nauar. *de cler. ægr. conſ. vnic.*

De hac viſitandi poteſtate, de qua in hoc Capitulo, Put. *deciſ. 213. & 239. par. 3.*

Quarumcumque Eccleſiarum minorum Capitula, toties quoties voluerit Epiſcopus, & alij maiores Prælati, &c. viſitent, corrigant, emendent, non obſtantibus, &c.

CAPVT IV.

CAPITVLA [a] Cathedralium, & aliarum maiorum Eccleſiarum, illorúmque perſonæ, nullis 1 *exemptionibus*, 2 *conſuetudinibus*, ſententiis, 3 *iuramentis*, 4 *concordiis*, quæ tantùm ſuos obligent auctores, non etiam ſucceſſores, tueri ſe poſſint, quò minùs à ſuis Epiſcopis, & aliis maioribus Prælatis, per ſe ipſos ſolos, vel illis, quibus ſibi videbitur, adiunctis, iuxta [b] Canonicas ſanctiones, toties quoties opus fuerit, viſitari, corrigi, & emendari, etiam auctoritate Apoſtolica, poſſint, & valeant.

a Seſſ. 25. c. 6. de ref. & c. 4. de ref. ſeſſ. 14.
b Infr. ſeſſ. vlt. de ref. c. 6. ſeſſ. 14. c. 8. Vide 1. Nic. c. 17. & 2. Alleg. in c. 13. & Antioc. ca. 12. Sar. ca. 18. & 19. & 3. Cartha. c. 30. & 21. Concil. Aur. 3. cap. 15. cap. placuit. cum ſeq. 7. quæſt. 1. & infrà ſeſſ. 14. de reformat. cap. 3. & 8.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

NOn obſtat conſuetudo, vel priuilegium etiam ex fundatione, quin Epiſcopus viſitet nominatos in hoc cap.

Item Epiſcopus poteſt viſitare, & corrigere ſua Capitula exempta, & ſi ſint exempta ſeruetur, *Seſſ. 25. cap. 6.*

Item, concordiæ factæ inter Epiſcopum, & Capitulum circa puniendas perſonas Eccleſiæ, ſi ſunt confirmatæ à Sede Apoſtolica ex certa ſcientia, & ex cauſa, non tollantur per hoc caput, nec per *cap. 6. ſeſſ. 25. de reform.*

Item per hoc caput Epiſcopus viſitet per ſe, & ſi eſt impeditus per alia cap. viſitet per Vicarium, quia tollitur exemptio.

Item Epiſcopus ſolus, vel aliis quos maluerit adiunctis, viſitet Cathedralem Eccleſiam, & in viſitandis perſonis poteſt ſumere alios extra gremium Capituli.

Item contra hoc caput nemo poteſt ſe tueri conſuetudine, vel pacto perſonali, & Epiſcopus poteſt viſitare Capitula, ſed bona, & bonorum adminiſtrationem poteſt in viſitatione formali.

Item Collectores, & Officiales Sedis Apoſtolicæ non comprehenduntur hoc capite.

Item Decanus, & Capitulum poteſt viſitare,

ſitare, & punire perſonas ſibi ſubiectas cumulatiuè cum Epiſcopo,& Epiſcopus ſeorſim eodem modo poteſt punire correctos à Decano,& Capitulo ſeorſim.

Item finis huius viſitationis potius eſt emendatio, quàm correctio, quare dum corrigit non puniat crimen ad pœnam ordinariam.

Item Epiſcopus non tenetur ſumere Notarium Capituli,in viſitatione Capituli.

Item, ſi compilato proceſſu, & formato iudicio contra aliquem Capitularem in viſitatione Epiſcopus vult procedere, adhibeat deputatos iuxtam formam, *cap. 6. ſeſſ. 25.*

Item ſi Collegiata eſt in territorio Abbatis omnimodò exempta eam viſitet, & corrigat Epiſcopus diœceſis, & non Abbas, nec tenetur aſſumere aliquos de Capitulo, iuxta *Seſſ.6.cap.4.& ſeſſ.25.cap.6.*

Epiſcopus ſi vult viſitare Capitulum non eos vocet ad ſuam domum, ſed adeat locum Capituli, vel locum commodum,ſimiliter ſi vult conuocare Capitulum, vocet in loco ſolito, ſecus ſi contra aliquem particularem.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

EPiſcopus in viſitatione perſonarum ſui Capituli poteſt aſſumere adiunctos in actu viſitationis quos velit,etiam extra gremium Capituli.

Item ſecundùm formam huius cap. Epiſcopus poteſt ſua Capitula viſitare, & corrigere auctoritate ordinaria per verbum etiam: Si verò exempta eſſent,ſeruanda eſt forma præſcripta,infrà *Seſſ.25.cap.6.*& quoties non ſunt exempta,poteſt per ſe ipſum, vel per Vicarium, aut viſitatorem, ſi autem eſſent exempta non poterit, niſi per ſe ipſum ſolùm vti Sedis Apoſtolicæ delegatum, ex hoc text.*in fin.* Quomodo autem poſſit Epiſcopus hoc contra Capitulum, Nauarr. *de offic. ordin. conſ. 9. per tot.* & ad intellectum huius *cap.ac cap.6.* infrà *ſeſſ. 25.* & quomodo ſe inuicem limitentur, & amplient, vide Rot.*in nouiſſ. dec. 743. par. 1. & par.2.deciſ.*308.*&* 309.

Item Epiſcopus poteſt viſitare Capitula collegiata ſuæ diœc. prout cenſuit Congregatio ad Archiepiſcopum Beneuentan.

An Epiſcopus habeat iuriſdictionem in Eccleſia de conſenſu, vel conſilio Capituli, quæſtio eſt grauis; ſed dic, quod de conſilio, niſi in arduis,& ibi ſit contraria conſuetudo immemorabilis Put. in Rot. *lib.3. dec. 92. per tot.* niſi procedatur contra Capitulum, vel eius conſanguineum,vt ibi.

ADDITIO.

1 *Capitula.*] Vide Rota *diuerſ. deciſ.* 473. *&* 474. *par.* 1. & vide à poſt infrà *ſeſſ.25. de Reform. cap. 6.* fuit dubium, an Capitulum Aſtoricen. quod conſuetudinem habet immemorabilem adhibendi Epiſcopo viſitanti duos adiunctos ab ipſo Capitulo nominatos, ſit in tali conſuetudine manutenendum, vel potiùs Epiſcopus ſolus vigore Concilij etiam ſine adiunctis, & non obſtante dicta conſuetudine immemorabili,viſitare, vide *lib.infor.Conc.fol.27.*in vna Aſtoricen.

Hoc decretum non tollit ſtatuta confirmata à Sede Apoſtolica diſponentia alium ordinem eſſe ſeruandum, vide *informat. in lib.informat. ſup.Conc.fol. 1227. & ſeq.plur.*

Item, Procedit ſolùm in Capitulis habentibus exemptiones & priuilegia, non autem in Capitulis remanentibus in diſpoſitione Iuris communis, *d. lib. informat. fol.*1223.

Nec poteſt Epiſcopus ſolus ſine adiunctis Canonicis viſitare Capitulum,& quando viſitat, debet viſitare in loco Capitulari, vel Eccleſiæ, non in ſuis domibus, vt fuit reſolutum in Iſpalen. iuriſdictionis viſitandi, *d.fol.*1233.*& in fol.* 1221. quæ videntur procedere ſine adiunctis.

2 *Exemptionibus.*] Hoc cap. 4. non loquitur de Capitulis habentibus concordias confirmatas, ſed tantùm de illis Capitulis quæ aliunde habent exemptionem, vt ſæpiùs fuiſſe reſolutum teſtatur, Plat. *lib.1. deciſ.123.Seguntin. iuriſdictionis.*

3 *Conſuetudinibus.*] Non tamen immemorabilis, Congregatio, & Rota inter *diuerſ.16.par. 2.* maximè confirmat. Ita Congregatio cenſuit, & fuit dictum in vna Salamantina iuriſdictionis 15. Septembris 1579. coram Seraphino in manuſcr. *num.16.*

4 *Iuramentis.*] Tenetur ergo ſeruare iuramentum à ſe præſtitum de ſeruandis ſtatutis circa viſitationem. Cæſ. de Graff. *deciſ.* 88. & quidem in inſeparabilibus in totum,vt ibi.

5 *Concor*

5 *Concordiis.*] Dic non confirmatis, vt in vna Veronen. exempt. coram Pamphilio 27. Maij 1594. quod procedit in confirmatione ex certa ſcientia, vt ibi, vide Apoſt. infrà *Seſſ. 25. cap. 6. de Reform.*

Pontificalia in aliena diœceſi non exerceantur, aut ordinatio fiat ſub pœna ſuſpenſionis ab exercitiis, &c.

CAPVT V.

a 1 NVlli *Epiſcopo liceat* culuſuis β *priuilegij* prætextu 2 *Pontificalia* in alterius diœceſi exercere, niſi de Ordinarij loci expreſſa 3 *licentia*, & in perſonas eidem Ordinario ſubiectas tantùm, ſi ſecus factum fuerit, γ *Epiſcopus* ab exercitio δ *Pontificalium*, & ſic ε *ordinati* ab executione Ordinum ſint ipſo iure ζ *ſuſpenſi.*

Indictio futuræ Seſſionis.

Placétne vobis proximam futuram Seſſionem celebrari die Iouis feria quinta poſt primam Dominicam ſubſequentis Quadrageſimæ, quæ erit dies tertia menſis Martij? *Reſponderunt*, PLACET.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

CLerici aliarum diœceſium ſi habent dimiſſorias, ordinari poſſunt ab extraneo in aliena diœceſi de licentia Ordinarij Pontificalia exercente; ſed ſine dimiſſoriis non poteſt ordinare extraneos, nec confirmare.

Hanc licentiam, vt ordinetur, non poteſt concedere Prælatus inferior, etiamſi ſit exemptus, ſed ordinarius Epiſcopus loci, vbi eſt.

Patriarcha habens Eccleſias immediatè ſibi ſubiectas in aliena diœceſi, non poteſt talem licentiam dare ſine conſenſu Epiſcopi loci.

Item, Commendatarius Abbatiæ habens iura Epiſcopalia poteſt quemlibet Epiſcopum vocare, vt ſuos ſubditos confirmet Sacramento, ſecus ſi eſt infra fines alterius diœceſis: licèt Abbatia ſit exempta, & habeat iura quaſi Epiſcopalia, niſi de licentia Epiſcopi.

Item, impoſitio coctæ, ſeu ſuperpelliceij dum confertur prima tonſura eſt facienda ab ordinario, ſed ſi fiat iſte actus propter ſeruitium alicuius Eccleſiæ exemptæ, in ea eſt faciendus à Superiore illius Eccleſiæ.

Item cùm non poteſt Pontificalia, nec poteſt paramenta, vel Calicem benedicere, quia in his eſt opus Pontificali, vel mitra, quibus vti prohibetur.

Item, Abbas ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ, & de conſenſu Ordinarij poteſt adminiſtrare Sacramentum Confirmationis.

Item, Cardinales in aliena diœceſi non poſſunt conſecrare Eccleſias prophanatas, niſi de indulgentia Papæ.

Item, Capitulum Sede vacante poteſt concedere licentiam Epiſcopo extraneo, vt ordinet tam diœceſanos, quàm exteros cum dimiſſoriis.

Item, Epiſcopus non habens Epiſcopatum ſi habet Eccleſiam iuriſdictionem ſuam non poteſt in ea confirmare, vel exercere Pontificalia, ſine licentia Epiſcopi intra cuius diœceſim eſt Eccleſia, nec in loco exempto etiam vocatus à Superiore loci, ſi locus eſt intra fines diœceſis alicuius, ſed ſi locus eſt in nulla diœceſi poteſt confirmare de licentia Superioris.

Item, Vicarius generalis non poteſt concedere hanc licentiam, niſi habeat ſpeciale mandatum, ſicut nec dimiſſorias.

Item poteſt hic Epiſcopus ordinare familiarem Epiſcopi loci triennalem.

Item, Abbas benedictus, vel habens priuilegium poteſt exercere Pontificalia, & dare benedictionem ſolemnem populo in ſuo monaſterio, vel Eccleſia, in qua habet hanc iuriſdictionem. Extra verò non poſſunt,

ſunt, nec Eccleſia, nec cœmeteria reconciliare, niſi de licentia Epiſcopi loci.

Item qui habet indultum Apoſtolicum, vt à quocunque poſſit ordinari, poteſt ordinari à Diœceſano, vel alio pro eo Pontificalia exercente.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α N*ulli Epiſcopo.*] Amplia, nec Archiepiſcopo intra ſuam Prouinciam, niſi in locis exemptis, *gloſ. in cap.* 1. *not.* 2. *de off. ordin. lib.* 6. Couarr. *pract. quæſt. cap.* 9. *num.* 10. *prax. in verbo Archiepiſcopus, verbo ad ſecundum,* licet poſſit per Diœceſes ſuæ prouinciæ populo benedicere, non ſolùm ſolemniter, ſed priuatim, crucem, & morrettam portare poteſt, etiam pontificalia exercere, *prax. cap.* 86. *num.* 19. Quarant. *de Archiepiſc. auctorit. cap.* 32. *verbo notandum.*

β *Priuilegij.*] Per hæc verba non tolluntur indulta, ſecundùm quæ poterat vnius Eccleſiæ Clericus Apoſtolica permiſſione ordinari in altera, vt habetur in *cap. fraternitatem, diſt.* 71. *per text. in cap.* 11. *infr. ſeſſ.* 7. vt ibi dixi, & corrigitur quod dicit, Couarr. *var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 20. *ſub num.* 9.

γ *Epiſcopus.*] Diſpoſitio huius cap. ampliatur *infr. ſeſſ.* 14. *cap.* 2. vt neque Epiſcopi titulares in loco exempto, vel nullius Diœceſis, vel ſi in aliquo monaſterio moram traxerint, ſubditos alterius ad ſe venientes ſine proprij Prælati litteris ordinare præſumant. Si verò reperiantur ordinati ante decretum Concilij tunc habebit locum *cap.* 3. *ſeſſ.* 14. Pœna autem eorum qui ordinabunt contra formá huius decreti eſt, vt ordinans ſuſpendatur, ab exercitio Pontificalium per annum, vt in *dicto cap.* 2. *ſeſſ.* 14. Promotus verò ſit ipſo iure ſuſpenſus ab executione ordinum ſic ſuſceptorum donec Prælato ſuo videtur, ibidem quod ampliatur, etiamſi ſit familiaris ipſius, dummodò non per triennium ſecum permanſerit, *infrà ſeſſ.* 23. *cap.* 9. olim ordinans clericos non ſuos deponebatur, vt in Canon. Apoſt. 35. *tom.* 1. *fol.* 20. Item in Conc. Antioch. *can.* 31. *tom.* 1. *fol.* 323. *&* 9. *quæſt.* 2. *cap. nullum Epiſcopum ſub pœna depoſitionis prohibeatur in aliena diœceſi ordinare,* & in eodem Concil. *can.* 22. irritantur omnia quæ facit 9. *quæſt.* 2. *cap. Epiſcopum non debere, & ſeq.* Item in Conſtantinop. 1. *can.* 2. *&* 3. *tom.* 1. *fol.* 411. *&* 9. *quæſt.* 2. *cap. Epiſcopi qui, & cap. non inuitat.* poſt Concil. Nicenum, 1. *can.* 17. *tom.* 1. *fol.* 225. *& diſt.* 71. *cap. ſi quis auſus fuerit,* irrita decernitur huiuſmodi ordinatio. Idem prohibitum fuit in Carthaginenſi 2. *cap.* 20. *tom.* 1. *fol.* 427. *&* 7. *quæſt.* 1. *cap. placuit.* Item exempla Anacleti, & 7. *quæſt.* 1. *cap. Epiſcopus in Diœc.* taliter ordinatus amouebatur, & ordinans à celebratione Miſſarum vno anno ceſſabat. Item ex Concilio Calcedonen. *cap.* 20. *tom.* 1. *fol.* 933. *& diſt.* 71. *cap.* Clericos in ſingulis taliter ordinatus, & ordinans manebat excommunicatus tamdiu, quamdiu ordinatus reuertebatur ad propriam Eccleſiam.

δ *Pontificalium.*] Ita nec calicem, vel paramenta benedicere poterit, Nauarr. *de cleric. excomm. conſ.* 12. *num.* 1. cum in his opus habeat Pontificalibus indumentis mitra ſaltem, quibus vti prohibetur in aliena Eccleſia ſine ordinarij licentia, Nauarr. *de conſecrat. Ecclеſ. vel altar. Concil.* 2. Sed ſi Miſſam celebrare velit Pontificaliter in alterius Eccleſia, hoc poſſet ſine licentia, Aretin. *conſ.* 150. *num.* 3. ſimiliter poteſt exercere actus non concernentes iuriſdictionem, Zabarell. *in Clemen. final. de priuil. verbo* 7. *quæro poſt,* Hoſtien. in *cap. fin. de vſu pall. & gloſ. in d. Clem. fin. de priuil. vinct. gloſſ. in verbo etiam ... rari.* Cardinal. Tolet. *in ſumm. lib.* 1. *cap.* 49. vbi reſtringit diſpoſitionem huius textus ad ea quæ ſunt ordinis, ſed ex alio text. prohibetur exercere ea quæ ſunt iuriſdictionis, Couarr. *lib.* 3. *var. reſolut. cap.* 2. *ſub num.* 9. *col.* 2.

ε *Ordinari.*] An generalis Vicarius in hoc caſu fungi poſſet vice ordinarij, & abſque ſpeciali mandato has licentias concedere, vel dimiſſorias, aut commendatitias dare: & videtur quòd non, quia hoc requirit ſpeciale mandatum *cap. cum nullus,* vbi *gloſ. de temp. ordin. in* 6. Vincent. *cap.* 2 *&* 3. *cum gloſſ. de offic.* Vinc. *eod. lib.* niſi Epiſcopus in remotis agat, quia tunc Vicarius generalis in ſpiritualibus hoc poſſet, *d. ca. cum nullus,* 9. *Epiſcopo,* Rebuff. *in form. Vicar. num.* 47.

Et quod nullus in aliena Diœceſi ordinationes clericorum, vel alios actus iuriſdictionales, ſine ordinari licentia exercere valeat, tenuit Rot. Seraphin. in Neapolitana, Canotus 21. Mai, 1586. & in alia coram Orano 20. Nouembris 1595. vide Cardin. Tolet. *in ſumm. lib.* 1. *cap.* 49. *in princ.*

ζ *Suſpenſi.*] Limitatur hæc diſpoſitio, niſi ordinans crederet ſe gratum facturum, vel ordinaret nomine alterius, qui poſtea hanc ordinationem ratam habuit, vt per *gloſ. in cap. Epiſcopus, in Diœc. in verbo amotu 7. quæſt. 1.* & *cap. Lugdunenſis 9. quæſt. 2.* iuncta *gloſ. cap. 1. ead. cauſ.* & *9. in ver. rata.* Nauarr. *conſ. 25. tempor. ordin.* & *limitatur per cap. 11. ſeſſ. 7.* quando ex Indulto Apoſtolico habet aliquis facultatem, vt poſſit promoueri à quocunque, quia poterit tunc ab Epiſcopo reſidente, vel alio pro eo Pontificalia exercente ordinari. Hinc ſacra Congregatio Illuſtriſſimorum decreuit quod Epiſcopus in alterius Diœceſi de licentia ordinarij, niſi habeant dimiſſ. generales à ſuis ordinariis, nec poteſt de licentia eiuſdem ordinarij miniſtrare Sacramẽtum chriſmatis, niſi in eius ſubditos, & ita conſuluit Nauarr. *par. 1. de temp. ordin. conſ.* 21. & de intellectu huius cap. vide eundem Nauarr. *eod. tit. de temp. ordin. conſ.* 41. *per tot.* quando autem poſſit Epiſcopus ordinare alienum ſubditum, vide per Quarantiq. *in verbo ordo.*

Reſolutiones ſacræ Congregationis ad hoc cap. 5. ead. ſeſſ. vj.

Epiſcopus ordinans alienum ſubditum ſine dimiſſoria ſui Epiſcopi, ſuſpenditur etſi poſtea ordinationes alias habuerit, efficitur irregularis.

Congregatio cenſuit, ſi aliqua Abbatia nullius Diœceſis exiſtat, non poſſe Epiſcopum viciniorem ibi conferre Sacramentum confirmationis, & exercere Pontificalia abſque Abbatis expreſſa licentia, ſed eſſe in facultate ipſius Abbatis conuocare quem maluerit Catholicum Antiſtitem, ſaluo tamen maiori iure Epiſcopi vicinioris ſi aliunde id ſibi competat. Verùm poſſe Epiſcopum viciniorem viſitare beneficia ſæcularia, & clericos ſæculares dictæ Abbatiæ, ipſóſque culpabiles repertos, corrigere, & Epiſcopum viciniorem dici tantùm illum cuius Cathedralis Eccleſia ſit Abbatiæ proximior, non autem locis dictæ Eccleſiæ ſubiectis, die ſecunda Auguſti 1596.

Item cenſuit Congregatio in loco exempto intra fines certæ Diœceſis exiſtentem, non poſſe Epiſcopum Diœceſanum etiam à Superiore loci, intra cuius fines locus huiuſmodi exemptus fuerit conſtitutus, prima Iulij de anno 1597. niſi locus exemptus ſit nullius Diœceſis.

Congregatio cenſuit Epiſcopum exercentem Pontificalia in aliena Diœceſi de ordinarij loci expreſſa licentia poſſe ordines conferre, etiam ſuis propriis Diœc. non obſtante hoc decreto die ſexta Iulij 1595. & die 25. Iulij 1599. Nuntius non permittat alienos Epiſcopos Pontificalia in Diœceſi aliena exercere, Congregatio ad Patriarcham Aquilegienſem.

ADDITIO.

1 *Nulli Epiſcopo liceat.*] Mirum videtur quod ſcribit Nauarr. 21. *de temp. ordin. num.* 2. quod ſi textus intelligendus ſit de Epiſcopis ordinare volentibus in vim priuilegij, vt olim multi Titulares faciebant, non de ordinantibus de licentia ordinarij inferentes quod poſſit quis ordinare etiam Clericos alterius Diœceſis habentes litteras dimiſſorias, cum habentes priuilegium, & licentiam hoc non poſſint, vt hic; niſi dixerimus hanc licentiam limitatam videri ad priuilegium.

2 *Pontificalia.*] quæ ſint, Lapus *alleg. 139.* Vide *infrà ſeſſ. 7. de Confirm. can. 2.*

3 *Licentia.*] Nota quod non poteſt de licentia ipſius ordinarij miniſtrare ſacramentum Chriſmatis, de licentia autem poterit etiam qui renuntiauit Epiſcopatui, niſi renunciaſſet & dignitati, Pariſ. *de reſig. lib. 1. quæſt. 17. num. 17.*

An Epiſcopus poſſit in aliena Diœceſi ſuum ſubditum, quem excommunicauit abſoluere, quod in foro contentioſo, non in foro pœnitentiali, ſecus Fibbert. *in 4. in verb. abſolutio 1. §. 5.*

4 *Tantùm.*]dico tantùm, intelligitur, niſi extranei habuerint licentiam ſuorum Ordinariorum.

SESSIO

SESSIO SEPTIMA,

CELEBRATA DIE III. MENSIS MARTII, M. D. XLVII.

Decretum de Sacramentis.

PROOEMIVM.

AD conſummationem ſalutaris de iuſtificatione doctrinæ, quæ in præcedenti proxima Seſſione vno omnium Patrum conſenſu promulgata fuit, conſentaneum viſum eſt de ſanctiſſimis *a Eccleſia Sacramentis* agere, per quæ omnis vera iuſtitia, vel incipit, vel cœpta augetur, vel amiſſa reparatur: propterea Sacroſancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicæ Sedis legatis, ad errores eliminandos, & extirpandas hæreſes, quæ circa ſanctiſſima ipſa Sacramenta hac noſtra tempeſtate, tum de damnatis olim à Patribus noſtris hæreſibus ſuſcitatæ, tum etiam de nouo adinuentæ ſunt, quæ Catholicæ Eccleſiæ puritati, & animarum ſaluti magnoperè officiunt: ſanctarum Scripturarum doctrinæ, Apoſtolicis traditionibus, atque aliorum Conciliorum, & Patrum conſenſu inhærendo, hos præſentes canones ſtatuendos,& decernendos cenſuit: reliquos, qui ſuperſunt ad cœpti operis perfectionem,deinceps, diuino Spiritu adiuuante, editura.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a Eccleſiæ Sacramentis.] Quid ſit Sacramentum,Auguſt.*lib.10. de Ciuitat.Dei, & de conſecrat.diſt. 2. cap. ſacrificium.* Quod eſt ſacræ rei ſignum.Magiſt. *in 4. diſt.* 1. D. Thom.*3.p.quæſt.60. art.* 2. Intelligas ſignum ſecundùm quod definitur ab Aug. *lib.2. de doctr. Chriſti*, ſignum eſt quod præter ſpeciem quam ingerit ſenſibus,facit aliquid in cognitionem venire, eſt enim ſignum non ſanctificans, cuius cauſa effectiua noſtræ ſanctificationis eſt paſſio Chriſti, cauſa formalis gratia, cauſa finalis gloria. D. Thom.*3. par. quæſt. 60. art.* 3. vnde Eccleſia ex doctrina eiuſdem canit, *O ſacrum Conuiuium in quo Chriſtus ſumitur, recolitur memoria paſſionis eius, mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur.*

Definitur aliàs ſacramentum per Auguſtin.*in lib.de corpore Chriſti*,Sacramentum eſt, per quod ſub tegumentis rerum viſibilium diuina virtus ſecretiùs ſalutem operatur.

Item per Magiſtr. Quod eſt inuiſibilis gratiæ, viſibilis forma, vt eius imaginem gerat,& cauſa exiſtat.

Item per Hugon.de ſanct.Vict. *lib.de ſacram 1.par.cap.* 1. Sacramentum eſt materiale elemētum foris ſenſibiliter propoſitum, ex ſimilitudine repræſentans, ex inſtitutione ſignificans, ex ſanctificatione continens aliquam inuiſibilem, & ſpiritualem gratiam. Card.Tolet. *lib.2. cap.15.*

De Sacramentis in genere.

Canon I.

Si quis dixerit [a] 1 *Sacramenta* nouæ legis non fuiſſe *α omnia β* à *Ieſu Chriſto*, Domino noſtro inſtituta, aut eſſe plura, vel pauciora, quàm ſeptem: videlicet, Baptiſmum, Confirmationem, [b] Euchariſtiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, aut etiam aliquot horum ſeptem non eſſe verè & propriè Sacramentum, anathema ſit.

a Conc. Florent. in decretis Eugenij ad Armenos.
b Cap. ad abolendam, de hæret.

Canon II.

Si quis dixerit, ea ipſa nouæ legis Sacramenta à Sacramentis antiquæ legis 1 *non differre*, niſi quia ceremoniæ ſunt aliæ, & alij ritus externi, anathema ſit.

Canon III.

Si quis dixerit, [c] hæc ſeptem Sacramenta ita eſſe inter ſe paria, vt nulla ratione aliud ſit alio dignius, anathema ſit.

c Can. nihil de conſ. di. 4. ca. cum ſim.

Canon IV.

Si quis dixerit, Sacramenta nouæ legis non eſſe ad ſalutem neceſſaria, ſed ſuperflua; & ſine eis, aut *γ eorum voto* per ſolam fidem homines à Deo gratiam iuſtificationis [d] adipiſci: licèt omnia ſingulis neceſſaria non ſint, anathema ſit.

d Supr. ſeſſ. 6. de iuſt. c. 7. & can. 5.

Canon V.

Si quis dixerit, hæc Sacramenta propter ſolam fidem nutriendam inſtituta fuiſſe, anathema ſit.

Canon VI.

Si quis dixerit, Sacramenta, nouæ legis [e] 1 *non continere gratiam*, quam ſignificant, aut gratiam ipſam non ponentibus obicem non conferre, quaſi ſigna tantùm externa ſint acceptæ per fidem gratiæ, vel iuſtitiæ, & notæ quædam Chriſtianæ profeſſionis, quibus apud homines diſcernuntur fideles ab infidelibus, anathema ſit.

e Concil. Florent. ſub Eugenio 4. verſ. hoc docet Eccleſ.

Canon VII.

Si quis dixerit, non dari gratiam per huiuſmodi Sacramenta ſemper, & omnibus, quantum eſt ex parte Dei, etiamſi ritè ea ſuſcipiant, ſed aliquando, & aliquibus, anathema ſit.

Canon VIII.

Si quis dixerit, per ipſa nouæ legis Sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, ſed ſolam quidem diuinæ promiſſionis ad gratiam conſequendam ſufficere; anathema ſit.

Canon IX.

Si quis dixerit [f] in tribus Sacramentis, Baptiſmo ſcilicet, Confirmatione, & Ordine, non imprimi characterem, in anima, hoc eſt ſignum quoddam ſpirituale, & indelebile, vnde ea *δ* 1 *iterari non poſſunt*; anathema ſit.

f Seſſ. 23. c. 4. ex decretis Eugen. in Concil. Flor.

Canon X.

Si quis dixerit, [g] 1 *Chriſtianos ε omnes* in verbo, & omnibus Sacramentis adminiſtrandis habere poteſtatem; anathema ſit.

g Vide Conc. Carth. 4. c. 98. & in Concil. Conſtant. art. 13. Ioan. Vuicle. inf. ſeſ. 14. de pœn. c. 6.

CANON XI.

Si quis dixerit, [h] in miniſtris, dum Sacramenta conficiunt,& conferunt, *non requiri intentionem* ſaltem faciendi, quod facit Eccleſia; anathema ſit.

h Concil. Florent.in decretis Eugen.

CANON XII.

Si quis dixerit, [i] miniſtrum in peccato mortali exiſtentem, modò omnia eſſentialia, quæ ad Sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, ſeruauerit, non conficere, aut conferre Sacramentum; anathema ſit.

i Id. in error damnatur in Vuicle. Conc. Conſtant.ſeſſ. 8. ca. multæ, cap. remiſſionem,ca. Chriſtus cum plur. ſeq.1.quæſt.1. cap. vlt.15.q. vlt.

CANON XIII.

Si quis dixerit, receptos, & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſolemni Sacramentorum adminiſtratione adhiberi conſuetos, aut contemni, aut ſine peccato à miniſtris pro libito omitti, aut in nouos alios per quemcunque Eccleſiarum Paſtorem mutari poſſe; anathema ſit.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α AD Canon.primum.*Omnia.*]Congruitas huius numeri Sacramentorum inſtar eſt vitæ corporalis in qua dupliciter aliquis perficitur, vno modo, quantum ad propriam perſonam,aut acquirendam perfectionem, aut remouenda impedimenta. Prima perfectio eſt ex generatione,cuius loco ſuccedit Baptiſmus. Secunda eſt augmentum, cui ſuccedit Sacramentum Confirmationis.Tertia eſt nutritio,cui conuenit Euchariſtia. Quarta eſt poſt morbum ſpiritualem medicinæ loco, Pœnitentiæ eſt poſt morbum corporalem. Quinta Extrema vnctio, duæ aliæ perfectiones ſunt quæ communitatem reſpiciunt, & in ea perficiunt hominem, vt in poteſtate gerendi ordinem, in naturali propagatione matrimonium reponamus. ſumm. Victor. *conſ.*7.Card.Tolet.*lib.*2.*cap.*17.

β *A Ieſu Chriſto.*] A quo initium habuerunt omnia nouæ legis Sacramenta,Nauar. *in ſumm.de confeſſ.num.*2.*ſumm.* Vict. *de Sacrament.cap.*2.

Ad Canon. ſecundum. Differunt hæc ab illis Sacramentis in multis, quia illa non aperiebant cœlum. Omnes enim antiqui Patres etiam ſanctiſſimi fatebantur, ſe in infernum deſcenſuros, vt Iacob. Geneſ. 37. *Deſcendam ad filium meum lugens in infernum*: Iob.1. *Quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me?* & cap. 17. *& in inferno domus mea eſt*, & Pſalm. 88. *Quis eſt homo qui viuet, & non videbit mortem, eruet animam ſuam de manu inferni.*

Hæc autem aperiunt cœlum in particulari, cùm Chriſtus in ſua paſſione aperuerit in communi toti generi humano:Matth. 3.prædicabat Ioann. *Pœnitentiam agite, appropinquabit regnum cœlorum*,Epheſ. 2. *cuius gratia eſtis ſaluati, & conſedere nos fecit in cœleſtibus.* Matth. 25. *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum.* Matth.3. *Ieſu baptizato aperti ſunt cœli.* De circumciſione autem ait Auguſtin.quod conferebat gratiam ex opere operato, vt refert ſumm. Victor. *de ſacram. in comm. quæſt.* 2. quæ ante circumciſionem fuerint illa antiquæ legis Sacramenta, non ſatis exploratum habetur. Nauarr.*in ſumm.cap.*22. *num.*1 .vocat ea opera. Sot.*in* 4.*diſt.*1.*art.* 3. *in fin.* excludit Agnum Paſchalem, & alia ſacrificia, ſed D. Thom. 1.2.*quæſt.*102.*artic.*5.*ad* 3.refert quod Sacramenta veteris legis reſpondent Sacramentis nouæ legis,& enumerat ea,vt circumciſio,Agnus Paſchalis,purificatio, vnctio Sacerdotis, idem Sot. *de iuſtit. & iure lib.*2. *art.*2.*quæſt.*5.*in fin.*

γ Ad Canon.quartum. *Eorum voto.*] Requiritur ergo ſaltem votum ſuſcipiendum, & hoc ſufficit dummodò non contemptus religionis, ſed articulus neceſſitatis excludat,vt poſt Cyprian.Ambroſ. & Auguſt.tenet, & piè declarat Bernard. *epiſt.* 77. ad Vgon.de ſanct.Victor.*colum.* 6.*&* 7.

δ Ad Can. 9. *Iterari.*] Quia imprimunt characterem,Anan.ſing. 123.*num.*4.& quoad Sacramentum Confirmationis olim dubitatum fuit,an iterans illud eſſet irregularis, & quibuſdam videbatur, quod non contra

Canoniſtarum ſententiam, & ad cap. dictum eſt *de conſecrat. diſt.* 5. reſpondebant ibi prohiberi iterationem, ſed non imponi hanc pœnam irregularitatis, *vide ſumm. ſacram. de ſacram. confirm. cap.* 44. Sed hodie propter hunc text. videtur quod ſic, propter anathema poſt Toletan. *Conc.* 8. *c.* 7. & Florent. *tom.* 3. *pag.* 505. & hæreticum eſſet contrarium aſſerere *in deciſ. fid. Cath. litt. C. de chriſmat. quæſt.* 9. *fol.* 155. & ſic ſemel baptizatus, & ordinatus iterum baptizari, & ordinari non debet, Greg. *in regiſt. lib.* 2. *ep.* 32. *diſt.* 68. *cap. ſicut ſemel, idem lib.* 3. *ep.* 32. Item ſemel confirmatus fiet irregularis ſi iterum confirmetur, Nauarr. *de tempor. ordin. conſ.* 36. *contr.* Scot. dummodò fidem Sanctiſſimæ Trinitatis tenuerit qui primò confirmauit D. Gregor. *in regiſt. lib.* 9. *cap.* 9. *ad Quirinum*, & habetur *de conſecrat. diſt.* 4. *in cap. hi verò hæretici, facit cap. ſiue hæreticus, & cap. à quodam Iudæo, ead. diſt.* limita etiam, niſi prior confirmatio facta ſit à Presbytero, vel alio inferiore ab Epiſcopo ſine Papæ diſpenſatione, quia irrita & vacua habetur, nec inter Sacramenta computabitur, *cap. manus quoque de conſecrat. diſt.* 5.

Pariter Eccleſiæ conſecratio ritu Græco facta, etiamſi ad Romanam Eccleſiam redierit, non eſt iterum conſecranda, ſi fidem Sanctiſſimæ Trinitatis tenuit qui priùs conſecrauit, & in vtroque caſu ſuperiori, ita cenſuit Congregatio 19. *Decembris* 1602.

1 Ad Can. 10. *Omnes.*] Nec monachis concedebatur baptiſterium propter monachorum inſolentiam, Gregor. *in regiſtr. lib. c.* 95.

1 Ad Can. 11. *Non requiri.*] Intentionem requiri ſaltem in genere tenuit D. Thom. 3. *par. quæſt.* 64. *art.* 8. & procedit etiamſi ſit hæreticus qui baptizat, de quo dixi *infrà de bapt. cap.* 4. & ita fuerat definitum in Conc. Florent. ſub Eugenio, vt *in ſumm. Sacram. de bapt. quæſt.* 35. Quid autem ſi miniſter ſine intentione abſoluendi proferat abſolutionis verba, & abſoluat ſeriò, vide quæ ſcripſi ad *cap.* 6. *infra ſeſſ.* 14. Item ordinans cum proteſtatione quod non intendit ordinare inhabiles aliquo defectu, non confert ordines, Nauarr. *de tempor. ordin. conſ.* 6. *à num.* 3. *& conſ.* 7. *&* 8.

Ad Canon. 12. Idem ſtatutum fuerat per *Cap. Roman. de conſecrat. diſt.* 4. *& cap. ſi iuſtus* 1. *quæſt.* 1. & contrarium aſſerere eſſet error, vide *ſumm. Sacram. quæſt.* 28. *de bapt.* verum eſt tamen quod talis miniſter peccat mortaliter miniſtrando Sacramentum in peccato mortali, vt per D. Thom. 3. *par. quæſt.* 65. *art.* 6. tribus accedentibus ſecundùm Caietan. vt *in ſumm. Sacram. vbi quinta, quæſt.* 29.

Dat enim Deus Sacramenta per bonos, & malos miniſtros, ſed ſæpè dat gratiam per ſeipſum, Auguſt. *de bapt. lib.* 5. *cap.* 23. & habetur *par. quæſt.* 1. *cap. multi, cum ſequent.* & quoad eſſentialia, æqualis eſt Miſſa boni, & mali Sacerdotis, 1. *quæſt.* 1. *cap. intra*, Nauarr. *cap.* 25. *num.* 78. *& ſequent.* agunt enim in Sacramentis miniſtri non virtute propria, ſed virtute Chriſti, D. Thom. *lib.* 4. *contra gentes, cap.* 77. Turrecrem. *in ſumm. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 99.

ADDITIO.

1 *Sacramenta.*] Idem aſſeruit S. Thom. 3. *par. quæſt.* 65. Idem *lib.* 1. *contra Gentil. c.* 58. Riccard. *in* 4. *diſt.* 2. Gugl. Durant. *lib.* 1. *ration. diu. eff. c.* 9. *num.* 4. Florent. *in ſumm.* 13. *p. tit.* 14. *cap.* 11. § 1. *gloſ. in cap. veniens de tranſact.* & dicens plura, vel pauciora, ſit hæreticus, aſſerit Alber. *in rubr. de hæret. in* 6. *qu.* 13. Cur autem ſeptem fuerint à Deo inſtituta Sacramenta, Vide per S. Auguſtinum *lib.* 19. *in Fauſtum*, S. Ambroſij *lib.* 4. *de Sacram. c.* 4. *diſt.* 1. *in princip.* Couar. *lib.* 1. *variar. cap.* 10. *num.* 3. Et idem quod hîc determinat Concil. Florent. in Decretis Eugenij ad Armenos.

Can. II.

1 *Non differre.*] Quatenus differant. Vide infrà *Seſſ.* 22. *Doctr. de Sanctiſ. Miſſ. c.* 1. *in verb. imbecillitatem.*

Can. VI.

1 *Non continere gratiam.*] Ex hoc canone cum ſeq. reprobatur, gloſ. *in cap. cum in vniuerſali, in verb. benedictionibus de Simon.* & gloſ. *in c. Alma mater, de ſent. excommun. in* 6. gloſ. *in c. his igitur, In verb. benef.* 23. *diſt.* & aliæ quæ dixerunt per ſacramentum matrimonij non conferri gratiam, ſunt enim erroneæ, & damnatæ ab Eccleſiâ. Nam ſi Sacramentum eſt, gratiam confert, vt gloſ. *in cap. peruenit, in verbo nuptu.* Pablo. 3. *quæſt.* Caſtr. aduerſ. hæreſ. *in verbo nuptis.* Sat. *in* 4. *ſent. diſt.* 26. *quæſt.* 2. *art.* 1.

Can. IX.

1 *Iterari non poſſunt.*] Sacramentum imprimens caracterem indelebilem non po-

teſt iterari, & iterans ſcienter ſit irregularis, Nauarr. *de temp.ordin.conſ.36.num.2.*

Vide quod iſte text. eſt deſumptus ex decretis Eugenij *in Concil. Florent. Seſſ. 23. Can.4.*

CAN. X.

1 *Chriſtianos.*] Vide *Conc. Carthag. 4. Can.* 98. & in *Conc.Conſt. art.13.* Io. Vvicleff. *infrà Seſſ.13.de pœnit.c.6.*

CAN. XI.

1 *Intentionem.*] Vide Nauarr. *Conſ. 6. de temp.ordin.& conſ. 7. & 8. vbi de intentione ordinantis.*

De Baptiſmo.

CANON I.

Si quis dixerit, [a] Baptiſmum Ioannis habuiſſe eamdem vim cum Baptiſmo Chriſti; anathema ſit.

CANON II.

Si quis dixerit, [b] *aquam* veram, & naturalem non eſſe de neceſſitate Baptiſmi, atque ideò verba illa Domini noſtri Ieſu Chriſti: Niſi quis [c] *renatus fuerit* ex aqua, & Spiritu ſancto ad metaphoram aliquam detorſerit; anathema ſit.

CANON III.

Si quis dixerit, in Eccleſia Romana, quæ omnium Eccleſiarum mater eſt, & magiſtra, non eſſe veram de Baptiſmi Sacramento doctrinam; anathema ſit.

CANON IV.

Si quis dixerit, [d] Baptiſmum qui etiam datur *a 1 ab hæreticis*, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, cum intentione faciendi quod facit Eccleſia, non eſſe verum Baptiſmum; anathema ſit.

CANON V.

Si quis dixerit, [e] Baptiſmum liberum eſſe, hoc eſt, non neceſſarium ad ſalutem; anathema ſit.

CANON VI.

Si quis dixerit, baptizatum non poſſe etiam ſi velit, gratiam amittere, quantumcúmque peccet, niſi nolit credere; anathema ſit.

CANON VII.

Si quis dixerit, [f] baptizatos per Baptiſmum ipſum ſolius tantùm fidei debitores fieri, non autem vniuerſæ legis Chriſti ſeruandæ; anathema ſit.

CANON VIII.

Si quis dixerit, baptizatos liberos eſſe ab omnibus ſanctæ Eccleſiæ præceptis, quæ vel ſcripta, vel tradita ſunt, ita vt ea obſeruare non teneantur, niſi ſe ſua ſponte illis ſummittere voluerint; anathema ſit.

CANON IX.

Si quis dixerit, ita reuocandos eſſe homines ad Baptiſmi ſuſcepti memoriam, vt vota omnia, quæ poſt Baptiſmum fiunt, vt promiſſionis in Baptiſmo ipſo iam factæ, irrita eſſe intelligant, quaſi per ea & fidei, quam profeſſi ſunt detrahatur, & ipſi Baptiſmo; anathema ſit.

CANON X.

Si quis dixerit, *ß peccata omnia*, quæ poſt Baptiſmum fiunt, ſola recor

a Aug. Enchi. ca.46.c.aliud, & c. nō regenerabantur, de conſ.d.4.

b Cap. rem.de Bapt. Ioan. 3. cap. filius, & cap. non debito de conſ. d. 4.

c Cap. non decet. 3 p. d. ca. ad abolendam de hæret.

d Conc Flor. in decr. Eugen. c dictum. §. quod vero cum 2. c ſeq. 1. de hæret. quæſt. 1.

e Ioan 3. cap. nulla præter, de conſ. diſt. 4.

f Sic ad Galat 5. dicit Paulus, Teſtificor omni homini, &c.

recordatione,& fide ſuſcepti Baptiſmi, vel dimitti, vel venialia fieri; anathema ſit.

CANON XI.

Si quis dixerit, verum & ritè collatum Baptiſmum *y iterandum* eſſe illi, qui apud infideles fidem Chriſti negauerit,cùm ad pœnitentiam conuertitur; anathema ſit.

CANON XII.

Si quis dixerit,neminem eſſe baptizandum,niſi ea ætate qua Chriſtus baptizatus eſt,vel in ipſo mortis articulo;anathema ſit.

CANON XIII.

Si quis dixerit, paruulos eo quod actum credendi non habent, ſuſcepto Baptiſmo,[g] inter fideles computandos non eſſe: ac propterea cùm ad annos diſcretionis peruenerint, eſſe rebaptizandos: aut præſtare omitti eorum baptiſma, quàm eos non actu proprio credentes baptizari in ſola fide Eccleſiæ; anathema ſit. g Auguſt. li. 1. de peccat. mor. & remiſ. ca. 19. & l. 3. ca. 2.

CANON XIV.

Si quis dixerit, huiuſmodi paruulos baptizatos, cùm adoleuerint, interrogandos eſſe, an ratum habere velint, quod *δ patrini*, eorum nomine dùm baptizarentur, polliciti ſunt: & vbi ſe nolle reſponderint, ſuo eſſe arbitrio relinquendos, nec alia interim pœna ad Chriſtianam vitam cogendos, niſi vt ab Euchariſtiæ, aliorúmque Sacramentorum perceptione arceantur, donec reſipiſcant; anathema ſit.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

Hæretici moderni Caluiniſtæ verè baptizant, nec ab eis baptizati ſunt amplius baptizandi.

Item, *cap.* 11. In baptizatis ab hæreticis ſuppleantur ceremoniæ, & in adultis præmiſſa abiuratur hæreſis.

Item, de Confirmatione *cap.*3.etiam Abbates ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ de conſenſu Ordinariorum poſſunt confirmare.

Item,laici,vel Rectores Eccleſiarum non tenentur ad faciendas impenſas Epiſcopo, qui ad Confirmandum ſolùm accedit ad loca ſuæ Diœceſis.

Item, omnes etiam Prælati exempti, etiam Iuriſdictione Epiſcopali,ſi ſunt intra fines Diœceſis, tenentur accedere ad Epiſcopum Diœceſis pro Confirmatione; ſi vero non ſunt in Diœceſi aliqua, adeant quam maluerint.

Item, Abbas habens priuilegium exercendi omnia quæ ſpectant ad Epiſcopum, non poteſt conficere Chriſma, vel confirmare, vel ordinare, quia quæ ſunt ordinis requirunt ſpecialem mentionem, nec ſunt conceſſa Prælatis.

Item, expenſæ non ſunt faciendæ Epiſcopo accedenti ſolùm ad Confirmandum.

Item, exempti in Diœceſi ſumunt oleum à Diœceſano,ſecus ſi nullius.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

Ad Canon.primum. Hinc eſt, quod nec Chriſtus, nec Apoſtoli baptizabant baptiſmo Ioannis,ex Hier. epiſt. ad Seleucian.& in ſerm.Epipha.& ex hoc probatur baptiſmum fuiſſe inſtitutum ante Chriſti paſſionem, ſumm.Vict.*de bapt.ſ.concluſ.*8.& quod baptiſmus Chriſti non habuerit efficaciam poſt illa verba dicta Nicodemo, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua,&c.* ſed poſt Chriſti paſſionem Euangelio publicato, declarat Bernard.*epiſt.*77.*ad Magiſt.*Hugon. de ſanct.Vict. *fol.*38. Ioannes baptizabat in aqua tantùm, ſed Chriſtus in aqua, & Spiritu ſancto, Bellarm.*tom.*2.*de Sacram.baptiſ. cap.*5.*fol.*216.*& cap.*19.20.*&* 21. *ibidem.*

a Ad Can.2. *Aquam.*] Sic neque cum niue,vel cum glacie poſſet aliquis baptizari, quia eſt alterius ſpeciei, poſſet tamen baptizari

baptizari aqua reſoluta ex niue, aut ex glacie, quia eſt effecta ſimplex aqua, licèt de hoc Marſil. & quidam alij dubitent. Neque cum aquis roſaceis permittitur baptiſmus, neque cum artificialibus fieri, ſumm. Vict. *de bapt. quæſt.*12. Tolet. *lib.*2.*cap.*18. Bellarm. *tom.*2.*cap.*2.*de Sacram. baptiſ. fol.*204.

Ad Can.3. *In verb. mater.*] Quod Eccleſia Romana mater ſit, & magiſtra, & prima omnium Eccleſiarum pleniſſimè, vide per Innoc.III. *in reſponſ. ad Archiep. Conſtantinop. fol.* 397. per Sot. & ritus Eccleſiæ ſint antiquiſſimi etiam ex Apoſtolorum traditione, Bellarm. *tom.*2. *de baptiſm. cap.*24. *in fin. & in cap. ſeq. fol.*279. *& ſeq.*

β Ad Can.4. *Ab hæreticis.*] Poteſt dari à quocunque abſciſſo cum intentione faciendi quod facit Eccleſia Vict. *concl.* 28. *de bapt. & concluſ.* 30. & 34. ſed quæſitum fuit hodie quid dicendũ eſt de baptizatis à Caluinianis, qui nullam vim, & efficaciam tribuunt baptiſmo, ſed negant illud eſſe Sacramentum efficax gratiæ collatiuum, & peccatorum remiſſiuum, an ſint ritè baptizati, & propterea non rebaptizandi. Hanc quæſtionem, vt refert D. Thom. *in* 3. *par. qu.* 67. *art.*5. & Sot. *in* 4. *diſt.* 4. *quæſt. vnic. art.*3. indeciſam reliquit, Auguſt. *lib.*2. *cap.*13. *contra Epiſc. Parmen.* ſed eam poſtea determinauit *text. in cap. à quodam Iudæo, & in cap. non illud, de conſecrat. diſt.* 4. Quibus probatur quod non confertur verum baptiſma, quando fit cum inuocatione Sanctiſſimæ Trinitatis, etiamſi fiat ſine intentione quod per illud baptizatus regeneretur ad vitam æternam, nihil igitur refert, ſi Iudæus, vel Paganus, vel hæreticus ſit, qui baptizat, dummodò ſeruet formam, & intendat baptizare, non abluere, vel madefacere. Quod ampliatur, procedere etiamſi talis baptizatus neget virtutem baptiſmi, vel ignoret Eccleſiam, vel credat eſſe truffam, Innoc. *in cap. primo, num.* 9. & Hoſtien. *ibidem col.* 3. & Abb. *in cap. licèt Græcos, de baptiſ.* latè Ioann. de Turrecrem. *in cap. non illud per tot. & in cap. hi de quibus, & in cap. ſatis oſtendimus, de conſecrat. diſt.*4. D. Thom. *in* 3. *par. quæſt.*67. *artic.*5. *& in* 4. *ſent. diſt.* 6. vbi Ricardus Anton. *in ſumm. in* 3. *parte tit.* 14. *cap.*13. §.10. Silueſt. *bapt.* iy. *num.* 2. *&* 12. Roſſel. *baptiſm. iv. num.*8. *&* 9. & ſatis eſt intendere quod facit Eccleſia non Romana, vel hæc, aut illa, ſed quod Chriſtus ordinauit, & facit Eccleſia Catholica quæcunque ſit illa, Ant. *in dicto*, §.10. *ſumm.* Auguſt. *bapt. iy. num.*18. ſufficit ergo ad collationem veri baptiſmi, quod baptizans (quiſquis ille ſit) ſanæ mentis ſit, habeat intentionem Eccleſiæ, & membris polleat, quibus & formam proferat, & opus exerceat, nempe linguam & manum, Sot. *in loc. ſup. à alleg. quæſt. vnic. art.* 3. & ita fuit reſolutum in Congregatione Illuſtriſſimorum Cardinalium coram S.D.N. dicente eius ſanctitate, quod Caluiniſtæ non errant in forma baptizandi, ſed tantùm circa effectus, die 19. Iunij 1570. verè ergo baptizant iſti moderni Caluiniſtæ, nec ab eis baptizati ampliùs ſunt baptizandi, vt aliàs cenſuit Congregatio. Quid ſi baptizetur aliquis nomine genitoris, geniti, & procedentis, an ſit verè baptiſmus, D. Thom. 3. *par. quæſt.*66. *art.* 5. *&* 6. & poſt eum Scot. Bonauent. Riccard. Thom. de Argent. Gabriel. Aliaco, tenent quod non. Paludan. tamen dubitat, Caietan. autem tenet contrarium per *cap. à quodam Iudæo, de conſecrat. diſt.* 4. in quo dicitur verum eſſe Baptiſmum quod fiat in nomine Trinitatis, vel Chriſti, ſed plus differt nomen Chriſti à nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, quàm nomen genitoris, geniti, & procedentis, ergo, &c. Hanc opinionem Caietan. ſequitur quidam magiſter Victor. ſed dicit peccatum eſſe mutare formam traditam ab Eccleſia, baptiſmum autem eſſe validum.

Item ſi diceret, Ego te baptizo in nomine Ieſu Chriſti, non eſſet verus baptiſmus, D. Thom. 2. *par. quæſt.*66. *art.*6. quem ſequuntur omnes. Caietan. tenet contrarium *in* 3. *par. quæſt.*66. *art.* 6. poſt Magiſtr. *in litter.* & Vgon. de ſancto Vict. *lib.*2. *de ſacram. p.*6. *c.*2. & Adrian. *in* 4. *par. quæſt.* 2. Tu teneas opinionem D. Thom. pro qua facit, *cap. in Synodo, de conſecrat. diſt.* 4. Item ſi baptizaret in nomine Sanctiſſimæ Trinitatis, & indiuiduæ vnitatis, vel in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: D. Thom. & cæteri dicunt non eſſe baptiſmum, Caietan. tenet contrarium, ſed tu dic cum diuo Thom. & ſeq. Palud. *in* 4. *diſt.*3. *quæſt.*5. *art.*3. & Magiſtr. *in* 4. *diſt.*3. *cap.*5. *ſumm. Sacram. de baptiſm. qu.* 14. 15. 16.

Ad Canon.5. Poſt ſufficientem Euangelij promulgationem cœpit obligatio baptiſmi, ſumm. Vict. *de baptiſm. concluſ.*10. *& ſeq. per cap. maiores, de bapt.* & quod ſit neceſſarium ad ſalutem, Cardin. Bellarm. *tom.* 2.

cap. 4. de baptiſm. fol. 204.

Ad Canon. 6. gratia datur pueris in baptiſmo, Vict. *de bapt. concluſ.* 21. Bellarm. *tom.* 2. *de baptiſ. cap.* 12. *fol.* 248. *& cap.* 14. *fol.* 251.

Ad Can. 7. Bellarm. *ibidem cap.* 15. *fol.* 254.

Ad Can. 8. Bellarm. *ibidem cap.* 9. *fol.* 234. *& cap.* 15. *fol.* 254. *& c.* 16.

Ad Canon. 9. Bellarm. *ibidem cap.* 17. *fol.* 258.

Ad Canon. 10. Bellarm. *ibidem cap.* 18. *fol.* 259.

γ *Peccata omnia.*] An delicta ante baptiſmum commiſſa, per baptiſmum remittantur, vide in vtramque partem *comm. contr. quæſt.* 294. & ibidem *quæſt.* 735. vide quod filij infidelium, etiam inuitis parentibus poſſunt baptizari.

δ Ad Canon. 11. *Iterandum.*] D. Thom. 3. *part. quæſt.* 66. *art.* 9. tractat de hoc Auguſt. *lib. de ver. & falſ. pœnit. c.* 3. Damaſcen. *diſt.* 4. *cap.* 1. *& facit cap. rebaptizare, de conſecrat. diſt.* 4. vbi ſit dubium, poteſt iterum baptizari ſub conditione *cap.* 2. *de baptiſm.* & qui rebaptizat eſt irregularis, & puniendus, *cap. ex litterarum de Apoſt. ſumm. Sacram. de bapt. quæſt.* 36. Nam qui rebaptizat, & qui rebaptizantur fiunt irregulares, *cap.* 2. *de Apoſt. prax. in verb. irregularitas, quæſt.* 11. quod non contingit in reiteratione aliorum Sacramentotum, Silueſt. *irregularitas* 4. *num.* 6. *prax. in verbo irregularitas, quæſt. ead.*

In caſu cuiuſdam Iudæi adulti ſponte confitentis, tempore, quo fuit baptizatus non habuiſſe intentionem yllam recipiendi gratiam, nec ſacram. baptiſmi, nec aliquid boni, & propterea petentis iterum baptizari fuit quæſitum de duobus, videlicet: An primò fuerit baptizatus. Secundò an ſit rebaptizandus *gloſ. in c. ſolet. de conſecrat. diſt.* 4. *& in cap. maiores, propè fin. de baptiſm.* ſimul cum Caiet. tenent non requiri intentionem interiorem in baptizato, ſed ſufficere vocem exteriorem, communis concluſio eſt in contrarium, & reprobatur *gloſ.* cum Caiet. *per cap. maiores, prope fin. de baptiſm.* vbique requiritur expreſsè interior intentio ad effectum, vt quis dicatur baptizatus. Ita poſt alios quos refert, tenet Sot. *in* 4. *diſt.* 5. *quæſt. vnic. art.* 7. poſt D. Thom. 3. *par. quæſt.* 68. *art.* 7. Nauarr. *de tempor. ordin. conſ.* 41. Hinc ſequitur quod cùm non ſit baptizatus, poſſit iterum baptizari, & propterea non dicatur rebaptizatus, ſed quia voce exterius profeſſus eſt, ſe velle baptizari, poteſt ab Eccleſia, quæ non iudicat de occultis, interim cogi ad obſeruanda præcepta Eccleſiæ, vt idem Sot. *ibidem refert.*

Ad Can. 12. Card. Bellarm. *tom.* 2. *de baptiſ. cap.* 8. *fol.* 229. diſputat contra Anabaptiſtas & Caluinum, *& cap.* 9. *arg.* 17.

Ad Can. 13. Idem Bellarm. *d. cap.* 8. 9. 10. *&* 11. *& Clem.* 1. §. *ad hoc, de ſumm. Trinit. & fid. cath.* vide Auguſt, contra Iulian. *& de baptiſm. paruulorum, cap.* 13. *&* 30. *& de fid. ad Petr. cap.* 6. Bernard. *epiſt.* 77. ad Vgonem de Sanct. Vict. *col.* 9. *fol.* 39.

Ad Canon. 14. idem Bellarmin. *d. cap.* 8. 9. 10. & 11.

ε *Patrim.*] Quid ſi baptizentur per procuratorem, & dic non licere, Rom. *ſingul.* 55. *lib.* 1. *fol.* 7.

ADDITIO.

1 *Renatus fuerit.*] An Baptizati poſt ſeruitutem, quaſi renati liberi cenſeantur? Vide apud Roman. *Conſ.* 288. *per cap.* 1. *& c. vltimo de iudic.* quod non, & quod inuito Domino ad ordines promoueri nequeant. Franch. *de appellat. in cap. conſuluit, num.* 1. *fol.* Hodie tamen ſerui Baptizati apud S. P. R. in libertatem proclamantes fiunt liberi ex bulla Pij V. 19. in ordin. & quamuis Auguſt. *Triumph. de poteſt. Eccleſ. quæſt.* 24. *art.* 5. dubitet, An Papa poſſit ſeruos baptizatos à ſeruitutis iugo liberare, & concludit non poſſe, niſi dominium iniuſtum ſit, & tyrannicum: non putarem de hoc dubitandum, cum iuſta cauſa ſubeſſe videatur ex dictæ bullæ lectura.

Renatus fuerit.] Renaſcimur per Baptiſmum, & ideò à peccatis antea commiſſis ſub ſpe. Pala. Rom. *in cap. per veſtras,* §. 10. *ex quibus forſan. num.* 5.

CAN. IV.

1 *Ab hæreticis.*] Hinc baptizati à Caluiniſtis recipiunt verum Baptiſmum, quia Caluiniſtæ ſeruant formam Eccleſiæ in Baptiſmo, licèt non cætera ſolemnia, & ideò tales non ſunt rebaptizandi, ſed præuia abiuratione hæreſis, & renunciatione in eis cæremoniæ complendæ ſunt. Congregatio hic.

A fortiori in Baptizatis à Notoriis peccatoribus, & hypocritis. Vvillel. Damat. *lib.* 1. *ſtromat. cap.* 5. vbi etiam affirmat id, quod

quod continetur in hoc Canone.

De his, & aliis multis Io. Aurpecchius, *lib.1.conſ.ſiue epiſt.iurid.ep.* 4. vide text. *in c. baptizare,& cap.ſeq. de conſecr.diſt.*4.

Et quod hoc ſit ex traditionibus,& conſuetudine Eccleſiæ, *dicto lib.1.ſtrom.c.5.*

Quod Baptiſmus non ſit ab hæreticis accipiendus ſcripſit B. Clemens Rom. *lib. 6. Conſt. Apoſt. ca.* 15. ſed is ex hoc Canone declarationem recipiet, neque enim loquitur de hæret. baptizatis, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, cum intentione faciendi quod facit Eccleſia, ſed ſimpliciter dicit non eſſe Baptiſmum ab eis recipiendum, ſed à probatis Sacerdotibus, In nomine Patris,&c. vel dicas, quòd in hoc olim fuerint diuerſæ ſententiæ, & tandem perualuit hæc Conc.Trident.Vide ſum.... de baptizatis, *num.* 27. Pighum Diacritam capere de *actis* 6. & 7. Synodorum poſt eiuſdem controuerſias.

De hæreticis baptizandis, Vide D. Cyprian.*Tom.2.de Tuta iam de hæret. Baptiz.& ſententias Patrum*,Congrega.Cartag.de eadem re apud eundem de Conſtantino filio in Arridogma relato,ab Epiſcopo Nicomedien. rebaptizato, Burſat.*conſ.* 224.*num.* 58. *vol.* 3. per Damaſum inuita filius Papæ, & Platina ibidem, & *cap.* 10. Liberij Papæ *in Conſil.vnic.1.fol.*371.

De Confirmatione.

CANON I.

Si quis dixerit, [a] Confirmationem baptizatorum *α otioſam* cæremoniam eſſe, & non potius verum & proprium Sacramentum, aut olim nihil aliud fuiſſe, quàm catecheſim quandam, qua *β adoleſcentia proximi* fidei ſuæ rationem coram Eccleſia exponebant; anathema ſit.

CANON II.

Si quis dixerit, [b] *γ iniurios* eſſe Spiritui ſancto eos, qui ſacro Confirmationis *γ Chriſmati* virtutem aliquam tribuunt; anathema ſit.

CANON III.

Si quis dixerit, [c] ſanctæ Confirmationis *δ ordinarium miniſtrum*, non eſſe *ε ſolum Epiſcopum*, ſed quemuis ſimplicem ſacerdotem; anathema ſit.

α Ca. nullus miniſtr. de conſ di. 4.

b Vide finem ep. Vrbani 1. ad omnes,&c. c. 1. cum ſeq. de conſ.di.5.

c Cap. manus, de conſ.diſt.5. Concil. Flor. loco citato. Vide Euſeb. Pap. in epiſt. ad Epiſc. Tuſciæ. Melchia. de Hiſp.Inn.I. ep.1.c. 3. &c. ſeſſ.23 c.4.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

AD Canon. primum, *α Otioſam.*] Quod ſacramentum ſit, & gratiam conferat, teſtatur Auguſt.*de Eccleſ. dogm.cap.52. & de baptiſ.cont.Donat.lib.3. cap. 16. tom.* 7. Idem *contr.litter.Petilia.lib.2. cap.*104. Aliqui dubitant, an hoc ſacramentum ſit inſtitutum à Chriſto,vel ab Apoſtolis, vel ab Eccleſia, Alex.de Alex.4. *par.quæſt.*23. *membr.* 1. & S. Bonauen. *in* 4. *diſt.* 7. hoc tenent, contrarium tamen decernit omnis Theologorum multitudo, quia fuit inſtitutum à Chriſto qui communicauit illam Eccleſiæ, & Apoſtoli confirmabant, vt patet, *act. cap.* 18. *& I.*9.& confirmati recipiebant Spiritum ſanctum, & patet quod fuerit hoc ſacramentum ante Concilium Meldenſe, per ea quæ Melchiades,Vrbanus, & Fabianus de Confirmatione loquuntur *de conſecrat. diſt.* 5. Item *Clem.in ep.* 3. *ad vniuerſos*, & Hieron. *aduerſus Luciferianos*,& fuit inſtitutum Ioc. *cap.*16.quando Chriſtus promiſit Apoſtolis Spiritum ſanctum quo confirmarentur ex alto, *ſumm.ſacram.de Confirmat. q.* 40. *in lib. deciſ.fid.cath.in lit.C, chriſma, fol.* 151. *& ſeq. quæſt.*2. quod hoc munus Sacramenti Confirmationis, vel Chriſmatis antiquiſſimum in Eccleſia,& à Chriſto traditum per Apoſtolos fuerit, latè refert per multas auctoritates Baron. *annal.tom.1.act.cap.8. fol.* 292. Durand.*de ritib.lib.1.cap.*10.*num.*9.*fol.* 61.

β Adoleſcentiæ proximi.] Poſſunt enim confirmari etiam pueri ante vſum rationis, vt diſputant Scholaſt.*in* 4. *diſt.* 17. & temerarium eſſe, aſſerere in *deciſ. fid. cath. de*

chriſmate, fol. 157. *quæſt.* 13. & 15.

Quod non confirmetur, niſi baptizatus, quia baptiſmus eſt ianua ſacramentorum. Item quod poſſint alia ſacramenta ſumi, etiam ante Confirmationem, vide *in deciſ. fid.cathol.de chriſmate,quæſt.*10. & 11.*fol.*156. & eſt dubia propoſitio quam hinc inde catholici defendunt an hoc ſacramentum ſit ad ſalutem neceſſarium, & ſine eo nemo poſſit ſaluari, pro negatiua Paludan.4. *diſt.* 7.*quæſt.*7.Durand.7.*quæſt.*1. Silueſt. *confid.*§. 3.Riccard.*diſt.*7.*art.*5.*quæſt.*2.Pro affirmatiua, ſcilicet quod non ſit de neceſſitate ſalutis,D.Thom.Caietan.Sot. Armill. & alias rationes vide *in Dec.fid. Cathol. de chriſmat. quæſt.*21.*fol.*159.

Datur autem per hoc Sacramentum ſpiritualis poteſtas ad fortiter agendum contra Chriſti inimicos, recipiens ſignum militiæ Chriſti, & ſe pro ipſo fortiter pugnare obligat, Tolet.*de ſacerd.inſtruct. lib.*2. *ca.* 16.*verbo fin.*

Ceremoniam.] Ceremoniæ quædam in vſu eſſe cœperunt, vt non confirmentur minores trienio. Item vt adulti accedant confeſſi, & ieiuni. Item communicatus,vel non chriſmatus, vel non baptizatus, vel puer ad ſuſcipiendum admittatur. Item vt deſcribantur eorum nomina per Parochum exemplo baptiſmi,niſi vnus,aut vna,exemplo etiam baptiſmi; Item ne admittatur non ſubditus ſine dimiſſoria ſui Epiſcopi; Item puer confirmandus fidei rudimenta doctus ſit; Qui etiam tenet, vbi commodè fieri poſſit, etiam fidei rudimenta nouerit, vel alias doctus ſit ad effectum inſtruendum puerum. Item nemo admittatur ad tenendum, niſi requiſitus à patre, vel matre, vel in eorum defectu à propinquioribus pueri confirmandi. Item religioſus, aut monachus non admittitur.Item chriſma ſit nouum illius anni, multa habentur ex Tolet.*in ſumm. lib.*2. *cap.*23. *prope fin.*& *cap.*24.*de confirmation.*

Ad Can. ſecundum. In Concilio Colonienſi ſub Adulpho III.Inquiſit.contra hæreſ.*art.*15. præcipitur credendum eſſe,vſum chriſmatis eſſe de neceſſitate Sacramenti Confirmationis, illúdque ſucceſſiſſe in locum ſigni corporalis deſcenſionis Spiritus poſt tempora Apoſtolorum, & Apoſtolica traditione, eſt enim chriſma pro materia huius ſacramenti, vt *in ſumma ſacram. de confirm.quæſt.* 41. & in deciſ. *fid. cathol.*& *in littera C,quæſt.* 3. *verbo chriſma, non confert, fol.*153.cuius materia neceſſitate Sacramenti eſt oleum benedictum, balſamum verò eſt ex neceſſitate præcepti,Nauarr.*par.*1.*lib.* 1.*de ſacram.vnct.conſ.*1.

Ad Canon. tertium. γ *Ordinarium miniſtrum.*] Fuit enim in Eccleſia Dei Epiſcopus miniſter huius Sacramenti,vt trad. Auguſt. *in quæſt. noui teſtam. quæſt.*42.*to.*4.idem docet multoties Innoc. I. *in epiſt. ad Eugubinum Epiſcopum,cap.*3.*tom.*1. Concil. & habetur in *cap.vnico,* §. *pro front.de ſacram. vnct.* & *de conſecrat. diſt.* 5. *cap. manus exempla,* Tertia Euſebij ad Epiſcop.Tuſciæ,*tom.*1:*fol.* 217. idem confirmatum fuit in Concilio Flor.in Bulla Eugenij IV. *art.*5.*verbo ſecundum ſacramentum*; Sed additur quandoque ex vrgenti, & rationabili cauſa per Apoſtolicam diſpenſationem poſſe ſimplicem ſacerdotem chriſmate per Epiſcopum confectum hoc adminiſtrare ſacramentum,*ſumma ſacram. de confirm. quæſt.* 5. *cap. peruenit. diſt.*95.Papa tamen hoc committit,& committere poteſt ſimplici ſacerdoti, quia hæc ſunt ordinata ad corpus Chriſti myſticum, D.Antonin.*in* 3.*part.tit.*14.*cap.*14.§.6.*de confirm.* Ita poſt multa diſputat, & tenet Couarr.*var.reſolut.lib.*1.*cap.*10. *num.*7. *cum plurib.ſeq.*& *in deciſ.fid.Cathol. de chriſmat. qu.* 24. *fol.* 161. vbi multa ad propoſitum, quia multi Catholici in hoc ſunt decepti, ſimiliter hoc ſacramentum non debet à Preſbyteris miniſtrari, Greg.*in regiſt.lib.*3.*ep.*9. *de conſecrat.diſt.*4.*cap.Presbyteri,magiſt.in* 4. *diſt.*7.*cap.* 1. Sed ex commiſſione Papæ, vt dictum eſt,poteſt Preſbyter miniſtrare hoc ſacramentum, iuxta *gloſ.in cap.peruenit,diſt.* 95.& ibi *Canoniſt. ſeq.* D. Thom. *in* 4.*diſt.*7. quem ſequitur, & defendit Sor. *ibidem qu. vnic.art.*15. ſequitur Nauarr.*lib.*5.*de priuileg. conſ.*13.*num.*2.

Hinc fuit dubitatum. An Abbas Caſſinenſis, cui eſt ab Apoſtolica Sede conceſſum, vt poſſit exercere omnia Pontificalia, & ſpiritualia,exceptis dumtaxat collatione ordinum, conſecratione Eccleſiarum,& altarium, poſſit chriſmare, & videtur quod non per conſ. Butr. 9. & Tiraq. *de retract. ligna.gloſſ.*14. *num.* 93. & *ſeq.* vbi requiritur ſpecialis mentio in his quæ ſunt priuilegiata, ſed in contrarium dicebatur quod exceptio in non exceptis firmat regulam, præſertim quando caſus exceptuati ſunt, ſpeciali nota digni, & excipiuntur taxati-

ur,

uæ,vt not.*Dec. in l.* 1. *num.* 30. *&* 36. *de reg. iur.* Sed dubium augetur ex eo quod diſpenſatio huius caſus non debet concedi ſine cauſa vrgenti admodum, vt voluit Eugenius in dicta Bulla Concil. Florent.Ergo nunquam venit, niſi expreſsè concedatur, & cauſa exprimatur. Præterea Gregorius *in d. cap peruenit*, loquitur diſpenſatiuè,vbi Epiſcopi deſunt, & ita cenſuit ſacra Congregatio 18. Martij 1574. nec Archiepiſcopus debet etiam viſitando Suffraganeorum ſubditos confirmare, Card. Tolet.*in ſumm. lib.*2.*cap.*24.

ADDITIO.

1 *In vinoſos.*] Vide finem Epiſtolæ Vrbani ad omnes.

2 *Chriſmati.*] Chriſma eſt vnctio,vt Nauarr.de ſacr.vnct.*conſ.*1.*num.*5. & vide infrà *ſeſſ.*14.in Doctr.de extr. vnct. ſacr. *cap.* 2. & ibi quod de ſubſtantia Chriſmatis eſt tantùm oleum, Balſamum verò eſt tantùm de præcepto Eccleſiæ,& ideò facile Papa cum Epiſcopis Hibernis diſpenſare poſſet, ad quod pro Balſamo Orientali, vtantur Balſamo Indico Occidentali.

CAN. III.

1 *Solum Epiſcopum.*] Ad quem accedere debent inferiores Prælati, etiam exempti habentes intra fines ſuæ Diœceſis Epiſcopalem pro ſanctis oleis.Congregatio.

Ipſi tamen Epiſcopo accedenti ad loca ſuæ Diœceſis pro conferendo Confirmationis ſacramento,neque à laicis,neque ab Eccleſiarum Rectoribus impenſæ ſubminiſtrandæ ſunt.Congregatio *fol.*37.

Qui verò nullius eſt Diœc. & habet iuriſdictionem, vt ſuprà,poteſt quem voluerit Catholicum Epiſcopum acceſſere pro miniſtrando Confirmationis ſacramento. Congregatio *fol.*37.

Abbas habens priuilegium,vt omnia quæ ſpectant ad Epiſcopum exercere poſſit,non poteſt Chriſma conferre, nec ordines,quia ea, quæ ſunt ordinis ſpecialem exigunt expreſſionem, nec ſatis eſt quod quædam poſt generalem conceſſionem fuerint excepta, quia exceptio non ampliat regulam, & contra eius naturam comprehendat alia ſeruata.Congregatio.

Abbates autem habentes ſpeciale priuilegium confirmare poſſunt, de licentia tamen ordinarij.Congregatio: & ſi ſunt extraordinarij Miniſtri. Congregatio.

Hoc ergo eſt in iuribus Epiſcopalibus de aliis cap. allegat.139.*num.*11.& dic quod Capitulariū iurium quædam ſunt ordinis, quæda m iuriſdictionis,quædam dignitatis, quædam mero,& mixto Imperio, Iure Canonico comprehenduntur, Hoſt.*de offic.Vicar.lib.*2.*cap.* 1. Vbi quæ ſint iſta.

Decretum de Reformatione.

EADEM ſacroſancta Synodus [a] eiſdem Præſidentibus & Legatis, inceptum reſidentiæ, & reformationis negotium ad Dei laudem, & Chriſtianæ religionis incrementum proſequi intendens, vt ſequitur, ſtatuendum cenſuit, [b] ſalua ſemper in omnibus Sedis Apoſtolicæ auctoritate.

a Supr. ſeſſ. 6. cap.2. & infra ſeſſ.2. cap.1.

b Infrà ſeſſ. vlt.de reform. cap. 21.

CAPVT PRIMVM.

Quis capax regiminis Eccleſiarum Cathedralium.

AD Cathedralium [a] Eccleſiarum regimen nullus, niſi ex legitimo matrimonio natus, *β & ætate matura*, grauitate morum, litterarúmque ſcientia, iuxta conſtitutionem *γ Alexandri tertij*, quæ incipit, [b] 1 *Cum in cunctis*, Concilio Lateranenſi promulgatam, præditus *δ aſſumatur*.

a Seſſ.vlt.c.2. plus exigitur.

b Parte 1. c.3. conſt.eius,ſed li. 1.decr.tit. 6. ca.7 c cum in cunctis de Elect. Vide poſt finem huius libri.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α AD *Cathedralium.*] Quia Eccleſia Cathedralis eſt ſpeciali nota digna, Rot. Aldobran.*par.1.decif.217.num.6.fol.73.* niſi verba ſint vniuerſalia geminata, Rot. *decif.233.num.5.fol.78.*

β *Et ætate matura.*] Requiruntur 30. anni expleti exacti de iure, per *cap. cùm in cunctis, de elect.* quod non procedit in aliis dignitatibus inferioribus, in quibus ſufficit attigiſſe annum legitimum *d. cap. cùm in cunctis,§. inferiora*, & quando annus inceptus habeatur pro completo, vide per Can.*in Clem.1.de ætat.& qualit.ac per Legiſt. in l.qua ætate,ff.de teſtam.* & in *l. cui legatur de legat.primo.*

γ *Alex. iij.*] Licèt hæc conſtitutio *cap. cùm in cunctis*, ſit expreſſa ſub nomine Alex.III.tamen eſt Conciliaris, & indiget derogatione, ſicut omnes Conciliares Conſtitutiones.Rot. *in nouiſſ.* Robuſt.*decif. 123.par.1.*

δ *Aſſumatur.*] Olim Eccleſiæ Cathedrali prouidebatur per electionem Capituli, vt habetur pluries in *regiſtr. Greg. primi, & in cap.priuſquam,diſt. 32. cap. Congregatio 16. quæſt.final.& cap.1. de elect.* Bellam. *conſ. 31. num. 25. per cap. nihil. de elect. lib. 6.* Hodie ſunt Papæ reſeruatæ, *cap. ſi eo tempore, de elect.lib. 6.* Sed magis generaliter in Extrauag.ad regimen de præbend.& tandem per regulas Cancell. Gemin. *conſ.* 88. *col.* 2. *num.3.*

ADDITIO.

1 *Cum in cunctis.*] *In cap.cum in cunctis de elect. ex Alex.iij.* hæc continentur,cum præ cæteris in Epiſcopo ætatis maturitas, grauitas morum, & litterarum ſcientia requirantur, nemo in Epiſcopum eligi poteſt, qui trigeſimum ætatis ſuæ annum non exegerit, de legitimo matrimonio ſit natus,& vita, ac ſcientia commendabilis demonſtretur. *In §. final. additur*, vt contra formam eligentes pro illa vice eligendi poteſtate priuati ſint, & ab Eccleſiaſticis beneficiis ſuſpenſi.

CAPVT II.

Tenentes plures Cathedrales Eccleſias iubentur omnes exceptâ vnâ dimittere, certo modo & tempore.

1 NEmo quacumque etiam dignitate, gradu, aut præeminentia, præfulgens, plures Metropolitanas, ſeu Cathedrales Eccleſias, in titulum, α *ſiue commendam*, aut alio quouis nomine, ² contra ſacrorum canonum inſtituta recipere, & ſimul retinere præſumat: cùm valdè 2 *felix* ſit ille cenſendus, cui vnam Eccleſiam bene, ac fructuosè, & cum animarum ſibi commiſſarum ſalute regere contigerit. Qui autem plures Eccleſias contra præſentis decreti tenorem nunc detinent, vna, quam maluerint, retenta, reliquas infra ſex menſes,ſi ad liberam Sedis Apoſtolicæ diſpoſitionem pertineant, alias infrà annum β *dimittere* 3 *teneantur*, alioqui Eccleſiæ ipſæ, vltimò obtenta dumtaxat excepta, eo ipſo vacare cenſeantur.

α Sub Innoc. III. 2. Later. cap.29. alij 5. adhuc diſpenſabantur.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α SIne *commendam.* Propoſita controuerſia in Congregatione frequenti Illuſtriſſimorum Cardinalium, An habenti Eccleſiam Cathedralem poſſit commendari altera Eccleſia, fuit per aliquos dictum, poſſe, quia antiqui Canones permittentes quod vni poſſint duæ Eccleſiæ vna in titulum, altera in Commendam conferri, non ſunt immutati, *cap.qui plures,& cap. relatio, cum ſequenti 21.quæſt.1.cap. dudum, el 2. vbi gloſ. in verb. intitulatam, in fin. de election. & not.*

& not. gloſ. in cap. eam. iit. de ætat. & qualit. & intelligebant litteram huius textus, vt nemo poſſit obtinere plures intitulatas, vel plures commendatas Eccleſias. Pro quibus vide Io. Franc. *in tract. de offic. & poteſt. quæſt. 3. par. 2. col. 4.* Alij contra aſſerebant per antiquas rationes, & Canones, quibus cauetur neminem duabus Eccleſiis poſſe præfici, *cap. clericum 21. quæſt. 1.* ex Calcedonenſi, *cap. 10. & cap. vnio 10. quæſt. 3.* & Nicen. 2. *cap. 15.* ſumm. Concil. *fol. 379. & cap. ſanctorum, diſt. 70. & cap. quia nonnulli, de cleric. non reſident.* debere denegari hanc Commendam, quia ſingula Iuris Eccleſiaſtici officia ſingulis quibuſque perſonis ſunt committenda, *cap. ſing. diſt. 8.* & odioſa fuit ſemper apud veteres plurium ſacerdotum ambitioſa cupiditas, neque ſemel in generalibus Conciliis damnata, vt teſtatur Concil. Colonienſe, ſub Hermanno de anno 1536. *in tit. de muner. Epiſcop. cap. 32.* Nituntur etiam verbis Concilij hic, quibus expreſsè prohibetur pluralitas, ſiue in titulum ſit, ſiue in Commendam, cùm valdè fœlix ſit ille cenſendus, cui vnam Eccleſiam bene regere contigerit: Ex quibus verbis elicitur mens Concilij volentis auferre pluralitatem quæ per viam Commendæ inoleuerat. Id clariùs probant, per *text. in cap. 17. infr. ſeſſ. 24.* quo cauetur (ne vnus officia ſibi vendicet plurimorum) non poſſe aliquem retinere, nec obtinere duo beneficia quæ perſonalem reſidentiam requirant, & id habere locum non ſolùm in cathedralibus, ſed etiam in omnibus aliis beneficiis cuiuſcûque tituli, & qualitatis, etiamſi commendata exiſtant. His adde quod conſiderando rationem finalem huius text. quæ eſt multiplex, iuxta enumerationem quam facit Rebuff. *in prax. tit. de diſpenſat. ad plura per tot. fol.* 280. Ita prohibita eſt pluralitas plurium titulorum, ſicut vnius tituli, & vnius commendæ. Præſertim cùm hodie commendæ quæ ſunt perpetuæ, & cum facultate percipiendi fructus, & eos conuertendi in vſus proprios magis participent de collatione, & vero titulo, quàm de depoſito ſimplici, vt teſtatur Gomeſ. *in regul. de Idiomat. quæſt.* & melius *in regul. de triennal. num. 10. & ſeq. quæſt. 5.* vbi etiam addit commendas quæ per Canones, & antiquos Doctores permittebantur habuiſſe naturam depoſiti, & illo tempore ſicut non fuerunt cognitæ, ita nec etiam fuiſſent permiſſæ commendæ noſtrorum temporum quæ habentur pro vero titulo, & ſic reſpondent ad argum. ex contrar. de quibus dictum eſt in *dicto cap. qui plures 21. quæſt. 1. & ſequent.* Staphil. *de gratia expect. ſor. 7. num. 4. fol.* 18. Gomeſ. *in regul. de triennal. ead. quæſt. 5. num. 6.* vbi argumentatur pro hac parte, licèt Ferrett. *conſ. 32. num. 39.* valdè dubitet, & pro opinione communi conſulit Nauarr. *par. 1. lib. 1. de fil. Presbyt. conſ. 4.* Put. *lib. 1. dec. 25. & 158.* hunc text. recitat Ferrett. *conſ. 132. ſub. num. 16.* contra pluralitatem beneficiorum.

β Dimittere.] Dimiſſio iſta debet fieri in manibus illius Prælati, qui poteſt deſtituere inuitum, & ſic fit quælibet reſignatio, Lap. *alleg. 14. num. 7.*

ADDITIO.

1 *Nemo.*] Vide Nauarr. *de reſcript. conſ. 1.* Nota ex hoc text. falſam eſſe ſententiam Soti *lib. 3. de Iuſt. & Iur. quæſt. 6. art. 30.*

2 *Felix.*] Propter magna pericula quibus adſtrictus eſt, vt notat Bernard. Diaz *in lib. acciſo de Curat. cap. 3. & 6.* ad quæ ſufferenda maxima idoneitas requiritur, vt tradit Nauarr. *cap. 1. §. caueant de pœnit. diſt. 6. & in manual. cap. 4. num. 2. cum ſeq.*

3 *Teneantur.*] An ſatisfaciat admittens cum reſeruatione penſionis. Nauarr. *conſ. 1. de reſcript.*

CAP. III.

Habilibus tantùm perſonis conferantur beneficia.

α INferiora beneficia Eccleſiaſtica, præſertim curam animarum habentia, β *perſonis dignis*, & 1 *habilibus*, & 2 *quæ in loco*, γ *reſidere*, δ *ac per ſeipſos curam ipſam* exercere valeant, iuxta conſtitutionem Alexandri tertij, in Lateranenſi, quæ incipit, [a] 3 *Quia nonnulli,*

a Part. 1 c. 13. ca. quia nonnulli de cler. non reſi.

nulli, & aliam Gregorij X. in generali Lugdunenſi Concilio, quæ incipit, [b] 4 *Licet canon*, editam conferantur: aliter autem facta collatio, ſiue prouiſio omninò irritetur: & ordinarius collator pœnas conſtitutionis Concilij generalis, quæ incipit, * 5 *Graue nimis*, ſe nouerit incurſurum.

b Cap. licèt can. de ele. in 6. decr. ca. 14. ca. graue nimis, de præb.

* Vide poſt fi. huius libri.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

Stante penuria Sacerdotum idoneorum, Epiſcopus prouideat ea ratione qua poſtea.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *Inferiora.*] Intellige quod non loquatur de beneficiis ſimplicibus, quia in ipſis poteſt quis per alium deſeruire, Lap. *alleg* 5. *num*. 8. *vt ſuprà ſeſſ*. 6. *cap*. 2. vide Rot. *part*. 2. *deciſ*. 16. *in princip*.

β *Perſonis dignis.*] Ergo indignis non poteſt conferri beneficium curatum, vt aleatoribus, & patientibus alios defectus, de quibus Rot. *part*. 4. *diuerſor. manuſcript. dec*. 24.

γ *Quæ in loco reſidere.*] Cauſæ ad non reſidendum in curatis ſunt admodum paucæ, quas vide in *Comm. contr. comm. quæſt*. 185. *per tot*.

δ *Ac per ſeipſos curam ipſam.*] Cogendi ſunt curati ad ſubeundum per ſeipſos, & non per ſubſtitutos ea munia ad quæ tenentur. Tolerandi autem, vt per ſubſtitutum ſuppleant in illis tantùm caſibus, quibus expreſſis verbis Canonum decretorumve Concil. permiſſum eſt eis, vt per Vicarios, Coadiutores, vel ſubſtitutos poſſint officio ſuo fungi, & ita cenſuit Congregatio in vna nullius die 3. Iulij 1591. Intellige etiam dummodò talia beneficia ſint curata, actu non habitu ſolo, quia ſi habitu tantùm, non tenentur ſe facere promoueri, Nauarr. *de præbend. conſ*. 4. & quæ ſint neceſſaria ad effectum, vt beneficium dicatur curatum, Maſcard. *de probation. vol*. 1. *concl*. 468. *in princip*.

Reſolutiones ſacræ Congregationis ad hoc cap. 3. ead. Seſſ. 7.

Congregatio cenſuit, nullo Concilij decreto prohiberi habentem ſolùm minores ordines poſſe obtinere Parochialem, iuxta *cap*. 18. *ſeſſ*. 24. dum tamen intra annum promoueri ſe faciat ad Sacerdotium, iuxta *cap. licet Canon. de elect. lib. 6. innouat*. per hunc text. licèt ex eodem Concil. *ſeſſ*. 23. *cap*. 11. & 13. debeat interuenire annus integer in collatione ſingulorum ordinum ſacrorum, quia tanquam arctatus poteſt diſpenſari & ordinari. Quinimò obtinens Parochialem ante ætatem, & poſtea ordinatus ad ſacros, non incurrit ſuſpenſionem, vt per Nauarr. *par. prima lib*. 1. *de tempor. ordin. conſ*. 44. Quod ſi ob iuſtum impedimentum non ſe fecerit promoueri, non amittit Eccleſiam, Nauarr. *de præbend. conſ*. 1. *poſito in tract*. vbi eſt repertorium omnium ſuorum operum: adde quod tenetur curatus ſe facere promoueri infra annum, etiamſi fructus non perceperit, ſed ſolùm habeat poſſeſſionem, *gloſ. in dicto cap. licèt Canon. in verbo annum* Rot. *dec*. 3. *de præbend. in nou. prax. in verb. beneficia, cap. nouum, verbo dico quarto, fol*. 41. & ad Parochialem non debet admitti, niſi attingat 25. annum, & infrà annum ſe faciat promoueri à die collationis ex Congregationis ſententia 12. Februar. 1601. Nec intereſt, ſit ne diœceſanus, vel exterus, quia Congregatio cenſuit Epiſcopum poſſe deputare Sacerdotes exteros habentes litteras dimiſſorias ſuorum ordinariorum ad ſacramenta adminiſtranda, dummodò illi verè idonei ſint: die 12. Ianuar. 1594.

Congregatio Concilij cenſuit *cap. licèt*, Canon. procedere contra Præpoſitum collegiatæ, ſed in eo habere locum, *cap. ſtatutum eod. tit. lib. 6*.

Si Parochus eo morbi genere teneatur, vt ad functionem ſui ſacerdotij, & ad res diuinas per ſe obeundas minimè idoneus eſſe videatur; non tenetur durante dicto morbi genere ſacris ſe initiari facere, ex Congregationis ſententia.

Incurſurum.] Ordinarius punitur pœna ſuſpenſionis à collatione beneficiorum, quæ pœna non relaxatur, niſi per Papam, Rebuff. *in tract. nominat. quæſt*. 16. *per d. cap. graue nimis, de præbend*.

ADDI

ADDITIO.

1 *Perſonis dignis.*] Vicarius Foraneus ſignans ſchedulam quæ ſignificet aliquem eſſe idoneum beneficio ſimplici, & Canonicatu ad relationem cuiuſdam Doctoris, cum id certò non ſciat, peccat mortaliter, & ſignans vt Vicarius iuriſdictionis generalis Vicarij vſurpare dicitur, niſi dicat ſe foraneum, Nauarr. *in conſ. vnic. de offic. Vicar.*

2 *Habilibus.*] vt Clericis non laïcis, niſi vitæ integritas, & morum ſanctitas aliud ſuadeat, & tunc Papæ approbatione accedente. Quint. Arduus *in cap. de multa in primo membr. fac.33. lim.20. de præben.*

3 *Quia nonnulli.*] *In cap. quia nonnulli de Cler. non reſid. ex Alex. III.* continetur ad occurrendum nonnullorũ auaritiæ, præcipitur, ne quis plures dignitates Eccleſiaſticas, & plures Parochiales contra ſtatuta canonum accipiat, & tales ad Eccleſiaſtica miniſteria aſſumantur, qui reſidere in loco, & curas per ſeipſos valeant exercere, contra facientes, ſi accipientes fuerint, reſtituant id, quod acceperunt, collatores poteſtate conferendi priuantur.

4 *Licèt Canon.*] *In cap. licèt Canon de elect. in 6. ex Greg. X. in gener. Concil. Lugd. ca. hac habes*, cum conſtitutio Alexandri III. *cum in cunctis, de elect.* in qua ſtatutum eſt, vt promouendi ad Parochiales 25. annum ætatis attingant, & ſcientia ac moribus commendentur, & alij conferatur, non ſeruaretur, præcipit, vt Parochiales promouendi ſint ætate, moribus & ſcientia habiles, & collatio de Parochiali non attingenti 25. annum facta irrita eſt, & nulla, & de ea prouiſi perſonaliter reſideant, vt infrà annum ſuſcipiant ſacerdotium: & ſi non ſuſceperit, Eccleſia abſque alia monitione eſt ipſo iure priuatus, & Ordinarius ex cauſa diſpenſare poteſt ſuper reſidentia.

5 *Graue nimis.*] *In ca. graue nimis de præben.* de Concil. Lateran. ſub Innoc. III. *cap.* 30. diſponitur, ad occurrendum damnis ex mala collatione Beneficiorum prouenientibus, præcipitur collatoribus, vt prætermiſſis indignis Beneficia dignis conferantur, & an fiat exquirat Concilium prouinc. culpabiles poſt primam, & ſecundam correptionem ſuſpendantur à collatione, & deputetur à Concil. qui conferat: à ſuſpenſ. abſoluit ſolus Papa, vel Patriarcha proprius, ſi fuerit ex quatuor Metropolitanis, delictum ſuperioribus Concil. denunciet.

CAPVT IV.

Plurium beneficiorum retentor contra Canones, iis caret, niſi, &c.

QVicumque de cætero plura *α curata*, [a] *β aut aliàs 1 incompatibilia* beneficia Eccleſiaſtica, ſiue *γ per viam vnionis* ad vitam, *δ ſeu 2 commenda perpetua*, aut alio quocumque nomine, & titulo, contra formam *ε ſacrorum canonum*, & præſertim conſtitutionis Innocentij tertij, quæ incipit, [b] De 3 *multa*, recipere, ac *ζ ſimul retinere* præſumpſerit, beneficiis ipſis, iuxta ipſius conſtitutionis diſpoſitionem, ipſo iure, etiam præſentis canonis rigore 4 *priuatus exiſtat.*

a Infr. ſeſ. 2. de ref. ca. 17.

b Sup. c. 2. c. de multa de præb. & cap. 26. in Conc. Late. 2. Vide poſt finem huius lib. 2.

DECLARATIONES
CARDINALIVM.

HAbenti dignitatem tenuem in Cathedrali, licèt non participet de diſtributionibus non poteſt conferri Eccleſia Parochialis inconſulto Papa.

Item, poſt Concilium nemo poteſt habere Canonicatus, nec vnam Parochialem & Canonicatum, ſine diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ.

Item, Hebdomada, & Confratantia Sanctæ Mariæ Maioris Neapolitanæ non ſunt incompatibilia.

Item, Archidiaconus & Archipreſbyter, quia non habent fructus ſufficientes, poſſunt ſimul habere Canonicatus: ſed Præpoſitus quia habet fructus ſufficientes nõ

poteſt; ſed tertia pars fructuum Præpoſituræ datur pro diſtributionibus quotidianis.

Item, qui ante Concilium habuerunt duos Canonicatus ſine diſpenſatione, poſſunt vtroque priuari, ſi legitimè non habeant fructus eius, cui non ſeruiunt: Item nunc Parochia & Canonicatus ſunt incompatibilia.

Item, poſt Concilium etiam diſpenſatus ad plura ſub eodem tecto non poteſt habere in eadem Eccleſia Canonicatum, & Capellaniam, quæ habet onus inſeruiendi Choro.

Item, Epiſcopus qui ex conſuetudine commendat Parochiales Eccleſias idoneis perſonis ad nutum, non poteſt illas commendare obtinenti aliam, & qui accipit priuatur vtraque, nec cauſat conſuetudo.

Item, præſumpta diſpenſatio cum regula triennali non tuetur poſſidentes Beneficia contra caput hoc, & *cap.17. ſeſſ.*24.

Item, Parochiales ſunt incompatibiles cum beneficiis, quibus aſſignantur diſtributiones pro intereſſentibus.

Item, Capellania & Monaſterium ſub eodem tecto ſunt incompatibilia, licèt ſint tenues.

Item, poſt Concilium non habet locum, *ca. cùm nemo de elect.* 1. Commendæ ad ſex menſes, ſed deputetur Vicarius, *cap.* 18. *ſeſſ.*24.

Item, indultum ad plura beneficia intelligitur ad compatibilia.

Item, incompatibilia beneficia poſt publicationem Concilij, ſunt quæ requirunt reſidentiam, vt Canonicatus & Parochialis.

Item, qui per diſpenſationem ante Concilium obtentam habet Parochiam, & Canonicatum, poteſt poſt Concilium optare præbendam pinguiorem ſine diſpenſatione.

Habens Canonicatum in Cathedrali & Collegiata, debet reſidere in Cathedrali, & cogatur ad celebrandam Miſſam in Collegiata ſaltem per alium, ſi non poteſt per ſe.

Item, obtinens Beneficia incompatibilia, & ſi per quinquennium obtinuerit, cogatur exhibere diſpenſationem, niſi Beneficia non ſpectarent ad Iuriſdictionem Epiſcopi.

Item, qui narrauit Papæ obtinere duas Parochiales, non tenetur oſtendere diſpenſationem.

Item, Deputatio Vicariorum habet locum in omnibus beneficiis incompatibilibus, non autem in Curatis, quando Beneficiarij illis non ſeruiunt, & deputatio fiat ab Epiſcopo non ab inferiore, niſi hic inferior habeat iuriſdictionem.

Item, ſi Regulares moniti negligant corrigere Rectores Parochialium vnitarum ſuis Eccleſiis, non poteſt Epiſcopus priuare Abbates iure conferendi, vel præſentandi, vel diuinis, ſed prouideat curæ animarum, & exequatur Bullam Pij V. quod deputationem Vicarij, nec viſitet Eccleſias Regularium.

Item, in hoc *cap.* comprehenduntur omnia Beneficia requirentia reſidentiam, & alia incompatibilia, non tamen ſimplicia, vel Clericatus, quibus non eſt annexum ſeruitium, nec poſſunt cogi, vt inſeruiant per ſe, vel alios.

Vniones perpetuæ vltra quadraginta annos factæ non ſunt examinandæ ab Epiſcopo, & qui prætendit vniones eſſe ſupra quadraginta annos, non debet hoc oſtendere Epiſcopo: ſed vnio facta ante quadraginta annos non habens officium, poteſt cognoſci.

Item, viſitator deputatus à Commendatario non poteſt cognoſcere de viribus vnionum factarum Eccleſiæ, verbi gratia, Monferrati.

Item vniones perpetuæ à quadraginta annis factæ poſt publicationem factam à Canonicis, poſſunt ab Ordinario examinari, & irritæ declarari.

Item ab hoc Decreto excluduntur Præſidentes, & alij Superiores Clauſtrati, tantùm loquitur de Ordinariis.

Diſpenſatus ante Concilium ad duos Canonicatus, quibus non ex principio, ſed ex poſt facto, cura animarum annexa eſt, non tenetur ex hoc Decreto, & *ſeſſ.*24. *cap.* 17. alteram dimittere, ſecus ſi cura fuit ab initio annexa.

Item, Canonicatus optans dignitatem perdit Canonicatū. Item, ſi Epiſcopus confert Parocho aliam Parochiam per adeptionem poſſeſſionis ſecundæ, vacat prima.

Item, Epiſcopi non impediant vniones etiam perpetuas factas, vel faciendas de beneficiis, ſeu eorum fructibus, Monaſteriis Regularium mendicantium.

OBSER

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *CVrata.*] Quia duo curata ſunt incompatibilia ex Congregationis ſententia, ſimiliter Parochialis, & curata, *infrà ſeſſ. 24. c. 17.* & habetur in *cap. nemo, de elect. in 6.* vide Rot. *par. 2. diuerſ. deciſ. 209. num. 4.* & Quarant. *de benef. reſign. fol. 107. & ſeq.*

β *Aut aliàs incompatibilia.*] Puta duos Perſonatus, aut duas dignitates, per adeptionem ſecundæ, ipſo iure vacat prima, *argum. cap. de mul. de præbend.* vt nec conſuetudine contrarium induci poſſit, *cap. 1. de conſuet. lib. 6.* Quarant. *de benef. reſig. fol. 108. verbo ſecunda ſit concluſio,* ſub hac incompatibilitate venit illa, quando duo beneficia vniformia ſunt ſub eodem tecto, id eſt, in vna eadémque Eccleſia: ſecus ſi ſint difformia, vel vnum dependeat ab alio, Quarant. *ibidem verſ. 3. concluſio.* vbi not. quod præter beneficia comprehenſa *in cap. de mult. & in extrauag. execrabilis, de præbend.* alia omnia non vacant ipſo iure, ſed datur electio, *ver. quarta concluſio, fol. 109.* vacant etiam beneficia per ingreſſum religionis profeſſione ſecuta, & per contractum matrimonij per verba de præſenti, non autem per ſponſalia, *cap. beneficium, de regul. lib. 6.* Fuſc. *de viſitation. lib. 2. cap. 28. num.* 18. Quarantiq. *ibidem fol. 109. verſic. decima cauſa eſt,* & quot modis beneficia dicantur incompatibilia, & quid importet incompatibilitas vno, vel altero modo, vide Rot. *par. 1. diuerſ. deciſ. 482.* cum duabus, *ſeq. & dec. 484. vide intellect. ad hunc text. & ad cap. de mult.*

γ *Per viam vnionis.*] Dic quod diſpenſatus ante Concilium ad duos Canonicatus, quibus non à principio, ſed deinceps, & vt aiunt, ex poſtfacto cura animarum annexa eſt, non tenetur ex Concilio Trid. *hic, & infr. ſeſſ. 24. cap.* 17. alteram dimittere, ſecus autem, ſi cura ab initio fuerit annexa, & ita cenſuit Congregatio.

δ *Seu Commendæ.*] Quia hodie commẽdę perpetuę ducunt incompatibilitatem, Modern. *in clem. gratiæ de reſcript.* Gomeſ. *in regul. de triienn. quæſt. 5. num.* 13. dixit *ſuprà cap.* 2. Nauar. *de conſtitut. conſ. 1. num. 38. & ſeq.*

ε *Sacrorum Canonum.*] & rationem quare pluralitas prohibeatur, vide per Abb. *in cap. quia in tantum, num. 2. de præbend.* cui add. quæ congerit Rebuff. *in tit. de diſpenſat. ad plura, à num. 1. vſque ad* 21. & Gundiſaluu. Villad. *de legat. num. 91. & ſeq. tom. 2. fol. 293.* ſed an ipſo iure vacet ſimplex per adeptionem parochialis, Congregatio cenſuit quod ſic per hunc text. ſed Nauarr. conſuluit contrarium *conſ. 17. de præbend.* & ponderat particulam, etiam, per quam infert non induci nouum caſum, ſed in caſibus *d. cap. de multa*, & aliis olim de iure expreſſis dari vacationem ipſo iure, Tu vide Rotam *par. 1. diuerſar. deciſ. 483. & ſequent.*

ζ *Simul retinere.*] Hac de cauſa poteſt habenti parochialem Eccleſiam, alteram conferre ſ. ſed per adeptionem pacificæ poſſeſſionis ſecundæ, vacabit prima, & ita ſacra Congregatio cenſuit: ſimiliter Canonicus optans dignitatem, perdet Canonicatum ex Congregationis ſententia, *arg. cap. 1. de conſuetud. lib. 6. vbi not. niſi ex conſuetudin.* Rot. Put. *lib. 3. deciſ. 189.* ſed per adeptionem portiouis non vacabat Canonicatus: Put. *lib. primo deciſ. 441. hoc cap. 4.* videtur habere hunc intellectum Innouat. *cap. de multa, de præbend.* quod procedit in duobus caſibus, videlicet duobus perſonatibus, in quibus ſi obtinens retinere ea contenderit, beneficiis ipſis, priuetur ipſo facto. In reliquis autem incompatibilibus, ſiue per viam Commendæ, iuxta *cap. dudum el 2. de electio.* ſiue vnionis ad vitam, ſiue quouis incompatibilia ſint, iuxta *cap. quia in tantum, de præbend.* Idem ac ſub eiſdem pœnis Cõcilium obſeruari præcipit etiam præſentis Canonis rigore, & ex *cap. 17. ſeſſ.* 24. ſed talis vacatio intelligitur poſt adeptam poſſeſſionem ſecundi, non autem poſt collationem, Rot. *Caputaq. par. 1. deciſ. 294.* Aduertatur tamen quod cap. de multa non habet locum, niſi poſſeſſio ſecundi beneficij ſit pacifica de facto, & de iure ad Maſcard. *de probation. volum. 1. concluſ. 183. num.* 12. poſt Bellam. *deciſ. 597. non eſt locus.*

ADDITIO.

1 *Incompatibilia.*] Idem in requirentibus reſidentiam in duobus Canonicatibus, vel Canonicatu cum Parochiali, *Cong.* 77. & vide ad hunc *text. infrà ſeſſ. 24. de reform. c. 17. §. illi.*

Nota hoc *cap.* procedere in præbendis, quibus ab initio coniuncta fuit cura animarum,

marum , vel aliud Beneficium incompatibile , non autem in quibus ex poſtfacto adiuncta eſt , ſic Congregatio ad Epiſcopum Algaren. *declar.* 474. Et priuilegium quod poſſit nominari Scholaris Vniuerſitatum ad vacaturam 2. & 3.donec habuerint, Glor. 80. intelligitur de incompatibilibus, Congregatio.

2 *Commendæ perpetuæ.*]Hæc enim pro titulo habetur , & conſumit gratiam ad accipiendum Beneficium , Nauarr. *conſ.* 4. *de fil. Presbyt.*Vide infrà *ſeſſ.* 21. *de Reg.c.*11.

Et amplia in tantum,vt ad fructuum reſtitutionem teneatur , niſi paupertas eum excuſet , aut ſeruitium ab eo Eccleſiæ præſtitum , pro quo non minus erat erogandum, quàm ipſe perceperit,Nauarr. *conſ.*5. *de fil.Presbyt.num.*50.

3 *De multa.*] In *cap. de multa de præbendis* , ex Concil. Lateranenſi ſub Innoc. III. *cap.* 29. habes ex quo non ſeruatur. *cap. cùm in cunctis* , præcipit, vt qui recipit Curatum Beneficium ſi tale aliud habebit, vacat, & ſi ambo retinere contendat, ambobus ſpolietur : is, cuius eſt conferre primum vacans , infra ſex menſes conferat; aliàs collatio ad Superiores deuoluitur. Item , procedit in perſonatibus , & in eadem Eccleſia nullus plures dignitates , aut perſonatus habere præſumat , licèt curam non habeant animarum : circa ſublimes & litteratas perſonas per Sedem Apoſtolicam poteſt diſpenſari.

4 *Priuatus extat.*]etiam regula de triennali non obſtante , quæ non habet locum contra hoc decretum,& *cap.*17.*ſeſſ.* 24. & c. 15.*ſeſſ.* 25. Congreg. ex reſp. Sixti V. & hoc in Beneficiis poſt Concilium obtentis,prodeſſet tamen regula de annali, vt in Cong. 9.Martij 1597. contra non obſeruantes primam partem regulæ.

Habet etiam locum hoc decretum contra eos qui incompatibile ante Concilium obtinuerunt , & poſt Concilium vnum dimittere diſtulerunt non obſtantibus diſpoſitionibus Congreg. vix tertios dictorum Capitulorum , Vide Flores Diaz *var. quæſt. lib.*1.*cap.*23.*num.*8.

Qui tamen obtinuit Parochialem vnà cum Canonicatu ante Concilium , ex diſpenſatione , poreſt poſt Concilium nulla obtenta diſpenſatione optare præbendam pinguiorem. Congregatio.

Quia Canonicatus & Parochialis,quando impoſſibile eſt quod quis in vtroque reſideat ſunt incompatibiles , non ratione curæ , ſed ratione reſidentiæ , & quando quis habet electionem alterius retinendæ, Rota *diuerſ.*483.*p.*1.

Cenſuit Congregatio in requirentibus reſidentiam actualiter , quomodocumque incompatibilibus , etiamſi Canonicatus ſint,vel portiones,induci vacationem prioris , ipſo iure per adeptionem ſecundi pacificè poſſeſſi , vt refert Litta in Tarraconenſi Archidiaconatus 22. Martij 1593.

Et per hanc declarationem Congregationis ceſſat diſputatio , an in ſimplicibus per adeptionem ſecundi vacet primum, ſicut in Curatis apparet diſpoſitum eſſe, vel potius detur obtinenti optio dimittendi quod voluerit, prout poſt Io.Andr.& alios *in cap.*1.*de conſuet.in* 6. voluit Oldrad. *com.* 165.Lap. *allegat.*116. & tenuit Rota in cauſa Maceratenſi Parochialis de anno 1575. coram Lancellotto , & in alia foro Sempronienſi Canonicatus de anno 1582. coram Rubeo : nam per dictam declarationem fuit ex poſt per Rot. receſſum ab hac opinione , vt in Salamantinenſi Portion. coram Orano 11. Decembris 1585. dictum fuit, & in alia Toletana Capellaniæ de Vanagios 17. Septembris 1591. coram Pamphilio , & in dicta Tarraconenſi Archidiaconatu.

CAPVT V.

Qui plura beneficia obtinent , exhibeant ſuas diſpenſationes: Per competentes Vicarios rectè cura animarum agatur : Beneficia ſuis obſequiis minimè fraudentur.

α ORdinarij locorum quoſcumque plura curata , β *aut aliàs* 1 *incompatibilia* beneficia Eccleſiaſtica obtinentes , γ *diſpenſationes* ſuas 2 *exhibere* diſtrictè 3 *compellant* ; & alias proce-

dant

Digitized by Google

dant iuxta conſtitutionem Gregorij X. in generali Lugdunenſi Concilio editam, quæ incipit, [a] 4 *Ordinarij*: quam eadem ſancta Synodus innouandam cenſet; & innouat; addens inſuper, quòd ipſi Ordinarij etiam per idoneorum 5 *δ Vicariorum deputationem*, & 6 *congruæ portionis* fructuum aſſignationem omninò *ε prouideant*, vt animarum *ζ cura nullatenus* negligatur, beneficia ipſa debitis obſequiis minimè 7 *defraudentur*: appellationibus, priuilegiis, exemptionibus quibuſcumque, etiam cum iudicum ſpecialium deputatione, * & illorum inhibitionibus in præmiſſis nemini ſuffragantibus.

a Li. 6 decret. de offic. ord. c. 3. infra c. 7. & in ſeſſ. 6. de ref. c. 2. in fin.

* Vide poſt finem huius lib.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α Ordinarij locorum.] Poſſunt etiam ordinarij prouidere nequis ſine litteris beneficium poſſideat; & idcircò conquerenti Epiſcopo Lucenſi quoſdam ſuos Canonicos obtinere beneficia, nec expedire litteras, ſeu bullas, viſum eſt Congregationi reſpondendum, vt priuet, qui ita obtinent, adhibitis Vicariis qui inſeruiant Eccleſiæ donec admonitus S.D.N. prouidere poſſit, quibus add. quæ not. *ad cap. 13. ſeſſ. 14.* Quid ſi aliquis habeat beneficia in diuerſis diœceſibus requirentia diſpenſationem, dic quod quilibet Epiſcopus erit eius ordinarius ad hunc effectum, *cap. ordinarij*, vbi *gloſ. in verb. ordinariorum, de off. ordin. in 6.*

β Aut aliàs incompatibilia.] Argum. huius text. pluries ſacra Illuſtriſſimorũ Congregatio cenſuit eos, qui ex diſpenſatione Apoſtolica ante Concilij confirmationem duo compatibilia, puta Epiſcopatum cum Canonicatu, vel duos Canonicatus obtinuerint, non cogi alterum dimittere, ſed reſidendi in Eccleſia cui cura imminet, ex altero amittat diſtributiones quotidianas, & reliquos fructos percipiat, Archiepiſcopo Bracharen. 29. Auguſti 1565. Quod limitatur non procedere in obtinendo duas Parochiales, vel Epiſcopatum cum Parochiali, per *cap. 17. ſeſſ. 24.* dixi *infrà ſeſſ. 22. cap. 3. ad fin.* quæ iura ſunt noua poſt hunc text. contra *cap. exeirpandæ, §. qui verò, de praebend.*

γ Diſpenſationes.] Quia allegans diſpenſationem eam probare tenetur, cùm non præſumatur etiam ex alia temporis antiquitate, Maſcard. *de probat. concluſ. 523.* & diſpenſationes factæ in Romana Curia requirunt ſcripturam, *Idem de probat. concluſ. 524. num. 2.*

δ Vicariorum.] Epiſcopus enim deputat Vicarium, nam alius inferior non poteſt, Lap. *alleg. 5. in princip. & per tot.* niſi fortè talis ſit ordinarius habens hanc iuriſdictionem iuxta doctr. Abb. *in cap. cùm olim num. 2. de præſcript. & per gloſ. in dicto cap. ordinarij verbo locorum.*

ε Prouideant.] Prouidebit ordinarius, vt ſi in oppido ſit Eccleſia Parochialis abſque fonte baptiſmali, ita demum Archipreſbyteratum cui aliàs cura non incumbit animarum eſſe curatum, ſi tenentur homines oppidi pueris baptizandis ſolum Archipreſbyterum adire, & ille tenetur ſacramentum id adeuntibus miniſtrare ex Congregationis ſententia die 29. Septembris 1600.

ζ Cura nullatenus.] Intellige etiam ſi diſpenſatus fuerit ſufficienter, vt per *gloſ. in d. cap. ordinarij, in verbo cura.*

ADDITIO.

1 *Incompatibilia.*] Vt Capellas & Canonicatus, & alia Curata reſidentiam requirentia, aut alia incompatibilia. Congregatio.

2 *Exhibere.*] Quod ſi in termino ſtatuto producatur titulus, non in forma publica, an pœna comminata videtur, *cap. allegato 78.*

3 *Compellant.*] Temporis longitudine non obſtante, niſi beneficia non eſſent de Iuriſdictione Epiſcopi, vt ſancti Antonij Viennenſis. Congregatio.

4 *Ordinarij.*] *In cap. ordinarij, de offic. Iud. ord. in 6. habes Ordinarij.* Compellant ſubditos ſuos plures dignitates, aut Eccleſias cum cura animarum habentes, ſeu Curam Eccleſiaſticam, & inſimul perſonatum, & diſpenſationes oſtendant infrà tempus poſt facti qualitatem aſſignandum, & ſi infra illud nullam exhibeant diſpenſationem,

eorum Eccleſiæ, & perſonatus aliis conferantur: ſed ſi ſufficiens ſit diſpenſatio, non moleſtentur; ſi de ſufficientia dubitetur, Sedes Apoſtolica conſulatur: prouideat tamen Epiſcopus ne Eccleſia debitis fraudetur ad diſpenſationem officiis, neque de cætero conferantur non habentibus diſpenſationem, vt plura ſimilia obtinere poſſint, vel alterum reſignent, aliter facta collatio eſt nulla.

5 *Vicariorum deputationem.*] deputandi ergo ſunt Vicarij iuxta formam Concilij, *infrà ſeſſ.24.cap.18.* nec debent fieri amplius Commendæ, quæ olim ab Ordinariis ad ſex menſes fieri poterant, per *text. in cap. nemo, de elect. in 6. Congregatio.*

6 *Congruæ portionis.*] Quæ dicatur congrua portio tradunt Doct. *in c. de Monach. de præbend.* Rebuff. *in tract. de Cong. part. quæſt.8. num. 62.* & verius eſt arbitrio Diœceſani id relinqui, vt reſoluit Sylu. *de Benef. 1. p. quæſt.5. num. 134.* quem ſequitur Caraſ. *in §. ſacerd. p. c. 7. num. 30.* & notat Collationes nunquam imputari in hac congrua portione ex eo, quia facilè eſſe poſſent, præſertim ſi annus proximus veniret, ita vt fructus tenues colligentur, S. Thom. & Caiet. *22. quæſt. 86. art. 1.* Doct. *in cap. omnis Chriſtianus, de conſecr. diſt. 1.* Couarr. *par. q. 10. & 11. num. 86.*

7 *Defraudentur.*] In Beneficiis ſimplicibus, Clericatus nuncupatis in Eccleſiis Parochialibus, vel alibi conſtitutis quorum poſſeſſores fructus percipiunt, nullum ſeruitium per ſe, vel per alium, cùm præſtandum nihil innouetur, & cùm prius hoc ſeruatum fuerit, non ſunt cogendi ſeruire per ſe, vel ſubditum, ſicut nec is qui non reſidet ex cauſa ſtudiorum, vt per Abb. *in c. licet de præbend.* quamuis omnia beneficia inſtituta cenſeantur ad diuina Eccleſiaſtica munera ſubeunda, *cap. vltim. de reſcript. in 6.* & ſupponit hoc Concil. *ſeſſ. 21. cap. 3.*

CAPVT VI.

Beneficiorum vniones validæ cenſeantur, quæ debeant irritæ declarari poſt examen factum ab Ordinario.

VNiones perpetuæ, ᵃ à quadraginta annis citra factæ, *α examinari* ab Ordinariis, tanquam à Sede Apoſtolica delegatis, poſſint: & quæ per ſubreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarentur. *β Illæ verò*, quæ à dicto tempore citra conceſſæ nondum in toto, vel in parte ſortitæ ſunt 1 *effectum*, & quæ deinceps ad cuiuſuis inſtantiam fient, niſi eas ex legitimis, aut aliàs rationabilibus cauſis, coram loci Ordinario vocatis, quorum intereſt, verificandis, factas fuiſſe conſtiterit, per ſurreptionem obtentæ præſumantur: ac propterea, niſi aliter à Sede Apoſtolica declaratum fuerit, viribus omnino careant.

ᵃ Vide ſeſ. 14. cap. 9. de ref. inf Seſſ. 24. de ref. cap. 13. & Seſſ. 25. de reform. c. 9.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *EXaminari.*] *Seſſ. 14. cap. 9. ſeſſ. 21. cap. 5. & ſeſſ. 24. cap. 13.* prohibentur fieri aliquæ vniones, & factæ examinari mandantur, & in Lateranenſi 3. *ſub Leo X. ſeſſ. 9. in Bulla ſuper ?ia, tomo 4. fol. 632. colum. 1.* prohibentur vniones perpetuæ fieri, præterquam in caſibus à iure permiſſis, vel ſine rationabili cauſa. Quæ verò perpetuæ per ſubreptionem obtentæ fuerint à quadraginta annis à publicatione Concil. Trident. computandis poſſent ab ordinariis examinari, ac irritæ iudicari, vt voluit ſacra Congregatio, ſed non datur poteſtas ordinariis per Concilium examinandi, & reuidendi vniones quæ ſuprà 40. annos ante confirmationem Concil. factæ fuerint, quia præſumuntur legitimæ, Maſcard. *de probat. vol. 1. concluſ. 197.*

β Illæ verò.] Nota tria ad vnionem, quod fiat cum cauſa, & vocatis quorum intereſt, & de conſenſu Capituli, *Clem. ſi vna de reb. Eccleſ. non alien.* Rot. *Cantuu. par. 2. deciſ. 132. num.*

num. 2. & 3. *in practic.* Rot. *de vnion. par.* 2. *fol.* 165. vbi multa ſingularia de vnionibus, præſertim *num.* 16. Vinc. de Franc. *dec.* 163. *num.* 13. Nauarr. *de reb. Eccleſ. non alien. conſ.* 14. *num.* 2. Beneficium autem acceſſoriè alteri vnitum amittit nomen, Menoch. *tom.* 8. *conſ.* 897. *num.* 17. æquum autem non eſſe legi, tolli eas vniones quæ ante latam legem factæ ſunt, nec aliquid habeant vitij, quod hoc *cap.* notatum eſt, & cenſuit Congregatio die 9. Decembris 1564.

ADDITIO.

1 *Effectum.*] Vnio quando dicatur ſortita ſuum effectum, vide in practicalibus, Rot. *tit. de vnio. num.* 16. *in fine.*

CAPVT VII.

Beneficia Eccleſiaſtica vnita viſitentur: Per Vicarios etiam perpetuos cura exerceatur: deputatio ipſorum Vicariorum fiat cum portione aſſignanda etiam ſuper re certa, non obſtantibus, &c.

BEneficia Eccleſiaſtica curata, [a] quæ α *Cathedralibus*, Collegiatis, ſeu aliis Eccleſiis, β *vel Monaſteriis*, beneficiis, ſeu Collegiis, aut piis locis quibuſcumque perpetuò γ *vnita* & annexa reperiuntur, 1 *ab Ordinariis locorum*, annis ſingulis viſitentur: [b] qui ſollicitè 2 *prouidere procurent*, δ *vt per idoneos* 3 *Vicarios*, 4 *etiam perpetuos*, niſi ipſis Ordinariis pro bono Eccleſiarum regimine aliter expedire videbitur, ab eis cum tertiæ partis fructuum: aut maiori, vel minori, 5 *arbitrio ipſorum* Ordinariorum, ε *portione* etiam ſuper certa re aſſignanda, ibidem ζ *deputandos*, animarum cura laudabiliter exerceatur: 6 *appellationibus*, priuilegiis, exemptionibus, etiam cum iudicum deputatione, & illorum 7 *inhibitionibus* quibuſcumque in præmiſſis minimè ſuffragantibus.

[a] Infr. ſeſſ. 14. de ref. cap. 9.

[b] Vide ſeſ. 23. 16. ſtatuit ſancta Synodus, & ſuprà c. 5.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

IN Parochia vnita Monaſterio, eſt deputandus Vicarius perpetuus, niſi ſit in loco, vbi eſt Monaſterium, quia tunc ſeruetur, *cap.* 15. *de Regul. & Monial. ſeſſ.* 25. Item, Epiſcopus ponat Vicarium perpetuum, vel temporalem in Prioratu Curato.

Item, in Monaſterio à ſua prima fundatione Curato, non eſt deputandus Vicarius, ſatis eſt ſi exercens ſit approbatus ab Ordinario, *ſeſſ.* 25. *cap.* 11. ſecus ſi Parochia eſſet vnita.

Item, in Parochia vnita Monaſterio ex priuilegio Regularis approbatus ab Epiſcopo, poteſt habere Curam, licèt ſit Monachus, ſed cum ſocio.

Item, in Parochia vnita Monaſterio, licèt ſit caput Ordinum, poteſt ab Epiſcopo viſitari, etiam Ordinis Præmonſtratenſis.

Item, Parochia vnita Monaſterio, & Præmonſtratenſi, ſi deputetur Vicarius Regularis debet eſſe amouibilis ad nutum Superioris, iuxta Pium V. ſi ſæcularis, poteſt ab Ordinario conſtitui perpetuus, ſi cura animarum eſt vnita ipſis Monaſteriis in quibus viget Regularis obſeruantia, tunc ſeruetur, *cap.* 11. *ſeſſ.* 25. *de Regul.*

Item, ſi Parochia eſt vnita Canonicatui, & Canonicus exercet Curam, Epiſcopus procedat ſecundùm hoc decretum, & ſecundùm *cap. ſi verò, & cap. extirpandæ, de præbendis.* Item, iſti Vicarij poſſunt eſſe perpetui, & amouibiles ab Ordinario Epiſcopi, etiam in Eccleſia Curata vnita Eccleſiæ ſuæ.

Item, Epiſcopus poteſt conſtituere Vicarium perpetuum Parochiæ in Eccleſiis Curatis vnitis Cathedralibus, per Pium V. & hic: ſed portio Vicarij non excedat fructus Eccleſiæ; quæ ſit hæc portio vide in Bulla Pij V. quæ incipit, *Ad exequendum*, fuit reuocata ad terminos Iuris. Item à

de reb.Eccleſ. non alien. conſ.13.ſeparatio Eccleſiarum vnitarum quomodo fiat,Menoch. tom.5. conſ. 477. num.6. ſunt enim vniones ſtricti iuris, & ideo examinandæ cùm ſint ſpecies ſeruitutis, nec niſi neceſſitatis, vel vtilitatis cauſa concedendæ, Menoch. ibidem conſ.402.num.85. & ſeq.eadem poteſtas datur Capitulo Sede vacante. prax. Neap. cap.85.num.25. fol. 469. vnio ſecunda Papæ, niſi faciat mentionem de prima facta legitimè ab Epiſcopo ei non preiudicat,Menoch.tom.3.conſ.294.num.19.fol.219. Et ſi eſt ſubreptitia non valet, etiamſi motu proprio fiat,Menoch.ibidem num. 26.

Vniones quomodo probentur Rota Caputaq.par.3.deciſ.344.poſt Oldrad.conſ.296. Ancaran.conſ. 162. in fin. Annan. ſingul.583. fol.327.

δ Vt per idoneos Vicarios etiam perpetuos.] Hinc ſacra Congregatio cenſuit quod iſti Vicarij perpetui conſtitui non poſſint abſque erectione tituli Vicariæ.

In dubio præſentatio Vicariæ intelligitur de perpetua,& cadit ſub reſeruationibus,Rot.in nou.deciſ.par. 1. deciſ.798.num.4. fol.278.

ε Portione.] Portio hæc eſt taxata per bullam S.D. N. vt non maior centum, nec minor quinquaginta ſit aureis, computatis omnibus etiam incertis emolumentis. Quòd ſi Parochialis minor ſit quinquaginta, tunc omnes fructus Vicario aſſignentur : ſed Vicarij huiuſmodi tenentur ſuper Vicariis eiſdem expedire litteras apoſtolicas. Item à quo poſſint deputari, vid.in ead. Bulla 46.ad exequen.anno 1567. calend. Nouemb. anno 2. & per Greg. 13. hoc ad ius non eſt reductum,ſed remanet, & ſic obſeruatur,vt deputatio fiat ab Epiſcopo,iuxta conſ.Nauar.de præbend.9.quod ſi malè deputet, datur appellatio ibidem, ſed præſentatio Vicarij pertinet ad Eccleſiam, vel dignitatem, cui facta eſt vnio, Nauarr.ibidem num.7.ex Bulla verò prædicta 46. videtur quòd deputatio pertineat ad eum cuius loco fit vnio.

ζ Deputandos.]Deputatio Vicarij non fit niſi in Eccleſiis vnitis, nam aliàs Rectori competit omne Ius,Semin.conſ.86.Rot.Verall.part.3.deciſ.339. & vbi non apparet Rector, Epiſcopus habetur pro Rectore, ibidem deciſ.340.

Quid ſi Vicarius fuiſſet deputatus, & portio aſſignata ante hoc decretum ; an per ordinarium reuideri poſſit, & reduci ad formam huius decreti?& videtur quòd ſic, quia mens eſt attendenda vt animarum cura laudabiliter exerceatur,quo fine fraudaretur lex ſi non procederet in Vicariis tam deputatis,quàm deputãdis,& vbi tam apertè conſtat de mente, verba deberent impropriari ad not.in l.non aliter, de leg.3.& Bald.in l.non dubium col.2. C. de leg. facit text.in cap.16. infrà ſeſſ.25.qui loquitur de Vicariis etiam deputatis, & de iure communi poteſt Epiſcopus cogere Religioſos negligentes ad decenter ſuſtentandum Vicarium perpetuum, per clem. 1. de Iurepatronat. vbi gloſ. in ver.oneremus,cap.1. de præben.in 6.& cap.de Monachis,& per Rebuff.in tract.congruæ portionis,nu.55.Capell. Toloſan.deciſ. 149. ſicut etiam portio antiquitus Vicario aſſignata perpetuò ex cauſa poteſt minui, vt per gloſ.in cap.auaritiæ in ver.redditus,vbi doct.de præbend.pari ratione debet,poſſe denegari, ſi non ſit congrua,vt per Rebuff.ibidem n.93.Quibus nõ obſtantibus Congregatio Illuſtriſſimorum cenſuit hunc text. procedere in Vicariis deputandis, quia præterquam quòd id exprimit,proprium legis eſt, futuris proſpicere negotiis,l. leges, C. de legib.cap.cognoſcentes, vbi Abb.& Felin.de conſtitut.& hoc ſtante mandauit reuocari decretum factum per Vicarium Placentinum contra quendam Vicarium deputatum cum portione minùs congrua ante Concilium Tridentinum,quod decretum fundabat ſe ſuper iſto textu,non autem ſuper iure communi cõtra deputatum non fuit admiſſus, quia deputatio præterquam fuerat facta ante Concilium, fuerat etiam auctoritate apoſtolica confirmata,cui non poterat Vicarius Epiſcopi,nec Epiſcopus derogare.

Reſolutiones ſacr.Congregationis ad hoc cap.7.

Congregatio cenſuit Conſtitutionem, ſanctæ memoriæ Pij V.de Vicar.perpet.ita eſſe intelligendam,vt omnia onera incumbentia parochiali Eccleſiæ in qua fuerit erecta Vicaria perpetua,pertineant ad Vicarium perpetuum ſolum, nulla autem ex parte ad Eccleſiam,ſeu monaſterium, aut alium locum pium quibus vnita fuerit dicta Parochialis 27. Martij 1594.

Congregatio cenſuit nominationem Vicariorum ſæcularium amouibilem in beneficiis curatis vnitis ſpectare ad Epiſcopum, Virorum verò Regularium in vim

L Con

2 *Prouidere procurant.*] Hoc decretum relinquit Ordinariorum arbitrio. An Vicarij temporales locorum annexorum, vel vnitorum in perpetuos commutandi ſint, infertur quòd non ſit derogatum facultati eorum qui poterant præſentare Vicarios temporales: ſecundò, quod ſi Ordinarij iniqui arbitrentur, appellari poteſt, quia arbitrium regulandum eſt ſecundùm arbitrium boni viri. Appellatio tamen non ſuſpendetur, ſed deuoluetur, ſecundùm Nau. *conſ. 9. de præben. in prima impreſſione num. 7. vſque ad finem*, vbi hæc amplientur procedere, non obſtantibus priuilegiis vnionum, cum hic contrariis priuilegiis derogetur.

3 *Vicarios.*] Quando Epiſcopus poſſit Vicarios deputare, vide latè per ſeptem concluſiones, Flor. Diaz. *pract. q. lib. 1. q. 10. n.* 37. qui ſub *nu.* 4. ponit quod Epiſcopus non poterit deputare Vicariū perpetuū in quinque caſibus: Primus eſt, quādo Beneficium eſt vnitum cum Monaſterio Monachorum, aut Mendicantiū, & ita dicet fuiſſe reſolutum in Curia Romana. Secundus, eſt, quando vnio eſt per viam pacti, & concordiæ, approbata per Sedem Apoſtolicam, & maximè ſi concordia ſit iurata. Tertius, quando vnio apparet facta & obſeruata ab immemorabili, & citra, & à dicto tempore cura parochialis exercitata fuit per Vicarios amouibiles. Quartus, quando Cura eſſet Monachorum Ciſtercienſium, & Ordinis S. Benedicti, quia de iure debet de eis fieri ſpecialis mentio. Quintus, quando Cura eſſet vnita ex priuilegio remunerationis.

4 *Etiam perpetuos.*] Ad declarationem & ſupplementum huius decreti emanauit conſtitutio Pij V. in Bulla 46. quæ eſt valdè ſingularis, dum ſtatuit quod Epiſcopi & Ordinarij non habeant liberam collationem in Vicariis de quibus in ea: ſed tantùm in illis conceditur confirmatio, ſeu deputatio ad nominationem Eccleſiarum, ſeu locorum, quibus dictæ parochiales ſunt vnitæ, prout ex dicta Bulla dicit ſacra Congregatio Concilij Tridentini, vt teſtatur Gonz. *ad reg. Cano.* 8. *gloſſ. 5. §. 3. num. 5.*

Ad declarationem autem dictæ Conſtitutionis Pij V. vide eundem Gonz. ibidem *d. §. 3. à num. 49. vſque ad 79.* vbi inter alios dicta conſtitutio de Vicariis procedit in caſibus in quibus non ſoluitur annata, quia fructus non excedunt 24. Rota in vna Tiraſen. Vicariæ 13. Nouembris 1595. coram Litta, Gonz. *d. §. 3. num. 77.* dicta Pij V. Conſtitutio non eſt reuocata per Conſtitutionem Gregorij XIII. quæ eſt in Bulla 15. quæ ſolùm procedit quoad Vicarios Parochialium vnitarum Monaſteriis; & Gregorius XIII. eandem Conſtitutionem Pij V. ore reualidauit, dummodò cum fratre, ſeu Religioſo Vicario ad nutum amouibile pro Monaſterio pro ſubeunda animarum cura, vnus dumtaxat alius Religioſus extra clauſtrum maneat, & non plures, prædicta Sacra Cong. Conc. declarauit, vt refert Gonz. *vbi ſuprà num. 79.*

5 *Arbitrio ipſorum.*] Vide Doct. citati 5. *cap. 5. hac ſeſſione.*

6 *Appellationibus.*] Ab aſſignatione congruæ portionis non admittitur appellatio, ſed etiam quoad effectum ſuſpenſiuum, quando aſſignatur ex officio, Flor. Diez. *var. quæſt. lib. 1. quæſt. 14. ſub. nu. 2.* vbi ad hoc etiam allegat Concil. *ſeſſ. 25. cap. 16. & ſeſſ. 2. cap. 4. & 8. de reform.* Lambert. *de iurepatronatus, p. 3. lib. 2. q. 10. art. 9. & 10. cum ſeqq.* Rebuff. *de Congr. port. q. 4. per totum.*

7 *Inhibitionibus.*] Inhibitiones in his & ſimilibus caſibus non faciunt actualia, ſecus ſi emanaſſent ante Conc. Lancell. *de attent. p. 2. c. 20. ampliat. 24. principali, n. 2.*

CAPVT VIII.

Eccleſiæ reparentur: cura animarum ſollicitè habeatur, non obſtantibus, &c.

a LOcorum 1 Ordinarij Eccleſias quaſcunque [a] β 2 *quomodolibet exemptas*, γ *auctoritate Apoſtolica*, δ *ſingulis annis* viſitare teneantur, & opportunis iuris remediis prouidere, vt quæ reparatione indigent, reparentur: ε *& cura animarum*, ſi qua illis immineat, aliiſque debitis obſequiis minimè defraudentur:

a Infr. ſeſ. 24. de ref. ca. 9 & ſeſſ. 21. cap. 8. Cōc. Tolet. 4. cap. 35. Conc. Bracaren. 2. c. 1. Cōc. Aurel.

 appella

Digitized by Google

appellationibus, 4 *priuilegiis*, conſuetudinibus (*etiam ab immemorabili* tempore præſcriptis, iudicum deputationibus, & illorum inhibitionibus penitus excluſis. c 17. decernimus ca. Epiſc. & ca. placuit. 10. q 1.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

EPiſcopus viſitet Eccleſias exemptas, etiam inferioribus Prælatis ſubiectas.

Epiſcopus poteſt viſitare omnes Eccleſias Parochiales, in quibus ſunt ſacerdotes ſæculares, licèt ſint Eccleſiæ ſubiectæ Regularibus.

Quando Concilium dicit, *ſi Ordinarij velint*, ipſis volentibus exempti exerceant: ſed ſi abſolutè adimit iuriſdictionem ab exemptis, & præcipit Epiſcopis, vt ipſi ſoli exerceant, non poteſt etiam volentibus Epiſcopis exercere.

Beneficium Curatum Monaſterio non ſubiecto vnitum, viſitetur ab Epiſcopo loci, in quo eſt Cura, etiam non ab eo, cui ſubeſt Monaſterium.

Ordinarius non poteſt viſitare Eccleſias Regularium per hoc Decretum (*alibi videtur poſſe*) viſitare Sacrarium, nec Eccleſias, vel Monaſteria non Curata militaria iu Portugallia, ſecus ſi Curata.

Epiſcopus non habet ius viſitandi ſacellum, vel altare, cui non eſt cura animarum, licèt ſit membrum ſancti Antonij Viennenſis.

Epiſcopi ſunt in poſſeſſione viſitandi omnes Eccleſias Collegiatas vt delegati, ſaluo iure in petitorio.

Epiſcopi viſitent Eccleſias vbi Hieroſolymitani Equites habent iuriſdictionem temporalem, vel ſpiritualem, eſt Bulla Pii V. nec Eccleſias non Curatas eorumdem.

Eccleſia Curata vnita Caſſinenſibus, ſi in ea vtraque iuriſdictio eſt Abbatis, Epiſcopus non viſitet, ſi non vtraque viſitet per ſe, vt delegatus, vel per Vicarium ſpecialem in ſcriptis facultatem, relinquendo exempla Abbati.

Item, Epiſcopus viſitet Eccleſias Iuriſpatronatus, etſi ſunt exemptæ, vt delegatus.

Item, Epiſcopus poteſt fructus ſequeſtrare pro reparatione, vel aliis neceſſariis.

Item, Epiſcopus etiamſi per iuramentum ceſſiſſet Eccleſiæ exemptæ, poteſt tamen viſitare.

Item, Epiſcopus poteſt viſitare Cappellaniam Iuriſpatronatus laicorum, etiam Regis, & ſi probatur Cappellaniam exemptam, vel in fundatione expreſſam, tunc viſitet vt delegatus Sedis Apoſtolicæ per hoc caput.

Item, Archiepiſcopus Sypontinus poteſt viſitare, examinare, & alia facere in Eccleſia ſancti Iacobi terræ Brachi, Tranenſis Diœceſis, vbi multa dantur, quæ poteſt facere Epiſcopus viſitans, *vide ibi.*

Item, Eccleſia quæ eſt exempta per ſententiam, Epiſcopus non poteſt viſitare, quia Concilium non ſequitur in iſto caſu, in Rota.

OBEERVATIONES DOCTRINÆ.

α L*ocorum Ordinarij.*] Cum appellatione Ordinariorum veniāt omnes habentes iuriſdictionem in ſubditos, vt ſuprà *ſeſſ. 6. cap. 3.* quæritur hodie an iſti Prælati, ſeu Ordinarij inferiores comprehēdantur decretis Concilij, in quibus decernitur quod poſſint aliquid facere etiam vt Sedis apoſtolicæ delegati, vt in hoc textu, & quoad hunc textum Epiſcopus viſitat Eccleſias exemptas, etiam inferioribus Prælatis ſubiectas, deputando Vicarium perpetuū arbitrio ſuo, & aſſignat portiones. Prax. *in verb. vnio, §. ad quartum fol. 213.*

Idem viſitat omnes Eccleſias parochiales ſuæ Diœceſis in quibus ſunt ſacerdotes ſæculares, licèt ſint Regularibus ſubiectæ. Idem habet ius viſitandi Eccleſiam & Clerum ſubditum Monaſterio Regularium virorum ex hoc decreto, licèt eis ab immemorabili tempore per ſe, vel ſuos Vicarios competeret Ius viſitandi. Nec contra voluntatem Epiſcopi Diœceſani poſſunt regulares prædicti eligere Epiſcopum extraneum ad Confirmationis ſacramentum, aut ordines ſacros, ſeu aliud Pontificale munus exercendum, iuxta *c. 5. ſeſſ. 6.*

β *Quomodolibet exemptas.*] De Lucenſi

Colle

Collegiata ſancti Michaëlis Iuriſpatronatus exempta à fundatione & dotatione, quæſitum eſt, an per hoc, decretum viſitari poſſit ab Ordinario; & reſpondetur poſſe, non tanquam ab Ordinario, ſed tanquam à Sedis Apoſtolicæ delegato. Hinc etiam orta cõtrouerſia inter Archiepiſcopũ Tranẽſem & Sypontin. ſuper Eccleſia ſæculari ſancti Iacobi terræ Baruli Tranen. diœceſis quæ reperitur per viam vnionis ſubeſſe Eccleſiæ Sypontinæ; cenſuit Congregatio de menſe Octobris 1581. Archiepiſcopum Tranen. tanquam Ordinarium poſſe eam viſitare, præſuppoſito quod ſit exempta ex cap. iſto & præcedenti, ſimiliter poſſe parochos, qui in earumdem animarum curam gerunt, examinare, *ca. per exemptionem, de priuileg. l. 6. & infr. ſeſſ. 24. cap.* 18. Item quod examinare debeat præſentatos in dicta Eccleſia ad Capellas, *c.* 13. *ſeſſ.* 7. *& cap.* 9. *ſeſſ.* 25. Item, quod Clerici Tranen. diœc. dictæ Eccleſiæ ſancti Iacobi inſeruientes promoueri non poſſint ad ordines ab alio Ordinario quàm Tranẽſi, vel de illius licẽtia, *cap.* 10. *ſeſſ.* 23. Item quod Clerici dictæ Eccleſiæ curam animarum gerentes, Synodo Tranenſi intereſſe debeãt, *ſeſſ.* 24. *c.* 2. Item, quod iidem Clerici ſancti Iacobi ad Proceſſiones Tranenſes accedere teneantur, *c.* 13. *ſeſſ.* 25. *de regular.* Item, quod Archiepiſcopus Tranẽſis eoſdem Clericos sãcti Iacobi corrigere, & punire poſſit etiam extra viſitationẽ vt Sedis Apoſtolicæ delegatus, *ſeſſ.* 14. *cap.* 4. Item, quod nullus in eadem Eccleſia confeſſiones audire poſſit niſi ab Epiſcopo Tranenſi examinatus, & approbatus exiſtat, *ſeſſ.* 23. *cap.* 15. Item, quod dicti Clerici ſancti Iacobi non poſſint publicare Indulgentias, *cap.* 9. *ſeſſ.* 21. neque monitoria, & excommunicationes concedere, *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. neque alia animarum curam concernentia facere, *cap. per exemptionem,* vbi Geminian. *num.* 5. & Franch. *num.* 3. *verſ.* 5. *not. de priuileg. lib.* 6. Ratio eſt, quia cum dicta Eccleſia ſancti Iacobi ſit in diœceſi Tranenſi, Archiepiſcopus Tranenſis habet fundatam intentionem ſuam, vt ipſe ſit illius Eccleſiæ Ordinarius, *cap. cùm Epiſcopus, de offic. ordin. lib.* 6. Pariſ. *conſ.* 95. *lib.* 4. & in omnibus Eccleſiis habet miniſtrorum inſtitutionem, curam, & regimen, *cap. præterea, & cap. relatum, de Iurepatronat.* Felin. in *cap. cùm venerabilis, num.* 32. *de except.*

Non obſtat quod quis in aliena Eccleſia poſſit acquirere Iuriſdictionem per priuilegium, & præſcriptionem, *cap. duo,* vbi *gloſ. de offic. Ordin.* & habere Eccleſiam ſubiectam in aliena diœceſi, Feder. de Sen. *conſ.* 99. Lap. *allegat.* 139. quia vt alteri acquiratur iſtud ius, neceſſe eſt quod primò eximatur à ſuo Ordinario, quod poteſt fieri exercendo per longum tempus Epiſcopalia in illo loco, Abb. in *cap. cùm non liceat, num.* 13. *de præſcript.* non enim poteſt præſcribere Eccleſiam vt nemini ſubſit, ſed bene exemptionem cum hoc quod alteri ſit ſubiecta, vt poſt Ioann. Andr. Card. & alios trad. Bald. *de præſcription. par.* 5. *quæſt.* 12. *fol.* 110. *tom.* 16. *tract.* cùm ergo acquiſierit ſibi exemptionem intrat Concilium in caſibus ſupradictis contra exemptos.

Minus obſtat quod de iure communi propriè ille dicitur exemptus, qui ſubeſt Papæ, qui eſt Iudex exemptorum, vt per Oldrad. *conſ.* 172. *num.* 13. non autem ille, qui ſubeſt alicui alteri Prælato, quia ſecus videtur reſpondendum ex decretis Concil. Trident. per quæ voluit, quod Epiſcopi viſitent exempta etiam quod alter ibi exerceat Iuriſdictionem Epiſcopalem, niſi habeat etiam temporalem, vt infrà *ſeſſ.* 25. *c.* 21. *de regularib.* Conſideratur enim exemptio à ſuo originali Ordinario, etiamſi alteri ſit ſubiecta, vt patet de Abbatibus, & aliis habentibus Iuriſdictionem Epiſcopalem in Eccleſia exiſtenti in alterius diœceſi, in quibus Epiſcopus ordinarius poteſt ea quæ Concilium permittit fieri in exemptos: locus enim exemptus dicitur de diœceſi Epiſcopi, Abb. in *cap. graui not.* 1. *de offic. Ordinar.* vbi Felin. *colum.* 3. idem in *cap. de monialibus, num.* 5. *de ſent. excommun. ratione exemptionis,* Rot. *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 145. & reiterum in Congregatione propoſita, & diſcuſſa, Illuſtriſſimi Domini ſteterunt in deciſis ſub die prima Februarij 1582. in fauorem Archiepiſcopi Tranenſis.

y Auctoritate Apoſtolica.] Fuit quæſitum præſuppoſito quod Epiſcopi quaſcunque ſæculares Eccleſias exemptas, ſiue nullius diœceſis Monaſteriis Caſſinenſibus vnitas, vel ſubiectas viſitare poſſint, & eis deſeruientes in diuinis corrigere, & reformare, præſertim ex declaratione Congregationis ad hunc text. *& ad cap.* 9. *infrà ſeſſ.* 24. (dummodò in illis locis vtraque Iuriſdictio non exerceatur ab Abbatibus.) An liceat ipſis Ordinariis Epiſcopis ordinaria,

L 3 vel

Digitized by Google

vel delegata poteſtate viſitare, adeò vt niſi priùs expreſsè declarauerint ſe tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatos viſitaturos, poſſit eis obſiſti. Reſpondetur ex hoc textu, *& cap. 9. infrà ſeſſ.* 24. non permitti Epiſcopis viſitationem, niſi ex Apoſtolica auctoritate; ergo non eſt opus declaratione facienda per Epiſcopum, cùm ſatis ſe declaret iſte text. *argum. cap. cùm aliquib. in fin. de reſcript. lib. 6.* intelligitur enim non poſſe fieri iure ordinario, ſed delegato.

δ Singulis annis.] Sed ſi neceſſitas exigat etiam bis viſitabunt, *gloſſ. in cap. conquerente, in ver. annuam, & in ver. viſitandos, de offic. ordinar.* quod cùm non immutetur per Concilium ſtare non prohibetur, *argum. l. præcipimus, C. de appellation.*

ε Et cura animarum.] Idcircò Epiſcopus debet viſitare Eccleſiam parochialem, eique de Parocho prouidere qui ſacramenta, & alia neceſſaria populo adminiſtret. Similiter debet conſtituere Vicarium perpetuum, vel temporalem in Prioratu cui animarum cura incumbit.

ζ Etiam ab immemorabili.] Nota hinc colligi, & ex *cap. 8. ſeſſ. 21. & cap. 9. ſeſſ.* 24. derogatum eſſe immemorabili, in fauorem Epiſcoporum, quoad viſitationem, Rot. *par. 1. dec.* 744. ſed Eccleſias exemptas viſitabit auctoritate Apoſtolica, Rot. *par. ſecunda deciſ. 207. per tot.*

Reſolutiones ſacræ Congregationis ad hoc cap. 8. ead. ſeſſ. 7. Concil. Trident.

Per hunc textum cenſuit ſacra Congregatio ſub die prima Aprilis 1574. poſſe Epiſcopum Cremonenſem viſitare Epiſcopum qui ab immemorabili tempore prætendit ſe ſubiectum Sedi Apoſtolicæ, & receptum ſub protectione Beati Petri, iuxta *cap. ſi Papa, de priuileg. in 6.* quia text. hic, & in *cap. 8. ſeſſ. 21. & cap. 9. ſeſſ.* 24. dat hanc facultatem Epiſcopis etiam vt ſedis Apoſtolicę delegatis, non obſtantibus conſuetudinibus, & immemorabilibus.

Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Dominus Abbas, & Monaſterium ſancti Stephani Ordinis Carthuſienſis, in diœceſi Squillacenſi habet ex pretenſo priuilegio anteceſſorum Epiſcoporum Squillacenſiū iura Epiſcopalia, & collationem quarumdam Eccleſiarum parochialium, & beneficiorum ſimplicium in quadam parte dictæ diœceſis exiſtentium, quæ Parochiales, & beneficia ipſe Abbas, & Monaſterium confert Clericis ſæcularibus in titulum perpetui beneficij, & beneficia prædicta ſunt omninò à mēſa Abbatiali, & monachali ſeparata, & habent bona, & redditus ſeparatos, prout habent alia beneficia eiuſdem diœc. quæ ſunt ad collationē dicti Epiſcopi. Circa quæ beneficia inter Reuerendiſſimum D. Epiſcopum Squillacenſem, & R. P. Abbatem prædictum ortæ ſunt differentiæ. An dictus Epiſcopus Squillacenſis poſſit prædictas Curatas Eccleſias ſaltem vti Apoſtolicæ Sedis delegatus viſitare, & Congregatio cenſuit non poſſe, cum in oppidis dictarum Eccleſiarum Abbas, & Monaſterium prædictum exerceant Epiſcopalem, & temporalem.

ADDITIO.

1 *Ordinarij.*] Vide Put. *deciſ. 213. num. 2. & deciſ. 239. lib. 3.* Zabar. *in Clem. attendentes, in princ. num. 6.* & ibi Anchar. *de ſtat. Monach.*

2 *Quomodolibet.*] Vide Fuſch. *de viſit. lib. 2. cap. 8.*

3 *Exemptas.*] Capellæ Regiæ huic decreto ſubiiciuntur, quia reſeruatio exemptionis, de qua infrà *ſeſs. 24. cap. 11.* procedit iuxta tertios, *cap. cùm Capella, de priuileg.* ſolùm quoad ſuſpenſionem, vel excommunicationem, aut interdictum, non quoad viſitationem, Rota *diuerſ. deciſ. 744. par. 1.* Vide Couarr. *pract. quæſt. cap. 11. num. 5.*

4 *Priuilegiis.*] Hic priuilegij appellatione venire etiam fictum priuilegium à fortiori: ſed in præſeruatione priuilegiorum odioſa, & ſtrictè intelligenda, non venire priuilegium fictum conductum ex immemorabili, Rota *diuerſ. deciſ. 744. num. 1. par. 1.*

5 *Immemorabili.*] Remiſſiora ergo ſiquidem immemorabili quaſi minimè releuanda concedendum non eſt, Rota *in nouis diuerſor. deciſ. 744. num. 1. p. 1.*

CAPVT

CAPVT IX.

Breue eſt, non ſummatur.

1 AD *maiores* Eccleſias 2 *promoti* [a] *α munus* 3 *conſecrationis β infrà* [b] *tempus* 4 *à iure ſtatutum* ſuſcipiant : & prorogationis vltra ſex menſes conceſſæ *γ nulli* 5 *ſuffragentur.*

a Seſ. 23. c. 2. c. quoniā quidā. diſ. 100. & inf. ſeſſ. 21. de ref. c. 2.
b Seſſ. 23. ea. 104. cū nullus de cap. ord.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α M*Vnus conſecrationis.*] Ante conſecrationem vocantur electi, non autem Epiſcopi, & poſſunt multa per Federic. de Sen. *conſ.* 302. ſequitur Theſaur. *for. Eccleſ. par. 2. cap. 16. num. 2.* videlicet iudicare, beneficia conferre, iuramenta vaſſallorum exigere, inueſtituras concedere, excommunicare, corrigere, pœnis plectere, abſoluere, mitigare, & indulgentias concedere.

β Infrà tempus.] Olim niſi infrà tres menſes à tempore confirmationis munus conſecrationis accipiebat, priuabatur beneficiis, quæ priùs habebat, gloſ. ordinaria *in cap. cùm in cunctis, in ver. decurſo, de elect.* ſed quoad priuationem Epiſcopatus ſex menſes expectabantur *cap. inter corporalia, ver. ſed neque de tranſlat. Prælat.* refert. Lap. *alleg.* 34. ſed hodie dic vt infrà *ſeſs. 23. cap. 2.*

γ Nulli ſuffragentur.] Vid. Card. Tuſcum *tom. 2. concluſ. 743. & ſequent. ſol.* 198. vbi ponit plures quæſtiones.

ADDITIO.

1 *Ad maiores.*] Dixi *ſeſſ. 23. cap. 2. in apoſt.* vacare Beneficia conſeruatione, adde Arnulf. *in tract. de iur. reg. priuil.* 18. vbi non valet diſpenſatio in prçiudicium Iuris regalis, & quod vacant etiam electo conſecrato ante tres menſes, de quo Steph. hic alleg. ſi rectè recolo de var. mod. vac. Dixi etiam electum non conſecratum non eſſe Epiſcopum, infertur quòd in Iure regale non ſit recipiendum ad iuriſdictionem fidelitatis. Idem *priuil.* 59.

2 *Promoti.*] Hi nomen accipiunt à conſecratione, vt Epiſcopi & Papa, Decia. *conſ.* 90. *num.* 11. *lib. 2. de Epiſcopis*, Gemni. *conſ.* 79. *num.* 6. Archiepiſcopi verò ad acceptionem pallij, vt præcitati tradunt, amplins in Papa exigunt coronationem, vt in Imperatore, & quid interim poſſint, vide *extra num. 4. de ſent. excomm, in comm. de Epiſcopis & Archiepiſcopis*, Ioan. Bapt. Fert. *conſ.* 90. *vol.* 1. & quod Pallij traditio operetur, ibidem interficiendum electo, non dicitur interfeciſſe Epiſcopum, impetratio per mortem electi, non eſt ob vacationem per obitum electus, non dat Indulgentiam, Sarnan. *de trien. quæſt.* 35. videtur limitandum in electis aliis, qui confirmare poſſunt, facit, quòd prouiſio Papæ habetur pro electione & confirmatione, Scaphil. *de lit. grat. tit. de aur. mod. vac. num.* 49. Idem in electo à quolibet confirmatore, Ruin. *conſ.* 153. *num.* 6. *vol.* 4.

3 *Conſecrationis.* Conſecratio eſt propriè Epiſcoporum, vnctio Regum. Steph. Mileret. *de lib. elect. & Reg. par.* 9. ante conſecrationem tamen poteſt quæ ſunt Epiſcoporum, exceptis his quæ pertinent ad ordines, & idem in Parocho non ordinato Nauarr. *conſ. 36. de ſponſ. num. 4. per caput Suffraganeis, & c. tranſmiſſam, de elect.* & ibi quæ iuriſdictionis, & quæ ordinis ſint, immò merum Imperium, vt in *diſp. Sigiſm. Rex diſp. diuerſ. de iur. il 2. de loco & tempore conſecrationis, infrà ſeſſ. 23. cap. 2. de reform.* Ioann. Santallus *ibi citatus in Sum. Pontif. in verb. Epiſcopus, num.* 18. & ideò in materia iuridiciali venit appellatione Epiſcopi, ſecus in proportionali, vel in differenti, Mil. *in repert. in ver. Epiſcopus, ver. Epiſcopi appellatione.*

4 *A iure ſtatutum.*] Niſi fuerint legitimè impediti, atque impedimenta excuſent, & quid ſi munus conſecrationis petierit à Papa, & noluerit concedere, vide

de Dominic. *Conſ. 42. per totum.*

5 *Suff agentur.* Antea concedebantur ad annum. Hæ autem prorogationes proſunt non ſolùm ad maiores has dignitates conſeruandas, ſed etiam ad alia conſecutiua, & ideò quamuis vacent priora Beneficia data negligentia petendæ conſecrationis, non tamen vacant pro tempore prorogato,gloſſ. *pragmat.ſanct. in §.inſuper,in verb. conced.tit. de collat.* quem refert & ſequitur Rebuff.*in pract.Beneſ. de diſp. ad plura Beneficia,num.74.*

Sed *not. in dec.175.Verùm Epiſcopus. à l.t. de temp. ord. in antiq. diſting.* aut prorogatio fit motu proprio, & procedit concluſio, aut ad ſuppoſitionem partis, aut tum ſecus.

Mihi placet prior opinio, quam ſequitur Staph. *de lit.grat.tit.de var.med.vacat.* per rationes ibi allegatas, & vide de Staph. *à num.46. vſque ad 54.* vbi multis modis declarant quod dictum eſt de vacatione Beneficiorum.

CAPVT X.

Sede vacante Capitula nulli dent reuerendas niſi arctato occaſione obtinendi, aut obtenti beneficij Eccleſiaſtici: pœna varia contra varios contrauenientes.

α 1 N*On liceat Capitulis* Eccleſiarum, Sede vacante, infrà annum à die vacationis, ordinandi licentia, aut litteras 2 *dimiſſorias*, ſeu reuerendas, vt aliqui vocant, tam ex iuris communis diſpoſitione, quàm etiam cuiuſuis priuilegij, aut conſuetudinis vigore, alicui, qui β *beneficij* Eccleſiaſtici recepti ſiue recipiendi occaſione arctatus non fuerit, concedere: γ *ſi ſecus fiat*, [a] δ *Capitulum* contrauenient Eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto: & ſic ordinati, ſi in minoribus ordinibus conſtituti fuerint, nullo priuilegio clericali,præſertim in criminalibus, ε 3 *gaudeant*: in maioribus verò, ab executione Ordinum, ad beneplacitum futuri Prælati, ſint ipſo iure ζ 4 *ſuſpenſi.*

a Infr ſeſſ.23. de ref.c.10.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α N*On liceat.*] Limitatur hìc poteſtas Capituli Sede vacante, quoad expreſſa in hoc *text.& in cap.10. infrà ſeſſ.23.* In reliquis autem remanet vt habeat Iuriſdictionem de Iure communi,vt per gloſ. *in cap.2.ne ſede vacan.*Panuin.*de offic.& poteſt.cap.ſede vacan.in 2.quæſtion. princ.* Ant. de Pret. *de Iuriſdict. Epiſcop.cap.5.nu.4.tom. 2 fol.305.& 356.*vide gloſ.*in cap.vnic.de maior.& obed.lib. 6. in verb. Is ad quem, & in ver. impartiri,*Nauarr.*de tempor. ordin.conſ. 31. de cap.ſede vacan.*vide prax.Neapol.*cap. 86.& ſeq.fol.459.*

An Epiſcopo Sede vacante exiſtente hæretico poſſit Capitulum concedere litteras dimiſſorias iuxta Iuris communis diſpoſitionem, *cap.cùm nullus,de tempor. ordin.lib. 6.cap.illa,vbi gloſ.in ver.collocationibus,ne ſede vacan.*Panuin.*ex offic. cap. ſed.vacan. q.2. princip.* quia poteſtas Prælati eo mortuo transfertur ad Capitulum per iura prædicta,& dubium faciebat, quia iſte Epiſcopus non erat mortuus naturaliter, & ſic non dicebatur propriè Sedes vacans, vt in *cap.ſeſſion.ſeſſ.24.Conc. Trident.* & licet Epiſcopus hæreticus priuatus ſit ipſo iure ex bulla Pauli IV. & Pij V. vt habetur in decret.Inquiſit. *par 2. fol.723. in littera D.* tamen non dicitur mortuus cùm poſſit conuerti, & ad ſuam Eccleſiam reſtitui: ſed hòc non obſtáte mihi videtur quod etiam in caſu prædicto dicitur Sedes vacare, & poteſtas Epiſcopi tranſit ad cap. *per text. ſing.in cap.ſi Epiſcopus,*vbi gloſſ.*in ver. mortem, de ſupplend.neglig.Prælat.*quæ æquiparat depoſitionem morti naturali, ſemper enim abſente Epiſcopo, ſiue iuſta, ſiue iniuſta

iuſta ſit eius abſentia, deuoluitur poteſtas ad Capitulum, direct. Inquiſit. *par. 2. in cap. ad abolendam, per illum text. de hæret. nu. 12. & 22. fol.* 182.

Capitulum ſede vacante ante Concil. Trident. poterat concedere dimiſſorias indiſtinctè, *cap. cùm nullus*, §. *Epiſcopo de tempor. ordin. lib.* 6. quod hodie per hunc text. limitatur infrà annum, ſed in reliquis faciendis eſt cõcluſio ordinaria affirmatiua, videlicet quod Capitulum ſuccedit Epiſcopo in omnibus quæ ſunt iuriſdictionis ordinariæ, exceptis caſibus expreſſis. Panormitan. in *cap. cùm olim, de maiorit. & obed.* Feder. de ſen. *conſ.* 30. *&* 40. Panuin. *de offic. & poteſt. Cap. ſede vacan. par. 2. cap. 1. num.* 3. Card. Tolet. *in ſumm. lib. 1. cap. 49. verò ſecunda habetur, infrà ſeſſ. 24. cap.* 16. vbi not. ac etiam ſuccedit Capitulum in his quæ ſunt ordinis ad effectum committendi alteri Epiſcopo, Quarantiq. *in compend. bulla fol. 131. verò ſubuertitur. c. 10. ead. ſeſſ. 7. de ref.*

β Beneficij.] Reſtringitur ius commune quo poterat quis promoueri ad titulum patrimonij, *cap. accepimus de ætat. & qualitat.* Panuin. *de offic. & poteſt. Cap. ſede vacan. in quæſt. 3. 1. par. tom.* 2. Quæro an poſt annum ſaltem habet locum ius commune, vt Capitulum poſſit dare licentiam ad titulum priuationis, textus hic videtur innuere quod ſic, quia prohibet tantummodo infrà annum. Tu dic quod in hoc iſte textus recipit interpretationem ad *cap. 2. ſeſſ. 21. de ordination. ad tit. patrim. ex cauſ. ibi expreſſ.* poſt annum ſede vacan. Capitulum litteras dimiſſorias, & facultatem ordinandi, concedere poteſt etiam in Eccleſia vacante. Federic. de Sen. *conſ.* 30. *&* 40.

γ Si ſecus fiat.] Amplia pœnam ad eum qui ſuccedit loco Capituli, *infrà ſeſſ. 23. cap.* 10.

δ Capitulum.] Contraueniens Eccleſiaſtico ſubiaceat interdicto, quia Capitulum, Collegium, & Vniuerſitas non poſſunt excommunicari, ſed interdici, *cap. Romana*, §. *in Vniuerſitatem, de ſententia Excommun. lib. 6. gloſ. in Extrauag. Ioann. 22. ſuſcepti regiminis, propè fin. in verb. C. de elect.* Nauarr. *eod. tit. de ſent. excommunicat. conſ.* 9.

ε Gaudeant.] Nauarr. conſuluit *par. 1. de tempor. ordin. conſ.* 20. hoc verbum gaudeant eſſe futuri temporis per quod tempus non infligitur pœna ipſo iure: contrarium mihi videtur verius per *text. cùm ibi not. infrà ſeſſ. 23. cap. 6. per illa verba, Is etiam fori priuilegia non gaudeat.* Quod ſi Abbas dimittat famulum ſuum, ſuæ iuriſdictioni ſubiectum, ſæculare tamen, & dicit quod incurrit ſuſpẽſionem annalem, & ſi celebrat fit irregularis, & tenetur reſtituere fructus quos percepit vltra ſuſtentationem. Nauarr. *de tempor. ordin. conſ.* 23.

An Capitulum vel adminiſtrator loco Capituli Sede vacante iuxta hunc. *text. & cap. 10. ſeſſ. 23. in fine*, poſſit concedere licentiam ordinandi Regularibus profeſſis à ſuis ſuperioribus approbatis, & videtur quòd nõ per hunc textum per quem prohibetur non ſolùm dimiſſoria, ſed cõmendatitia, ac etiam omnis licentia ad ordines ſuſcipiendos, infrà annum à die vacationis Sedis Epiſcopalis; ſed valdè dubito, nam Concilium videtur loqui de ſæcularibus diœceſanis dum ſe fundat in ratione beneficij acquiſiti, vel acquirendi, quæ ratio non militat in regularibus quibus non conferuntur beneficia, cùm ordinentur ad titulum profeſſionis, & cùm eorum ſuperior cum his diſpenſet, vt ordinentur propter religionis ſuæ neceſſitatem, eóſque approbet, nihil habet Capitulum gerendi in hoc caſu, quod ad eius munus pertineat, niſi licentiam dare ad ordines ſuſcipiendos, ſed valdè obſtat huic opinioni *cap. 8. ſeſſ.* 23. vbi præcipitur Epiſcopis ne aliquos dimittant, niſi probatos. Præterea etiam dimiſſi, & approbati à ſuis ſuperioribus examinandi ſunt quoad ſcientiam ab Epiſcopo ordinante in cuius locum, & ius ſuccedit Capitulum, niſi reſtringamus hunc text. ad caſum, *cap. 10. infrà ſeſſ. 23. in fin.* vbi nil dicitur contra ordinantes, vel concedentes licentiam, vel litteras commendatitias, ſed tantùm contra concedentes dimiſſorias ſub pœna ſuſpenſionis, in hoc verò text. nulla imponitur pœna Capitulo, vide quæ *not. ad illum text. in fin.* & Nauarr. *conſ. 44. de tempor. ordin.* & quod Regulares, vel exempti non includantur ſub hoc text. tenet Card. Tolet. *in Sum. lib. 1. cap. 49. verſ. Quinta habetur*, & an Capitulum ſuccedat in ius Epiſcopi, & quæ poſſit, vide per Feder. de Sen. *conſ. 30. & 40. per tot.* vbi pleniſſimè fauet *Cap. ſede vacan.* Rebuff. de deuolut. *num. 58. & ſeq.* Graff. *in lib. caſ. conſcien. lib. 4. cap. 15. num. 51. & ſeq.* Nauar. *de fil. presbyt. conſ.* 11. Delphin. *lib. 1. dec. 92. fol.* 25.

ζ *Suſpenſi.*] Licèt ſit ſuſpenſus ad beneplacitum Prælati, tamen ſi miniſtrauerit ante obtentum beneplacitum efficitur irregularis, quia ſuſpenſio in hoc caſu oritur ex delicto inobedientiæ ſecundùm veriorem ſententiam, de qua *Diaz. in prax. crim.can.cap.22.verſ.ſi quis eſſet.*

ADDITIO.

1 *Non licet Capitulis.*] Vide infrà *ſeſſ.23. & 8.& 10.* In aliis regula eſt, quòd iuriſdictio ordinandi Epiſcopum tranſit in Capitulum Sede vacante, & hic quod poteſt Capitulum diſpenſare cum illegitimo, ad ordines minores, & beneficium ſimplex, Nauarr.*conſ.31.de temp.ordin.*

Et not.quod in hoc cap. non ſuccedit in locum Epiſcopi, nec in emolumento iuriſdictionis, vt infrà *ſeſſ.24. cap. 16.*

Sede Apoſtolica vacante tunc Sac. Colleg. litteras dimiſſorias dare prohibitum non eſt, Symon.Maiol. *de irregul. lib.4. cap. 50.num.50.* Lop.*in add.ad pract.* Diaz.*cap.26. fol.114.*

Dimiſſoriæ conceſſæ à Capitulo in caſibus à conſilio permiſſis non expirant, licet expiret iuriſdictio Capituli, Lopez *vbi ſuprà, fol. 114. col. 2.* nec tranſit poteſtas in feudorum finib. Echius *de feud.p.6. num. 4.* Quod tranſeat ordinaria non delegata, Maran.*in ſpec.p.4.diſt.5.num. 71.* & an poſſit abſoluere à iuramento, vide *in l.ſi quis maior.C.de tranſact. cap.1.de maior.& obed.in 6.*

Capitulum commendat beneficia ad diſpenſationem Epiſcopi pertinẽtia, Prob. *de iur.regal.quæſt.19.num. 5. vide 5.cap.5.* de Rebuff.*in pract.tit.de reuolut. num.58. Conſil. Reg.* quòd ſuccedit loco Epiſcopi, *cap. pen. & vlt.de ſuppl.negl.prælat. in 6.cap.15.cui, de Cler.in 6.* & de litteris ad Ordines, vide *nu. 67.* & de his quæ poſuit, vel non, de quo Petr.Mon. *in cap.1. de maiorit. & obed. in 6.* relatus à Mil. *in repert.in verb. Capitulum,* vbi de hac materia habet locum etiam quando Epiſcopus notoriè eſſet hæreticus, quia poteſtas tranſit in Capitulum, & diſperſis Canonicis ſufficit licẽtia vnius reſidentis, diſperſis aliis propter hæreſim; nemine autem reſidente, non ad viciniorem, ſed ad Sedem Apoſtolicam recurrendum. Congregatio. Declaratur, vt infrà *ſeſſ.23.de Reform.cap.10.Congreg.*

2 *Dimiſſorias.*] Literas tamen ad primam tonſuram cõcedit Vicarius Capituli infrà annum, vt præſentatus à perſonis laicis obtineat Beneficium patronatum. Congregatio poteſt etiam concedere licentiam extero Epiſcopo ordinandi Clericos iſtius Diœc. iuxta tamen formam huius decreti, & alios habentes dimiſſorias, Congregatio ad hanc declarationem, vide Rebuff.*in pract.tit.de deuolut.num.166.*

3 *Gaudeant.*] Per ſententiam, vel per exceptionem, non ipſo iure, & hic priuilegij appellatione Beneficium continetur, Nauarr. *de temp.ordin.conſ.20.* vide eundem *eod.tit.conſ.24.& infrà ſeſſ.23.cap.10.*

4 *Suſpenſi.*] In minoribus ergo ſuſpenſio locum non habet, & poterit Beneficia obtinere Congregatio, ſuſpenſio licèt ad beneplacitum efficitur irregularis, Diaz.*in pract.crim.in verb. extra temp.cap.26.*

CAPVT XI.

Aliquorum facultates de promouendo continere debent expreſſam cauſam ob quam alienum accidere debeat Epiſcopus.

α 1 FAcultates de promouendo à quocumque, non ſuffragentur, niſi habentibus β *legitimam cauſam,* ob quam à propriis Epiſcopis 2 *ordinari* non poſſunt in litteris exprimendam: & tunc non ordinentur, niſi ab Epiſcopo in ſua diœceſi reſidenti, aut pro eo Pontificalia exercente, & diligenti præuio 3 *examine.*

DECLA

DECLARATIONES CARDINALIVM.

FRatres Carthuſienſes, qui volunt ordinari ab Epiſcopo alterius Diœceſis, debent habere licentiam ab Epiſcopo in cuius Diœceſi exiſtunt.

Item, facultates de promouendo à quocunque intelligantur à Sede Apoſtolica, & non ab Epiſcopo, illæ enim ſunt dimiſſoriæ.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α FAcultates.] In hoc prodeſt indultum Apoſtolicum, vt poſſit ordinari in aliena Diœceſi ab eo qui pro Epiſcopo ordinario exercet pontificalia vt differat à *cap. 5. ſuprà ſeſſ. 6.* quia ibi priuilegium fuerat conceſſum ordinanti, vt poſſit etiam in aliena Diœceſi ordinare quod eſt odioſum, & non habet locum, niſi illis duobus concurrentibus. Hic verò indultum ex legitima cauſa conceditur ordinandis, vt poſſint à quocunque ordinari, Prax. *in verb. dimiſſoriæ quæſt. 5.*

β *Legitimam cauſam.*] Dic infirmitatem, vel ſimilem quæ in litteris debet exprimi, Prax. *in verb. dimiſſoriæ, ead. quæſt. fol. 74.*

ADDITIO.

1 *Facultates.*] Dicuntur facultates à Sede Apoſtolica, literæ dimiſſoriæ ab Ordinario. Congr.

2 *Ordinari.*] Vt probitatis ac morum à ſuo Ordinario teſtimonium prout ſignatura S. D. N. clauſulam illam iam dudum ſolita eſt apponere in facultatibus de licentia ſui Ordinarij, Congregatio de hac clauſula, idem teſtatus eſt Staphil. quem contra Congregationis fidem reprehendit Mandoſ. in licentia de promouẽdo, in verb. additionem, fatetur eam apponi in facultatibus quæ Religioni conceduntur, & appoſita plurès remouere abuſus, *in verb. ſi tamen.*

3 *Examine.*] Si examen Epiſcopo commiſſum fuerit à Papa cum clauſula, *ſuper quo conſcientiam tuam oneramus*, ab Epiſcopo delegari poteſt, quia talis clauſula non formam delegationis, ſed monitionem importat, pertinet directa Ordinario, Nau. *conſ. 2. de offic. ordin.*

Aduertendum eſt cùm dicit, Præſertim, quia videtur ſentire, quòd ſi non Ordinario committeretur, idem eſſet: in quo tamen contrarium videtur dicendum, quia talis delegatus non ſubdelegat, Aſin. *in prax. §. 7. cap. 5. limit. 6. num. 10.*

Notandum etiam quoniam ad illam clauſulam, quòd Iudex ita delegatus in ſententiam debet iurare, quòd ita ſibi dictat conſcientia, Alex. *conſ. 45. num. 8. vol. 6.*

Etiam ſi abſint Epiſcopi à ſuis Diœceſibus, debent eos quibus dimiſſorias concedunt ſuo ſubiicere examini, vel ordinandos ad ſe vocare, ſi commodè id fieri poſſit, aut examen Ordinario loci, in quo degunt ordinationem committere.

CAPVT XII.

Breue eſt, non ſummatur.

1 FAcultates de non 2 *promouendo*, α *præterquam* in caſibus à iure expreſſis, conceſſæ, ad annum tantùm ſuffragentur.

α Cap. licet canon, & cap. cùm ex eo, de elc. in 6.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

FAcultas de non promouendo, interim dum non promouetur, debet per Cappellanum onus Miſſarum ſuppleri.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α PRæterquam in caſibus.] *Cap. 12. ſeſſ. 24. verb. neminem, per cap. licet canon. & cap. cùm ex eo, de elect. lib. 6.*

ADDITIO.

1 *Facultates.*] Vide Rebuff. *de diſpenſ. non promouen.* & adde quod valent facultates conceſſæ etiam in fine anni, ei quem certum eſt amplius promoueri, non poſſe, quia adhuc ius habet in Beneficio. Staphil. *de liter. grat. ad var. mod. vac. num. 60.*

2 *Promouendo.*] Interim expenſas & onera per Cappellanum quem ſuſtinere tenetur ſuſtinere debet. Congregatio.

CAPVT XIII.

A quocumque præſentati non inſtituantur, niſi præuio examine Ordinarij & approbatione, exceptis certis.

1 PRæſentati, ſeu electi, vel nominati α à quibuſuis Eccleſiaſticis perſonis, etiam Sedis Apoſtolicæ Nunciis, 2 *ad quæuis* Eccleſiaſtica 3 *beneficia* non inſtituantur, [a] nec confirmentur, neque admittantur, etiam prætextu cuiuſuis priuilegij, ſeu conſuetudinis, etiam ab immemorabili tempore præſcriptæ, niſi fuerint priùs à locorum β *Ordinariis* examinati, & idonei reperti. Et nullus 4 *appellationis remedio* ſe tueri poſſit, quò minùs examen ſubire teneatur. [b] Præſentatis tamen electis, ſeu nominatis γ *ab* Vniuerſitatibus, ſeu Collegiis generalium Studiorum exceptis.

a Infr. ſeſ. 25. c. 9. ref.

b Vide ſeſ. 24. ca. 18. vbi exceptio videtur reuocari.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

QVi Collatoribus inferioribus obtinent beneficia Curata, debent examinari ab Epiſcopo: ſed ſi beneficia ſimplicia pertinentia ad Collatores inferiores, vel Monachos, non debent ab Ordinario examinari.

Item, qui obtinent beneficia Iuriſpatronatus etiam ſimplicia, examinentur ab Epiſcopo.

Item, licèt præſentati, vel nominati à quibuſuis ſint approbandi ab Epiſcopo, tamen non habet locum in his qui aſſumuntur in Eccleſiis receptiuis, niſi agatur de Beneficiis.

Item, in Beneficio ſimplici Iuriſpatronatus, examen pertinet ad Epiſcopum, & non ad alium etiam exemptum.

Item, pro Beneficio ſimplici, Epiſopus non tenetur examinare quando agitur de Collatione, ſecus in inſtitutione, *ſeſſ. 25. cap. 9.*

Item, præſentati ad portiones Iuriſpatronatus laïcorum, etſi inſtitutio pertineat ad Capitulum tamen debent examinari, & approbari ab Epiſcopo ante inſtitutionem, *ſeſſ. 24. cap. 18. & ſeſſ. 25. cap. 9.*

Item præſentata ad Parochias Hieroſolymitanæ Religionis, Epiſcopus examinet, & approbet.

Item, quando Manſionarij amouibiles ad nutum eliguntur à Capitulo, & ab Epiſcopo approbantur, & confirmantur, poſſunt ab eodem examinari.

Item, cognoſcere de iure litigantium, & an ſint de Iurepatronatus ſpectat ad inferiorem Collatorem, qui habet ius inſtituendi, ſed examen & approbatio ad Epiſcopum.

Item Beneficiati qui admittuntur in Eccleſiis receptiuis, examinentur & approbentur.

Item, Epiſcopus poteſt compellere Beneficiatos, oſtendere Bullas, & niſi fuerint examinati declarare omnia irrita, & vt fructus reſtituant, niſi velint iterum ſe examini ſubiicere, *ſeſſ. 25. cap. 9.*

Item, hoc cap. intelligitur, vt præſentatio fiat ſoli Epiſcopo ad effectum examinis dumtaxat, non obſtante conſuetudine.

Item, quando in Eccleſiis datur aſcenſus ad pinguiorem præbendam, verbi gratia, Canonicatum, non ſufficit nouum examen; ſed in quolibet aſcenſu de nouo examinetur, & non loquitur de Collegiata,

ta, cuius Canonicatus collatio liberè ſpectat ad Capitulum.

Item, quando per literas Apoſtolicas committitur Epiſcopo examen alicuius pro Beneficio ſimplici, Epiſcopus poteſt illud delegare, non obſtante quod in literis ponatur, *Cuius conſcientiam.*

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α A *Quibuſuis.*] Iſta littera A, delenda eſt, quia neque in originali, neque in antiquioribus habetur exemplaribus, & nõnulli Patres qui Concilio interfuerunt, teſtantur ita conſcriptum Codicem. Præterea ſi hæc littera non deleretur ſequeretur quod Concilium eſſet ſibi contrarium, nam *cap.3.ſeſs.13.* cauetur quod omnis præſentatio ad effectum examinis debet fieri Epiſcopi, ergo in datiuo caſu legi oportet non ablatiuo, vt ſit ſenſus quod licet de beneficio ſimplici Iuriſpatronatus inſtitutio pertineat ad inferiorem, iuxta *cap.9.ſeſſ.25.* tamen examen ſpectat ad Epiſcopum, vt hic Rota *par.2.dec.2.num.2.* hoc amplius, niſi tollatur hæc littera ſequeretur, quod *text. in dicto c.9.ſeſſ.25. ver. quoad inferiores*, ibi iuxta aliàs ſtatuta ab hac ſancta Synodo non haberet alium text. ad quem ſe referret, cùm nullibi præterquam hic in Conc. reperiatur cautum circa examen beneficiorum ſimplicium Iuriſpatronatus, & ita cenſuit Congregatio ſub die 18. Iunij 1573. ſed in contrarium, vide in fine huius text. vbi eſt ſpeciale in Vniuerſitatibus.

Abbates, & alij etiam omnem Ordinariam iuriſdictionem habentes non poſſunt inſtituere in beneficiis ſimplicibus præſentatos à patronis abſque præuio examine Epiſcopi ex hoc decreto, *& ſeſſ.25. cap. 9.* & aliter facta inſtitutio eſt nulla, *ex eod. cap. 9.*

β *Ordinariis.*] An iſti ſint ſoli Epiſcopi, vel poſſint eſſe inferiores Ordinariam iuriſdictionem obtinentes, qui ſunt etiam Ordinarij, iuxta *not. ſuprà ſeſſ.6. cap. 3.* & quoad curata credo quod ſint ſoli Epiſcopi excluſis inferioribus.

γ *Ab.*] Hæc propoſitio videtur impedire quominùs prima pars huius text. legatur in caſu datiuo, exceptio enim firmat regulam in exceptis cum omnibus ſuis qualitatibus, dixi *ſuprà eod. text.* & eſt ſpeciale in vniuerſitatibus.

Per hunc text. vbi exempti non habent deputatum certum Iudicem in cauſis Ciuilibus, cognoſcentur ab Ordinario. Idem in criminalibus, *infr. ſeſſ.14. cap.4.* tanquam Sedi Apoſtolicæ delegato, idem in priuilegio perſonali, *ſuprà ſeſſ. 6. cap. 3.* etiamſi nullius ſit diœceſis, *ſeſſ. 24. cap. 10.* etiamſi aliquo titulo ſint inſigniti, *ibidem cap. 11.* & ratione delicti remittuntur ad Iudicem loci delicti. Couarr. *pract. quæſt. c.11. nu.5.*

ADDITIO.

1 *Præſentati.*] Hoc decretum non comprehendit Eccleſiam Collegiatam, cui Canonicatuum collatio liberè ſpectat ad Capitulum. Congregatio.

2 *Ad quæuis.*] Etiam ad ſimplicia, quæ ſint Iuriſpatronatus. Cõgregatio. Et quamuis hic textus generaliter loquatur, tamen ab hoc decreto ſunt excepta Beneficia Curata tam patronata, quàm non patronata, in quibus ſeruandum eſt, *cap. 18. de reform. ſeſſ.24. arg. 24. l. doli, clauſula, de verb. ſignif.* Rota *diuerſ. deciſ.10. num. 1. par. 2.* procedit etiam hic textus in Beneficiis ſimplicibus, etiam ex ſententia Cardinalis Alciati olim Præfecti Congregationis Concilij, vt ibi. Aduerte tamen quod hic text. non procedit in ſimplicibus, quorum libera collatio pertinet ad inferiorem, ſecus ſi inſtitutio pertinet ad inferiores, vel ad Monachos, & tunc ſit, iuxta *cap. 9. de Reform. ſeſſ. 25. Congreg.*

3 *Beneficia.*] Idem in obtinentibus Curata ab inferioribus Collatoribus, ſecus ſi ab eis beneficia ſimplicia obtinuerint. Congregatio. In euentis autem examen fieri debet, vt *infrà ſeſſ.24. cap. 18.* ſiue Patronata ſint ſiue libera. Congreg. In aliis quibuſcunque Beneficiis, quorum præſentatio, electio, vel ordinatio ſpectat ad Eccleſiaſticos inferiores, vide *ſeſſ.25. cap.9.* & Rota *diuerſ. deciſ.702. p.1.*

Ex hoc decreto, & *cap.9. ſeſſ.25.* Epiſcopus poteſt compellere poſſeſſores Beneficiorum, ſiue ſimplicium, de Iure patronatus ad oſtendendum eorum Bullas, & ſi non fuerint examinati priuare eos fructuum condemnatione; Si verò iterum

examini ſubiiciantur, & idonei fuerint eis Beneficium concedere debet. Congregatio. Et ſi inſtitutio pertinet ad inferiorem, ita vt non pendeat à Iurepatronatus, quod per Concilium ſublatum eſt, *ſeſſ.25. cap.9.* præſentatio ſoli Epiſcopo fit ad examen, dumtaxat immemorabili non obſtante.

Examen commiſſum à Papa, eius qui obtinuit ſimplex Beneficium commiſſum, à Papa delegari poteſt. Congreg. vt *ſuprà cap. præced.*

Ad hoc cap. 13. videndus eſt text. *in cap. quod autem, & in cap. ſignificaſti, de Iurepatronatus*, vbi Doct. qui addunt, Epiſcopos, & Vicarios peccare, qui ſine examine præſentatos inſtituunt, & Eccleſiæ læſæ ad ſarciendum damnum teneri exemplo Magiſtratus, in Caſu *l.1. & per tot. de Magiſtr. conuent.* Rebuff. *in ſua prax. tit. de præſent. num.* 10. quod autem de Vicario dictum eſt, reſtringitur vt non præcedat quando Epiſcopus certum nominauit, vt inſtituetur. Idem Rebuff. *in form. Vicarius Archiepiſcopi num.* 85. *arg. cap. ſi Epiſcopus, de præbend. in 6.* niſi aliàs Vicarius cognoſceret, nominauit inhabilem, quia tunc Epiſcopum monere debet, *num.86.* Quid autem ſi iſti promouendi ad Beneficium ab eo examinati fuiſſent cum ordine qui eos inſtituere debent, vide *text. & Doct. in cap. accipimus, de ætat. & qualit.* Rebuff. *de reſcript. in foro Com. num.* 11.

Tenetur etiam Epiſcopus ſi malum examinatorem, aut ignarum elegit, exemplo exercitatoris qui pro malo magiſtro nauis pœna. *l.1. §. Magiſtrum, de exercit.* Rebuff. *ad reg. Canc. de Cleric. ad ſacros Ord. malè promot. num.*14.

4 *Appellationis remedio.*] Per hoc non tollitur appellatio à relatione & grauamine examinatorum, Rot. *diu. deciſ.* 10. *nu.* 2. *par.* 2. *ſecus in curatis, cap.*18. *§. quod ſi hi, in verb. nec prædeceſſorem, de reform. ſeſſ.*24.

CAPVT XIV.

Cauſæ ciuiles exemptorum, Clericorum ſæcularium, & regularium degentium extra monaſterium, videantur ab Epiſcopi vt deputatis à Sede Apoſtolica.

1 IN *exemptorum cauſis*, conſtitutio Innocentij quarti quæ incipit, [a] 2 *Volentes*, in generali Concilio Lugdunenſi edita, ſeruetur; quam eadem ſacroſancta Synodus innouandam cenſuit, & innouat: addendo inſuper, quod in ciuilibus cauſis mercedum, α *& miſerabilium* perſonarum Clerici ſæculares, β 3 *aut regulares extra* monaſterium degentes, γ *quomodolibet* 4 *exempti*, etiam ſi certum iudicem, à Sede Apoſtolica deputatum, in partibus habeant: in aliis verò, ſi ipſum iudicem non habuerint, coram locorum Ordinariis, tanquam hoc ab ipſa Sede delegatis conueniri, & iure medio ad ſoluendum debitum cogi, & compelli poſſint priuilegiis, exemptionibus, 5 *Conſeruatorum deputationibus*, & eorum inhibitionibus aduerſus præmiſſa nequaquam valituris.

a Infr. 6. decr. de priu. cap. 1. vide poſt fin. huius l. infr. ſeſ. 14. de ref. c. 6. in fi.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

PRæpoſitus exemptus, ſic & Regulares Militiæ regni Portugalliæ poſſunt in ciuili conueniri coram Ordinario loci, niſi in his Apoſtolicis delegetur alius.

Item, ſi Regulares delinquunt extra clauſtra, ſed in Eccleſiis Prioratuum militiarum, vel aliis ſimplicibus Beneficiis, quibus ſeruiunt, non comprehenduntur hoc decreto; ſed ſolùm ſi Beneficia ſint Curata, poſſunt viſitare perſonæ inſeruientes, *ſeſſ.6. cap.9. de Reform.*

Item, hoc decretum habet locum in Regularibus exemptis, qui extra Monaſterium

rium inſeruiunt Beneficiis,quæ ſunt membra Regularium.

Item, habet locum in Regularibus Militibus, etiam quoad cauſas mercedum, qui de licentia Regis extra Monaſteria degunt,& habent ſuos Viſitatores, & Ordinarios Iudices.

Item, ſtudentes ſcholaſtici in Vniuerſitatibus non ſunt exempti à iuriſdictione Epiſcopi, quin eos puniat, non obſtantibus priuilegiis Vniuerſitatis,quæ ſunt ſublata; nota ſi cholaſtici ſint Canonici, vel comprehenſi,*cap.6.ſeſſ.25.* poſſunt puniri à Rectore ſtudij ſi habent priuilegium.

Item, Gregorius XIII. conceſſit Regularibus omnibus, vt in Ciuitatibus Italiæ eligerent Conſeruatores, quos non mutarent, quorum nomina dentur Epiſcopo intra menſem, ſecus conueniantur coram Ordinario.

Item, Conſeruatores Ciuitatum,& Regularium non ſunt hìc comprehenſi, nec *cap.* 10. *&* *cap.* 20. *ſeſſ.* 24. Vide Bullam Pij IV.

Item, exempti vbi non habent deputatum certum Iudicem in ciuilibus, cognoſcuntur ab Ordinario loci, ſic in criminalibus, vt à delegatis Sedis Apoſtolicæ,*cap.* 4. *ſeſſ.* 14. Idem in priuilegio perſonali, *cap.* 3. *ſeſſ.* 6. etiamſi ſit nullius, *cap.* 10. *ſeſſ.* 24.

Item, quando exemptio prodeſt tàm ſæcularibus quàm Regularibus, in cauſis ciuilibus, vel criminalibus. *Vide ibi.*

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α ET *miſerabilium.*] Miſerabiles perſonæ quæ ſint, vide per Felin. *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ,nu.5.de Conſtit.& add. quæ not.infr.ſeſſ.14. cap.5.*

β *Aut regulares extra.*] Niſi ſint extra de licētia ſuorum Superiorum & pro ſeruitio Eccleſiæ,quia tunc nō ſunt ſub Ordinario, ſed remanent ſub viſitatione,& Iuriſdictione ſuorum Superiorum, & ita fuit reſolutum inter alias reſolutiones Portugall. Dummodò loca illa in quibus habitant,ſint, vel membra Monaſteriorum, vel ipſis vnita, & ita intelligatur, *cap. qui verè 16.quæſt.*ſed quoad cauſas Ciuiles remanent ſub poteſtate Epiſcoporum,etiam ſi ex priuilegio extra monaſterium degant, vt hic niſi conſeruator datus ſit eis, vide Prax. Neapol.*cap.58.num.*10.

γ *Quomodolibet exempti.*] An iſte textus procedat, quando delinquens ſit exemptus, & delinquat in loco exempto, propter duo priuilegia, vide negatiuè per Fuſc.*de viſitation.lib.2.cap.17.num.3.*

Diſtinctio cum pluribus ſubdiſtinctionibus,ad hoc cap.14. eadem ſeſſ. 7.

Quæſitum fuit, an exemptio proſit hodie tàm ſæcularibus,quàm regularibus aduerſus Epiſcoporum, & aliorum Ordinariorum Iuriſdictionem,& Rot. *par.1.diuerſ. deciſ.*702. tenuit ſimiliter quòd ſic,ratione contractus, & rei de qua agitur,per *cap. volentes, de priuileg. lib. 6.* innouatum hìc per Concilium,& de hoc videatur Gemin. *conſ.72.num.6.*

Sed pro clariori tantæ quæſtionis explicatione diſtinguendum exiſtimo per plura membra. Nam aut loquimur de exemptione regularium, aut ſæcularium; ſi de regularibus, & tunc aut loquimur de ipſorum cauſis criminalibus, aut Ciuilibus; ſi de criminalibus,& tunc aut Regulares delinquunt in crimine hæreſis, & aliis ſimilibus, *not.per gloſ.in dicto cap. volentes,in verb.inſtituta, & per gloſ.in extrauag.inter cunctas, §. caueant,in verſ.ſuperiori, de priuileg per cap. ad abolendam, §. fin.* vbi etiam *not. de hæret. & in* Concil. Trident. *ſeſſ.5. cap.2. propè fin.*aut delinquunt contra Epiſcoporum Iuriſdictionem circa ea quæ Epiſcopo ſunt conceſſa, & ab eis prohibita, veluti ſi Regulares accedant ad Monaſteria Epiſcopis ſubiectas ſine Epiſcoporum expreſſa licentia,ex Bulla Fe. record. Pij Papæ V.circa Paſtoralis,quarto calend. Iunij, anno primo, vel audiant confeſſionem ſine facultate ſibi facta, *ſeſſ.23. cap.15.* vel prouideant circa monialium clauſuram ipſis Epiſcopis inuitis,*argum. cap.ſane, vbi gloſ.in ver.obedientiam, de exceſſ. Prælat.* & per *d. Bullam Pij V.* vel vocati ad publicas proceſſiones accedere recuſant, *cap.13. de regularibus*, vel quia ipſi Regulares ſibi licentiam cōcedant monialibus ad exeundum à ſuo Monaſterio,*ſeſſ.25.cap.5.de regularibus*, & Bulla prædicta, vel prædicant ſcandala,& errores Eccleſiis etiam ſuorum Ordinum,*ſeſſ.5.cap.2.* vel interdicta, & feſta per Epiſcopum promulgata in eorum diœceſibus non obſeruant,*ſeſſ. 25. cap.2. de*

regula

regularib. Aut ſine eorum licentia Dei verbum publicè prædicare contendant, *ſeſſ.5. cap.2.& ſeſſ.24.cap.* 4. vel in inſtituenda lectione in ipſorum Monaſteriis negligenter procedant, *ſeſſ.5.cap.* 1. vel ſi dimiſſorias concedant, aut ordines conferant ſubditis ſæcularibus, *ſeſſ.7.cap.*10.*& ſeſſ.23.cap.*10. vel ſi publicè legant non facta priùs fidei profeſſione coram Epiſcopo loci, iuxta Bullam.Fel.*record.Pij Papæ,Sacroſancta* 1564. vel ſi in ipſorum Eccleſiis Curatis non reſideant, *ſeſſ.6.cap.2.& ſeſſ.25. cap.11. de regular.* vel ſi excedant metas ſuorum priuilegiorum, per *gloſ.in cap.patentib.in verb.potiùs, de priuileg.* nam his omnibus caſibus exemptio Regularibus non ſuffragatur, cùm ſint ſpecialiter prohibita per iura in quolibet caſu ſuprà adducta. Quòd procedit, tam ſi delinquant intra clauſtra, quàm ſi extra, quia in prædictis Epiſcopus habet de iure fundatam intentionem ſuprà omnes, Rot. *par. 1. diuerſor. dec. 78.* ſi verò delinquant in aliis caſibus præter prædictos, & tunc diſtinguemus, aut regulares degunt intra clauſtra, aut extra; primo caſu de ipſorum clauſtralibus delictis nihil pertinet ad Epiſcopos, ſed remanent ſub iuriſdictione & correctione ſuorum Superiorum, vt *tit.de regularib.& ita ſeſſ.25.cap.* 20. *eod. tit.* ſi verò mandando intra clauſtra, delinquant extra, ſi talia delicta non ſunt ſcandaloſa, & notoria, pariter Epiſcopus non poteſt in eos animaduertere, per *cap.*14. *ſeſſ.* 25. *de regularib.* Ferret.*conſ.* 69. *num.* 5. Nauarr. *in cap.non dicatis 95. 12. quæſt.1.& cap.ſanè,de exceſſ.Prælat.* Quòd ſi delicta ſint ſcandaloſa, aut notoria extra clauſtra patrata, tunc poteſt Epiſcopus in eos adnimaduertere, *d.cap.14.ſeſſ.23. de regular.* De cuius inſtantiæ forma quam Epiſcopus facturus eſt, & diriget ad ſuperiorem illius Regularis delinquentis, videre poterit. Fuſc. *de viſitation.lib.11.cap.17. nu. 11.& Bulla 60.mem. Clement. VIII. anno 6.* quam refert Theſaur.For Eccleſ.*par. 1. cap. 8.num.*14. ſecundo caſu quando Regulares manent extra clauſtra, & tunc aut delinquunt intra ea, & ratione loci exempti cognitio ſpectantem Superiorem Regularium, *arg.d.Cap.volentes,* aut delinquunt extra ea, & iterum oportet ſubdiſtinguere an maneant extra de Superiorum licentia in aliquo membro, vel grangia ſui Monaſterij pro religionis ſeruitio, nec non ſub regulari obſeruantia, & pariter iuriſdictio pertinet ad ſuperiorem Regularem prout declaratur, *cap.14. ſeſſ. 25. de regular.* & ad Epiſcopum non pertineat aliud niſi inſtare coram Superiore Regularium delinquentium, pro eorundem delinquentium punitione, & ita intelligitur, *cap. qui verè 16.quæſt.*1.Felin.*in cap.licet ratione, num.* 12. de For.*compet. & cap. 1. §. in eos autem,ver. reſideant,de priuileg. lib. 6.* quia cùm ſuperior poſſit eis dare licentiam, vt habetur in *cap. 4. ſeſſ. 25. de regularib.* & dicta loca ſint membra & dependentia à ſuis Monaſteriis, cenſentur eod. iure, & gaudent priuilegiis ſuorum Monaſteriorum, *cap.recolentes,§.cæterum,de ſtat.monach.iuxta gloſ. in cap.1.in verb.vniendo, ne ſed. vacan. facit gloſ.d.cap.volentes,§. in eos autem, verb.reſideant,& ver. quoad præmiſſa, de priuileg. & gloſ.in cap.eam.te in ver.pendeant,de ætat.& qualit.* prout in hoc caſu cenſuit ſacra Concil. Congreg. inter reſolutiones Portugall. Cui exceptioni non poſſunt regulares renunciare ſine Papæ licentia, Paul. de Caſtr.*conſ.432.lib.1. num.3.* & quatenus renunciarent, poteſt eorum ſuperior reuocare omnem eorum confeſſionem, & renunciationem ſicut Pater pro filio, & Dominus pro ſeruo, idem Paul. de Caſtr. *d. conſ. 452. num. 5.* aut extra prædictos caſus manent extra clauſtra ſine ſuperiorum licentia, & tunc Epiſcopus procedet contra eos per dictum *cap. volentes*, iuncto hoc *text.& ſeſſ.25.cap.4.de Regul. & ſeſſ. 6.cap.3.* vltra Bullam Sixti V. contra illegitimos ſexto calendas Decembris 1587.incip.Cùm de omnibus,§. *ſedet,* quia & ita interpretatus à me, Doctor Nauarr. amicus meus reſpondit per ea quæ dixerat, in *cap. non dicatis 21.quæſt.1.num. 96.* facit Rot. *diuerſ. par.1.deciſ.720.num. 5.* Quòd limitatur non procedere in militibus ſancti Ioan.Hieroſolymitani, qui licet ſint Regulares; & maneant, ac delinquant exrra clauſtra, tamen ſubſunt eorum Magno magiſtro, quemadmodum per Bullam piæ memoriæ Pij Papæ V. ſacra Congregatio cenſuit, *ad cap.3. ſeſſ.6.Concil.Trident.*

Si verò agatur de Regularium cauſis Ciuilibus, & tunc ſub diſtinguendo dicimus, aut procedi vel viam viſitationis, aut ordinariæ cognitionis cauſarum primo caſu, ſi regularia loca curam non habent animarum, aut ſunt capita ordinis, vel

alia

Digitized by Google

alia Monaſteria capitibus immediatè ſubiecta, & non ſubſunt Epiſcoporum viſitationi, per *cap.11.ſeſſ.25. de Regular.* Aut non ſunt capita Ordinum, nec eis immediatè ſubiecta, & in eis ſimul cũ cura viget Regularis obſeruantia, & tunc aut cura imminet ipſis domibus, & monaſteriis principalibus, aut membris eis annexis, & ab eis dependentibus primo caſu procedit, *cap.11.ſeſſ.25.de Regular.* vt poſſit ab Epiſcopo viſitari, in iis tamen quæ ad animarum curam pertinent, tam quoad locum curæ quàm quoad perſonam ad exercitium illius curæ deputatum, etiamſi ſint de militia ſancti Ioannis Hieroſolymitani: ſecundo verò caſu, vbi cura incumbit annexis, vel dependentibus, & tunc non ſolùm viſitatio, ſed deputatio Vicarij cum congrua portione ad Epiſcopum ſpectabit, ex *cap.7. ſeſſ.7.* & facit *d.cap.volentes,§.in eos tantùm.* Si verò in his annexis viget ſola cura, ſed nõ obſeruantia Regularis, & iſto caſu, ſiue commendata ſint, ſiue non, ſubduntur Epiſcoporum viſitationi, & correctioni, per *cap.8.ſeſſ. 21.* ſi verò Regularia loca curam non habent animarum, & tunc aut in eis non viget Regularis obſeruantia, aut ſic; primo caſu ſubiiciuntur Epiſcoporum viſitationi, dicta *ſeſſ.21.cap.8.in princ.* Secundo caſu, vbi viget regularis obſeruantia, aut agitur de viſitatione principaliũ Monaſteriorum, & in his nihil ad Epiſcopum, *dicto c.8.ſeſſ.21. & cap.11.ſeſſ.25.de reg.* Aut de viſitatione membrorum, & tunc aut alia membra conſueuerunt regi per clericos ſæculares, & Epiſcopo ſubiiciuntur, *dicta cap.7.ſeſſ. 7.* Aut per regulares ſicut Grangiæ proximè capiti, & eiuſdem Ordinis & in his Epiſcopus non viſitat, quia cenſentur eodem iure cum capite, & gaudent eodem priuilegio per dictum cap.recolentes, & per alia ſuprà adducta ad hunc punctum in criminalibus. In his tamen ſi regularium ſuperiores ſint negligentes in ſubditorum correctione, Epiſcopus poſt ſex menſes eorum negligentiam ſupplere poteſt, *d. cap. 8. ſeſſ. 21. & Bulla Fel. reard. Clem.* 8. aut agitur contra Regulares per modum ordinariæ cognitionis cauſarum Ciuilium, & tunc vbi Regulares degunt intra Monaſteria, etiamſi certum Iudicem deputatum habeant in partibus quoad cauſas mercedis, & miſerabilium perſonarum non prodeſt regularibus exemptio, *ſeſſ.7. cap.* 14. Aut ſunt aliæ cauſæ, & tunc aut ipſi regulares ſunt auctores, aut rei, ſi rei, cognitio cauſarum pertinebit ad eorum Iudicem deputatum quem conſeruatorem vocant, ex *cap.5.ſeſſ.* 14. prout regularibus concedi ſolent, iuxta *d. cap. 5.* ſi verò ſunt actores, & tunc ſequi debent forum rei, niſi aliud in litteris disponatur, vt quandoque vidi diſpoſitum, aut Regulares non habent certum Iudicem in partibus deputatum, & conueniri poſſunt coram Epiſcopo ad ſoluendum debita etiam, vt Sedis Apoſtolicæ delegato per hunc textum, *ſeſſ.7.* Quia textus licèt loquatur de Regularibus extra Monaſterium degentibus, tamen procedit etiam contra degentes in clauſtris, prout ratio ſuadet, ex *cap.omnes Baſilicæ 16.quæſt.7.* Lap.*alleg.68.in fin. & cap.cùm Epiſcopus,de offic.ordin. lib. 6.* cùm habet fundatam intentionem in tota ſua diœceſi, vt quicquid expreſsè non excipitur, cenſeatur conceſſum, eſſet enim abſurdum, vt ipſi met Regulares eſſent Iudices, & partes in cauſa propria, prout ſentit, *gloſ. in dicto cap.volentes,§.in eos autem,ver.quantum ad iſta,de priuileg.in 6.*

Quando verò agitur de exemptione clericorum, aut ſunt clerici, Suffraganeorum, aut proprij; de proprijs facit quilibet etiam Archiepiſcopus, Primas, & Patriarcha, prout quilibet Epiſcopus in ſua diœceſi. De clericis verò Suffraganeorum, ſi Archiepiſcopus velit ibi exercere quædam honoris cauſa, poterit, velut celebrare, prædicare, crucem deferre, & publicè benedicere; per *Clem. Archiepiſcopo*, vbi Abb.*num.4.de priuileg.in 6.* & alia quædam facere, quæ potiùs honorem quàm iuriſdictionem deſignant, Vitalin. *de præminen. Archiepiſc.num.20.24. & 55.* veluti honorificam cathedram erigere per prouinciam, per *gloſ. in cap. luminoſo* 18. *quæſt.* 2. & latè per Quarantig.*de auctorit.Archiep.ſub num. 10.verſ.non ſunt,& num. 12. & ſeq.* In actu voluntario ſuis miniſtris, vti iuxta tenorem priuilegij, *arg. cap. porro, de priuileg.* Non poterit tamen recipere oblationes, quæ in ſua celebratione offeruntur, cùm ad loci illius Rectorem pertineant, Card. *in dicta clem. Archiepiſcopo, poſt princip.num.* 11. Quòd ſi ex decreto Concil.Trident.*ſeſſ. 24. cap. 3. in princip.* Viſitatio Prouinciæ ad Archiepiſcopum pertineret, eo caſu poſſet

ſubditos abſoluere, *cap. fin. l. de cenſ. lib.6.* & alia facere quæ ad viſitationem ſpectant,per *d.cap.3.ſeſſ.*24.Cùm verò Archiepiſcopus procedere vellet per modum iuriſdictionis metropoliticæ contra exemptos inuitos, tunc nec ordines conferre, nec criſmare,nec degradare, nec proceſſiones indicere, nec cathedram erigere, nec confeſſiones audire, nec Eccleſias,nec Virgines conſecrare, nec ſubditos eorum abſoluere, nec indulgentias concedere poterit,*dicta Clem. Archiepiſcopo,cum gloſ.& alia gloſ. in cap.ſi Papa,de priuileg.l. 6.* Vitalin. *num.* 2. Nauarr. *de cleric. excomm. min. conſ.*12.

Epiſcopus autem in propria Eccleſia volens vti Iuriſdictione in exemptos videat,an in criminalibus,vel Ciuilibus primo caſu, aut ſua Cathedralis Eccleſia non erit exempta, & tunc cum ea procedat, iuxta *cap.4.ſeſſ.6.*aut erit exempta, & cum ea procedet,iuxta *cap.6. ſeſſ. 25. de reformation.*Rot.*par.1.diuerſ. deciſ.743.& par. 2. deciſ.306.&* 308.Aut loquimur de aliis exemptis extra Capitulum Cathedralis exemptione perſonali,veluti Com. Palatini, vel Regij Capellani,& tunc aut actu non ſeruiunt, aut ſeruiunt; primo caſu non prodeſt eis talis exemptio quin teneantur ad reſidendū in propriis beneficiis,quæ reſidentiam requirunt,*ſeſſ.24.cap.* 11. & in criminalibus cognoſcātur ab Ordinario, *ſeſſ.* 14.*cap.*14.Aut ſeruiunt,& tunc aut prætendunt exemptionem à reſidentia beneficiorum,& non poſſunt etiam vigore Eugenianæ Conſtitutionis per *cap.1.prope fin.ſeſſ.*23. aut ſine hac obligatione, & poſſunt,iuxta dictum *cap.11.ſeſſ.*24.vt in criminalibus cognoſcantur à ſuo Iudice, & examinentur ab Ordinario. Si verò agimus de Iuriſdictione Epiſcopi in ſubditos ſuos Ciuiles, & tunc aut proceditur cum eis per viam viſitationis, aut extra eam; primo caſu ſi ea Eccleſia eſt ſubiecta Epiſcopo,ſiue ſit commendata, ſiue non, vel quomodocunque exempta etiamſi eſſet hoſpitale, aut alius locus pius,per *c.8.& 15. ſeſſ. 7.& cap.8.ſeſſ.21. & cap.8.ſeſſ.22. & cap.8.ſeſſ.* 25. niſi hoſpitalia, & pia loca prædicta eſſent ſub Regum immediata protectione per dictum *cap.*8. *ſeſſ.* 22. ſi verò Eccleſia, vel Prælatus non ſolùm eſſent exempti, ſed nullius diœceſis, & agitur de vocando eum ad Synodum,& tunc aut eſt Prælatus inferior Epiſcopo, & non cogitur venire ad Synodum,Nauarr.*de offic. ordin. conſ.*11. aut eſt Epiſcopus, & tenetur aliquem vicinum Metropolitanum eligere ſemel, cuius Synodo prouinciali intereſſe debet, & quæ ibi ordinata fuerint obſeruare, ſaluis tamen eius priuilegiis, & exemptione in reliquis,*ſeſſ.24.cap.2. de reformation.*Si verò agitur cum Prælato, vel Eccleſia nullius diœceſis, & in tali caſu viſitatio ſpectabit ad eundem Epiſcopum, cuius Cathedralis Eccleſia(non autem ipſa diœceſis) eſt proximior, ſi id conſtet, & poſſit alioquin ab eo Prælato, etiam vt Sedis Apoſtolicæ delegato, qui ſemel in Concilio Prouinciali electus fuerit.*ſeſſ.24.cap.9. &* 10. *de reform.* ſed non propterea Prælatus ille nullius, vel Eccleſia interim priuabitur, aut ſuſpendetur,aut aliquo modo impedietur ab exercitio ſuæ iuriſdictionis conſuetæ in ſuos ſubditos ex Congregationis ſententia: quod enim non mutatur, ſtare non prohibetur,ad *leg.præcipimus,C. de appellat.* Cùm verò agitur de cognitione cauſarum Ciuilium via ordinaria,& tunc aut iſti ſæculares clerici, & Capitula certum Iudicem in partibus deputatum habent, quem Conſeruatorem dicunt, & cum eis procedetur ſicut diximus de Regularibus ex vi huius *text.ſeſſ.7.cap.*14.Quod limitatur non procedere in Vniuerſitatibus, & generalibus Collegiis Doctorum, & ſcholarium, nec non in hoſpitalibus actu hoſpitalitatem ſeruantibus,nam his ſaluæ ſunt exemptiones,*ſeſſ.14.cap.5.*In reliquis obſeruanda erit forma ſupradicta quoad Regulares, ex *dicto cap.5.* & iuxta formam litterarum conſeruatoriarum.At vbi iſti exempti certum Iudicem deputatum non habent,tunc quoad omnes cauſas in prima inſtantia ſubduntur loci Ordinariis,*ſeſſ.* 24.*cap.*20.& pro cauſis matrimonialibus, & criminalibus,quæ aliàs erant ſub cognitione Decani,Archidiaconi, vel aliorum inferiorum, *d.cap.20.§.adhæc,* niſi huiuſmodi inferiores ordinariam iuriſdictionem exerceant in ſpiritualibus, & temporalibus in Parochos,& Parochianos priuatiuè ad Epiſcopos ab immemorabili tempore, iuxta doctri.Abb.*in Clem.diœceſanis,de vit.& honeſt. cleric.* ex Congregationis ſententia in Nouantulana & alia ſancti Ioannis in Venere,vel niſi eſſet de cauſis quæ apud Sedem Apoſtolicam ſunt tractandæ,vel quas ſum-

mus

mus Romanus Pontifex per ſpeciale reſcriptum manu ſuæ Sanctitatis ſignatum commiſerit, vel auocauerit, *dicto cap.20.poſt princip.*

Poſt diſtinctionem ſuperius explicatam per multa membra, proſequor exemptionis materiã per diſcurſum, & dico exemptionem aliquando eſſe merè oneroſam pecunia mediante aliquando remunerationem propter merita, & ſeruitia, aliquando ex pacto ob aliquam recompenſam, aliquando verò ex priuilegio merè gratuito, Paul. de Caſtr. *conſ.318.col.3.lib.1.*

Item exemptio alia eſt perſonalis, alia realis ſicut conceſſa ſcholaribus, vel Clericis, quæ cenſenda eſt perſonalis, & etiam realis pro vſu ſuo tantùm, Ruin. *conſ. 112. num.6.& 8.l.3.*

Item, qui docet non ſoluiſſe collectam per 40. annos, acquirit exemptionem etiam de futuro, vt amplius collectari non poſſit, Roman. *conſ. 198. non eſt dubium, colum. prima, & conſ.252.num.4.* & ibi in addit. Corn. *conſ.196. num. 10. lib. 1.* Pariſ. *conſ.25. num.27.lib.1.* Aym. *conſ.17.num.8.& 9.* Dummodò appareat quòd alij ſoluunt, Natt. *conſ.406.num.2.* ſed Alex. 136. *columm.penult. lib.2.* requirit contradictionem, de quo vide Curt.Iun. *conſ.61.num.3.* Item verba quibus inducitur exemptio, ſunt diuerſa, vt in *cap.ſi Papa, de priuileg.l.6.* Maſcard. *concluſ.* 713. exemptio variis modis probatur, Cardin. Tuſc. *in ver.exemptio, concluſ.570. tom.3.* Item Princeps ſupremus poteſt concedere exemptionem à ſuis gabellis etiam in præiudicium aliorum quando ſcit, & vult, Gemin. *conſ. 74. Attentis puncto,* Ancaran. *conſ. 260.per tot.* Paul. de Caſtro *conſ.18. lib.2.* Riminald. Iunior. *conſ.23.nu.47.lib. 1.* Guidop. *deciſ. 354. Quod declara,* vt per Iaſon. *conſ. 101.lib. 4.* limitatur in Epiſcopo qui poteſt imponere collectã, & vult aliquos eximere, tenetur pro illa rata exemptionis non grauare collectarios, Angel. *conſ. 227. per tot.* quia non habet iura imperij, Signor. *conſ.215.num.3.* licèt Guidopap. *deciſ.354.* velit contrarium, dummodò hoc faciat motu proprio, & non ad partis inſtantiam, per *l.euacuatis, C.de decurion.l.10.* Ioan. Andr. *in cap.2. de immunit. Eccleſ.* & dummodò adſint clauſulæ derogatoriæ, Alex. *conſ. 33. in fin.l.3.*

Item poteſt concedere exemptionem à Iuriſdictione Ordinarij, Oldrad. *conſ.172.* & probatur etiam per verba narratiua, Calderin. *conſ.156. aliàs 14. de cenſ. in fin.* ſed per Concil. Conſtantienſe fuerunt reuocatæ exemptiones, vt per Gemin. *conſ.35.* qui refert verba Cõcilij quibus add. D.Bernard. *lib.2.de conſiderat.* ad Eugeniũ damnantem exemptiones à Iuriſdictione Ordinariorum, & ſicut poteſt eximere clericum ſic vt Capitulum Egid. Bellam. *conſ.20.per tot.* ſed ſtrictè eſt intelligendum, Egid. *ibidem num. 6. & 7.* & debet fieri ex cauſa, *l.officium, C.de offic.proconſul.* Rom. *conſ.37.per tot.* Item Vniuerſitas poteſt concedere alicui ex Ciuibus, puta Medico, aut legenti exemptionem realem, ſi fiat per generale Concilium, Bald. *conſ.483. viſa immunitate, l. 2.* Dummodò ob merita, & motu proprio, Alex. *conſ.30.num. 11. lib. 5. & conſ.101.lib.1.* etiam in præiudicium Principis, ſi Princeps, vel confirmat, vel ſcit, vel tolerat, Iaſon. *conſ.101.colum.2.l. 4. Alex. dicto conſ.30. num.8.l.5.*

Item Vniuerſitas poteſt concedere exẽptionem aliquibus, vt ſe facerent Ciues, & non poteſt poſteà reuocari ſequuto effectu, quia videtur ex contractu, Angel. *conſ.* 128. & Angel. Aretin. *conſ.125. num. 10.* licèt Ancaran. de hoc dubitet, *conſ.334. num.3.* & Roman. *conſ.252.* ſed non poteſt facere ſtatutum contra exemptos factos à Principe, vt non gaudeant, quia videtur facere contra legem ſuperioris, Alex. *conſ. 33. num.12. l.5.* & quod poteſt facere Vniuerſitas, poſſunt etiam facere Priores, ſeu Syndicum cum regimento, quia repræſentat Vniuerſitatem, Iaſ. *cõſ.101.lib.4.* ſi Vniuerſitas concedit exemptionem, & Princeps eam reuocat, poteſt exemptus habere recurſum contra Vniuerſitatem, Bald. *conſ.240.lib.4.* exemptio conceſſa à datiis & gabellis non valet, *l.omnium, C.de vectigal.l.euacuatis, C.de Decurion.l. 10.* niſi cum clauſula derogatoria non obſtante, & Alex. *conſ. 216. num. 12.l.2.*

Item exemptio conceſſa clericis pro gabellis, & aliis bonis etiam acquirendis, intelligitur conceſſa ad vnum tantùm, non autem ad mercaturam, Speculat. *de immunitat. Eccleſ.* §. 1. Franc. *in cap. quamque, de cenſib. in ſexto,* Card. Zabarell. *conſ. 12. in principio.* Quod priuilegium reſtringitur, vt non ſe extendat ad emptores ab ipſis, niſi ad primos emptores, Federic. de Sen. *conſ.136.per tot.* Burſatt. *conſ.25.num.42.* Dec.

*conſ.*48.*maturè,n.*5.& quando onera ſoluuntur pro rebus poſſeſſis, Coloni non tenentur,quia non poſſident,ſed percipiunt pro labore ſuo,Abb.*conſ.*9.*lib.*1.niſi Coloni ſint de familia Eccleſiarum perpetui, Federic. de Sen. *dicto conſ.* 111. *num.* 9. ſed ſi clerici negotiantur de bonis patrimonialibus,non autē de Eccleſiaſticis,non gaudent exemptione,Feder.de Sen.*conſ.*207.*in princip.* eſt autem negotiatio quando aliquid emitur, vt non mutata forma vendatur,Abb.*conſ.*6. *lib.* 1. An autem emphiteuta gaudeat priuilegio Eccleſiæ pro negatiua, Petr.de Ancar. *conſ.*125.*num.* 15.*&* *conſ.*433.*num.*2.Alex. *conſ.*9.*lib.*5.Andr.Siculus *conſ.*14. *lib.*1. quia reſpectu vtilis dominij bona ſunt effecta laïcalia,Alex.*conſ.*101.*num.*17.*lib.* 1. Soccin. *conſ.*99.*lib.*1.Pro affirmatiua Iaſon.*in l. prima,num.*31.*C.de iur.emphit.*Rip. *lib.*2. *reſponſ. cap.*22. *num.* 14. Siluan. *conſ.* 9. *per tot.* poſt Bartol.*in l.priuate,C.de excuſ.muner.l.*11. ſed de conſuetudine collectantur, vt not.Bartol. *ibidem in fin.* Item collectantur Clerici ex neceſſitate refectionis murorum, pontium, vel viarum,Bald.*conſ.*310.*l.* 3. ſed cogendi ſunt per ſuperiores Eccleſiaſticos, *cap.non minùs,& cap.ſi aduerſus,de immunit. & ibi Doctor.* Non tamen ſunt collectandi pro rebus per eos emptis,quæ mutata forma venduntur propter eorum neceſſitatem,Feder.de Sen.*conſ.*207.*num.*1.Abb.*conſ.* 6. *l.* 1. Pœna collectantium bona clericorum eſt,quia excommunicati ſunt ipſo facto;Card.Zabarell. *conſ.*12.*nu.*3.5.*&* 6.Item ſi non exemptus ab Eccleſia an gaudeat exemptione,dixi ſuprà de emphiteuta, & pro negatiua,vide Boër.*deciſ.* 213. *num.* 19. Pro affirmatiua facit *text. in l. ſi venditor, de ſeru.aſport.*Dec.*conſ.*48.Abb.*conſ.*20. *lib.*1. Menoc.*d.conſ.*136.Rom.*conſ.* 203. præſertim realis,Alex.*conſ.*193.*num.*3.*lib.*2.

Item dato quòd exemptio ſit perſonalis, emptor non tenetur ad munera, & vectigalia extraordinaria, quæ ſcilicet à lege, vel Senatuſconſulto, vel Principis Conſtitutione non ſunt impoſita.*in l.licitatio ver. mercatores, de public.* licèt Bald.teneat contrarium 31.*lib.primo.*In dubio autem exemptio præſumitur perſonalis potiùs quàm realis, Alex.*conſ.*86.*&* *conſ.*101.*lib.*1.etiamſi dixerit in perpetuum, quia exponitur, donec vixerit,& extinguitur,non ſolùm morte eius cui conceditur, ſed eius contra quem fuit conceſſa, ſicut ſi concederetur Capitulo contra Epiſcopũ,quia intelligitur donec Epiſcopus vixerit,Egid.Bellam.*conſ.* 20.*per tot.* ſi verò ſit realis perpetuo tranſit cum re,Alex.86.*lib.*1.In dubio attenduntur verba,& coniecturę,Angel.Aretin.*conſ.* 117.*per tot.*Ancar.*d.conſ.* 327. Angel. Aretin. *conſ.*125. *num.* 14. Si tamen conceſſa exemptio ex pacto,vel in recompenſam dicitur oneroſa, & tranſit in vim contractus irreuocabilis,Card.Tuſc.*tom.*3.*concluſ.*567. Tiraq. *in l.ſi vnquam, ver. donatione largitus, num.*14.*de reuocand.donat.*Gabr.*de iur.quæſit.concluſ.*6.*num.*67.Menoch.*conſil.*306.*num.* 8.*lib.*4.Paul.de Caſtr.*conſ.*318. *lib.* 1. Capir. *deciſ.*121.*num.*16.*&* *deciſ.*176.Afflic.*deciſ.*128. *num.*10.Franc.*deciſ.*125.*num.*6.Surd.*conſ.*140. *in fin.lib.*2.Card.Tuſc.*concluſ.* 570. ſimiliter ſi fiat de oneribus realis eſt, & tranſit ad hæredes, Bald. *conſ.* 212. *&* 483. *l.* 2. Item quando conceditur à Principe per viam beneficij, cenſetur reale, Natt.*conſ.* 649. *n.* 18.Angel.*dicto conſ.*117.num.5.*&* 10.Idem ſi concedatur propter benemerita,Bald.*conſ.* 355.lib.1.Alex.*conſ.*193. *lib.* 2. Natt. *d. conſ.* 649.*num.* 18. Idem ſi conceſſa ſit Vniuerſitati quæ nunquā moritur, quia præſumitur realis Bartol. *in l. ſordidorum, de excuſat.muner.*Soccin.*conſ.*84.*num.*5.*lib.* 3. Natt. *conſ.*617.*num.*3. *lib.* 4. Pariter conceſſio Iuriſdictionis præſumitur realis, Angel.Aretin.*d.conſ.*117. quia cenſetur conceſſa territorio,non perſonæ,Bartol.*in l.penult. ff. de seru.leg.*

Idem ſi exemptio ſit conceſſa reſpectu determinatæ rei, quia realis præſumitur, Alex.*conſ.*193.*lib.*2. & ibi *in add.* Dec. *conſ.* 51.*num.* 2. Ad materiam exemptionis conceſſæ pro bonis, an comprehendat tam acquiſita quàm acquirenda? Reſpondetur quod ſi expreſſum ſit de futuris comprehenduntur,Pariſ.*conſ.*68.*num.*12.*lib.*1.In dubio conceſſa ab oneribus extenditur etiam ad futura, Alex.*conſ.* 193. *lib.* 3. Natt. *conſ.* 160.*num.*17.

Item conceſſa per Principem alicui in omnibus terris ſuis, cenſetur conceſſa etiam quoad Terras de nouo acquiſitas, quia beneficium Principis alium non offendit,Guidopap.*deciſ.*489.Idem ſi concedatur ab omnibus oneribus, quia omnia complectitur,Grauet.*conſ.*294.*num.*7. Soccin.*conſ.*200.*col.*2.*volum.*2.Alex.*conſ.*30.*lib.*5. Idem ſi dicat quocunque nomine nuncupentur,Natt.*conſ.*63.*num.* 18. Riminal. *conſ.*

69.*lib.*

Digitized by Google

69.lib.1.num.12. qui videtur ſibi contrarius, *conſ.59.lib.* 1. Idem ſi concedatur hoſpitali, vel Eccleſiæ, vel Monaſterio cui cenſetur perpetuò conceſſa perſonis eidem loco dicatis,Franc.*in cap.per exemptionem,de priuileg.lib.6.*Bartol.*conſ.96.num.6.lib.1. & conſ. 28.num.6.lib.2.*& in *l.Senatorum,C.de dignitatib. lib.* 12. hoc limitatur in exemptione pro omnibus bonis per viam pacti, quia non veniunt acquirenda per hæredes, ſed per ipſum tantùm emptorem cui conceditur,Bald.*conſ.112.lib.2.*Florian. à ſancto Petro *conſ.10.num.*18.Item limitatur ſi ſit aliis odioſa, quando non exempti coguntur ſubire onera pro exemptis,Fulgoſ. *conſ.* 120. *num.3.*Abb.*conſ.15.lib.2.*Alex. *conſ.125. num. 9.lib.* 2. quia talis immunitas eſt ſtricti iuris, & contra publicam vtilitatem. Item non comprehendit onera incognita tempore priuilegij,& quæ poſtea fuerunt impoſita,niſi conceſſio ſit facta per verba generalia,Ruin.*conſ.111.num.17.l.5.* Iaſon.*in l. ſi toto num.12.ff.de leg.primo.*Alex.*dicto conſ. 30.lib.5.*Pariſ.*conſ.68.num.10. lib.* 1. *& conſ. 69.num.4.eod. lib.* Item exemptio conceſſa Titio, & poſteris non comprehendit, niſi maſculos deſcendentes,Ant.de Butr.*conſ.9. in princip.* & ibi *in addit.*Item conceſſa pro iuſtè acquiſitis, non comprehendit iniuſte acquirenda,Bart. *conſ.96. lib.* 1. & cùm ſit ſtricti iuris per quamlibet obreptionem, vel ſubreptionem, vitiatur, Alex. *conſ.* 125. *num.11.lib.2.*Rom.*conſ.436.*nec comprehendit caſum belli.Riminal. Iun.*conſ. 59. num. 17.volum.1.* Iaſon. *in dicta l.ſi ex toto in fin.* Dec.*conſ.333.col.2.poſt med.* licèt Alex.*in dicto conſ.30.lib.* 5. dubitauerit de hoc,& Iudex Ordinarius in dubio pronunciare debet contra exemptionem Bart. *dicto conſ. 96.lib.* 1. niſi verba ita eſſent generalia, & habilia,vt omnia comprehenderent,Natt. *conſ.63.per tot.& conſ.160.& 397.num.5.* Pariſ.*conſ.25.num.113. & conſ. 68. num.17.lib.1.* licèt Riminald.Iun.*conſ.69. num.* 105. *lib.1.* dubitauerit. Quibus autem modis, & verbis probatur exemptio, vide per Maſcard. *de probat.concluſ.* 713. & Card. Tuſc. *tom.3. concluſ.569.fol.*460. poſt Calderin. *conſ.456. & 517.* aliàs 2. *de priuileg.* Poteſt autem reuocari ex cauſa ingratitudinis ſicut donatio,Bald.*conſ.483.lib.2.*Curt.Iun. *conſ.61.num. 14.*Felin.*in cap.nonit.de indic.num.9.*Paul.de Caſtr. *conſ.318.lib.1.* Item ex cauſa læſionis poteſt reuocari,Nicol. Feſta *in tract.de extrin.num.64.*Item ex alia iuſta cauſa, Ioan. de Anan.*conſ.* 105. *num.* 6. Item per ſupremum Superiorem,Bald.*conſ.*400.*& 401.lib.* 4.limita niſi ſit conceſſa Eccleſiæ, vel non ſubdito, quia non poteſt reuocari,Roman. *conſ.252.num.3.*Abb. *conſ. 9. lib.* 1. Item per generale edictum quod omnes ſoluant,tributa non reuocatur,Oldrad. *conſ.266.num. 5.* Niſi exprimatur Paul. de Caſtr.*conſ.* 187. *num. 5. l.* 2. Item non cenſetur reuocata ſi fuerat per ſententiam confirmata, Alex. *conſ.30.num.5.lib.1.*Cenſetur autem reuocata, ſi exemptus ſoluere per ſententiam cogatur, & ſententia tranſit in iudicatum, Ancaran.*conſ.389. num.* 8. Item Vniuerſitas quæ conceſſerat exemptionem deuenit ſub Iuriſdictione alicuius Principis, Abb.*conſ. 61.lib.2.* Item amittitur ſi exemptus ſoluat ſponte,non autem metu mandati, Roman. *conſ.252.num.* 4. Item ſi ſoluat poſt ſententiã condemnatoriã,quia videtur renunciare priuilegio,Ancaran.*conſ.* 389. *in fin.*fallit ſi ſententia eſſet nulla,Angel.Aretin.*conſ.6. & 7.*quia repeteret etiam ſolutum, *ibidem num.* 12. Item ſi paciſcatur contra priuilegium,Ancar.*conſ.*260.Item ſi vocatus ſit ad ſoluendum,& non appellat, vel non proteſtatur, quia ſibi præiudicat Alex.*conſ.*101. *num.10.lib.1.*Gozadin.*conſ.13. num.* 4. Alex. *conſ.136.lib.2.*Idem.*conſ.33.lib.5.* Bartol. *in l. 1.C. de iis qui mun. pub. lib.* 10. De familia Epiſcopi quæ ſit, & an gaudeat priuilegio fori pro affirmatiua,Abb.*in cap.nullus num. 6.de for.compet.*Oldrad.*conſ.293. nu.5.* Gloſ. *in cap.litteris, ver. familiares appellantur,de teſt. & atteſt.* Decian. *in tract. crimin.tom.1. lib.4.cap.9.num.47.*Marſil.*conſ. 67. num. 60.* Calcan.*conſ.71.*Capic.*deciſ. 12.num.* 2. Theſaur.foro Eccleſiaſt.*par.1.cap.* 11. *num.19.fol.* 133. vbi vide quòd Coloni Epiſcoporum gaudent priuilegio domini ſui: Item bona Eccleſiæ & clericorum eodem gaudent priuilegio commun. contr. comm. *quæſt. 36.num.7.*

ADDITIO.

1 *In exemptorum cauſis.*]Quæ ſit iuriſdictio Epiſcopi in locis exemptis,& quando exemptio perſonas, vel loca reſpiciat, & an in illis locis Officialem deputare poſſit,Rot.*diuerſ.deciſ.145.p.2.& de iuriſdictione in exempt.*Couar.*pract.quæſt. cap.11.num.5.*

2 *Volentes.*] In *cap. volentes, de priuil. in 6.* continetur exempti quacunque gaudeant libertate ratione delicti, ſiue Canonicatus, aut rei, de qua contra ipſos agitur, coram locorum Ordinariis conueniuntur, neque per hoc libertatem amittunt, quia in loco exempto delinquentes, vel contrahentes, aut ſi res ibi ſita ſit, neque prætextu domicilij, coram Ordinario conueniri poſſunt, ſaluis tamen caſibus, in quibus Epiſcopali ſubſunt iuriſdictioni, quæ omnia procedũt etiã in illis, qui ex priuilegio nonniſi coram certo iudice tenentur, cõparere, §. *inter eos*; ſeu ſi aliquibus conceſſum ſit, vt non poſſint cenſuris innodari, quales multi Religioſi ſunt, ſeruanda ſunt priuilegia: ſed ſi Monachi in Prioratibus ordinis ſubiectis degant, donec ibi morantur ab Ordinarij iuriſdictione non eximuntur.

3 *Aut Regulares.*] De correctione, aut conuentione Regularium, vide Capr. *reg.* 84. Fuſch. *de viſit. lib. 2. cap. 17. ſeu 24.* Ibi etiam deferentibus habitum, aut Eremitis Regulares inſeruientes de licentia ſuorum ſuperiorũ in beneficiis ſimplicibus, membris Religionis non comprehenduntur hoc decreto, nec viſitari ab Ordinariis poſſunt. Congregatio.

4 *Exempti.*] Exemptis extra Clauſtra degentibus. Congregatio.

5 *Conſeruatorum deputationibus.*] Literæ conſeruatoriæ ſunt omninò ſublatæ, nec eis quiſquam ſe tueri poterit, niſi per quinquennium à die publicationis Concilij computandum. Congregatio. Tamen Regularibus conceſſit Gregor. XIII. vt in ciuitatibus Italiæ Conſeruatores eligerent ſine ſpe variationis coram quibus conuenire deberent, ſi intra menſem Ordinarij Cõſeruatorum nomina indicarent, aliàs coram Ordinariis eſſent conueniendi. Cõngregat.

Conſeruatoriæ Vniuerſitatum & Collegiorum Regularium, & ſimilium non ſunt à Concilio ſublatæ. Ita enim cum negatiua legendum puto, propter præcedentem declarationem, neque vlla ex parte, immunitatéque non obſt. *ſeſſ. 24. c. 10* & Bulla Pij V. reuocatoria facultatum. Congregatio.

CAPVT XV.

Ordinarij curent, vt hoſpitalia quæcumque etiam exempta à ſuis adminiſtratoribus fideliter gubernentur.

CVrent Ordinarij, [a] vt *a hoſpitalia* quæcumque ſuis adminiſtrationibus, 1 *quocumque* illi nomine cenſeantur, etiam quomodolibet exemptis fideliter, & diligenter gubernentur, conſtitutionis conſilij Viennenſis, quæ incipit, [b] 2 *β Quia contingit*, forma ſeruata, quam quidem conſtitutionem eadem ſancta Synodus innouandam duxit, & innouat cum derogationibus in ea contentis.

[a] Seſſ. 23. c. 6.

[b] L. 3. Cle. de reli. dominib. c. 2. quia contigit. & inf. ſ. vlt. de ref. c. 2. de poſt fin. huius li.

Indictio futuræ Seſſionis.

Item hæc ſacroſancta Synodus ſtatuit, & decreuit proximam futuram Seſſionem habendam, & celebrandam eſſe die Iouis, feria quinta poſt ſequentem Dominicam in Albis, quæ erit vigeſimaprima menſis Aprilis præſentis anni M. D. XLVII.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

EPiſcopi debent viſitare Hoſpitalia exempta, vt agnoſcant quæ facere debent adminiſtratores, *ſeſſ. 13. cap. 6.*

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

INtellige hunc textum, vt notaui in *cap. 7. infrà ſeſſ. 22.* & ibi dixi, & *ſeſſ. 25. cap. 8. de reformation.*

a Hoſpitalia.] Epiſcopus non poteſt viſitare

ſitare hoſpitalia inſtituta ſine ſua, vel Eccleſiæ auctoritate, quia ſunt tanquam bona laicalia, niſi poſt mortem fundatoris, etiãſi ipſe fundator id prohibeat, Silueſt. *hoſpitale*, §. 2. *num.* 3. *cap. tua nobis, de teſtam.* & ibi Couarr. *num.* 6. & 8. Prax. *in verb. hoſpitale quæſt.* 1. & 2. Prax. Neapol. *cap.* 17. Afflict. *deciſ.* 67. Quòd ſi conſuetudo ſit vt per ſacerdotem hoſpitalis miniſtrentur ſacramenta pauperibus ibi degentibus, etiamſi ſubſint matrici Eccleſiæ, attendenda eſt talis conſuetudo, vt habetur, in *d. Clem.* §. *fin.* vbi gloſ. *in verb. parochialis*, & ita fuit deciſum.

β *Quia contingit.*] Inter alia quæ dicta clementina, *quia contingit* determinantur, illud eſt, ne bona ad hoſpitalitatis vſum relicta poſſint ad alium vſum, etiam pium conuerti, hinc fuit quæſitum, an Epiſcopus poſſit applicare ſuperfluos redditus fabricæ vnius Eccleſiæ deſtinatos ad vſum alterius fabricæ pauperis; & licèt multis rationibus videatur inclinandum in partem affirmatiuam, contrarium tamen tenuit, Nauarr. *de reb. Eccleſ. non alienan. conſ.* 15. *per tot.* vide infrà *ſeſſ.* 25. *cap.* 8. *de reformat.* vbi limitatur iſte text. Abb. *decret. de tranſlat. conc. ſeſſ.* 8. Item decret. prorogationis, *ſeſſion. ſeſ.* 9. Item decret. prorogationis, *ſeſſion. ſeſſ.* 10. Item decret. de reſumen. Concil. *ſeſſ.* 11. Item decret. prorogat. *ſeſſ.* 12.

ADDITIO.

1 *Quocumque.*] Debet ergo Epiſcopus illorum viſitationem inſtituere, vt cognoſcat quæ adminiſtratores facere debent. Congregatio.

Quod procedit data negligentia adminiſtratorum, vt ibi Rot. *diu. deciſ.* 145. *num.* 4. *par.* 2.

2 *Quia contingit.*] In Clem. quia contingit, de Relig. domibus, diſponitur ſua- dente negligentia, & auaritia eorum, qui Xenodochiis, leproſariariis, eleemoſynariis, ſeu hoſpitalibus Rectores proficiuntur, prędictorum locorum bona ſibi applicantes, cùm bona in vſus deſtinatos expendenda ſint, mandat Papa illis, ad quos de iure, vel priuilegio, vel conſuetudine pertinent, vt curent diſtracta recuperare, & in pauperum vſum applicentur; & ſi tales negligentes fuerint, Ordinarij locorum id curent, & ſubditos propria exemptos Apoſtolica auctoritate compellant, & contradictores quoſcunque illiſque in hoc auxilium, conſilium, vel fauorem præbentes, per cenſuras etiam Eccleſiaſticas compeſcendo. Neque hoc in reliquis præiudicium exemptioni generatur, §. vt autem hoſpitalia & pia loca Clericis ſæcularibus quacumque conſuetudine non obſtantibus, in Beneficium non conferantur; niſi aliter in fundatione cautum ſit, & niſi per electionem ſit locis prædictis de Rectore prouidendum: ſed eorum regimen piis viris committatur, à quibus fideliter in ſtatutos vſus conuertantur, vt eligentium conſcientia oneretur, vt fidos viros eligant; Adminiſtratores electi præſtêt inſtar inſtitutionem de fideliter adminiſtrando, faciant inuentarium, & annis ſingulis reddant rationem adminiſtrationis Ordinariis, vel iis quibus loca ſubſunt, aliàs collatio & prouiſio nulla ſit, §. *præmiſſa.* Hæc diſpoſitio non habet locum in hoſpitalibus militiarum & Regularium: ſed horum Superiores cogant Adminiſtratores vt ſeruent antiquos pios vſus, non obſtante quacunque conſuetudine, §. *certum.* Per hoc non infertur præiudicium conſuetudini habenti Altaria; Cœmeterium, Preſbytero miniſtranti ſacramenta Eccleſiæ pauperibus, & celebranti, ſeu ſi Parochi id ibi ſoleant exercere.

Bulla facultatis transferendi Concilij.

PAulus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, venerabili fratri, Ioanni Mariæ, Epiſcopo Prænestino, & dilectis filiis, Marcello tit. S. Crucis in Hieruſalem Preſbytero, ac Reginaldo S. Mariæ in Coſmedin Diacono, Cardinalibus noſtris & Apoſtolicæ Sedis Legatis de latere, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Regimini vniuerſalis Eccleſiæ, meritis licèt imparibus, diſponente

nente Domino, præſidentes, noſtri officij partes eſſe putamus, vt ſi quid grauius cauſa Reipublicæ Chriſtianæ conſtituendum ſit, id non modò tempore opportuno, verùm etiam loco commodo, & idoneo perficiatur. Cùm itaque nos nuper, poſtquam ſuſpenſionem celebrationis ſacri œcumenici, & vniuerſalis Concil. aliàs per nos in ciuitate Tridentina, ex cauſis tunc expreſſis, de venerabilium fratrum noſtrorum, S. R. E. Cardinalium Concilio & aſſenſu indicti, ex certis aliis etiam tunc expreſſis cauſis vſque ad aliud opportunius & commodius tempus per nos declarandum, de ſimili conſilio,& aſſenſu factam, audita pace inter cariſſimos in Chriſto filios noſtros Carolum Roma. Imperatorem, ſemper Auguſtum, & Franciſcum Francorum Regem Chriſtianiſſimum, conciliata, pari conſilio, & aſſenſu ſuſtuleramus & amoueramus: nequeuntes ipſi tunc legitimè impediti,ad dictam ciuitatem perſonaliter accedere,& eidem Concilio intereſſe, vos noſtros, & Apoſtol. Sedis Legatos de latere, in eodem Concilio de ſimili conſilio conſtituerimus & deputauerimus,vóſque ad eandem ciuitatem,tanquam pacis Angelos, deſtinauerimus, prout in diuerſis noſtris deſuper confectis litteris plenius continetur: Nos, ne tam ſanctam celebrationis Concilij huiuſmodi opus ex incommoditate loci,aut aliàs quouis modo impediatur, aut plus debito differatur, opportunè prouidere volentes. Motu proprio,& ex certa ſcientia, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, paríque conſilio & aſſenſu, vobis ſimul, aut duobus ex vobis, reliquo legitimo impedimento detento, ſeu inde fortè abſente, quandocunque vobis videbitur, Concilium prædictum de eadem ciuitate Tridentina ad quamcunque aliam commodiorem & opportuniorem, ſeu tutiorem ciuitatem, de qua vobis etiam videbitur,transferendi, & mutandi, ac illud in ipſa ciuitate Tridentina ſupprimendi,& diſſoluendi, necnon Prælatis,& aliis perſonis Concilij huiuſmodi, nec in eo ad vlteriora in dicta ciuitate Tridentina procedant, etiam ſub cenſuris,& pœnis Eccleſiaſticis inhibendi,ac idem Concilium in alia ciuitate huiuſmodi, ad quam illud transferri, & mutari contigerit, continuandi, tenendi,& celebrandi, & ad illud Prælatos, & alias perſonas Concilij Tridentini huiuſmodi, etiam ſub periurij, aliis in litteris indictionis Concilij huiuſmodi expreſſis pœnis, euocandi, eidémque ſic tranſlato, & mutato Concilio, nomine & auctoritate prædictis præſidendi, ac in eo procedendi, cæteráque in præmiſſis,& circa neceſſaria & opportuna aliàs iuxta priorum vobis directarum litterarum continentiam, & tenorem faciendi, ſtatuendi, ordinandi, & exequendi, plenam & liberam Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus poteſtatem & facultatem; ratum, & gratum habituri,quidquid per vos in præmiſſis factum, ſtatutum, ordinatum, executúmve fuerit, idque facturi, auctore Domino, inuiolabiliter, obſeruari: Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteríſque contrariis quibuſcunque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indigna-
tionem

tionem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, M. D. XLIV. VIII. Kal. Mart. Pontificatus noſtri anno XI.

Fab. Epiſcopus. Spol. *B. Motta.*

SESSIO OCTAVA,

CELEBRATA DIE XI. MENSIS MARTII M. D. XLVII.

Decretum de tranſlatione Concilij.

PLacétne vobis decernere, & declarare, de huiuſmodi morbo ex præmiſſis, & aliis allegatis ita manifeſtè, & notoriè conſtare, vt Prælati in hac ciuitate ſine vitæ diſcrimine commorari, & in ea idcircò inuiti minimè retineri poſſint, & debeant: itémque attento receſſu multorum Prælatorum poſt proximè præteritam Seſſionem, & attentis proteſtationibus aliorum complurium Prælatorum in Congregationibus generalibus factis, hinc omninò timore ipſius morbi abire volentium; qui iuſtè detineri non poſſunt, & ex quorum diſceſſu Concilium vel diſſolueretur, vel ex paucitate Prælatorum bonus eius progreſſus impediretur, & attento etiam imminenti periculo vitæ, & aliis cauſis per aliquos ex Patribus in ipſis Congregationibus allegatis, vtpotè notoriè veris & legitimis. Placétne vobis ſimiliter decernere, & declarare pro conſeruatione, & proſecutione ipſius Concilij, ſecuritate vitæ ipſorum Prælatorum, Concilium ipſum ad ciuitatem Bonon. veluti ad locum magis paratum, ſalubrem, & idoneum, pro tempore transferendum eſſe, & ex nunc transferri, & ibidem Seſſionem iam indictam, ſtatuta die, vigeſima prima Aprilis, celebrandam eſſe, & celebrari; & ſucceſſiuè ad vlteriora procedendum, donec Sanctiſſimo Domino noſtro, & ſacro Concilio expedire videbitur, vt ad hunc, ſeu alium locum, communicato etiam Concilio cum inuictiſſimo Cæſare, Chriſtianiſſimo Rege, & aliis regibus, ac Principibus Chriſtianis, ipſum Concilium reduci poſſit, & debeat, *Reſponderunt*, PLACET.

SESSIO NONA,

BONONIÆ CELEBRATA DIE XXI. MENSIS APRILIS M. D. XLVII.

Decretum prorogationis Seſſionis.

HÆc ſacroſancta œcumenica, & generalis Synodus, quæ dudum in ciuitate Trident. congregata erat, nunc Bononiæ in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea nomi-

ne Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Pauli, diuina prouidentia Papæ III. eiſdem Reuerendiſſimis Dominis D. Io. Maria, Epiſcopo Præneſtino, de Monte, & Marcello, tit. S. Crucis in Hieruſalem Presbyrero, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & Apoſtolicis de latere Legatis, conſiderans quod die vndecima menſis Martij, præſentis anni in generali publica Seſſione, in eadem ciuitate Trident. & in loco conſueto celebrata, omnibúſque agendis de more peractis ex cauſis tunc inſtantibus, vrgentibus, & legitimis, interueniente etiam auctoritate ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, eiſdem Reuerendiſſimis præſidentibus etiam ſpecialiter conceſſa, decreuit & ordinauit, Concilium ex eo loco in hanc ciuitatem transferendum eſſe, ſicuti tranſtulit: itémque Seſſionem pro præſenti die vigeſima prima Aprilis, illic indictam, vt de Sacramentorum & reformationis materiis, de quibus tractandum propoſuerat, canones ſancirentur & promulgarentur, in hac ipſa ciuitate Bononiæ celebrari debere. Conſideránſque nonnullos ex Patribus qui in hoc Concilio intereſſe conſueuerunt, his ſuperioribus maioris hebdomadæ, & ſolemnitatis Paſchalis diebus, in propriis Eccleſiis occupatos, aliquos etiam aliis impedimentis detentos, huc nondum acceſſiſſe, quos tamen breui affuturos ſperandum eſt: ac propterea factum eſſe, vt non ea quam ſancta Synodus deſiderabat, Prælatorum frequentia, potuerint materiæ ipſæ Sacramentorum, & reformationis examinari, & diſcuti: vt omnia maturo conſilio, cum dignitate & grauitate debita fiant; bonum opportunum, & expediens cenſuit, cenſétque Seſſionem prædictam, quæ hoc ipſo die, vt præfertur, celebranda erat, ad diem Iouis, infrà octauam Pentecoſtes proximè futuram, quoad ipſas materias expediendas differendam, prorogandam eſſe, quemadmodum differt, ac prorogat: quam diem & rei gerendæ maximè opportunam, & Patribus præſertim abſentibus percommodam iudicauit, & iudicat: Hoc tamen adiecto, quod terminum ipſum ipſa ſancta Synodus, pro eius arbitrio, & voluntate, ſicuti rebus Concilij putauerit expedire, etiam in priuata Congregatione reſtringere, & imminuere poſſit, & valeat.

SESSIO DECIMA,

BONONIÆ CELEBRATA DIE II. MENSIS IVNII. M. D. XLVII.

Decretum prorogationis Seſſionis.

Qvamuis hæc ſacroſancta œcumenica, & generalis Synodus Seſſionem, quæ die vigeſima prima menſis Aprilis, proximè præteriri, ſuper Sacramentorum, & reformationis materiis in hac inclyta ciuitate Bononiæ, ex decreto, in vrbe Tridentina, in publica Seſſione, die vndecima menſis Martij promulgato, celebranda erat, propter aliquas cauſas, ac præſertim propter abſentiam nonnul

nonnullorum Patrum, quos breui affuturos ſperabat, ad hunc præſentem diem differendam & prorogandam eſſe decreuerit: volens tamen cum iis, qui non venerunt, etiam adhuc benignè agere, eadem ſacroſancta Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & Apoſtolicæ Sedis Legatis, ſtatuit & decernit, Seſſionem ipſam quam hac die ſecunda menſis Iunij, præſentis anni milleſimi quingenteſimi quadrageſimi ſeptimi, celebrare decreuerat, ad diem Iouis poſt feſtum Natiuitatis B. Mariæ Virginis, quæ erit decimaquinta menſis Sept. proximè futuri, quoad prædictas, & alias materias expediendas, differendam, & prorogandam eſſe, quemadmodum differt, & prorogat: ita tamen, quod proſecutio diſcuſſionis, & examinationis eorum, quæ tam ad dogmata, quàm ad reformationem pertinent: interim non omittatur: & terminum ipſum ipſa ſancta Synodus, pro eius libito, & voluntate, etiam in priuata Congregatione, abbreuiare, & prorogare liberè poſſit & valeat.

Die XIV. Septemb. M. D. XLVII. in Congregatione generali Bononiæ, prorogata fuit ſeſſio, quæ futura erat die ſequenti, ad beneplacitum ſacri Concilij.

Bulla Reſumptionis Concilij Tridentini, ſub Iulio III. Pontif. Maxim.

IVlius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

Cùm ad tollenda religionis noſtræ diſſidia, quæ in Germania longo tempore, non ſine totius Chriſtiani orbis perturbatione, & ſcandalo viguerunt: bonum, opportunum, & expediens eſſe videtur, ſicuti etiam chariſſimus in Chriſto filius noſter, Carolus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, nobis per ſuas litteras, & nuncios ſignificari fecit, vt Sacrum œcumenicum generale Concilium per fel. rec. Paulum Papam III. prædeceſſorem noſtrum, indictum, & per nos, tunc Cardinalatus honore fungentes, atque ipſius prædeceſſoris nomine vnà cum duobus aliis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus ipſi Concilio præſidentes, inceptum, ordinatum, & continuatum, in quo plures publicæ, & ſolennes habitæ fuerunt Seſſiones, pluráque tam in caſu fidei, quàm reformationis promulgata decreta, multáque etiam ad vtrámque cauſam pertinentia examinata, & diſcuſſa, ad ciuitatem Tridentinam reducatur: Nos [a] *ad quos,* vt ſummo pro tempore Pontifices ſpectat generalia Concilia indicere, & dirigere, vt Eccleſiæ pacem & Chriſtianæ fidei, atque orthodoxæ religionis incrementum ad omnipotentis Dei laudem & gloriam procuremus, &, quantum in nobis eſt, tranquillitati ipſius Germaniæ, quæ ſanè prouincia retroactis temporibus in vera religione, ac ſacrorum Conciliorum, & ſanctorum Patrum doctrina excolenda, exhibendáque maximis Pontificibus, Chriſti Redemptoris noſtri in terra Vicariis, debita obedientia, & reuerentia, nulli Chriſtianorum prouinciæ fuit vnquam ſecunda, paternè conſulamus, ſperantes per ipſius Dei gra-

[a] Teſte Marcell. 1. in epiſtol. 1. ad Epi. prou. Ant. & Pela. 2 in Epi. ſua decre. & Bonifacio Epiſt. ad Zachariã Pa. ſcr. & Synodo Chalce. act. 1. & 2. Nice. to. 1 act. 6. & Nicolao 1. in Epi. ad Michaelem Imp.

tiam & benignitatem futurum,vt Reges omnes, ac Principes Chriſtiani iuſtis piíſque noſtris in hac re votis annuant, faueant, atque aſſiſtant: venerabiles fratres Patriarchas, Archiepiſcopos, & dilectos filios Abbates, omnéſque alios & ſingulos, qui de iure, vel conſuetudine,vel priuilegio Conciliis generalibus intereſſe debent, quóſque idem prædeceſſor noſter in ſuis Indictionis, & aliis quibuſcunque deſuper confectis, & publicatis litteris, Concilio intereſſe voluit, per viſcera miſericordiæ Domini noſtri Ieſu Chriſti hortamur, requirimus, & monemus, vt proximis futuris Calend. Maij,quem diem ad ipſum Concilium in eo,in quo nunc reperitur, ſtatu reſumendum,& proſequendum,præuia matura deliberatione, &ex certa noſtra ſcientia, & de Apoſtolica auctoritatis plenitudine, ac Venerabilium fratrum noſtrorum eiuſdem S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, & aſſenſu, ſtatuimus, decernimus, & declaramus in ipſa ciuitate Trident. legitimo ceſſante impedimento,conuenire, & ſe congregare, ac ipſius Concilij continuationi & proſecutioni, omni mora poſtpoſita, incumbere velint. Nos enim operam ſedulò daturi ſumus, vt eodem tempore in eadem ciuitate noſtri omninò adſint Legati,per quos, ſi per ætatem noſtram valetudinémque, & Sedis Apoſtolicæ neceſſitates, perſonaliter adeſſe nequiuerimus, Spiritu ſancto duce, ipſi Concilio præſidebimus, quacumque ipſius Concilij tranſlatione, & ſuſpenſione, cæteríſque contrariis non obſtantibus quibuſcunque, ac præſertim illis, quæ idem prædeceſſor noſter in ſuis litteris prædictis, quas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis & decretis in ſuo robore permanere volumus, atque decernimus, & quatenus opus ſit,innouamus, voluit non obſtare: irritum nihilominus decernentes, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum, hortationis requiſitionis, monitionis, ſtatuti, declarationis, innouationis voluntatis, & decretorum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli, Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum: Datum Romæ, apud ſanctum Petrum; anno Incarnationis Dominicæ, M. D. X L V I I I. Kalendis Decemb. Pontificatus noſtri anno primo.

M. Cardinalis Creſcen. Rom. Amaſæus.

ADDITIO.

1 *Ad quos.*] Quod ad Papam ſpectat congregare & indicare, Macell. 1. *in Epiſtola ad Epiſcopos Prouinciæ Antiochiæ, &* Pelag. 2. *in Epiſtol. ſua decret.* & Bonifac. Epiſcopus ad Zachariam Papam ſcribit, & Synod. Calced. *eidem act.* 1. *&* 2.& Nicen. 10.1. *art.6. nihil poteſt.* in Epiſt.ad Michaëlem Imperatorem.

SACRO

SACROSANCTI OECVMENICI, ET GENERALIS CONCILII TRIDENTINI

SESSIO VNDECIMA,

QVÆ EST PRIMA

SVB IVLIO III. PONT. MAX. CELEBRATA CAL. MAII, M. D. LI.

Decretum de reſumendo Concilio.

PLacétne vobis, ad laudem & gloriam ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, ad incrementum & exaltationem fidei, & religionis Chriſtianæ ſacrum œcumenicum, & generale Concilium Tridentinum iuxta formam, & tenorem litterarum Sanctiſſimi Domini noſtri, reſumi debere, & procedendum eſſe ad vlteriora? *Reſponderunt*, PLACET.

Indictio futuræ Seſſionis.

Placétne vobis proximam futuram Seſſionem habendam, & celebrandam eſſe, in futuris Calend. Septembris? *Reſponderunt*, PLACET.

SESSIO DVODECIMA,

QVÆ EST SECVNDA

SVB IVLIO III. PONT. MAX. CELEBRATA DIE I. SEPTEMB. M. D. LI.

Decretum prorogationis Seſſionis.

SAcroſancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus in Spiritu ſancto legitimè congregata, reſidentibus in ea eiſdem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legato, & Nunciis, quæ in proximè præterita Seſſione ſequentem hanc hodie habendam, & ad vlteriora procedendum eſſe, decreuerat, eum ob inclytæ, Germanicæ nationis (cuius præcipuè cauſa agitur) abſentiam, ac non magnum cæterorum Patrum frequentiam procedere hactenus diſtulerit, de Venerabilium in Chriſto fratrum, & filiorum ſuorum Moguntini, Treuerenſis Archiepiſcoporum, ac ſacri Romani Imperij Principum Electorum, & complurium ipſius, aliarúmque prouinciarum Epiſcoporum, ſub hanc ipſam diem aduentu in Domino exultans, & dignas ipſi omnipotenti Deo agens gratias, firmámque ſpem concipiens quamplurimos alios, tam ipſius Germanicæ, quàm aliarum nationum Prælatos, & ſui officij debito, & hoc exemplo commotos, propediem eſſe venturos, futuram Seſſionem ad quadrageſimam diem, quæ erit vndecima menſis Octobris proximè ſequentis,

indicit; & Concilium ipſum in ſtatu, in quo reperitur, proſequendo, cùm in præteritis Seſſionibus de ſeptem Sacramentis nouæ legis in genere, & in ſpecie de Baptiſmate, & Confirmatione definitum fuerit, ſtatuit, & decernit de ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento, necnon, quod ad reformationem attinet, de reliquis, quæ ad faciliorem & commodiorem Prælatorum reſidentiam pertinent, agi & tractari debere: ac monet, & hortatur omnes Patres, vt interim, Domini noſtri Ieſu Chriſti exemplo, quantum tamen humana fragilitas patietur, ieiuniis, & orationibus vacent: vt tandem placatus, qui in ſæcula ſit benedictus, Deus, corda hominum ad veræ ſuæ fidei agnitionem, & ſanctæ matris Eccleſiæ vnitatem, ac rectè viuendi normam reducere dignetur.

SESSIO DECIMATERTIA, QVÆ EST TERTIA

SVB IVLIO III. PONT. MAX. CELEBRATA DIE XI. OCTOB. M. D. LI.

Decretum de ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento.

SAcroſancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legato, & Nunciis, etſi in eum finem, non abſque peculiari Spiritus ſancti ductu, & gubernatione conuenerit, vt veram & antiquam de fide & Sacramentis doctrinam exponeret, & 1 *vt hæreſibus* omnibus, & aliis grauiſſimis incommodis, quibus Dei Eccleſia miſerè nunc exagitatur, & in multas & varias partes ſcinditur, remedium afferret: hoc præſertim iam inde à principio in votis habuit, vt ſtirpitus conuelleret ziza- *Matth. 13.*
nia execrabilium errorum, & ſchiſmatum, quæ inimicus homo, his noſtris calamitoſis temporibus, in doctrina fidei, vſu, & cultu, & ſacroſanctæ Euchariſtiæ ſuperſeminauit: quam alioqui Saluator noſter in Eccleſia ſua tanquam ſymbolum reliquit eius vnitatis, & charitatis: qua Chriſtianos omnes inter ſe coniunctos, & copulatos eſſe voluit. Itaque eadem ſacroſancta Synodus ſanam, & ſinceram illam de venerabili hoc & diuino Euchariſtiæ Sacramento doctrinam tradens, quam ſemper Catholica Eccleſia ab ipſo Ieſu Chriſto, Domino noſtro, & eius Apoſtolis erudita, atque à Spiritu ſancto, illi [a] omnem veritatem in dies ſuggerente edocta, retinuit, & ad finem vſque ſæculi conſeruabit: omnibus Chriſti fidelibus interdicit, ne poſthac de ſanctiſſima Euchariſtia aliter credere, docere, aut prædicare audeant, quàm vt eſt, hoc præſenti decreto explicatum, atque definitum.

a Luc 22 c.1. ver. ego pro te. 21. diſt. & infr. ſeſ. 22. c. 1 & ſup. ſeſ 5. Ioan. 10.

OBSER

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

Est enim hoc Sacramentum variis nominibus nuncupatum, nam vocatur Euchariſtia, id eſt, bona gratia, hoſtia, ſacrificium, communio, Sacramentum altaris, ſynaxis, & viaticum, D. Thom. 3. *par. quæſt.* 73. *art.* 4. Magiſtr. Sent. *in* 4. *diſtinct.* 3. vbi Sot. *quæſt. vnic. art.* 4. omnium pónit ſignificationes, Summ. Vict. *de Euchar. quæſt.* 51. Nauarr. *cap.* 22. *num.* 10. poſt Conc. Colonienſe de Euchar. in princ.

ADDITIO.

1 *Vt hæreſibus.*] De variis hæreſibus in hac materia Euchariſtiæ dantis, vide Deciſiones fidei in verbo Euchariſtia.

Ibi accedant aduertendum eſt, quod qui non credit comprehenſa ſequentibus Dei Canonibus non credat, aut credere debeat ea à Concilio diffinita fuiſſe, peccat mortaliter, & ſi contra ſcripſerit, vel verbo expreſſerit excommunicatur, Nauarr. *in manu. cap.* 22. *de ſept. ſacram. in genere, num.* 10.

CAPVT I.

De reali præſentia Domini noſtri Ieſu Chriſti in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento.

Principio docet ſancta Synodus, & apertè, ac ſimpliciter profitetur: in almo ſanctæ 1 *Euchariſtiæ* Sacramento, poſt panis, & vini conſecrationem, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, verum Deum, atque hominem, verè, realiter, ac ſubſtantialiter ſub ſpecie illarum rerum ſenſibilium contineri. Nec enim hæc inter ſe pugnant, vt ipſe Saluator noſter ſemper ad dexteram Patris in cœlis aſſideat iuxta modum exiſtendi naturalem; & vt multis nihilominus aliis in locis ſacramentaliter præſens ſua ſubſtantia nobis adſit, ea exiſtendi ratione, quam etſi verbis exprimere vix poſſumus,[a] poſſibilem tamen eſſe Deo, cogitatione, *α per fidem illuſtrata*, aſſequi poſſumus, & conſtantiſſimè credere debemus: ita enim maiores noſtri omnes, quotquot in vera Chriſti Eccleſia fuerunt qui de ſanctiſſimo hoc Sacramento diſſeruerunt, apertiſſimè profeſſi ſunt, hoc tam admirabile Sacramentum in vltima cœna Redemptorem noſtrum inſtituiſſe: *β cùm poſt panis*, viníque benedictionem, ſe ſuum ipſius Corpus illis præbere, ac ſuum ſanguinem, disertis ac perſpicuis verbis teſtatus eſt.[b] Quæ verba à ſanctis Euangeliſtis commemorata,[c] & à S. Paulo poſtea repetita, cum propriam illam, & apertiſſimam ſignificationem præ ſe ferant, ſecundùm quam à Patribus intellecta ſunt, indigniſſimum ſanè flagitium eſt, ea à quibuſdam contentioſis, & prauis hominibus ad fictitios, & imaginarios tropos, quibus veritas Carnis, & Sanguinis Chriſti negatur, contra vniuerſum Eccleſiæ ſenſum detorqueri: quæ tanquam, columna & firmamentum veritatis, hæc ab impiis hominibus excogitata commenta, velut Satanica, deteſtata eſt, grato ſemper, & memori animo præſtantiſſimum hoc, Chriſti beneficium agnoſcens.

Ioann. 1.

a Cap. 1. de ſum. Trin. ſup. ſeſ. 3. in ſymbol. Epheſ. 1. Mat. 1. in fin.

b Matt. 19. Luc. 18.

c Matth. 26. Marc. 14. Lucæ. 22. 1. Cor. 11.

1. Tim. 3.

OBSER

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α P*Er fidem illuſtrata.*] Per gratiam, ſed non per oculum, aut intellectum videtur Summ. Victor.*de Euchar.quæſt.*70.

β *Cùm poſt panis.*] Hæc eſt materia huius Sacramenti panis triticus,& vinum de vite, *cap.firmiter de ſumm.Trinit.de fid.Cath. cap.cum Marthæ,de celebrat.miſſ.cap.1.& cap. in ſacramento de conſecrat. diſt.* 3. & in alia materia non conficitur, D.Thom.3.*par.q.*7.*art.*3.Alex.de Alex.4.*par. quæſt.*32. Durand. *in* 4.*diſtinct.*11.*quæſt.*4. & Scot. *diſtinct.* 11. *quæſt.*6.critque panis azimus non fermentatus ſecundùm conſuetudinē Latinorum. Quare autē in azimo potius quàm in fermentato, vide per Leo.9.*in epiſt.ad Michaël.* Conſtāt.Archiep.*tom.*3.*epiſt.fol.*543. Summ. Vict. *de Euchar. quæſt.* 54. & quare non in aceto, *quæſt.* 59. & de materia.Candelabr. aur.de Euchar.*quæſt.*18.*& ſeq.fol.* 131.

ADDITIO.

1 *Euchariſtiæ.*] Sacramentum Euchariſtiæ, quibus nominibus appellatur, quid ſignificet, & quomodo diffinitur. Nauarr. *in man.cap.* 22. *de ſept. Sacrament. in genere, num.*10.

CAPVT II.

De ratione inſtitutionis Sanctiſſimi huius Sacramenti.

ERgo Saluator noſter, diſceſſurus ex hoc mundo ad Patrem, α *Sacramentum* hoc inſtituit,in quo diuitias diuini ſui erga homines amoris velut effudit, [a] β *memoriam* faciens mirabilium ſuorum: & in illius ſumptione colere nos ſui memoriam præcepit, ſuámque annunciare mortem, donec ipſe ad iudicandum mundum veniat. Sumi autem voluit Sacramentum hoc,tanquam ſpiritualem animarum γ *cibum*,quo alantur, & confortentur viuentes vita illius, qui dixit: [b] Qui manducat me,& ipſe viuet propter me:& tanquam antidotum,quo liberemur à culpis quotidianis,& à peccatis mortalibus præſeruemur. δ *Pignus* prætetea id eſſe voluit futuræ noſtræ gloriæ, & perpetuæ felicitatis, adeóque ſymbolum vnius illius corporis, [c] cuius ipſe caput exiſtit, cuíque nos, tanquam membra arctiſſima fidei, ſpei,& charitatis connexione aſtrictos eſſe voluit, vt idipſum omnes diceremus. Nec eſſent 1 *in nobis ſchiſmata.* [d]

a Pſal.110.

b 1. Cor. 11. Luc. 22 cap. iteratur de confec. diſt.2. Ioan 6.

c 1. Cor. 11. Epheſ.5. Num. 12. 1. Cor. 5.

d 1. Cor. 1.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α S*Acramentum.*] Eſt igitur ipſa ſpecies quæ remanet poſt conſecrationem, non autem ipſa Conſecratio, vel ſumptio, vt habetur 1.*quæſt.*1.*cap.*1.*& in Sum.Sacram. de Euchar.quæſt.* 52. inſtituit autem hoc Sacramentum Chriſtus, *cap. cùm Marthæ, de celebrat.miſſ.*Clem.vnic.*de reliqui.& venerat. ſanct.*Candelabr.aur.de Euchar. *quæſt.* 10. Tolet.*lib.*6.*cap.*13.

β *Memoriam.*] Hæc eſt pars effectiua noſtræ ſanctificationis per Paſſionē Chriſti, *Hoc facite in meam commemorationem*, Luc. 22.& 1. Corint.11. *Quotieſcunque manducabitis panem hunc & calicem bibetis,mortem Domini annunciabitis.*

γ *Cibum.*] Hæc eſt cauſa formalis noſtræ ſanctificationis, ſcilicet gratia.

δ *Pignus.*] Hæc eſt cauſa finalis,quæ eſt gloria.

ADDITIO.

1 *In nobis ſchiſmata.*] Dandum ergo videtur omnibus confeſſis, & damnatis ad mortem. Concil. Vicormatienſ. 80.

CAPVT

CAPVT III.

De excellentia ſanctiſſimæ Euchariſtiæ ſuper reliqua Sacramenta.

Commune hoc quidem eſt ſanctiſſimæ [a] Euchariſtiæ cum cæteris Sacramentis,ſymbolum eſſe rei ſacræ,& inuiſibilis gratiæ, formam viſibilem: verùm illud in ea excellens,& ſingulare reperitur, [b] quod reliqua Sacramenta,tunc primùm ſanctificandi vim habent, cùm quis illis vtitur: at in Euchariſtia ipſe ſanctitatis auctor ante viſum eſt. Nondum enim [c] Euchariſtiam de manu Domini Apoſtoli ſuſceperant, cùm verè tamen ipſe affirmaret corpus ſuum eſſe, quod præbebat,& ſemper hæc fides in Eccleſia Dei fuit, ſtatim poſt conſecrationem [d] verum Domini noſtri 1 *corpus*,verúmque eius ſanguinem ſub panis & vini ſpecie vnà cum ipſius anima & diuinitate exiſtere, ſed corpus quidem ſub ſpecie panis, & ſanguinem ſub vini ſpecie, ex vi verborum, ipſum autem corpus ſub ſpecie vini, & ſanguinem ſub ſpecie panis, animámque ſub vtraque vi naturalis illius connexionis,& concomitantiæ, qua partes Chriſti Domini, [e] qui iam ex mortuis reſurrexit, non amplius moriturus, inter ſe copulantur: Diuinitatem porrò propter admirabilem illam eius cum corpore,& anima hypoſtaticam vnionem. Quapropter veriſſimum eſt, tantundem ſub alterutra ſpecie,atque ſub vtraque contineri. Totus enim & integer Chriſtus, ſub panis ſpecie,& quauis ipſius ſpeciei parte, totus item ſub vini ſpecie, & ſub eius partibus exiſtit.

[a] Cap.ſacrificium de conſt diſt.2.
[b] c.multi.q. 1.
[c] Matth. 26. Marc.26. Marc. 24.
[d] inf. cano. 1.
[e] Rom.6. cap. ſemel Chriſtus ea. iteratur. c. ſinguli, &c. qui manducãt. de cõſ. diſt. 2. infrà cano.3.
[f] Seſ.21.ca.5. Vide num.5. de Paſcha inter eas quæ Euſ.Emiſſeno. reſcribuntur & de cõſ. diſt. 2.vbi part.eſt, &c.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

De excellentia ſanctiſſimi huius Sacramenti ſcripſerat olim Dionyſius de Eccleſ. Hierarch. *cap.3.* Chryſoſt.*homil.60. ad popul. & cap. 83. in math.* Concil. Colonien.*in princip. de Euchariſt. & de conſecrat. diſt. 2. cap. nihil in ſacrificio.* Ad hoc enim præclariſſimum omnia alia ſex ſacramenta tanquam ſuum finem diriguntur, latè Catechiſ.Rom.de Euchariſt.*fol.* 268. Sot.*in 4.diſt.1.quæſt.4.art.6.*

ADDITIO.

1 *Corpus.*] Etiam ſub alterutra ſpecie,ita ſcilicet,vt ſub pane ſit Corpus virtute verborum ſacramenti, & ſanguis per concomitantiam, & ſub ſpecie vini ſit ſanguis ex vi verborum ſacramenti, & corpus per concomitantiam,Nauar. *in man.de ſept.Sacram.in gener.c.22.num.*10.

CAPVT IV.

De Tranſſubſtantiatione.

Quoniam autem Chriſtus, Redemptor noſter, corpus ſuum id [a] quod ſub ſpecie panis offerebat,verè eſſe dixit,ideò perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, idque nunc denuò ſancta hæc Synodus declarat, per conſecrationem panis & vini conuerſionem fieri totius *a ſubſtantiæ* [b] panis in ſubſtantiam corporis Chriſti, Domini noſtri, & totius ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam

[a] Luc 22. Ioan.6. 1.Cor. 11.
[b] Ca. panis de conſ.d.2. cap. cum Marc. de cele.miſ. infr. can. 2. In 3. Lateran.Cõc.

ſanguinis eius,quæ conuerſio conuenienter,& propriè à ſancta Catholica Eccleſia Tranſſubſtantiatio eſt appellata.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

ᵃ *Subſtantia.*] Non remanet ergo ſubſtantia panis & vini, D. Thom. 3. *par. quæſt.* 75. *art.* 2. & Concil. Conſtantien. *ſeſſ.* 8. *cap. firmiter*, *de ſumm. Trinit. & fid. Cathol.*

CAPVT V.

De cultu & veneratione huic ſanctiſſimo Sacramento exhibenda.

NVllus itaque dubitandi locus relinquitur, [a] quin omnes Chriſti fideles pro more in Catholica Eccleſia ſemper recepto latriæ cultum, qui vera Deo debetur, huic ſanctiſſimo Sacramento in veneratione exhibeant. Neque enim ideò minùs eſt adorandum, quòd fuerit à Chriſto Domino,vt ſumatur,inſtitutum. Nam illum eundem Deum præſentem in eo adeſſe credimus: quem pater æternus introducens in orbem terrarum, dicit: [b] Et adorent eum omnes Angeli Dei, quem Magi procidentes adorauerunt, [c] quem denique in Galilæa ab Apoſtolis adoratum fuiſſe, Scriptura teſtatur. α *Declarat* præterea ſancta Synodus,piè & religiosè admodum in Dei Eccleſiam [d] inductum fuiſſe hunc morem, vt ſingulis annis peculiari quodam, & β *feſto die præcelſum* hoc, & venerabile Sacramentum ſingulari veneratione, ac ſolemnitate 1 *celebraretur*, [e] vtque in proceſſionibus reuerenter,& honorificè illud per vias, & loca publica circumferretur. Æquiſſimum eſt enim ſacros aliquos ſtatutos eſſe dies, cum Chriſtiani omnes ſingulari ac rata quadam ſignificatione gratos,& memores teſtentur animos erga communem Dominum, & Redemptorem pro tam ineffabili, & planè diuino beneficio, quo mortis eius victoria, & triumphus repræſentatur. Atque ſic quidem oportuit victricem veritatem de mendacio & hæreſi triumphum agere vt eius aduerſarij in conſpectu tanti ſplendoris & in tanta vniuerſæ Eccleſiæ lætitia poſiti, vel debilitati, & fracti tabeſcant, vel pudore affecti & confuſi aliquando reſipiſcant.

a Infrà cano. 6.
b Pſalm. 96. Hebr. 1.
c Matth. 2. Matth. 28. Luc. 24.
d Vrbanus Papa citatus Clementinarum l. 3. de reliq.& venera. ſanct.
e Infr. cano. 6. 1. Cor 15. Hebr. 2.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *Declarat.*] Quid ſi Rector Parochialis Eccleſiæ conſueuerit ab immemorabili tempore deferre hoc ſummum Sacramentum,an Epiſcopus de nouo erectus in illa Ciuitate poſſit ſibi vendicare hoc ius deferendi huiuſmodi Sacramentum inuito illo Rectore Eccleſiæ Parochialis;videtur quod non,quia in Clem. vnic. *de reliq. & venerat. ſanct.* non mandatur hoc celebrari per Epiſcopum, ſed vt curet Epiſcopus quòd tam in Ciuitate quàm in Eccleſiis totius diœceſis celebretur, ſed *infr. ſeſſ.* 25. *cap.* 6. conceditur Epiſcopis in Choro, Capitulo,& proceſſionibus primus locus, & prima Sedes quam ipſi elegerint,non obſtantibus conſuetudinibus etiam immemorabilibus.

β *Et feſto die præcelſum hoc.*] Clem. vnic. *de reliqui. & vener. ſanct.* ex inſtitutione Vrbani & aliqui abuſus qui irrepſerunt circa hanc ſolemnitatem ſublati fuerunt per

per Concil. Colonienſ. ſub Adulpho. 3. *in tit. de proceſſionib. tom. 4. fol. 853.*

ADDITIO.

1 *Celebraretur.*] In Cathedrali Eccleſia magis quàm in alia, totiúſque rei huiuſmodi agendæ auctoritas apud Capitulum eſt. Congregatio.

Suppoſito quòd Epiſcopus hoc ſanctiſſimum Sacramentum deferre debeat, & quòd in oppido conuenerit à Rectore Parochiali deferri, & deinde oppidum fuiſſe erectum in ciuitatem, an conſuetudo profit Rectori, quod non facit Doctr. Dec. in *l. Imperium, num. 39.* vbi quòd conſuetudo Doctorum, & Scholarium, qua renunciauerunt iuriſdictioni & imperio, de quo in auth. habita, *C. de re fil. pro patr.* non præiudicaret in ſtudio de nouo erecto, Vide Hypol. Rumin. *ibi num. 391.*

CAPVT VI.

De aſſeruando ſacra Euchariſtiæ Sacramento, & ad infirmos deferendo.

COnſuetudo [a] 1 *aſſeruandi* in ſacrario ſanctam *α Euchariſtiam,* adeò antiqua eſt, vt eam ſæculum etiam Niceni Concilij agnouerit. Porrò deferri ipſam ſacram Euchariſtiam 2 *ad infirmos,* & hunc vſum diligenter in Eccleſiis conſeruari, præterquam quòd cum ſumma æquitate & ratione coniunctum eſt, tum multis in [c] Conciliis præceptum inuenitur, & vetuſtiſſimo Catholicæ [d] Eccleſiæ more obſeruatum. Quare ſancta hæc Synodus retinendum, omninò ſalutarem hunc *β & neceſſarium* morem ſtatuit.

a Infr. cano. 7. ca. ſanc. de celebr. miſſ. c. 1. de cuſt. Euch. c. presbyt. de conſe. diſti. 2.
b 1. Niceni fortè cap. 14.
c Conc. Rhe. c. 2. Conc. Late. ſub Inno. 3. c. 26. cap. præſ. 93. diſtin.
d Ancyrani cap. 6. 1. Niceni. cap. 12. Carth. 4. cap. 77. 78. Agathe. cap. 15.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

SAcramentum Euchariſtiæ eſt deferendum ad infirmos, vt illud ſumant, non vt adorent tantùm, eſt prohibitum à Pio V.

An hoc Sacramentum dari debeat damnatis ad mortem.

Reſpondit ſic, ſed conuenientius pridie, Vide *ſeſſ. 13. cap. 9.*

Euchariſtia eſt ſumenda in Paſchate in propria Parochia, nec excuſatur ſumens in Hebdomada ſancta, vel immediatè poſt Paſcha extra eam, non obſtat priuilegium Regularium.

Item, ſeruientes Monaſteriis Regularium ſumant Euchariſtiam in propria Parochia.

Item, non licet laïcis qui intra dictum tempus de manu Parochi communicauerint, vel qui habet animum antequam labatur octaua Paſchatis communicare in die Reſurrectionis de manu Regularium, quia eſt expreſsè prohibitum, ſic Gregorius XIII. circa annum 1585.

Item, Epiſcopus poteſt excommunicare eos qui negligunt confiteri, vel communicare in tempore debito, quia poteſt aggrauare pœnas à iure communi ſtatutas, vt in *cap. omnis, de Pœnitentia.*

Item, poteſt eiſdem imponere pœnas pecuniarias applicandas pio loco.

Item, non expedit vt Epiſcopus ſibi reſeruet abſolutionem eorum qui non communicauerunt, vel non ſunt confeſſi tempore ſtatuto.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

DE hoc antiquiſſimo Eccleſiæ more aſſeruandi ſacrum Euchariſtiæ Sacramentum pro infirmis, & aliis neceſſitatibus refert multa exempla Durand. *de ritib. Eccleſ. Cath. lib. 1. cap. 16. num. 10.*

α Euchariſtiam.] Non licet ſacroſanctam Euchariſtiam deferre ad ægrotantes qui morbi grauitate impediti ſumere eam non poſſunt, ſed venerationis gratia ſolent eam deoſculari, & adorare, etſi fortè aliquo in

loco talis conſuetudo prorſus eſt tollenda, ſic enim Pius Papa Quintus ſummus Pontifex prohibuit, & cenſuit ſacra Congregatio ad Archiepiſcopum Panormitanum.

β *Neceſſarium.*] Ergo peccat mortaliter, qui negligenter omittit in infirmitate communicare.

ADDITIO.

1 *Aſſeruandi.*] Aſſeruari autem debet in aliquo loco mundo ſingulari, & ſignato, vt infirmis ſuccurri poſſit, nec conſuetudo vel paupertas excuſat, niſi ſacrilega manus timeatur, cui per quamuis diligentiam cuſtodi occurrit, nequeat. Congregatio.

2 *Ad infirmos.*] Qui ſumere poſſint, vt ſumant; non vt qui ſumere non poſſunt, vt in quibuſdam locis fit, adorent, vel oſculentur: ad hos enim deferri prohibuit Pius V. Congregatio. Conſuetudine non obſtante. Congregatio.

CAPVT VII.

De præparatione, quæ adhibenda eſt, vt dignè quis ſacram Euchariſtiam percipiat.

SI non decet ad ſacras vllas functiones quempiam accedere, niſi ſanctè, certè quo magis ſanctitas, & diuinitas cœleſtis huius Sacramenti viro Chriſtiano comperta eſt, eo diligentiùs cauere ille debet, ne abſque magna α *reuerentia*, & 1 *ſanctitate* ad id percipiendum accedat, præſertim cum illa plena formidinis verba apud [a] Apoſtolum legamus. Qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini. Quare communicare volenti reuocandum eſt in memoriam eius præceptum: [b] Probet ſeipſum homo. Eccleſiaſtica autem conſuetudo declarat, eam probationem neceſſariam eſſe, vt nullus ſibi conſcius mortalis peccati, quantumuis ſibi [c] contritus videatur, abſque præmiſſa Sacramentali Confeſſione ad ſacram Euchariſtiam accedere debeat: quod à Chriſtianis omnibus, etiam ab iis ſacerdotibus, quibus ex officio incubuerit, celebrare, hæc ſancta Synodus β *perpetuò* ſeruandum eſſe decreuit, modò non deſit [d] illis copia confeſſoris, γ *quod ſi, neceſſitate* vrgente, ſacerdos abſque præuia confeſſione celebrauerit, quàm primùm confiteatur.

a 1. Cor. 11. c. quid ergo c. ſancta. 1 ſicut Iudas, & c. timorem de cõſe. lib. 2.
b 1. Cor. 11. c. qui ſcelerate. de conſ. di 2. c. quotidie, & c. panem de cõſ. diſt. 2. c. omnis qui: cum ſeq. de pen. diſt. 1.
c & inf. ca. 11.
d Infrà canon 11.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α REuerentia, & *ſanctitate.*] Ieiunus accipiat, Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 5. caſ.* 406. & poſt dormitionem accipiat, idem ibidem, *caſu 407. per cap. ſi conſtiterit, de accuſat.* quod intellige vt ibidem.

β *Perpetuò.*] Etiam in laïcis ex identitate rationis, vt per Nauar. *in ſumm. de confeſſ. num.* 6. & quinto præcepto Eccleſiæ, *cap.* 21. *num.* 44. contra Caietan. & Armill. & ibi vid. quando dicatur habere copiam confeſſionis, ſumm. *Sacram. de Euchar. quæſt.* 79. Couar. *2. par. §. num. 7.* Durand. *de ritib. lib. 2. cap. 8. num. 2. in fin. can.* 11. Cardin. Bellarmin. *tom. 2. lib. 2. cap. 13. fol.* 950.

γ *Quod ſi neceſſitate.*] Si verò ratione ſcandali vitandi teneretur celebrare, ſed reperitur impeditus aliqua irregularitate poterit celebrare, quia præceptum de euitando ſcandalo eſt naturale, irregularitatis verò eſt poſitiuum, Prax. *in ver. irregularitas, q.* 15. vbi refert tres opiniones.

ADDITIO.

1 *Sanctitate.*] Et non niſi ieiunus, vt per Nauarr. *in man. cap. 21. num. 33. de quinque precep. Eccleſ.*

CAPVT

CAPVT VIII.

De vſu admirabili huius Sacramenti.

QVoad vſum autem, [a] rectè & ſapienter Patres noſtri tres rationes hoc ſanctum Sacramentum accipiendi diſtinxerunt. 1 *Quoſdam* enim docuerunt Sacramentaliter dumtaxat id ſumere, vt peccatores; alios tantùm ſpiritualiter, illos nimirum, qui voto propoſitum illum cœleſtem panem edentes, fide viua, quæ per dilectionem operatur, fructum eius & vtilitatem ſentiunt; tertios porrò ſacramenraliter ſimul, & ſpiritualiter: hi autem ſunt, qui ita ſe priùs probant & inſtruunt, [c] vt veſtem nuptialem induti ad diuinam hanc menſam accedant. In ſacramentali autem ſumptione ſemper in Eccleſia Dei mos fuit, vt *a laici* à Sacerdotibus Communionem acciperent, [d] Sacerdotes autem celebrantes ſeipſos communicarent: qui mos, [e] tanquam ex traditione Apoſtolica deſcendens iure, ac merito retineri deber. Dein autem pro paterno affectu admonet ſancta Synod. hortatur, rogat, & obſecrat per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, vt omnes & ſinguli, qui Chriſtiano nomine cenſentur, in hoc vnitatis ſigno, in hoc vinculo charitatis, in hoc concordiæ ſymbolo iam tandem aliquando conueniant, & concordent, memoréſque tantæ maieſtatis, & tam eximij amoris Ieſu Chriſti Domini noſtri, [f] qui dilectam animam ſuam in noſtræ ſalutis pretium, & carnem ſuam nobis dedit ad manducandum: hæc ſacra myſteria corporis & ſanguinis eius fidei conſtantia, & firmitate, ea animi deuotione, ea pietate, & cultu credant, & venerentur, vt panem illum ſuperſubſtantialem frequenter ſuſcipere poſſint, & is verè eis ſit animæ vita, & perpetuò ſanitas mentis: cuius vigore conforta[illegible] ex huius miſeriæ peregrinationis itinere ad cœleſtem patria[illegible] peruenire valeant, eundem panem [g] Angelorum, quem modò ſub ſacris velaminibus edunt, abſque vllo velamine manducaturi.

[a] Ca. quid eſt. cum ſeq. autẽ dupliciter, & c. in illo de conſ. diſtin. 2. Auguſt. cont. Donatiſt. ſæpe. Proſ. in li. Sent.
[b] Galat. 5.
[c] Infrà canon. 8.
[d] Marc. 11.
[e] C. relatum de conſ. di. 2. infr. cap. 10.
[f] Ioan. 6. cap. primo de cõſ. diſt. 2.
[g] Pſal. 17 cap. reuera. & cap. omnis de cõſ. diſt. 1.

Quoniam autem non eſt ſatis veritatem dicere, niſi denegentur & refellantur errores: placuit ſanctæ Synodo hos canones ſubiungere vt omnes, iam agnita Catholica doctrina, intelligant quoque, quæ ab illis hæreſes caueri vitaríque debeant.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

[a] LAici.] Ieiuni, vt ſuprà dictum eſt, niſi ex infirmitate, vel alia cauſa neceſſitatis, Conſtantien. *ſeſſ. 13. tom. 3. fol. 821. col. 2. & cap. ex parte*, vbi *gloſ. in ver. ne ſi forte, de celebrat. miſſ.* D. Thom. *in 3. par. quæſt. 50. art. 8. facit cap. presbyter. de conſecrat. diſt. 2.* quia quod propter iuſtitiam iniunctum eſt, non debet contra charitatem operari, vt habetur in *ſum. Sacram. de Euchar. quæſt. 83.* Hinc quærebatur an hoc Sacramentum debeat dari damnatis ad mortem, & reſpondetur, quod ſic per *text. in cap. quæſitum 13. quæſt. 11.* vbi Turrecrem. not. non poſſe dari rationem quare debeat eis denegari, Silueſt. *Euchar. 111. num. 7. ver.* & redditur ratio quia per hoc Sacramentum de attrito fuit contritus, & ſuſcipit gratiam quam non recipit in pœnitentiæ, præſertim quia cui conceditur pœnitentiæ Sacramentum pariter concedi debet viaticum, gloſ. *in Clem. prima de pœnit. & remiſſ.*

in verb. videtur quod pœnitentiæ, & ibi Imol. & Zabarel. quod refert Stephan. Anfred. *de poteſt. Eccleſ. ſuprà laicos. num. 55.* Verumtamen eſt quod ratione reuerentiæ quæ huic Sacramento debetur, non deberent illo die, quo communicant, affici vltimo ſupplicio, & ita poſt alios quos allegat tenet Iul. Clar. *in prax. crim. in* §. *fin. quæſt. 99. verſ.* ſed quæro nunquid vbi refert quod neque in Gallia, neque in Hiſpania, neque in ducatu Mediolanenſ. conſueuit hoc Sacramentum exhiberi damnatis, & idcircò fortè tollerabiliùs eſſet dare hoc Sacramentum damnato poſt cibum, ſi aliud tempus non ſuppetat ante diem ſupplicij quam ieiuno paulò ante ſupplicium, ne qui ſanctum Chriſti Corpus ſuſcepit, vel propter mortis horrorem in votum caderet, vel illicò in patibulum, & crucem raperetur, & licet infirmus in craſtinũ moriturus communicet, tamen non eſt eadem ratio de damnato prout latiſſimè diſputat & concludit Nauarr. *de pœnit. & remiſſ. lib. 1. conſ. 16. num.* 8. & per tot. Tolet. *in ſumm. lib. 6. cap. 16. in fin.* hortatur, vt damnatis ad mortem Communio non denegetur, Summ. Victor. *de Eucbariſt. concluſion. 86.*

ADDITIO.

1 *Quoſdam.*] Vide *infrà ſeſſ. 22. in Doctr. de ſacrif. Miſſæ cap. 6. in Apoſtil.* eſt etiam quartus modus realiter, videlicet tantùm quando mus, vel aliud animal comedit Euchariſtiam, tum enim verè & realiter ſumitur corpus Chriſti abſque vlla diſtinctione ab aliis cibis ſecundùm Scot. *in 4. diſt. 12. quæſt. 1. art. 1.* Hoc modo ſumeret infidelis, qui parui pendens hoc Sacramentum inter alios communes cibos ſumeret, Aur. *de Sacram. Eccleſ. num. 131.*

De Sacroſancto Euchariſtiæ Sacramento.

CANON I.

Si quis negauerit,[a] in ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento contineri verè, realiter, & ſubſtantialiter Corpus, & ſanguinem vnà cum anima, & diuinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac proinde totum Chriſtum: ſed dixerit tantummodò eſſe in eo, vt in ſigno, vel figura, aut virtute, anathema ſit.

[a] Suprà ca. 3. Concil. Conſtantienſe.

CANON II.

Si quis dixerit,[b] in ſacroſancto Euchariſtiæ Sacramento remanere ſubſtantiam panis, & vini, vnà cum Corpore, & Sanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti: negaueritque mirabilem illam, & ſingularem conuerſionem totius ſubſtantiæ panis in Corpus, & totius ſubſtantiæ vini in Sanguinem, manentibus dumtaxat ſpeciebus panis, & vini: quam quidem conuerſionem Catholica Eccleſia aptiſſimè[c] Tranſſubſtantiationem appellat: anathema ſit.

[b] Concil. idem damnans articulos Ioann. Vuiclef.

[c] Supr. c. 4.

CANON III.

Si quis negauerit,[d] in venerabili Sacramento Euchariſtiæ ſub vnaquaque ſpecie, & ſub ſingulis cuiuſque ſpeciei partibus, ſeparatione facta, totum Chriſtum contineri: anathema ſit.

[d] Conc. Flor. in decretis, Euge. ad Armenos ſupr. c. 3. & infr. ſeſſ. 21. cap. 1. de commun.

CANON IV.

Si quis dixerit, peracta conſecratione, in admirabili Euchariſtiæ Sacramento non eſſe Corpus, & Sanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſed tantùm in vſu, dum ſumitur, non autem ante, vel poſt[e], & in hoſtiis, ſeu particulis conſecratis, quæ pòſt Communionem reſeruantur, vel ſuperſunt, non remanere verum Corpus Domini: anathema ſit.

[e] Supr. c. 3.

CANON

CANON V.

Si quis dixerit, [f] vel præcipuum fructum ſanctiſſimæ Euchariſtiæ eſſe remiſſionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus prouenire: anathema ſit.

f Vide Conc. Flor. ibid. ſup. cap. 2.

CANON VI.

Si quis dixerit, in ſancto Euchariſtiæ Sacramento Chriſtum vnigenitum Dei filium non eſſe [g] cultu latriæ, etiam externo, adorandum: atque ideò non feſtiua peculiari celebritate venerandum, neque in proceſſionibus, ſecundùm laudabilem, & vniuerſalem Eccleſiæ ſanctæ ritum, & conſuetudinem, ſolemniter circumgeſtandum, vel non publicè, vt adoretur, populo proponendum, & eius adoratores eſſe idololatras: anathema ſit.

g Suprà c. 5.

CANON VII.

Si quis dixerit, non licere ſacram Euchariſtiam [h] in ſacrario reſeruare, ſed ſtatim poſt conſecrationem aſtantibus neceſſariò diſtribuendam; aut non licere, vt illa ad infirmos honorificè deferatur: anathema ſit.

h Sup. cap. 6.

CANON VIII.

Si quis dixerit, Chriſtum in Euchariſtia exhibitum, ſpiritualiter tantùm manducari, [i] & non etiam ſacramentaliter ac realiter: anathema ſit.

i Sup. cap. 8.

CANON IX.

Si quis negauerit, [k] omnes & ſingulos α *Chriſti fideles* vtriuſque ſexus, β *cùm ad annos* diſcretionis peruenerint, teneri ſingulis annis, ſaltem 1 *in Paſchate*, ad communicandum, [l] γ *iuxta præceptum* ſanctæ matris Eccleſiæ: anathema ſit.

k Can. õmnis vtriuſque de pœn. & remiſſ. Conc. Later. ſub Inn. 3. ca. 21. & inf. ſeſſ. 14. can. 8. de pœn.

l Cõnc. Later. ſub Inn. 3. ca. 21. Vide poſt finem huius libri.

CANON X.

Si quis dixerit, [m] non licere ſacerdoti celebranti ſeipſum communicare: anathema ſit.

m Sup. cap. 8.

CANON XI.

Si quis dixerit, [n] ſolam fidem eſſe ſufficientem præparationem ad ſumendum ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum: anathema ſit. Et ne tantum Sacramentum indignè, atque ideò in mortem, & condemnationem ſumatur: ſtatuit, atque declarat ipſa ſancta Synodus, illis quos conſcientia peccati mortalis grauat, [o] quantumcumque etiam ſe contritos exiſtiment, habita copia Confeſſoris, neceſſariò ζ *præmittendam* eſſe δ *Confeſſionem* ſacramentalem. Si quis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter aſſerere, ſeu etiam publicè diſputando defendere præſumpſerit, eo ipſo excommunicatus exiſtat.

n Sup. cap. 7.

o Sup. c. 7.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

Canon primus refertur ad *cap.* 35. Vide Nauarr. *in ſumm. cap.* 22. *num.* 10.

Can. 2. refertur ad *cap.* 4. Can. 3. refertur ad *cap.* 3. & vide Durand. *de ritib. lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 4. Can. 4. refertur ad *cap.* 3. Can. 5. refertur ad *cap.* 2. Can. 6. refertur ad *cap.* 5. Can. 7. refertur ad *cap.* 6. Can. 8. refertur ad *cap.* 8.

α Ad Can. 9. *Chriſti fideles.*] Non poteſt Iudex Eccleſiaſticus cruere aliquem ab Eccleſia eo quòd nolit remittere actionem iniuriarum proximo ſuo, nam ſatisfacit hominis Chriſtiani officio, ſi intimum odium

odium,& rancorem quis depouit ex Congregationis ſententia, iuxta gloſ. *in cap. ſi quis contriſtatus,diſt. 96.* quæ opinio recipit diſtinctionem, vt alias latiſſimè oſtendi in meis allegationibus.

β *Cùm ad annos.*] Quæ ætas requiratur vide per Nauarr. *cap.21.num.57.*

γ *Iuxta præceptum.*] *Cap.omnis vtriuſque, de pœnit.& remiſſ,*& Extrauag. *inter cunctas de priuileg.* & Lateranen. 3. ſub Leone X. *ſeſſ.21.tom.4.ſol.685.col.* 2. non eſt tamen de neceſſitate ſalutis ſicut baptiſmus, vt in *ſumm. Sacram.de Euchariſt.quæſt.53.* ſed religioſus ex Ordine ſancti Benedicti tenetur ſemel in menſe Clem. *ne in agro,§.ſanè de ſtat.Monach.* Nauarr. *in ſumm. de confeſſ. cap.2.num.9.in prælud.*

An Epiſcopus poſſit aduerſus eos, qui temporibus ab Eccleſia ſtatutis ad confeſſionis, & Euchariſtiæ Sacramenta accedere negligunt, & pœnam *dicti cap. omnis,* vtriuſque contemnunt,etiam vſque ad excommunicationem procedere, & pro ſatisfactione, pœnáſque pecuniarias pio loco applicandas iniungere, & an expediat talem abſolutionem ſibi Epiſcopum reſeruare. Reſpondetur quòd de Euchariſtia habemus præceptum Ioannis *6. Niſi manducaueritis,&c.* & eſt de neceſſitate præcepti,vt in *dicto cap.omnis,* & hic, & habetur in Summ. Victor. *quæſt.52. de confeſſ.habetur infrà ſeſſ.14.cap.5. & Can.* 8. differunt tamen hæc duo præcepta. Nam de Euchariſtia eſt corpus determinatum in Paſchate, vt in *dicto cap.omnis,* de confeſſione verò non datur certa determinatio temporis intra annum.Summ. Vict. *de confeſſ.quæſt.*138. Nauarr. *cap.2.num.6. de confeſſ.* idem *cap.21. de quinto præcepto Eccleſiæ, num.* 45. & ibidem habetur quòd peccat mortaliter qui ſine iuſta cauſa deficit in prædictis. Adeſt etiam temporalis pœna ex *dicto cap.omnis,* vt arceatur viuens ab Eccleſia, & moriens Eccleſiaſtica careat ſepultura, quæ pœna differt ab excommunicatione, cùm excommunicatio priuet etiam fidelium conſortio, *cap.cum excommunicato* 11. *q.*3. Caietan. *lib.2.quæſt.*2. Summ. Vict. *de excom.ſum. princip.* De generali tamen conſuetudine totius regni Neapolis obſeruatur, vt qui in Paſchali tempore Euchariſtiam non ſumat,excommunicatur, vt omnia ferè Capitula Synodalia præcipiunt, & hoc fortè ex antiquo iure,vt in *cap.ſæculares, de conſecrat.diſt.2.*& cùm peccatum mortale, rectè infligitur excommunicatio, *cap. ſi non ſunt,*vbi gloſ. *de conſecrat.diſt.2.* iniungenda enim eſt pœna quæ magis timetur etiamſi ſit pecuniaria, iuxta gloſſ. *in cap. ſi vos, in ver.vel peccatrix 22.quæſt. 5. cap. quoniam,in fine vt lit.non conteſtat.* Hoſtien. *in ſumm.de offic.ordinar.§. pertinet*, qui in hac materia videatur, ſed contrarium facit *d.cap. licet, de pœnis.* Item,quòd vbi non inuenitur expreſſum,ergo,&c.Item, vbi in iure ſtatuta pœna ſpiritualis, vt in hoc caſu habetur per *d.cap. omnis*, non debet imponi pœna pecuniaria iuxta,gloſ. *not.in c.quoniam quidem,in ver.quadruplum,diſt.* 18. & licèt hodie Epiſcopi de generali mundi conſuetudine habeant fiſcum, & poſſint imponere clerici pœnas pecuniarias, tamen id fieri non eſt temerè permittendum ad explendam auaritiam, *argum. d. cap. licet de pœn.* Couarr. *lib.2.variar.reſolut. cap.9. num.* 11. *ſeq.* Iul.Clar.§. *fin.quæſt.*80. *ver. in hac autem*, ſed propoſito caſu in Congregatione fuit reſolutum quòd poſſit imponi pœna pecuniaria ad vſus pios applicanda, quia ſi id licet confeſſario,multo magis licebit Epiſcopo,ſub die 29.Ianuar.1587.

Circa illud an expediat talem abſolutionem ſibi reſeruare,dico quòd ſi talis excommunicatio tenet,non eſt quis reſeruatione peccati cum ratione excommunicationis quæ intelligitur de maiori, nemo præter Epiſcopum abſoluere poſſit, *arg. cap.penult.de ſent.excomm.* gloſſ. *in cap.2. de pœnit.& remiſſ.lib.6.* Nauarr. *de caſ. reſeruat. cap. 27. num.* 257. ſi verò excommunicatio non tenet, & tunc dicerem, quod expediret talem abſolutionem ſibi reſeruare,cùm ſit ad ædificationem non ad deſtructionem, videlicet ad inducendum hoc timore ſaltem Chriſtianos ad confitendum, & communicandum Paſchali tempore, *arg. cap.6.ſeſſ.*22. vbi notaui nec de iure poteſt dari certa regula Epiſcopis circa ſuorum caſuum reſeruationem,cùm liberum ſit eis pro libitu eis reſeruare quos voluerint, iuxta *cap. 7. & Can.* 11. *infrà ſeſſ.*14. Nauarr. *vbi ſuprà num.* 259. caſu propoſito in ſacra Congregatione ſub die 23. Ianuarij 1587. Cenſuerunt Illuſtriſſimi non expedire vt fiat talis reſeruatio cùm non ſit de caſibus ſolitis reſeruari, iuxta gloſ. *in dicto cap.1.de pœnit.& remiſſ.lib.6.* & Epiſcopus non debet ſimiles caſus reſeruare.

Reſolu

Digitized by Google

Reſolutiones ſacræ Congregationis ad hunc Canon. ead. ſeſſ. 13. Concil. Trident.

Congregatio cenſuit non ſatisfacere præcepto Eccleſiæ eum qui ſanctum Euchariſtiæ Sacramentum ſuſcipit ante, vel poſt diem paſchatis, non de manu parochi, ſed regularium habētium a Sede Apoſtolica priuilegium miniſtrandi Sacramentum hoc præterquam in die Paſchatis, die 29. menſis Maij, 1601.

Item laici ſeruientes in Monaſteriis Regularium, & ipſi in propria Parochia ſumere debent, & nota quòd Euchariſtia eſt ſumenda in Paſchate vt hic, Confeſſio verò non eſt de neceſſitate facienda in Paſchate, ſed laudatur tempus quadrageſimæ, vel non habet determinatum tempus, quæ duo colliguntur ex *cap. omnis vtriuſque, de pœnit. & remiſſ.* Sum. Victor. *de confeſſ. quæſt.* 137. Nauarr. *in prælud. de confeſſ. num. 9. & infrà ſeſſ. 14. cap.* 5. *& Can.* 8. Præterea confeſſionem omittentes, & communicantes tempore Paſchali, ſemel in anno ſunt de hæreſi ſuſpecti, Zachin. *tract. de hæret. cap.* 35. Felin. *in cap. 2. de hæret. prax. in ver. caſus, ver. confeſſionem, fol.* 53. quia hoc Sacramentum eſt neceſſarium ad ſalutem, Candel. aur. *de Euchar. quæſt. 13. & ex contemp. peccat.*

Non communicatus in Paſchate non eſt excommunicatus, ſed maiorem pœnam patitur, minùs in Natali, Congregatio Epiſcoporum *cap.* 187. *&* 204.

Declarauit Eugenius quartus anno 1446. vt refert Nauarr. *in manu. cap.* 21. *num.* 45. communicantes infrà hebdomadam ſanctam, vel infrà octauam Paſchæ ſatisfacere præcepto, dummodò à proprio parocho, vel de licentia Quarantig. *in ver. Communia ſacra, fol.* 200.

Canon 10. refertur ad *cap.* 8. vide Durand. *de ritib. lib. 2. cap. 55. num. 2. fol.* 281.

Ad Canonem 11. *à Confeſſionem.*] Per hoc damnatur opinio Caietan. *in 3. par. in ſumm.* ſed ex dictis ſanctorum intelligatur dummodò habeat copiam confeſſoris, nam ſi non habeat, & non celebrando incurreret aliquam infamiæ notam, poſſet celebrare non præuia confeſſione. Summ. Sacrament. *de confeſſ. num.* 134. & de Euchar. *num.* 70. *ſuprà cap.* 8. vbi Nauarr. & in Deciſ. ſid. Cathol. *quæſt. 11. fol.* 281. & Couarr. 2. *par.* §. 2. *numer. ver. eandem.* Catechiſ. Neapol. *lib. 3. caſ.* 85. *fol.* 295. ſed excommunicatio non eſt reſeruata, Cardin. Tolet. *in ſua ſumm. lib.* 1. *capit.* 41. *verſiculo Tertia habetur.*

ADDITIO.

1 *In Paſchate.*] Huic præcepto de quo in *cap. omnis, de pœnit. & remiſſ.* non ſatisfacit qui intra Dominicam Palmarum, & Dominicam in Albis communicat, non tamen ſumit à Parocho, vel ab aliis habentibus priuilegium communicandi, præterquam in die Paſchatis, & ſunt Regulares. Congregatio.

Ad materiam, *cap. omnis,* vide Nauarr. *in Man. cap. 21. de quinque præcept. Eccleſ. n.* 45.

Non eſt licitum ſumere à Religioſis prædictum priuilegium habentibus in die Paſchatis, & ſi intra octauam prædictam de manu Parochi aſſumpſiſſent, vel eius eſſent iuriſdictionis, vt intra ſequentem octauam de manu Parochi ſumerent. Congregatio. citat Nau. ſed non exprimit locum, locus eſt *d. cap. 21. num.* 52. laici quoque interuenientes in Monaſteriis Regularium Eccleſiarum in propria Parochia ſumere debent. Congregatio. ſatisfacit tamen ſumendo in Cathedrali, Abb. *in c. cum ſuprà 8. num. 9. de ſepultur.*

Non communicantes debitis temporibus, quia non ſumendo peccāt mortaliter, Epiſcopus excommunicare poteſt, licèt *cap. omnis, de pœnit. & remiſſ.* tales ab Eccleſia arceri iubeat, quæ pœna excommunicationis differt ſecundùm Caietan. *tol.* 2. *quæſt.* 2. Couarr. *in cap. alma Mater, de ſent. excomm.* poteſt etiam eos pœna pecuniaria coërcere locis piis applicando eam, quanquam magis timeatur, non tamen expedit quod horum abſolutionem Epiſcopus ſibi reſeruet. Congregatio.

Ex hoc canone duo præcipiuntur, primum eſt, communicare ſingulis annis.

Alterum eſt, communicare in Paſchate, qui dies ad differentium obligationem adiectus cenſetur, & ideò qui non communicat in Paſchate, atque ideò ſecundo præcepto ſatisfacere non poteſt adhuc, tantùm in fine anni communicare tenetur, Nauarr. *d. cap.* 21. *num.* 45. facit quod tradit Hypol. Rimin. *in rubr. qui admitti num.* 120. vbi cùm dicimus agnoſcendam bonorum poſſeſſionem intra annum, vel centum dies, duodecimus agnoſcendus, & intra illud tempus. Probo hoc etiam ex

Q *text,*

text. in l. Celſus 28. §. 1. *de arbitr.* 2 *Præmittendam.*] Nauarr. in Manual. *cap.* 21. *num.* 49. *ver.* 4. peccat, & hic damnatur opinio Caiet. *vt ibi.*

CAPVT I.

Datur forma qua Epiſcopi debent reſidere, ſubditos cum prudentia corrigere, à cuius viſitatione nemo appellet.

EAdem ſacroſancta Tridentina Synodus, præſidentibus in ea eiſdem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legato, & Nunciis, intendens nonnulla ſtatuere, quæ ad iuriſdictionem pertinent Epiſcoporum, vt, iuxta proximæ Seſſionis decretum, illi in commiſſis ſibi Eccleſiis eò libentiùs reſideant, quò faciliùs & commodiùs ſibi ſubiectos regere, & in vitæ ac morum honeſtate continere potuerint; illud primùm eos admonendos cenſet; [a] vt ſe paſtores, non percuſſores eſſe meminerint, atque ita præeſſe ſibi ſubditis oportere, vt non in eis dominentur, ſed illos tanquam filios & fratres diligant: elaboréntque, vt hortando, & monendo ab illicitis deterreant, ne, vbi deliquerint, debitis eos pœnis coërcere cogantur. Quos tamen, ſi quid per humanam fragilitatem peccare cōtigerit,[b] illa Apoſtoli eſt ab eis ſeruāda præceptio, vt illos arguant, obſecrēt, increpent in omni bonitate, & patientia: cùm ſæpè plus erga 1 *corrigendos* agat beneuolentia quàm auſteritas, plus exhortatio quàm comminatio, plus charitas quàm poteſtas. Sin autem ob delicti grauitatem virga opus fuerit, tunc cum manſuetudine rigor, cum miſericordia iudicium, cum lenitate ſeueritas adhibenda eſt, vt ſine aſperitate diſciplina populi ſalutaris ac neceſſaria conſeruetur, & qui correcti fuerint, emendentur; aut ſi reſipiſcere noluerint, cæteri, ſalubri in eos animaduerſionis exemplo, à vitiis deterreantur, cùm ſit diligentis, & pij ſimul paſtoris officium, morbis ouium leuia primùm adhibere fomenta; pòſt, vbi morbi grauitas ita poſtulet,[c] ad acriora, & grauiora remedia deſcendere: ſin autem ne ea quidem proficiant illis ſubmouendis, cæteras ſaltem oues à contagionis periculo liberare. [d] Cùm igitur rei criminum plerúmque ad euitandas pœnas, & Epiſcoporum ſubterfugienda iudicia, querelas, & grauamina ſimulent, & 2 *appellationis* diffugio iudicis proceſſum impediant, ne remedio, ad innocentiæ præſidium inſtituto, ad iniquitatis defenſionem abutantur, atque vt huiuſmodi eorum calliditati, & tergiuerſationi occurratur, ita ſtatuit & decreuit, [e] *a In cauſis viſitationis*, & correctionis ſiue habilitatis, & inhabilitatis, necnon criminalibus, ab Epiſcopo, ſeu illius in ſpiritualibus Vicario generali, ante diffinitiuam ſententiam, ab interlocutoria, vel alio quocunque grauamine, *ß non appelletur*: nec Epiſcopus, ſeu Vicarius appellationi huiuſmodi tanquam friuolæ deferre teneatur, ſed ea ac quacunque inhibitione ab appellationis iudice emanata, necnon omni ſtylo, & conſuetudine etiam immemorabili, contraria non obſtante, ad vlteriora valeat procedere, [f] niſi grauamen huiuſmodi *γ per diffinitiuam* ſententiam *δ reparari*, ab ipſa diffinitiua appellari

[a] 1. Tit. 1. 1. Tim. 3. 1 Petr. 5. diſt. 45. in princ. diſt 94. cap. vlt. diſt. 91. ca. eſto ſubiectus.
[b] 2. Tit. 4.
[c] Cap refec. & ca. corrip. 24. quæſt. 3.
[d] Cap. cum partiali. §. porrò de elec.
[e] Infr. ſeſſ. 22. cap. 1. & 24. c. 20. de refor.
[f] C. vt deb. de ap. cum ſim.

pellari non poſſit, quibus caſibus ſactorum, & antiquorum Canonum ſtatuta illibata perſiſtant.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

APpellatio à correctione ante diffinitiuam ſententiam non eſt admittenda a Metropolitano, etiamſi Metropolitanus acta ſolummodò videre velit expenſis appellantis.

Item, appellatio carcerati ſine proceſſu cognoſci poteſt, dummodò non impediat excuſationem correctionis.

Item, poſt diffinitiuam poteſt appellari in cauſis hic prohibitis, ſed appellatio non ſuſpenditur.

Item, in cauſis quibus hic prohibetur appellatio, ſi de facto appelletur Iudex appellationis, etiam ſine præiudicio curſus cauſæ principalis, non poteſt cognoſcere de grauamine, à quo eſt appellatum, nec mandare, vt ad hunc effectum ſibi tranſmittantur acta.

Item, appellatio à diffinitiua in cauſa correctionis viſitationis non ſuſpendit excuſationem, niſi grauamen non poſſit reparari per diffinitiuam, vel à diffinitiua poſſit appellari.

Item, ab indebita correctione appellari poteſt, & oppoſitioni deferendum eſt.

Item, carceratus non eſt per Iudicem appellationis, niſi cauſa cognita, relaxandus.

Item, Archiepiſcopus non debet ſe ingerere in prima inſtantia cauſarum, quæ coram ſuis Suffraganeis agitantur.

Item, facultas appellandi à ſententia alicuius Archipreſbyteri, qui ſit nullius Diœceſis, ad Epiſcopum intelligitur, vt in nulla cauſa Epiſcopus ad ſe aduocet interpoſitas appellationes à ſententia Archipreſbyteri, niſi aliter à diffinitiua ſententia Archipreſbyteri, vel decreto vim diffinitiuæ habẽte, & cuius grauamen per appellationẽ à diffinitiua ſentẽtia appellari negẽt.

Item, correctionis ſpecies eſt cogere, vt oſtendant titulum Beneficij, etiam ſimplicis, qui cum alio ſufficienti eſt incompatibilis.

Item, in cauſa correctionis, ſi exceditur modus, poteſt appellari.

Item, carcer & captura eſt grauamen irreparabile propter infamiam, vel infirmitatem; ſecus non.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a *IN cauſis viſitationis.*] Hinc fuit quæſitum, an ſit ſpecies correctionis, vt Epiſcopus cogat ſubditos ſuos ad oſtendendum titulum beneficij quod poſſideant. Dic quòd ſit, vt per gloſſ. *in cap. 1. ver. & inſuper, de regul. iur. in 6.* quam ſequitur Hoſtien. *in Clem. cap. licet de Simon.* & Abb. *ibidem num. 23. & in add. ad eum.* Gemin. & Archid. *in cap. ordinarij, de offic. ordin. in 6.* & licet ex doctrina eorum qui dicant beneficia ſimplicia non facere incompatibilitatem, & conſequenter non teneri prouiſum de talibus beneficiis oſtendere ſuum titulum, Lap. *alleg. 23. num. 1.* nihilominus, quia hodie beneficio ſimplici quòd ſufficit ad victum, non poteſt dari aliud ſimplex, ſine diſpenſatione, etiam ab his titulus exigi poteſt, & ita cenſuit Congregatio Illuſtriſſimorum DD.

b *Non appelletur.*] Quod à ſententia, vel cauſa correctionis non appelletur, tenet Hoſtien. *in ſumm. de ſtat. Monach. ver. & de viſitatione,* quod tamen limita, niſi corrigens modum excederet, & dic vt *infr. ſeſſ. 22. cap. 1.* Abb. *in cap. cum ſpeciali, §. porrò, nu. 3. de appellat. & in cap. 3. num. 7. eodem tit.* & ita cenſuit Congregatio add. Felin. *in cap. ſuper litteris, num. 38. de reſcript.*

c *Per diffinitiuam.*] Cùm appellationi à diffinitiua deferendum eſt, etiamſi non grauetur primus Iudex, *cap. fraternitatis, de teſtib. & leg. per hanc, C. de tempor. appellat.* Lap. *alleg. 2. num. 3.* ſed an pro grauamine ante diffinitiuam illato, Metropolitanus poſſit ſimpliciter mandare Ordinario, vt ſibi tranſmittat copiam proceſſus expenſis appellantis, ad hoc, vt de eo grauamine cognoſcat, abſque vlla tamen inhibitione; & reſpondetur quòd coniungenda ſunt duo decreta iſta, videlicet cum *cap. 20. ſeſſ. 24. ver. præterea,* ex quibus colligitur quòd ſi grauamen per diffinitiuam ſententiam reparari, vel ab ipſa diffinitiua ap-

pellari non poſſit, nec inhibitio prohibetur. Quo caſu appellans tenetur exhibere acta Iudici ad quem, quòd ſi Iudex velit mandare Ordinario, vt ſibi acta tranſmittat, hoc facere poterit, dummodò expreſſa fuerit cauſa probabilis iuſtæ appellationis vt de iure ſancitum fuerat, in *cap. Romana, de appell. lib. 6.* vbi Geminian. *in gloſ. fin.* Abb. *in cap. ſuper num. 8. eod. tit. & in cap. vt debitus, num. 38.* ſtatim enim quod Iudex defert appellationi, transfuſa eſt Iuriſdictio in ſuperiorem ad quem, *cap. cum appellationibus, eod. tit.* Abb. *in cap. vt debitus, num. 35.* Si verò interloquutoria non habeat vim diffinitiuæ, ſed per diffinitiuam poteſt reparari, nullo modo Metropolitanus in ea ſe gerere poteſt, nec inhibere, & ita cenſuit Congregatio die 21. Iulij 1575. An appellatio cauſa correctionis habeat locum in viſitatione, vide *infr. ſeſſ. 24. cap. 20.* Quarantig. *in compend.* Bullar. *de auctorit. Archiep. ſub num. 19. fol. 62.*

Clauſula appellatione remota non excludit notorium grauamen Verall. *par. prima, deciſ. 33.*

In cauſa correctionis, viſitationis, & carcerationis datur appellatio, ſed non ſuſpenditur exequutio interim, Theſaur. for. Eccleſ. *par. 2. num. 31 fol. 502.*

An hic §. In cauſis viſitationis, procedat in inferioribus Epiſcopo, & pro negatiua, vide Nauar. *in ſumm. cap. 25. num. 15. ver. add. quod Concil. Trident.*

Appellatio ab exequutore datur ratione exceſſus, dummodò exprimatur exceſſus comm. contr. commun. *quæſt. 190.*

Reparari.] An indebitus carcer veniat appellatione grauaminis irreparabilis, & videtur quòd ſic. Primò, quia irrogat infamiam, quæ non tollitur etiamſi ſequatur abſolutio, Paul. de Caſtr. *conſ. 328. incip. clarum eſt in iure, num. 2. circa fin. ver. nam non paruum præiudicium, lib. 2.* idem *in l. 4 §. condemnatum, col. 2. num. 3. de iudic. alleg.* Bald. *in l. vnic. C. de in integr. reſtitut.* ſequitur Alex. *num. 29.* quicquid dicat Iaſon *num. 24.* & quòd captura afferat præiudiciũ irreparabile ratione ignominiæ, latè tradit Neuiran. *conſ. 52. num. 8. ver. prædictis, non obſtantibus,* Rol. à Vall. *conſ. 65. num. 16. volum. 3.* Silu. de Arceriis *conſ. 71. num. 10. inter conſil. crim. tom. 2.* Secundò, continetur grauamen irreparabile, quia eſt corporis afflictiua, & eſt ſpecies torturæ, vt per Marſil. *in l. 1. num. 56. ff. de quæſt.* Imò æquiparatur morti quando eſſet carceratio tyrannica, vt tradit idem Marſil. *num. 57.* latè Grammat. *conſ. 60. criminal. num. 4. & ſeq.* Siluan. *conſ. 17. nu. 2.* pulchrè Tiraquell. *omninò viden. in tract. de pœn. tempora. cauſa.* Hyppolit. Bonifac. *in quæſt. crim. in ver. carcer, circa princ. ver.* notatur quòd carcer eſt præiudicium irreparabile, & per iſtas rationes ita in terminis noſtris concludit Præpoſitus in *cap. ſuper eo il 2. col. 3. de appellat.* Relatus per Neuizan. *conſ. 52. num. 9.* apertiſſimè Franch. *ibidem num. 2. cum ſeq.* Petr. Duen. *regul. 52. in princ. ver. limita primo,* ſed cõtrarium quòd à carceratione cuſtodiæ cauſa non datur appellatio, tenet Iul. Clar. *in prax. crimin. §. fin. quæſt. 46. ver. 2.* qui dicit ita ſeruari de generali conſuetudine, facit quod dicit Guidopap. *in tract. de appell. quæſt. 20. num. 29. tom. 14.* qui diſtinguit quando carceratus appellans à diffinitiua, vel interloquutoria ſit remittendus ad Iudicem ad quem, donec diſcutiatur articulus appellationis, facit Doctr. Iaſon. *vbi ſuprà alleg.* qui dicit capturam perſonæ eſſe actum retractibilem, nec de carcere habenda eſt ratio ad hunc effectum, niſi quando eſſet periculoſus ratione loci, vel infirmitatis, vel infamiæ, vt per Franc. Brun. *in tract. de Iudic. & tortur. par. 2. quæſtion. 2. num. 2. tom. 15. fol. 142.*

Reſolutiones ſacræ Congregationis ad hoc Cap. primum de reform. ead. Seſſ. 13.

Appellatio à diffinitiua cauſa correctionis, & viſitationis non ſuſpendit exequutionem, ſed datur ad effectum deuolutiuum. Prax. Neap. *cap. 86. num. 8.*

Appellatio à Correctione non eſt admittenda per Metropolitanum ante diffinitiuam ſententiam, etiamſi Metropolitanus acta ſolummodò videre vellet expenſis appellantis, Epiſcopo Suffraganeo procedente contra ſubditos per hunc text. Metropolitanus non poteſt vllatenus cognoſcere de grauamine ſubditi ſui Suffraganei ante diffinitiuam, ſeu etiam citra præiudicium curſus cauſæ coram Epiſcopo abſque vlla inhibitione mandare ſimpliciter quòd ſibi tranſmittatur copia proceſſus expenſis appellantis.

Carcerati ſine proceſſu appellatio à Metropolitano cognoſci poteſt, dummodò non impediat exequutionem.

Item, ab indebita carceratione appellari

lari poteſt, & appellationi deferend. eſt, carceratus autem, non eſt per Iudicem appellationis, niſi cauſa cognita relaxandus. Prax. Neapol. *cap. 69.* Quarantig. *de auctorit. Archiepiſcop. ſub num. 2. fol. 64.*

Metropolitanus ſuſpenſum ab Ordinario, vel interdictum abſoluere non poteſt. Vbi ſine proceſſu, & ſine ſcriptis carcerat ſubditos, & tenet diu carceratos, poteſt Metropolitanus cognoſcere de prætenſo exceſſu in corrrigendo, ſi carcerati appellauerint ad eum, & dummodò interim non impediat, aut ſuſpendat exequutionem eorum quæ ab Ordinario decreta fuerunt, vt in *cap. 1. ſeſſ. 22. & cap. 10. ſeſſ. 24.* vide Quarantig. *in compend. Bull. de auctoritat. Archiepiſc. fol. 71. ver. tenor verò*, & ibidem *ver. ſeq.* vide an detur appellatio à comminatione torturæ affirmatiuè.

Curia Neapolitana non admittit appellationem à tortura tanquam friuolam. Prax. Neapol. *69. n. 18.* & non torquet niſi manifeſta indicia adſint contra reum, *ibidem*, ſed quod tortura ſit grauamen irreparabile poſſit, Quarantig. *in compend. Bull. de auctorit. Archiepiſcop. fol. 71. ver. In quibus caſibus*, vbi etiam add. quod ſi ſit actus irreparabilis, vel difficulter reparetur, eadem eſt ratio.

Sublata appellatione cenſetur auferri ſuſpenſiua, non autem deuolutiua, vt de reſidentia, *ſeſſ. 23. cap. 1.* Item, in grauamine irreparabili, *ſeſſ. 13. cap. 1. ver. In cauſis.* Item, appellatio non ſuſpendit prouiſionem ſuper præcedentia, *ſeſſ. 25. cap. 13. de regular.* Item, correctio concubinatorum non ſuſpenditur, niſi probetur exceſſus, *ſeſſ. 25. cap. 14. de reformation.* niſi exceſſerit modum in corrigendo, *cap. ad noſtram, cum ſimil. de appellation.* Item Regulares appellare non poſſunt à correctione ſuperiorum ſi facta ſit contra ſtatuta ordinis, Quarantig. *de auctoritat. Archiepiſcop. in compend. Bull. ver. 5. quæro. fol. 66.*

ADDITIO.

1 *Correctionis.*] Pro cauſa correctionis, eſt coactio ad exhibendas literas Beneficij. Congregatio.

Et limitandus videtur text. quando appellatur expreſſa cauſa, Nauarr. *conſ. 2. de appellat. in prima impreſſ. per cap. Romana, §. ſin autem, de appellat. de Regularibus*, vide *infrà ſeſſ. 25. de Reg. cap. 4.*

2 *Appellationis Iudice.*] Niſi eſſet appellatio ob iniuſtã capturã, quia talis appellatio deuolueret cauſam ad ſuperiorem, non obſtante hoc Can. *& ſeſſ. 24. cap. 20.* ſecundùm Cald. de Franch. de Calda. Pereyra *in repet. l. ſi curatorem, C. de in integ. reſt. in verb. per quod prioris, fol. 377. num. 31.* Poſſit Nauarr. *d. conſ. 2. de appellat. in 1. impreſſione.*

CAPVT II.

In criminalibus appellationis cauſa à ſententia Epiſcopi, quando Metropolitano, & quando vni ex vicinioribus ſit committenda, eorúmve Vicariis, & non inferioribus.

A Sententia Epiſcopi, vel ipſius in ſpiritualibus *a Vicarij generalis*; in criminalibus appellationis cauſa, vbi appellationi locus fuerit, ſi Apoſtolica auctoritate in partibus eam committi contigerit, Metropolitano, ſeu illius etiam Vicario in ſpiritualibus generali; aut, ſi ille aliqua de cauſa ſuſpectus foret, vel vltra duas legales 1 *diætas* diſtet, ſeu ab ipſo appellatum fuerit, vni ex vicinioribus Epiſcopis, ſeu illorum Vicariis, non autem inferioribus iudicibus, committatur.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

SEntentiæ latæ ab auditoribus Nunciorum Sanctiſſimi in cauſis, appellationibus, in criminalibus ſunt nullæ, nec ſuſtinentur propter publicam vtilitatem, vel communem partium vtilitatem, nec Legatus poteſt hoc committere ſuo auditori, vel delegato. *Vide 25. cap. 10.*

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *VIcarij generalis.*] Nam à ſententia Epiſcopi appellatur ad Archiepiſcopum, etiamſi adſit conſuetudo contraria, *cap. 2. de conſuet. lib. 6.* ſed in cauſis criminalibus, vel beneficiorum ſpecialiter commiſſis Vicario appellatur ab eo ad Epiſcopum, quia tunc dicitur delegatus, Marant. *in ſpeculat. aur. diſt. 5. num. 16.*

ADDITIO.

1 *Dietas.*] De quibus in *cap. ſtatutum, de reſcript. in 6. de computatione Militarium in legali Diſt. text. in l. 1. de verb. ſignif. §. qui excuſare, Inſt. de excuſat. tutor.* Vide ad materiam, Bart. & Doct. *in l. 1. ff. qui ſat. dar. cog.*

CAPVT III.

Acta primæ inſtantiæ intra triginta dies dentur gratis reo appellanti.

REus, ab Epiſcopo, α *aut eius Vicario* in ſpiritualibus generali, in criminali cauſa β *appellans*, coram iudice, ad quem appellauit, acta primæ inſtantiæ omninò producat: & iudex, niſi illis viſis, ad eius abſolutionem minimè 1 *procedat*. Is autem, à quo appellatum fuerit, iuxta triginta dies acta ipſa poſtulanti γ 2 *gratis exhibeat*, alioqui abſque illis cauſa appellationis huiuſmodi, δ *prout iuſtitia ſuaſerit* 3 *terminetur*.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

ACta ſunt gratis exhibenda reo in cauſa criminali confecta per Cancellarium Epiſcopi, ſecus ſi per Notarium, cui eſt ſoluenda merces, iuxta *cap. 20. ſeſſ. 24.* & valet ſi procedatur ad querelam tertij, ſiue ex officio Iudicis.

Item, conſtitutio de contumacia Iudicis à quo, renuentis dare acta, Iudex ad quem poteſt abſoluere appellantem à moleſtationibus, & pronunciare acta, & ſententiam Iudicis à quo, ſi vnquam reperiantur, caſſa fore, & vana.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

COngregatio cenſuit ab Epiſcopo procedente in terminis huius cap. *& cap. 10. infrà ſeſſ. 24.* poſſe reum appellare à ſententia diffinitiua, ita tamen vt appellatio non ſuſpendat exequutionem, prout ſancitum eſt *cap. 1. ſeſſ. 22. & dicto cap. 10. ſeſſ. 24.*

α *Aut eius Vicario.*] Si ab Epiſcopo in aliquo caſu non liceret appellare, liceret tamen appellare à Vicario, licèt ſit idem Tribunal. Ludouic. Roman. *ſingular. 76. lib. 1.* Metropolitanus autem etiamſi ſit Patriarcha non debet impedire Vicarium Epiſcopi in ſua iuriſdictione, & ita cenſuit ſacra Congregatio.

β *Appellans.*] ſed interim carceratus appellatione pendente debet remanere in carceribus ex Congregationis ſententia, Præpoſit. *in cap. ſuper eo, de appellat.* Prax. Neapol. *lib. 1. cap. 34. num. 7. fol. 230.*

γ *Gratis exhibeat.*] Vt hic, ſed congrua mercede accepta Notarius præſtabit, vt *infrà ſeſſ. 24. cap. 20. §. porrò limitatur*, niſi ſit Cancellarius Epiſcopi, & non Notarius, quia in tali caſu non recipiet mercedem.

ex

ex Congregationis ſententia.

4 *Prout Iuſtitia ſuaſerit.*] Quid ſi appellans, acta petat, nec habere ea poſſit, quia fortè Epiſcopus prohibeat, & reſpondetur quòd recurrat ad Iudicem ad quem, ab eóque abſolutionem petat, à quo abſolui poterit, iuſtitia ſic ſuadente, cùm per ipſum non ſtet, quod ex actis cauſa terminetur.

ADDITIO.

1 *Procedat.*] Niſi conſtito de negligentia Iudicis à quo, acta non exhibentis, quà ſtante abſoluere poterit à moleſtationibus, & pronunciare acta & ſententiam Iudicis à quo, ſi vnquam reperiantur caſſa, & vana eſſe. Congregatio.

2 *Gratis.*] Hic text. loquitur de Iudice, vel eius, aut Epiſcopi Cancellarius qui non ſit actuarius, quia Notario actuario merces ſoluenda eſt, vt *infrà ſeſſ. 24. cap. 10.* Congregatio.

3 *Terminetur.*] Congregatio cenſuit Epiſcopum ad quem appellatur excommunicatum ad cautelam abſoluere poſſe viſis actis, ex quibus ſua iuriſdictio fundatur, non cognitis cauſæ meritis, diffinitiuè autem non poſſe, niſi viſis omnibus actis primæ ſententiæ, aliàs ſententia eſſet nulla, Rot. *pro Caſ.* de Graff. *deciſ. 37. aliàs 9. de cauſ. poſſ. & propr.* Vide in meis repert. ſententia quando dicatur nulla, *num.* 4.

CAPVT IV.

Si à iure requiſiti Epiſcopi certo numero non poſſunt aſſiſtere Epiſcopo deponenti, ac degradanti Clericum, aſſiſtant totidem Abbates, certi, eiuſdem diœceſis: quibus aſſiſtere non valentibus, aſſiſtant perſonæ alioquin in dignitate conſtitutæ, &c.

1 Cum verò tam grauia nonnunquam ſint delicta [a] ab Eccleſiaſticis commiſſa perſonis, vt ob eorum atrocitatem à ſacris Ordinibus α 2 *deponenda*, β 3 *& Curiæ ſint tradendæ ſæculari*: in quo [b] ſecundùm ſacros 4 *Canones certus Epiſcoporum numerus* requiritur: [c] quos ſi omnes adhibere difficile eſſet, debita iuris executio differretur: ſi quando autem interuenire poſſent, eorum reſidentia intermitteretur: propria ſtatuit & decreuit γ *Epiſcopo per ſe*, ſeu illius Vicarium in ſpiritualibus generali, contra Clericum, in ſacris etiam Presbyteratus Ordinibus conſtitutum, etiam ad illius condemnationem, δ *necnon verbalem depoſitionem*, & per ſeipſum etiam ad actualem, atque 5 *ſolemnem degradationem* ab ipſis Ordinibus, & gradibus 6 *Eccleſiaſticis*, in caſibus, in quibus aliorum Epiſcoporum præſentia, in numero à Canonibus definito, requiritur, etiam abſque illis procedere liceat: ε *adhibitis* tamen, & in hoc ſibi aſſiſtentibus 7 *totidem* ζ *Abbatibus*, vſum mitræ & baculi ex priuilegio Apoſtolico habentibus, ſi in ciuitate, aut diœceſi reperiri, & commodè intereſſe poſſint; alioquin aliis perſonis in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutis, quæ ætate graues, ac iuris ſcientia commendabiles exiſtant.

a Can. 10. vide 3. quæſt. 2. ſuggero. & 15. qu. 17. Felix. Epiſc.
b 2. Hiſp. cap. 6.
c c ſi quis cum ſeq. 14 q. 7. c. degradatio de pœn. in 6.

DECLA

DECLARATIONES CARDINALIVM.

DOctores colligunt, Epiſcopum in ſua Diœceſi vbi non habet iuriſdictionem temporalem, poſſe habere familiam armatam, *ſeſſ.14.cap.4.*

Pœnitentiarius deputatus ab Epiſcopo eſt loco proprij Parochi, & ſatisfit, *cap. omnis vtriuſque ſexus, de pænit. & remiſſ. & c. ad aures, de temp. ord.* ſint correcta per Concilium, *cap.1.ſeſſ.14.de reform.*

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α D*eponendæ.*] Quid ſit depoſitio, vel degradatio, & de intellectu huius text. vide Menoch. *in add. ad lib. de arbit. iudic.lib.2.centuris.caſ.415.*

β *Et Curiæ ſint tradendæ.*] Ex aliis quæ dicuntur *infr. ſeſſ. 25. cap. 3.* refertur quòd Epiſcopus in ſua prouincia, in qua caret iuriſdictione temporali, poſſit habere armatam familiam. Hanc opinionem tenet Hoſtien. *in ſumm. de treg. & pac.*

γ *Epiſcopo per ſe.*] Decretum nouum, nam non licebat ſoli Epiſcopo prius aliquem degradare, *cap. degradatio de pæn. lib. 6.* & declarat Diaz. *in prax. criminal. can. cap. 3. poſt med.* niſi in caſu hæreſis, *cap. 1. de hæret. lib. 6.* vel niſi degradetur clericus minorum ordinum, *dicto cap. degradatio, & 15. quæſt. 7. cap. fælix, cum cap. ſequen.* & de aliis caſibus vide Card. Tolet. *in ſumm. lib. 1. cap. 50.* vbi vide differentias inter degradationē verbalem & actualem. Colligunt etiam ex his verbis Regularium degradationem, vel Monachorũ ad Epiſcopum pertinere, Ægid. *concluſ. 5. num. 7.* niſi procedatur ſine accuſatione, *ibidem num. 4.*

δ *Necnon verbalem depoſitionem.*] Non tamen eſt verbaliter depoſitus qui officium Eccleſiaſticum omittere debet. Dec. Delph. *lib. 1. dec. 878. num. 3. & deciſ. 83. num. 2.* quia tenentur ad ea quæ ſunt oneris, non honoris.

An in atrocibus criminibus opus ſit degradatione ad vtrámque partem, vide *commun. contr. commun. quæſt. 247. fol. 176.*

ε *Adhibitis tamen.*] Ipſi adhibentur loco Capituli cuius præſentia videbitur de iure requiri, vt per Archidiacon. *in cap. 1. num. 7. de hæretic. lib. ſexto.*

Simachus de Cathol. *inſtit. tit. 46. num. 69. & ſeq.* Roy. *ſingul. 175. prax. in verb. degradatio, quæſt. 2.*

ζ *Abbatibus.*] Aliàs non poſſet iſte Abbas extra ſuum Monaſteriũ vti ſuis mitra, annulo, & baculo, Lap. *alleg. 21. per tot.* & ſic vti eis licet talibus inſignibus, *Deciſ. ſid. Cathol. cap. 6. fol. 3.*

ADDITIO.

1 *Cùm verò.*] Hæc iam in crimine hæreſis ſtatuta erant in *cap. 1. de hæret. in 6.* Felin. *in cap. non poteſt, de re iud.* Villald. *de hæret. prou. q. 19.* actualis autem degradatio de qua hic iam, erat ſoli Epiſcopo conceſſa, *cap. 2. de præb. in 6.* Albertin. *in rubr. de hæret. in 6. not. 2. num. 33.* licèt contrarium teneat Simancho. *de iuſt. Cathol. cap. 45. n. 25.*

2 *Deponendæ.*] Depoſitio autem propter contumaciam ſit hoc ordine: Primò ſuſpenditur quis ab officio & beneficio: Secundò excommunicatur: Tertiò deponitur, *cap. cùm ſuper 2. de teſtib. cogend. cap. veritas, de dol. & contum.* Propter crimen autem quando deponitur, vide *gloſſ. in d. cap. de teſtib. cogen.*

3 *Curiæ ſint tradendæ ſæculari.*] Eſt qui contra ſuum Epiſcopum conſpirauit, *cap. venerabili 11. & vlt. de teſtib.*

Irregularis hoc ordine Curiæ traditur ſæculari. Primò confeſſus, vel conuictus ab Eccleſiaſtico deponitur, ſi ſe non emendauerit, excommunicatur, hoc eſt ſuſpenditur, creſcente contumacia anathematis mucrone feritur; ſi adhuc contempſerit, traditur Curiæ ſæculari, *cap. cùm non ab homine, 10. de iudic.* Ità videtur intelligendus text. *in cap. millies Iud. de form. comp.* licèt ibi gloſſa dicat argumentum à contrario ſenſu non valere.

Crimina autem depoſitione digna quæ ſint, vide apud Felin. & alios in *cap. at ſi clerici, de iudic. & in cap. cùm non ab homine, ex eod. in cap. veniat 8. de dol. & contum. cap. nouimus, de verb. ſignif.*

Quomodo autem fiat hæc traditio, explicat text. in *cap. nouimus, de verb. ſignif.*

4 *Canones certus Epiſcoporum numerus.*] In degradatione talis ſtatus eſt ſi degradetur

Digitized by Google

detur Epiſcopus duodecim, ſi Preſbyter ſex, ſi Decanus tres Epiſcopi conſiſtant, *cap. ſi quis, cap. nudus, cap. ſi autem is, quæſt. 7. gloſſ. in cap. degradatio, de pœn. in 6. verb. Canonibus*, quæ addit tres etiam requiri coaſſiſtentes Epiſcopos in degradatione Subdiaconi.

5 *Solemnem degradationem.*] De qua degradatione, vide *text. in cap. 2. de pœn. in 6.* & Monach. *de arb. cap.* 458.

6 *Eccleſiaſticis.*] Quibus exactus continuò priuilegium Cathedrale amittit, & deſinit eſſe Clericus, & fit de foro ſæculari, non autem ita vt conſecrationem non conficiat, & etiam mortuus reſuſcitans ſit ita ordinandus, nec poteſt contrahere matrimonium, Viu. *lib. 1. opin. 127.* & tenetur dicere officium, vt ibi.

7 *Totidem.*] Nota ex hoc text. Abbates dignitates habere Cardin. in Clem. *de reſcript. domi. in cap. 2. de preb. in cap. in verb. dignitatem, gloſſ. in verb. regularis, in cap. nec pro defectu, de elect.* ſupplebuntur quare, ac gerunt Epiſcoporum vicē per hūc text. & ideò præferendi inferioribus dignitatibus, gloſſ. *in verb. Abbas, in cap. Subdiacono, quæſt. 3. diſt.* quam agnoſcunt, Boër. in Sylu. ibi relati, & notat medium eſſe Abbatiam inter maiores & minores dignitates, vt tradit Abb. & Dec. in *cap. decernimus, de Iudic.* Sylu. *vbi ſuprà.*

Quæ autem ætas requiratur ad obtinendam Abbatiam, vide *in cap. indemnitatibus ſuper gloſſ. in verb. trigeſimum, de elect.* In aliis verò dignitatibus vide quæ habes in *cap. cùm in cunctis, de elect. & ſeſſ. 24. cap. 12.*

Abbas habens priuilegium mitræ & baculi eſt Ordinarius ſi eſt nullius Diœceſis, Nau. *conſ. 5. num. 4. de diſpenſ. in prima impreſſ.* & præcedit alios Prælatos Epiſcopo inferiores, vt hic à fortiori cùm loquitur de exiſtentibus in ciuitate, vel Diœceſi aliena, idque etiam ampliandum videtur in huiuſmodi Abbatibus qui Collegio carent: nam etiamſi Archidiacono Eccleſiæ Cathedralis, & aliis dignitatibus Epiſcopo inferioribus præferendi, cùm de dignitate & honore eorum agitur, Nauarr. *conſ. 2. de maior. & obed. in prima impreſſ.* non tamen præcedunt ſedens vel incidens. i

8 *Baculis.*] Inſignibus huiuſmodi vt, non poſſunt Abbates extra Monaſterium niſi hoc caſu, vide *cap. alleg. 21.*

CAPVT V.

Gratias mendaciis, aut taciturnitate extortas pro remiſſione peccati, aut pœna ad quam criminoſus fuerat condemnatus, reuocet is qui gratiam feciſſe videatur.

ET quoniam per fictas cauſas, quæ tamen ſatis probabiles videntur, interdum accidit, vt nonnulli eiuſmodi gratias extorqueant, per quas pœnæ, illis Epiſcoporum iuſta ſeueritate inflictæ, aut remittuntur omninò, aut minuuntur, cùm non ferendum ſit, vt mendacium, [a] quod tantoperè Deo diſplicet, non modò ipſum impunitum ſit, verùm etiam alterius delicti veniam impetret mentienti: idcircò, vt ſequitur, ſtatuit, & decreuit *α Epiſcopus apud Eccleſiam ſuam reſidens*, de ſurreptione, & obreptione gratiæ, quæ ſuper abſolutione alicuius publici criminis, vel delicti, de quo ipſe inquirere cœperat, aut remiſſione pœnæ, ad quam criminoſus per eum cōdemnatus fuerit, falſis precibus impetratur, per ſeipſum, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, [b] etiam ſummariè cognoſcat, ipſámque gratiam, poſtquam per falſi narrationem, aut veri taciturnitatem obtentam eſſe, legitimè conſtiterit, *β non admittat.*

a Exod. 23. Leuit. 19. Pr. 6 8. 10. 12. & 19. ca. ſi quis dixerit cū ſeq. & cap. nemo peritorum. 11. q. 3.

b c. ſuper. lit. & ca. cum dil. de reſc.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α EPiſcopus apud Eccleſiam ſuã reſidens.] In fauorem reſidendæ, *ſeſſ.22.cap.5.*

& 6.Theſaur.For. Eccleſ.*par.2.c.17. num.66. fol.255.*

β *Non admittat.*] Sed ab hac non admiſſione datur appellatio, vt Congregatio cenſuit die 15. menſis Maij de anno 1591. in vna Montis Politiani.

CAPVT VI.

Epiſcopus nequaquam moneatur, aut citetur, vt perſonaliter compareat, niſi ob cauſam ex qua deponendus, aut priuandus veniret.

QVoniam verò ſubditi Epiſcopo [a] tametſi iure correpti fue- α Can. ſunt nonnulli 2. quæſt. 7.
rint, magnoperè tamen eum odiſſe, & tanquam iniuria affecti ſint, falſa illi crimina obiicere ſolent, vt quoquo pacto poſſint, ei moleſtiam exhibeant; cuius α *vexationis timor* plerúmque illum ad inquirenda, & punienda eorum delicta ſegniorem reddit: idcircò, ne is magno ſuo Eccleſiæ incommodo gregem ſibi creditum relinquere, ac non ſine Epiſcopalis dignitatis diminutione vagari cogatur, ita ſtatuit, & decreuit; [b] β *Epiſcopus*, niſi ob cauſam ex b Vide ſeſ.24. cap.1.
qua deponendus, ſiue priuandus veniret, etiam ſi ex officio, aut per inquiſitionem, ſeu denuntiationem, ſiue alio quouis modo procedatur, vt perſonaliter compareat, nequaquam citetur, vel moneatur.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α VExationis timor.] Nota ex hoc text. quod Epiſcopus & Iudex etiam iuſtè carcerans, & puniens ſubditum poteſt illum repellere à iuſtificatione tanquam odioſum, concordat, *cap.qualiter,& quando el 2.§.licèt,de accuſat.* innouatum per Concilium, *infrà ſeſſ.24.cap.5.* & inde oritur capitalis inimicitia, vt per Abb. *in dicto cap. qualiter,& quando,num.* 8. *& in cap.1.not.2. de Iudic.* vbi Dec.*ad idem.*Bald.*in l.in ipſius, per illum text.C.fam.berciſcund.*Felin.*in c.cùm oporteat, num.5. ver. Idem ſi tenui te de accuſat.* Gigas *de crimin. læſæ Maieſtat. lib.2.tit. quom.& per quos, cap.2. num.* 11. Grammat. *conſ.46.num.12. & 6.* Bertazzol.*conſ.71.num.* 17. & ſextò videtur ſibi facere iniuriam, vt in *l.cùm filij familias*, vbi parua gloſſ. *C. qui bon. ced. poſſ.* & ideò carcerato aduerſus carcerantem competit actio iniuriæ, Alex. *conſ.17.num.7.lib.5.*

Non obſtat Specul.cum add.Ioan.Andr. *in rubr. de teſtam. ver. 3. quærebatur.* quem referunt Doctor. *in cap.fin.de teſt.* quia loquitur ſine lege, & ſine ratione, & fortaſſe procedit in carceratione ex leui cauſa. Hæc autem concluſio multo magis procedit, ſi præter carcerationem ex graui cauſa Epiſcopus reum puniret pœna perſonali, vel infamiæ, vel exilij, vel torturæ, quia ex hac condemnatione indiſtinctè oritur capitalis inimicitia, Ita Felin. *in add. ad cap.repellantur, nu.3.verſ.vltimo, nota, de accuſat.* Bertazzol. vbi *ſuprà.*Maſcard. *de probat.lib.2.de probat.concluſ.*898.*num.16.&* 22. Vinc.de Franc.*deciſ. Neapol.116.num.4.*

β *Epiſcopus.*] Subſcribebat ſe olim accuſator ad pœnam.Prax. *in verb. accuſatio, in principio*, Couarr.*lib.2. variar.reſolut.cap.9. num.1.*

Teſtes in cauſa criminali.] Ergo vnus teſtis etiam integer non ſufficit, prout in aliis caſibus obſeruatur, quando lex requirit certum numerum teſtium, vt per Felin. *in cap. cum dilecti, num. 12. de accuſation.* & ita dicit ſeruari Iul. Clar. §.*fin.quæſt.21. &* 22.& cùm Concilium obſeruari præcipiatur per Bullam Pij Quarti cum Clauſulis derogatoriis ſublata irritant, videtur, quòd actus in contrarium factus ſit omninò nullus

lus,nec contra Epiſcopum committere poteſt,niſi ſignata ſit manu Sanctiſſimi,vt *infrà ſeſſ.24.cap.5.* & committatur alicui Epiſcopo, vel Metropolitano. Pro intellectu huius text. dicimus, quòd Cauſæ Epiſcoporum criminales ſunt ſpecialis priuilegij nota dignæ, cùm in eis maior teſtium numerus requiratur,*cap.præſul.2.quæſt.4.*& in dubio pro eis præſumatur, *cap.abſit 11.quæſtion.3.* vbi gloſſ.*in ver.ſiniſtrum.*Quod maiores ipſorum Cauſæ ſoli Romano Pontifici reſeruantur,nec ipſarum cognitio, aut informatio aliis quàm Epiſcopis extra Curiam committuntur, *infr. ſeſſ. 24.cap.5.* Quòd facilè contra ipſos accuſatio non admittitur per rationes, de quibus in *cap. qualiter,& quando el 2.de accuſat. verſ. licèt autem hoc,* quem text.innouat.Concil.Trident.*infr.ſeſſ.24.ca.5.* poſt epiſtol.ſecundam Stephani Papæ Primi. Item, cùm contra ipſos non admittantur quilibet teſtes, etiam quoad formandum proceſſum, vel indicia, vel in cauſa principali, niſi ſint conteſtes(id eſt plures coniuncti)& bonæ conuerſationis, exiſtimationis, & famæ,& aliter non recipiantur; Specul.aur.*quæ.72. num.3.& quæſt.396.*& ſic impeditur ingreſſus Cauſæ,vt habetur hìc,addita bulla Pij Quarti ſuper confirmatione Concilij cum decreto irritanti ſublata;ex quo fit,vt vnicus teſtis, vel ſingularis etiam integer,qui alias facere inditium(vt ſuprà dictum eſt) per Iul. Clar.§.*fin.quæſt. 21. & ſeq.*hoc caſu reiiciatur : teſtes etiam plures, qui aliàs ſi eſſent ſingulares poſſent coniungi & facere globum inditiorum, vt per Giga.*de crimin.læſ.Maieſtat. l.2. cap. 25. num.3.* in hoc caſu non coniungantur,ſed debent eſſe conteſtes etiam quoad inditia. Item, debent eſſe bonæ conuerſationis, ſicut olim requirebatur, vt in *dicto cap.Præſul.in fin.2.q.4. & cap.teſtimonium, de teſtib.* & ſi regulariter de iure communi ad probandum inditia & probationes requiruntur teſtes omni exceptione maiores, præſertim ſi ſint inditia aliquatenus remota à delicto, nam ea debent eſſe certa, & probari per duos teſtes,Menoch.*lib. 2. centur. 3.cap.270.num.20.& ſeq.* Quia omnis minima macula impedit teſtem ne faciat inditium ad torturam,Roland.à Vall.*conſ.3.nu. 38.& 40.& conſil.num. 9. & ſeq.* Natt. *conſ. 394.*Carrer.*in q.indit.num. 9. 10. 16. & 23.* Boſſ. *de indit. ante tortur. num. 10. & 197.* Quanto magis hæc requiruntur contra Reuerendiſſimos Epiſcopos, qui ſunt in culmine dignitatis, *cap. venerabilis,de præbend.* & ad quorum fauorem multa de iure præſumuntur,*cap. licèt,de accuſat.*Alciat. *reg.3.præſumption.39.num.*8. Marſil.*conſ.*109. *num. 27.* & habentur pro Ill. Ioann. Ant. *Rubr.de poteſt.procurat.num.*238.*fol.*33. Quin imò hoc caſu debet articulari, & probari quòd teſtes ſint tales, Grammat.*conſ.35.nu. 36.& conſ. crimin. 59. in Ieſu Chriſti,num.25.* Alex.*in Apoſt.ad Bartol. in l.finali ſub num.5. in ver. ſpecialia, de quæſt.* Carrer. *vbi ſuprà num.*13.Bertazzol.*conſ.71. num. 11. viden.* & ita conſului ego Ioannes Paulus Marincola Epiſcopus Theani Saluo; quam opinionem probauit excellens Iuriſconſultus D.Bernard. Biſcia die 4. menſis Iulij 1587. inſtante Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo Iſernienſi.

Vel inditia.] Quia de iure communi non requirebantur teſtes omni exceptione maiores quoad inditia, ſed tantùm in condemnando, vt per Maſcard. *lib. 2. de probation.concluſ.*894.*num.* 14. quæ limitantur per hunc text.

Dicuntur autem teſtes omni exceptione maiores, quando eis nulla macula impingi poteſt, Menoch. *conſ. 149. num. 3.* In cauſa hæreſis,& niſi ſint omni exceptione, non faciunt inditium,Deciſ. Bononien. *61. num.15.& ſeq.*

Teſtes etiam debent eſſe graues, & qui audiuerunt à grauibus viris, Menoch.*tom. 9.conſ.816.num.*40.

ADDITIO.

1 *Quoniam.*] de materia huius Capituli videndum eſt,*in 2.q.6. per tot.*præſertim *in ca.laici,cùm multis ſeqq.in cap.accuſatio quaque. in cap. accuſatio Epiſcoporum ea, in cap. qualiter, de accuſat. in Comit. Rom. ſub. Silu.I.*

Hoc Capitulum loquitur de gratiis factis à Papa, alioquin non videtur neceſſarium, quòd tanquam Sedi Apoſtolicæ delegatus, de ſubreptione &obreptione cognoſceret. Poteſt autem Epiſcopus pœnas commutare, & pœnam iuris in pecuniariam,vt per Albert. Oliu.*ad rit.Archiep. Neapol.tit.6.num.*34.Poteſt etiam ſeruare ſibi inflictæ pœnæ moderationem, vt cùm

condemnet ad perpetuos carceres, ſalua ſibi facultate temperandi pœnam, vt idem Albert. *d. num.* 34.

Et hoc text. not. eſt caſus quo abolitio criminis non prodeſt.

Adde quod non prodeſt illis, qui de delictis gratiam habuerunt in tantùm quòd non ſufficiat clam, non obſtante, quod de delictis aliàs gratiam habuerit, talis gratia dicitur obrepta. Vide in meo repert. in verbo *gratia ſuper delicto*, & facit quod in ſimili dicitur, non obſtante defectu natalium. Barb. *conſil.* 16. *vol.* 1.

Prodeſt etiam quando poſt gratiam ſuperuenerunt noua inditia, quamuis facta fuerit per modum compoſitionis, Gril. *de relaxat. carcerat. tit. de for. comp. q.* 6.

Non prodeſt, quoniam ad ius partis, Bonacoſſ. *in com. opin. cri m. in ver. compoſitiones.* Gram. *vot.* 35. immò in compoſitione ponitur clam concordata parte, *ea eodem* 35. Moron. *de fide & treg. & pace. q.* 40. *num.* 8. aliàs Iudex tenetur in ſolidum, vbi ibi: gratiæ autem huiuſmodi non ſunt ſignandæ, quando quis pluries deliquit, nec in grauioribus, vt in crimine læſæ Maieſtatis, & quæ ſint in hac materia conſideranda. Vide *d. art.* 35. Gril. *vbi ſuprà q.* 1. *&* 2. Abolitio verò generalis non extenditur ad crimina iam probata, nec ad crimen falſi. Addit ad Bonif. *in tract. malefic. tit. de abſolutio.* nec ad crimen non deductum in indicium, nec ad carceratos, nec ab bannitos ob crimen læſæ Maieſtatis, nec ad delicta enormia. Aret. *in pract. crim.* In gloſ. *ad querelam Titij in verb. quæro an abolitione, n.* 77. & ibi Auguſt.

CAPVT VII.

Qualitates teſtium contra Epiſcopum deſcribuntur, iiſque carentes puniuntur.

TEſtes cauſa criminali [a] ad informationem, vel iudicia, ſeu aliàs in cauſa principali contra Epiſcopum, niſi conteſtes, & bonæ conuerſationis, exiſtimationis & famæ fuerint, *α non recipiantur*: & ſi odio, temeritate, aut cupiditate aliquid depoſuerint, *β grauibus pœnis* 1 *mulctentur.*

[a] C. accuſat. quoque c. ac Epiſc. ca. teſt. 2. quæſt. 7. & cap. vlt. 2. qu. 5. Conc. Rom. ſub Syluest. 1. iuxta Anac. Papæ. ep. 2. & Car. cap. 6. & Carth. 4. cap. 96. & Sixt. III. epiſt. 3. cap. 3.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α NOn *recipiantur.*] Prohibetur admiſſio, & ſic non faciunt inditium etiam recepti, Felin. *in cap. cum dilecti, num.* 11. *de accuſat.* Vbi teſtes requiruntur omni exceptione maiores, non admittuntur. Infames, etiam infamia facti, commun. contr. *quæſtion.* 396. & fama publica quomodo ſit probanda. Idem commun. contr. commun. *quæſt.* 20. & an teſtes teneantur iurando tangere ſcripturam, ibidem *quæſtion.* 410. & an in iuramento requirantur verba, *quæſtion.* 406.

Conditiones accuſantium Epiſcopos quales eſſe debeant, ac etiam teſtium, vide Pelag. 2. *epiſt.* 3. *tom.* 1. *epiſtolarum, fol.* 639.

β *Grauibus pœnis.*] quærebatur à quo ſit pœna imponenda, vel mulcta indicenda, ſi teſtis ſit laicus, & delictum Eccleſiaſticum. Dic quòd à Prælato ſuperiore qui poteſt etiam laicis pecuniarum pœnam, vel mulctam imponere, ſi illa magis timetur, *cap. licèt, de pœnis*, vbi gloſſ. & Abb. *nu.* 8. & videtur magis communis opinio, vt per Felin. *in cap. irrefragabili*, §. *cæterum, de offic. ordin. num.* 5. Auffred. *in add. ad deciſ. Toloſan.* 274. *ver.* an autem Epiſcopus, Cagnol. *in l. prima, num.* 26. ſi quis ius dicenti non obtemper. & hoc poteſt facere propria auctoritate, abſque auxilio brachij ſæcularis, Abb. *in dicto cap. licèt, num.* 8. *de pœnis, & in cap. cùm ſit, num.* 113. *de for. competent.* & clariùs *in fin. num.* 5. ſequitur Cagnol. *in dicta l.* 1. *num.* 2.

Neque obſtat dictum Ioannis Andreæ, qui refert Hoſtien. *in cap.* 1. *de homicid. in* 6. *num.* 6. dicentis, quòd Epiſcopus mulctat, ſed pro exequutione recurrit ad brachium ſæcula

Digitized by Google

ſæculare, qui id deponit cumulatiuè, non priuatiuè. Poteſt enim per ſe, ſed vbi opus habeat ad ſæcularis brachij auxilium confugit, vt not. Abb. *in d. cap. licèt, num.* 8. Minùs obſtat dictum Hoſt. & Butr. *in ca. ſignificaſti, circa fin. de offic. deleg.* Bald. *in Marg. in ver. deleg.* Ioan. Lopez. *in repet. cap. per veſtras, 2. not. ver. ſed etiam pulchra, de donat. inter vir. & vxor.* quia omnes prædicti Doct. loquuntur in Ciuilibus, quando Iudex Eccleſiaſticus vellet cognoſcere de dote, vel de aliis cauſis Ciuilibus, & tunc negant poſſe Iudicem Eccleſiaſticum facere exequutionem ſuper bonis laicorum, ſed ſecus eſt in caſu propoſito in quo agitur de pœna, vel mulcta imponenda pro delicto Eccleſiaſtico; & rationem differentiæ vide per Couarr. *in tract. quæſt. in ca.* 10. *col.* 7. *ver.* 2. & 3. Nam ratione cauſæ Ciuilis non fit aliquis ſubditus, gloſ. *id Clem.* 1. *in ver. ſubditus, de for. competent.* Ancaran. *in regul. ea quæ de regul. iur. in* 6. *ſub n.* 17. & contra ſubditum non poteſt procedi, ad exequutionémque requirit ſubiectionem, *cap. poſtulaſti, de for. competent.* ita declarat Bald. *in dicto cap. ſignificaſti, de offic. deleg.* & in *l. Epiſcopali*, vbi Paul. de Caſtr. *num.* 2. & 3. *de Epiſcop. audien.* ſed ratione delicti Eccleſiaſtici tam perſona quàm eius ſubdita cenſentur, Andr. de Iſern. *in tit. de ſtat. & conſ. contr. liber. Eccleſ. num.* 12. Idem dic etiam in cauſis Ciuilibus ſpectantibus ad forum Eccleſiaſticum, vt Epiſcopus poſſit facere exequutionem ſuper bonis mobilibus laicorum, quia huiuſmodi mobilia ſequuntur conditionem perſonæ, vt concludit Oldrad. *conſ.* 17. *in princ.* Sentit Abb. *in d. cap. cùm ſit, num.* 14. *de for. compet.* Nec obſtat doctrina Innoc. & Hoſt. *in dicto cap. ſignificaſti, de offic. deleg.* quia exéplificant in poſſeſſionibus, & ſic in immobilibus; etiam in immobilibus res eſt dubia, vt *in d. ca. ſignificaſti*, tenent Ioan. Imol. *propè fi.* Barb. *n.* 21. Fel. *n.* 4. Foller. *in prax. crim. fol.* 97. *in ver. immo, in fin.* & magis in ſpecie Speculat. qui firmat contrarium tanquam veriorem *in titulo de ſecundo decreto, in fin.* & Ioann. de Anan. *in d. cap. ſignificaſti, in fin.* Præterea dictum Innoc. & Hoſtien. reſtringitur tantùm in delegato vt ipſi loquuntur, ſed ſecus eſſet in Ordinario qui habet hoc caſu in exequendo firmiorem Iuriſdictionem, vt per Foller. vbi *ſuprà, in ver. Inquiſitione formata, ſub num.* 52. Hæc probantur in *cap.* 3. *circa med. ſeſſ.* 25. *de reformation.* vbi ſcripti latè poſt alios quos refert, tenet in Epiſcoporum fauorem Iacob. Perett. *conſ.* 3. *per tot.* & latiſſimè *conſ.* 4. 5. 6. 7. & 8.

ADDITIO.

1 *Mulctetur.*] Si contra Epiſcopum, Preſbyterum, aut Diaconum falſum proferrur teſtimonium, qui id fecerit, nec in fine Communionem accipit, Eliberr. 75. *refert. Sum. Pontif. in ver. teſtimonium.*

CAPVT VIII.

Cauſæ Epiſcoporum, cùm pro criminis obiecti qualitate comparere debeant, coram Pontifice Max. referantur, ac per ipſum 1 *terminentur.*

ADDITIO.

1 *Terminentur.*] Vide Lel. Iordan. *in tract. de maior. Epiſc. cauſ. ad Sed. Apoſt. deferen.* & an Epiſcopus conſentire poſſit, quod pro crimine à Concilio iudicetur, Genuin. *in cap. ſi Epiſcopus 3. quæſt. 2. ver. opponitur quod Epiſcopus non poſſit conſentire.*

Decretum prorogationis definitionis quatuor articulorum de Sacramento Euchariſtiæ, & Salui conductus, Proteſtantibus dandi.

Eadem ſancta Synodus errores omnes, qui ſuper hoc ſanctiſſimo Sacramento repullularunt, tanquam vepres ex agro Dominico euellere, ac omnium fidelium ſaluti proſpicere cupiens, quotidianis precibus Deo omnipotenti piè oblatis, inter alios, ad

hoc Sacramentum pertinentes articulos, diligentiſſima veritatis Catholicæ inquiſitione tractatos, plurimis, accuratiſſimíſque pro rerum grauitate diſputationibus habitis, cognitis quoque præſtantiſſimorum Theologorum ſententiis, hos etiam tractabat: An neceſſarium ſit ad ſalutem, & diuino iure præceptum, vt ſinguli Chriſti fideles ſub vtráque ſpecie ipſum venerabile Sacramentum accipiant. Et: Num minùs ſumat, qui ſub altera, quàm qui ſub vtraque communicat. Et: An errauerit ſancta mater Eccleſia, laicos, & non celebrantes ſacerdotes, ſub panis ſpecie duntaxat communicando. Et: An paruuli etiam communicandi ſint. Sed quoniam ex nobiliſſima Germaniæ prouincia ij, qui ſe Proteſtantes nominant, ſuper his ipſis articulis antequam definiantur: auditi à ſancta Synodo cupiunt, & eam ob cauſam fidem publicam ab illa poſtulatunt, vt ipſis tutò huc venire, & in hac vrbe commorari ac liberè coram Synodo dicere, atque proponere quæ ſenſerint, & poſtea cùm libuerit, recedere liceat: Sancta ipſa Synodus, licèt magno deſiderio eorum aduentum multos antea menſes expectarit, tamen, vt pia mater, quæ ingemiſcit, & parturit, ſummoperè id deſiderans, ac laborans, vt in iis, qui Chriſtiano nomine cenſentur, nulla ſint ſchiſmata, ſed quemadmodum eundem omnes Deum, & redemptorem agnoſcunt, ita idem dicant, idem credant, idem ſapiant: confidens Dei miſericordiæ, & ſperans fore, vt illi in ſanctiſſimam & ſalutarem vnius fidei, ſpei charitatiſque concordiam redigantur, libenter eis in hac re morem gerens, ſecuritatem, & fidem vt petierunt publicam, qnam ſaluum conductum vocant, quo ad ſe pertinet, eius, qui infraſcriptus erit, tenoris, dedit, atque conceſſit: & eorum cauſis definitionem illorum articulorum ad ſecundam Seſſionem diſtulit; quam vt illi commodè intereſſe poſſent, in diem feſtum Conuerſionis D. Pauli, quæ erit vigeſima quinta die menſis Ianuarij, anni ſequentis, indixit. Illúdque præterea ſtatuit, vt in eadem Seſſione de Sacrificio Miſſæ agatur, propter magnam vtriuſque rei connexionem: interea Seſſione proxima de Pœnitentiæ & extremæ Vnctionis Sacramentis tractandum. Illam autem die feſto D. Catharinæ virginis & martyris, qui erit vigeſimaquinta Nouembris, habendam eſſe decreuit, ſimúlque vt in vtráque materiam reformationis proſequatur.

ADDITIO. [1 *Tractabat.*] *Seſſ.* 21.

Saluus Conductus datus Proteſtantibus.

Sacroſancta generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in eiſdem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legato, & Nunciis, omnibus, & ſingulis ſiue Eccleſiaſticis, ſiue ſæcularibus perſonis Germaniæ cuiuſcumque gradus, ſtatus, conditionis, qualitatis ſint, quo ad œcumenicum hoc & generale Concilium accedere voluerint, vt de iis rebus, quæ in ipſa Synodo tractari debent, omni libertate conferre, proponere & tractare, ac ad ipſum œcumenicum Concilium liberè

& tutò

& tutò venire, & in eo manere, & commorari, ac articulos, quot illis videbitur, tam ſcripto, quàm verbo offerre, proponere, & cum Patribus, ſiue iis, qui ab ipſa ſancta Synodo delecti fuerint conferre, & abſque vllis conuiciis, & contumeliis diſputare, necnon, quando illis placuerit, recedere poſſint & valeant, publicam fidem, & plenam ſecuritatem, quam Saluum conductum appellant, cum omnibus & ſingulis clauſulis, & decretis neceſſariis, & opportunis, etiamſi ſpecialiter, & non per verba generalia exprimi deberent, quæ pro expreſſis haberi voluit, quantum ad ipſam ſanctam Synodum ſpectat, conceſsit. Placuit præterea ſanctæ Synodo, vt ſi pro maiori libertate, ac ſecuritate eorum, certos tam pro commiſſis, quàm pro committendis per eos deputari cupiant, illos ſibi beneuolos nominent, etiamſi delicta ipſa quantumcunque enormia, ac hæreſim ſapientia fuerint.

SESSIO DECIMAQVARTA,

QVÆSTIO QVARTA

SVB IVLIO III. PONT. MAX. CELEBRATA DIE XI. OCTOB. M. D. LI.

Doctrina de ſanctiſsimis Pœnitentiæ, & extremæ Vnctionis Sacramentis.

SAcroſancta œcumenica, & generalis Tridentini Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in eiſdem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legato, & Nunciis, quamuis in decreto de [a] Iuſtificatione multus fuerit de *a* *Pœnitentiæ Sacramento*, propter locorum Congregationem, neceſſaria quadam ratione ſermo interpoſitus: tanta nihilominus circa illud noſtra hac ætate diuerſorum errorum eſt multitudo, vt non parum publicæ vtilitatis retulerit, de eo exactiorem & pleniorem definitionem tradidiſſe, in qua demonſtratis, & conuulſis, Spiritus ſancti præſidio, vniuerſis erroribus, Catholica veritas perſpicua, & illuſtris fieret, quam nunc ſancta hæc Synodus Chriſtianis omnibus perpetuò ſeruandam 1 *proponit*.

a Sup. ſeſſ. 6. cap. 14.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a DE *Pœnitentia Sacramento.*] Eſt ergo Pœnitentia vnum ex ſeptem Sacramentis nouæ legis datum nobis poſt Baptiſmum, tanquam ſignum viſibile in remiſſionem peccatorum actualium, iuxta illud Ioann. 10. *Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis*, & Matth. 18. *Quodcunque ſolueritis ſuper terram erit ſolutum, & in Cœlis*, probatur ex cap. ad abolendam de hæret. Concil. Florent. in Bulla vnionis, & habetur *infrà Can.* 1. & vocatur Sacramentum pœnitentiæ, quamuis contineat contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem, ſumpto nomine ab vltimo, id eſt, à ſatisfactione, quæ eſt pœnalis, vt per D. Thom. *in* 4. *diſtinct.* 16. *q.* 1. *art.* 1.

Abſolutio non eſt deneganda petenti, & pœnitentia debet eſſe ſalutaris ex Congregationis ſententia, Eccleſia enim non claudit gremium redeuntibus, *Epiſtola inter claras, in fin. C. de Summ. Trinit. & fid. Cathol.* Bartol. *in conſ.* 167. *auth.* Galaros. *C. de hæret.* quod intelligitur in foro conſcientiæ, *cap. ſuper eo, de hæret. lib.* 6.

ADDI

ADDITIO.

1 *Proponit.*] Qualiter quàm hic de pœnitentia definitur verbis, vel ſcriptis exprimit, incidit in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, Nauar. *in manual. cap.22.num.11.*

CAPVT I.

De neceſſitate, & inſtitutione Sacramenti Pœnitentiæ.

SI ea in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum eſſet, vt iuſtitiam in Baptiſmo, ipſius beneficio, & gratia, ſuſceptam, conſtanter tuerentur, non fuiſſet 1 *opus*, aliud ab ipſo Baptiſmo Sacramentum ad peccatorum remiſſionem eſſe inſtitutum. [a] *a Quoniam autem Deus*, diues miſericordiarum, cognouit figmentum noſtrum, illius etiam vitæ remedium contulit, qui ſeſe poſtea in peccati ſeruitutem, & dæmonis poteſtatem tradidiſſent, Sacramentum, videlicet Pœnitentiæ, quo lapſis poſt Baptiſmum beneficium mortis Chriſti 2 *applicatur.*[b] Fuit quidem pœnitẽtia vniuerſis hominibus qui ſe mortali aliquo peccato inquinaſſent, quouis tempore ad gratiam & iuſtitiam *B aſſequendam neceſſaria*, illis etiam qui Baptiſmi Sacramento ablui 3 *petiuiſſent*, vt, peruerſitate abiecta, & emendata, tantam Dei offenſionem cum peccati odio, & pro animi dolore deteſtarentur. Vnde Propheta ait: [c] Conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris: & non erit vobis in ruinam iniquitas, Dominus etiam dixit:[d] Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis. Et Princeps Apoſtolorum Petrus peccatoribus Baptiſmo initiandis pœnitentiam commendans, dicebat: [e] Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrûm. Porrò nec ante aduentum Chriſti Pœnitentia erat Sacramentum, nec eſt poſt aduentum illius cuiquam ante Baptiſmum. Dominus autem Sacramentum Pœnitentiæ nunc præcipuè inſtituit, cùm à mortuis excitatus, inſufflauit in diſcipulos ſuos dicens: [f] Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, 4 *retenta ſunt.* Quo tam inſigni facto, & verbis tam perſpicuis, poteſtatem remittendi, & retinendi peccata, ad reconciliandos fideles, poſt Baptiſmum lapſos, Apoſtolis, & eorum legitimis ſucceſſoribus fuiſſe communicatam, vniuerſorum Patrum conſenſus ſemper intellexit. Et Nouatianos remittendi poteſtatem olim pertinaciter negantes, magna ratione Eccleſia Catholica tanquam hæreticos exploſit, atque condemnauit. Quare veriſſimum hunc illorum verborum Domini ſenſum ſancta hæc Synodus probans, & recipiens, damnat eorum commentitias interpretationes, qui verba illa ad poteſtatem prædicandi verbum Dei, & Chriſti Euangelium annuntiandum, contra huiuſmodi Sacramenti inſtitutionem falsò detorquent.

a Infr. can. 1. Pſalm. 102. Epheſ. 2. Sic Innoc. I. Epiſt. 91. inter Epi. Auguſt. Nam quamuis redemiſſet &c. & Cyprian. ab Aug. citatus l. 1. contra Iulian. c. 8. Quã benigna, quàm neceſſaria.

b Sup. ſeſſ. 6. c. 14. de iuſti. C. de Cabil. cap. 2.

c Ezech. 18.

d Luc. 13.

e Act. 20. c. agunt, & c. propriè de conſ. diſt. 4.

f Ioan. 220. Matth. 16. ca. vt conſtitueretur 50. diſt. & infr. c. 8. in fin. & cap. 3.

OBSER

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a QVoniam autem Deus.] Nam etiam vſque ab Adamo pœnitentia proficit,vt per Nauarr.*in ſumm.prælud.*10.*num.* 2. ſed quatenus eſt Sacramentum cœpit eſſe à Chriſto paſſo,*ſuprà ſeſſ.7.cap.1.& Na*uarr.*ibidem num.*3.

β *Aſſequenda neceſſaria.*] Eſt ergo pœnitentia remedium neceſſarium ad ſalutem poſt lapſum in peccatum, quam Deus in ſcripturis proponit, itaut in adultis requiratur de peccatis commiſſis ante Baptiſmum,vt habetur *in text.hic,ſeſſ.6. cap.6. de iuſtificatione*,poſt illud Auguſtin.*in c. omnis qui, de conſecrat. diſt.* 4. eſtque hoc remedium non ſolùm neceſſarium, ſed ſufficiens,vt Ezech.18.& 33.*Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, vita viuet, & non morietur, omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor*: & Sapient. *Diſſimulans peccata hominum propter pœnitentiam.* Matth. 3. *Pœnitentiam agite, & appropinquauit Regnum Cælorum.* Matth. 4. Luc. 15. *Gaudium eſt Angelis ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.*Paul. 2.Corint.7.*Quæ enim ſecundùm Deum triſtitia eſt ſalutem operatur.* Luc. 17. *Si pœnitentiam egerint, dimitte illis*: Nec obſtat quod aliqui impiè obiiciunt illud ad Hæbr. 6. *Impoſſibile eſt eos qui ſemel ſunt illuminati rurſus renouari ad pœnitentiam*, quia reſpondet eis D.Thom.*in 3.part.quæſt.84.art.* 10.ad primũ poſt Ioan. Chryſoſt. & alios, quòd ibi Paulus negat renouationem per baptiſmum ſecundò acceptum, cùm non ſit iterabilis, non negat autem pœnitentiam. Quod ita verum eſt, vt etiam peccata in Spiritum ſanctum licèt difficilè remittantur, & huiuſmodi peccatores ſunt in magno periculo, tametſi pœnitentiam egerint,remittentur eis,vt in *ſumm.Sacram. de pœnit.q.*106.*& ſeq.*

ADDITIO.

1 *Opus.*] Eſt ergo neceſſarium pœnitentiæ Sacramentum,*ſup.ſeſſ.6.de iuſtif.c.29.& in fin,eod.§.fuit* Confert.*tex.*113.ſi pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, qnod locutus ſum aduerſus illam aquam,& egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis,non recordabor amplius.Vide *cap.ſi agamus 66.& cap, quamobrem 67. de pœnit. diſt.1. & infrà eod.cap.ſeq.in fin.*

2 *Applicatur.*] Eſt ergo pœnitentiæ Sacramentum,ſecunda tabula,*c. ſecunda,71.de pœnit.diſt.1.infrà eod.de pœnit.cap.2.*

3 *Petiuiſſent.*] *ſup.ſeſſ.6. in Decret.de iuſtif.c.6.*& vide *infrà eod.§.porrò.*

4 *Retenta ſunt.*] Hoc intelligendum eſt Claue diſcretionis non errante, Magiſtr. Sent. *in 4.diſt.* 18. *verſ. ſecundùm hos,littera N.* & ita intelligi poteſt, quod habetur in Palea RIdiudum 11. *quæſt.* 3. dùm dicit, ſit ergo irreprehenſibilis,quia alterum ligat, aut ſoluit; illa tamen Palea in ſcripto exemplari omninò deeſt, & vbi Apoſtilla admonet,confert.tex.*in §.ſacræ ibi ritè cum iis*,quæ Grammat.ibi ſcripſit de eorum diuiſione,Vide *infrà eodem cap.6.§.docet.*

CAPVT II.

De differentia Sacramenti Pœnitentiæ, & Baptiſmi.

CÆterùm hoc Sacramentum [a] multis rationibus à Baptiſmo differre dignoſcitur. Nam præterquam quòd materia, & forma,quibus Sacramenti eſſentia perficitur, longiſſimè diſſidet: conſtat certè Baptiſmi miniſtrum iudicem eſſe non oportere, cùm Eccleſia in neminem iudicium exerceat, qui non priùs in ipſam per Baptiſmi ianuam fuerit ingreſſus. [b] Quid enim mihi inquit Apoſtolus, de iis, 1 *qui foris* ſunt, iudicare? Secus eſt de domeſticis fidei, quos Chriſtus Dominus [c] lauacro Baptiſmi ſui corporis membra ſemel effecit, Nam hos ſi ſe poſtea crimine aliquo

a Sup. ſeſſ. 6. de iu. cap. 14. infr.cap.2.

b 1. Cor. 5. in fin.cap. multi 2. 1. c. gaudemus de diuor.

c 1. Cor. 12.

S con

Digitized by Google

contaminauerint, *α non iam repetito Baptiſmo* ablui, cùm id in Eccleſia Catholica nulla ratione liceat, ſed ante hoc tribunal, tanquam reos, ſiſti voluit: vt per Sacerdotum ſententiam non ſemel, ſed quoties ab admiſſis peccatis ad ipſum pœnitentes confugerint, poſſent liberari. 2 *Alius* præterea eſt Baptiſmi, & alius Pœnitentiæ fructus. Per Baptiſmum enim Chriſtum [d] induentes, noua prorſus in illo efficimur creatura, plenam & integram peccatorum omnium remiſſionem conſequentes; ad quam tamen nouitatem, & integritatem per Sacramentum pœnitentiæ, ſine magnis noſtris 3 *fletibus*, & laboribus, diuina id exigente iuſtitia, peruenire nequaquam poſſumus: vt meritò Pœnitentia laborioſus quidam Baptiſmus à ſanctis Patribus dictus fuerit. *β Eſt autem* hoc Sacramentum Pœnitentiæ lapſis poſt Baptiſmum ad ſalutem 4 *neceſſarium*, vt nondum regeneratis ipſe Baptiſmus.

d Galat. 3.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *Non iam repetito Baptiſmo.*] Sic intellige illud Paul. ad Hebr. 6. *impoſſibile ſit eos qui ſemel ſunt illuminati rurſus renouari ad pœnitentiam*, vt ſuprà diximus ex D.Thom. 3. *par. quæſt.* 84. *art.* 10. poſt Chryſoſt. vt loquatur de renouatione per iterationem Baptiſmi qui non eſt iterabilis, & plures differentias inter hæc duo notat Sarn. *de viſitation. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 35. latiſſimè Card. Bellarm. *tom.* 2. *de pœnit. lib.* 2. *cap.* 12. *cum tribus ſequen. fol.* 286.

β Eſt autem.] In Catech. Rom. de pœnit. Sacram. eadem verba repetuntur, *fol.* 159. *vt ſuprà ſeſſ.* 6. *cap.* 14.

ADDITIO.

1 *Qui foris.*] An infideles ſubiiciantur Pontificiis conſtitutionibus plenè Doct. *in cap.* 1. *extr. de conſt.* & ibi inter cæteros And. ab Alex. *num.* 256. *cum pluribus ſeq.* & quod in Cathecumenis, *num.* 268. hoc autem dictum multis modis limitatur, vt in gloſſ. Inſt. Lancell. *tit. de iur. Can.* §. *eſt igitur ius Can. in ver ciuium.*

2 *Alius.*] De differentia Baptiſmi, & aliorum Sacramentorum, vide *ſuprà ſeſſ.* 6. *cap.* 3. *&* 14. D.Thom. 3. *par. q.* 69. *art.* 10. *lit. in* 4. *diſt.* 6. *quæſt.* 1. *art.* 8. *col.* 4. Ledeſm. *in par.* 4. *q.* 10. *art.* 10. Turrecrem. *in cap. tunc valere de conſecr. diſt.* 4. *col.* 2. *&* 3. Conc. Flor. *de Baptiſ.* 6. *effect. & de different. inter Baptiſ. & Pœnit.* Sotr. *de natur. & grat. lib.* 2. *cap.* 15. Acad. Falam.

3 *Fletibus.*] Interioribus gloſſ. *in cap. lagrima de Pœnit. diſt.* 1. *cap.* ſunt plures de pœnit. *diſt.* 3. 4. 5.

4 *Neceſſarium.*] Reſtringitur duobus caſibus, vnus eſt quando aliquis omninò peccatorum oblitus, itaur facta diligenti inueſtigatione eorum meminiſſe non potuit; tunc enim per ſolam Dei dilectionem, quæ virtualis eſt pœnitentia iuſtificabatur. Alter, quando ſubita Martyrij oblatio pœnitentiam impediret, Ludou. Lop. *in inſtruct. conſ. cap.* 6. *col.* 53. hoc autem cum limitatione à Rectoribus receptum, videlicet quando recordatio peccatorum, & pœnitentia haberi non potuit, *col.* 57. *in fin.*

CAPVT III.

De partibus & fructu huius Sacramenti.

1 DOcet præterea ſancta Synodus Sacramenti Pœnitentiæ formam, in qua præcipuè ipſius vis ſita eſt, in illius miniſtri verbis poſitam eſſe, Ego te 2 *abſoluo*, &c. quibus quidem de Eccleſiæ ſanctæ more preces quædam laudabiliter adiunguntur ad ipſius

ipſius tamen formæ eſſentiam nequaquam ſpectant,neque ad ipſius Sacramenti adminiſtrationem ſunt neceſſariæ. Sunt autem quaſi materia huius Sacramenti ipſius pœnitentis actus, [a] nempè *α contritio*, confeſſio, & 3 *Satisfactio*: Qui quatenus in pœnitente ad integritatem Saeramenti, plenámque & perfectam *β peccatorum remiſſionem* ex Dei inſtirutione requiruntur, hac ratione Pœnitentiæ partes dicuntur. Sanè verò res, & effectus huius Sacramenti,quantum ad eius vim, & effieaeiam pertinent, *γ reconciliatio eſt cum Deo*, quam interdum in viris piis, & cum deuotione hoc Sacramentum percipientibus, conſcientiæ pax, ac ſerenitas cum vehementi ſpiritus conſolatione conſequi ſolet. Hæc de partibus, & effectu huius Saeramenti ſancta Synodus tradens, ſimul eorum ſententias damnat, qui Pœnitentiæ partes, incuſſos conſcientiæ terrores, & fidem eſſe, contendunt.

a Sup ſeſſ.5. de iuſtific.14. & infrà can.4.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *Contritio.*] Si quis negaret has tres partes materiales pœnitentiæ,hæreticus eſſet.Nauarr. *in ſumm. de Pœnit.cap. 1.num.43.vt infrà can.4. & prælud.10.n.3.*

β Peccatorum remiſſionem.] Quòd ſi petatur confeſſio, & antequam fiat obmuteſcat infirmus, an poſſit abſolui, quæſtio eſt ardua,Sot.*in 4.diſt.18.q.2.art.5.* reſpondet negatiuè quin imò eſſet ſacrilegium, ſequitur Nauarr. *in ſumm. cap. 26. num.28.* qui addit deficere partem eſſentialem videlicet peccata quæ ſunt materia confeſſionis,Aſtenſis tenet affirmatiuam per text. *in cap.15. qui pœnitentiam 26. quæſt. 6.* quia materia ſatis eſt prolata,cùm petita fuerit confeſſio.Prax.Epiſcop.dicit priorem opinionem eſſe tutiorem in *ver. abſolutio.verſ. ad tertium.*

γ Reconciliatio eſt cum Deo.]læſerat enim iuſtitiam,& amicitiam, ſed per pœnitentiam reconciliatur ei, quæ reconciliatio licèt operetur, vt Deus dimittat amico culpam, non facit tamen quin quærat ab eo pœnam, & propterea factum,vt poſtquam aliquis pœnituit, tamen iungatur ei aliqua pœnitentia. Poteſt tamen ſtare vtrúmque, & quod Deus redeat in amicitiam, & quod exigat iuſtitiam, vt docemur ex *lib.2.Reg. cap.* 12. vbi poſtquam dimiſit Deus peccatum Dauid, dicit, veruntamen filius qui natus eſt tibi, morietur.

De forma Sacramenti pœnitentiæ,vide *infrà can.3.ead.ſeſſ.*14.

ADDITIO.

1 *Docet.*]. Vide Rodulph. *de vit. Chriſt. cap. 7. &* 20.& Nauarr. *in manual. cap. 22. num.*11.

2 *Abſoluo.*]Concil.Flor.ſub.Eugenio.4.

3 *Satisfactio.*] Ex quinque autem cauſis ſatisfactio eſt neceſſaria, vt habetur in cenſura Orientalis Eccleſiæ *cap.*12.vide *infrà cap. 5. §. cæterum*, vbi quod ſatisfactio, quæ iniungitur ſecreta eſſe debet de neceſſitate ſatisfactionis,*infrà* 8.

Eſt autem ſatisfactio pars integralis, non autem ſubſtantialis, quia Sacramentum Pœnitentiæ,ſine ſatisfactione eſſe poteſt, dummodò fruitur eum à confeſſario iniungitur licèt eam penitus non adimpleuerit, vel oblitus fuerit, licèt non implens peccet mortaliter;& obiicio ſi communis ſit ſaltem culpam venialem habet. Coron.Confeſſ.*de reiter.Confeſſ.fol.*48. Vide *infrà cap.*8.

CAPVT IV.

De Contritione.

1 C*Ontritio*, [a] quæ primum locum inter dictos pœnitentis actus habet, α 2 *animi dolor*, ac deteſtatio eſt de peccato commiſſo, cum 3 *propoſito* non peccandi de cætero. Fuit autem quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic Contritionis motus neceſſarius: & in homine poſt Baptiſmum β *lapſo*, ita demum præparat ad remiſſionem peccatorum, ſi cum fiducia diuinæ miſericordiæ, & voto præſtandi reliqua, 4 *coniunctus* ſit: quæ ad ritè ſuſcipiendum hoc Sacramentum requiruntur. 5 *Declarat* igitur ſancta Synodus, γ *hanc Contritionem*, non ſolùm [b] ceſſationem à peccato, & vitæ nouæ propoſitum, & inchoationem, ſed veteris etiam odium 6 *continere*, iuxta illud: [c] Proiicite à vobis omnes iniquitates veſtras, in quibus præuaricati eſtis: & δ *facite vobis* cor nouum, & ſpiritum nouum. Et certè, qui illos ſanctorum clamores conſiderauerit: [d] Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci: Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ, & alios huius generis: facilè intelliget, eos ex vehementi quodam anteactæ vitæ odio, & ingenti peccatorum deteſtatione manaſſe. Docet præterea, etſi Contritionem hanc aliquando charitatem perfectam eſſe contingat, hominémque Deo reconciliare, priuſquam ε *hoc Sacramentum* actu ſuſcipiatur: ipſam nihilominus reconciliationē ipſi Contritioni, ſiue Sacramenti voto, quod in illa includitur, non eſſe adſcribendam. Illam verò Contritionem imperfectam, quæ ζ 7 *Attritio* dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati conſideratione, vel ex gehennæ, & pœnarum metu communiter concipitur, η *ſi voluntatem* peccandi excludat, cum ſpe veniæ: declarat, non ſolùm non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, verùm etiam donum Dei eſſe, & Spiritus ſancti impulſum, non adhuc quidem inhabitantis, ſed tantùm mouentis, quo pœnitens adiutus viam ſibi ad iuſtitiam parat. Et quamuis ſine 8 *Sacramento* Pœnitentiæ per ſe ad iuſtificationem perducere peccatorem nequeat: tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam diſponit. Hoc enim timore vtiliter [g] concuſſi Niniuitæ, ad Ionæ prædicationem, plenam terroribus, Pœnitentiam egerunt, & miſericordiam à Domino impetrarunt. Quamobrem falsò quidam calumniantur Catholicos ſcriptores, quaſi tradiderint Sacramentum Pœnitentiæ, abſque bono motu ſuſcipientium gratiam conferre: quod nunquam Eccleſia Dei docuit, nec ſenſit. Sed falsò docent, Contritionem eſſe extortam, & coactam, non liberam, & voluntariam.

a Sup. ſeſſ. 6. de iuſtific. 6. & 14.

b Infr. can. 5.

c Ezech. 18.

d Pſal. 50. ca. & venit de pœn. diſt. 1. & c. totā de pœnit diſt. 3.

e Pſalm. 6.

f Iſa. 38.

g Ioan. 3. Matth. 12. Luc. 11. cap. quamobrem de pœn. di. 3.

OBSER

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a *Animi dolor.*] Ita definit eam Ambroſ. *in cap. pœnitentia, el primo*, & Auguſtin. *in cap. pænitentia el 2. de pænit. diſt.*14. & 16. D.Thom.Scot.& alij *in* 4.*diſtinct.*14.& 16.idem D.Thom.*in 3.par.quæſt.* 85.Anton.*in 3.part.tit.*14.*cap.* 18. Caietan. *in tom.2.quæſt.*1. *de contrit.* Nauarr.*in ſumm.de contrit.num.*37.

β *Motus neceſſarius.*]Et ideò ex ſola contritionis virtute omnia peccata remittuntur etiam ante confeſſionem, D. Thom.3. *part.q.*§.86.*art.*2.*& in* 4.*diſtinct.* 17. *quaſt.*2. *art.*5.quem ſequitur Panormitan.poſt Petr. de Palud. *in cap. Deus qui, de pænit. & remiſſ.per cap.dixi,& cap.magna, de pænit.diſt.* 1.licèt Gratian.*in cap.penult.*§.*quibus,de pænit. diſt.* 1. de hoc dubitauerit, ſed verum eſt per gratiam Dei, quæ contritis datur, peccata remitti, gloſſ.*in cap.magna, & cap. conuertimini,de pænit.diſt.*1.

γ *Lapſo.*] Et in *l.naturæ*, & Moyſi per contritionem remittebatur peccatum,Nauarr.*in princ.ſumm. de pænit.diſt.* 5. *& in tit. de contrit.num.*28.

δ *Hanc contritionem.*] Hæc verba referuntur per Nauarr. *in ſumm.de pænit.cap.*5. *num.* 43. innuit duplicem pœnitentiam Baptiſmalem, & ſecundam poſt naufragium tabul. *de quib.ſuprà ſeſſ.6. de iuſtific. cap.*6.*&* 14.*& hac ſeſſ.cap.*2.

ε *Et facite vobis.*] Ergo ei qui non vult deſiſtere à peccato neganda eſt abſolutio, *de regul.Iur.in* 6.*cap. peccati venia, cap. cùm ab omni ſpecie,de vit. & honeſt.Cleric.*Nauar. *in ſumm.cap.*3.*num.* 5. *& qui ſunt iſti*,vide in Prax. Epiſcopal. *in ver. abſolutio, verſ. ad octauum,ſol.*4.

ζ *Sacramentum actu.*]Nam licèt per contritionem remittantur peccata, non abſoluimur tamen ab obligatione confitendi ea ſacramentaliter, ſecundùm Adrian.*in* 4.*de confeſſ.q.*2.*col.penult.*Nauarr.*in ſumm.de pænit.cap.*1.*num.*14.*&* 43.

η *Attritio.*] Hanc dupliciter diſtinguit Caietan.*tom.*2.*quæſt.*1.*de contrition.& quæſt.* 5.*de confeſſion.* qui reprobatur per Nauarr. *in ſumm.de pænit.cap.*1.*de contrit.n.*37.

θ *Si voluntatem.*] Hoc eſt neceſſarium in attritione aliàs pergeret peccare, vt in verb. *à Domino:* Nam Confeſſio eſt de iure diuino ex omnium Doctor.Sententia, Iacob. 1. *Confitemini alterutrum peccata veſtra*, quod Hugo de Sancto Victor.*de ſacra. lib.*2.*cap.*14.*cap. intelligit de præcepto confeſſionis.* Idem Ioann. 20. *Quorum retinueritis peccata,retenta ſunt.*Valdenſ. & Roff. *in lib. de ſacram. ſumm. ſacram. de confeſſion. quæſt.* 192. *& in deciſ.fid.Cathol.in ver.confeſſio.q.*1. *fol.* 206. vbi multa adducuntur etiam in quæſtion.ſeq.

ADDITIO.

1 *Contritio.*]Vide Lodulph.*de vit.Chriſt. cap.*20.Nauarr.*in manual.cap.*22.*num.*11. Ludou. Lop.*in inſtr.conſcien.c.*6.

2 *Animi.*] Ad huius definitionis explicationem,Nauarr.*in manual.cap.*1.*in primo.* Caiet. *in opus de contrit. in primo col.*5.

3 *Propoſito.*] Vero, & actuali,itaut non ſufficiat propoſitum virtuale,nam ſicut loquitur, hic text.*de propria Contrit.* qualis eſt formalis dolor; ita loquitur de formali propoſito. Eſt autem virtuale propoſitum illud, quòd ex deiectione præteritorum criminum procedere videtur: formale, quando actu pœnitens proponit ſe cauenda iterum non commiſſurum, & Dei præcepta ſeruaturum, Ludou. Lop. *in inſtruct.conſciens.cap.*7.*verſ.vlt.Tandem.*

Amplia primò in tantùm,vt nec per accidens huiuſmodi propoſitum ſufficiat veluti cum per temporis anguſtiam, vel conſiderationis defectum,ad formale propoſitum non eſt deuentum, Lop. *d.c.*7.*verſ. cæterum quia.*

Ampliatur vt procedat etiam ſi pœnitens, ita damnaret præterita, vt ſi cogitaret de futuris proponeret ſe illa non commiſſurum in poſterum,Lop. *d.conſ.verſ.cæterum, quia cum ſeq.* contra Nauarr. *in manual.c.*1.*num.*10.

Limitatur cùm quis rapitur ad martyrium, ita vt non ſit pœnitendi locus, aut poſt examen conſcientiæ nullius, naturali obliuione captus, reminiſcitur peccati, tunc enim ſola Dei dilectione quis ſaluatur,Lop.*d.c.*7.*verſ.verumtamen.*

An autem ad contritionem propoſitum confitendum requiratur;Reſpondeo quod propoſitum formale non eſt neceſſarium, ſed requiritur virtuale, & implicitum,

quod cōtineatur in propoſito ſeruandi legē tantùm.Sot.quod declaratur procedere quantum ad iuſtificationem contingentem extra tempus impletionis præcepti expreſſum propoſitum implendi requiritur,Lop. *d.c.7.verſ. præterea*.

4 *Coniunctus.*] Et ſic ſpecialis ſingulorum peccatorum, mortalium, dicitur autem diſtincta,& ſpecialis ſingulorum peccatorum, quæ fertur in ſingula peccata,& ſi præteritis peccatis in memoriam reuocatis voluntas vnica contritione vniuerſa deteſtetur,ſicut ſpecialis, & diſtincta viſio dicitur, qua ſingula tigna Domus videmus, licèt ſingula illa ſingulis viſionibus non videamus.Lop.*in inſtruct.conſc.c.6.*

5 *Declarat.*] *cap. tres ſunt de pœnit.diſt.*1. bis dacer. *diſt*.4.

6 *Continere.*]Hic damnatur Luterus,qui ſolam reſipiſcentiam,& nouam vitam ſufficere perperam aſſecurabat, Lop. *d. cap.6. inſtruct.conſ.col.* 57. *litera C.*

7 *Attritio.*]In multis à contritione differt, quinque differentias recenſet,Sot. *in 4.diſt.17.quæſt.2.art.5.col.* 3. A.S.refert, Ludou.Lop.*in inſtruct.conſcient.cap.*8. vbi tertiam differentiam damnare videtur *in verſ. tertia differentia*, eſt autem differentia illa ſecũdum Sotum, quod attritio iuribus naturalibus elici poteſt; ſed contritio ſemper eſt ex auxilio ſupernaturali præueniente liberum arbitrium potiſſimum fundamentum,contra Sot.deducit Lop.ex hoc text. ibi donum Dei,& Spiritus ſancti impulſum, ſed hic text.citari poteſt,qui dicit attritionem, tunc eſſe donum Dei, quando voluntatem peccandi excludit,cum ſpe veniæ mouetur, propterea quæſtio, an attritio ex iuribus naturæ elicita cum Sacramento in re ſufficiat ad gratiam conſequendam, in qua idem Lopez,pro negatiua contra Sotum,& Cann.ponderat verba huius text. qui videtur requirere attritionem, vnam quæ elicitur ex iuribus naturæ, qualis eſt diſplicentia peccati propter infamiam, vel iacturam bonorum. Aliam, quæ eſt donum Dei, vt in hoc textu, quæ ex pœnarum conſideratione naſcitur; Videndum eſt tamen, an hic text. pro affirmatiua facere poſſit ponderando dictionem, quæ conſpicitur ex ſola turpitudine peccati ſufficere ſi voluntatem peccandi, &c. Illud certum videtur attritionem hãc, de qua in text.ſufficere ad gratiam conſequendam cum Sacramento pœnitentiæ, in re: *argum. ex* §. & quamuis à contrario ſentit: aliam verò non ſufficere ſecundùm eundem,& ſi peccator inuincibiliter ignoraret inſufficientiam talis depoſitionis, vt per eundem, *cap.* 8. *verſ. ſed hoc ego contra Can. vt ibi.*

Amplia, & limita multis modis, vt per Iacob. de Graff. *in Dec. caſ. conſcient. lib.*1. *lib.*23.

8 *Sacramento.*] Vide D.Thom. 3.*qu.*79. *art.*9.*& in confirmatione, quæſt.*77. *art.* 7.*ad* 2. *de pœnit. in* 4.*diſt.* 17. *quæſt.* 3. *de extrem. vnct.*Nauarr.*in manual.cap.*22.*num.*15.Vega. *fol.* 40. Nauarr. *in addit. ad manual. cap.*28. *num.*29. *A. S.*

CAPVT V.

De Confeſsione.

EX ª 1 *inſtitutione* Sacramenti Pœnitentiæ, iam explicata,vniuerſa Eccleſia ſemper intellexit, inſtitutam etiam eſſe à Domino *a integram* peccatorum Confeſſionem,& omnibus poſt Baptiſmum lapſis iure diuino neceſſariam exiſtere: quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ᵇ è terris aſcenſurus ad cœlos, ſacerdotes ſui ipſius Vicarios reliquit, tanquam præſides, & iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quæ Chriſti fideles ceciderint: quo pro poteſtate Clauium remiſſionis, aut retentionis peccatorum, ſententiam pronuncient: conſtat enim ſacerdotes iudicium hoc 2 *incognita* cauſa, exercere non potuiſſe, neque æquitatem quidem illos in pœnis iniungendis ſeruare potuiſſe, ſi in genere

ª Luc.5.& 17. Iac.1.1. Ioan. 1 infr. Can.6.

ᵇ Ioann. 2. Matth.16. ca. verbũ de pœnit.diſt 1.& c. adhuc. de pœnit. diſt.3.

nere dumtaxat, & non potiùs in ſpecie, ac ſigillatim β *ſua ipſi* peccata 3 *declaraſſent*.[c] γ *Ex his colligitur*, oportere à pœnitentibus 4 *omnia* peccata 5 *mortalia*, quorum poſt diligentem ſui diſcuſſionem conſcientiam habent in confeſſione recenſeri, δ *etiamſi occultiſſima* illa ſint, & tantùm aduerſus duo vltima [d] Decalogi præcepta commiſſa, quæ nonnunquam animum grauiùs ſauciant, & periculoſiora ſunt iis, quæ in manifeſto admittuntur. ε *Nam venialia*, quibus à gratia Dei non 6 *excluduntur*, [e] & in quæ frequentiùs labimur, quamquam rectè & vtiliter, citráque omnem præſumptionem ζ *in Confeſſione* dicantur, quod piorum hominum vſus demonſtrat; taceri tamen citra culpam, multíſque aliis remediis expiari poſſunt. Verùm, cùm vniuerſa mortalia peccata, etiam cogitationis, [f] homines iræ filios, & Dei inimicos reddat: neceſſum eſt, omnium etiam veniam cum aperta, & verecunda Confeſſione, à Deo quærere. η *Itaque dum omnia*, quæ memoriæ occurrunt, peccata Chriſti fideles confiteri ſtudent, proculdubiò omnia diuinæ miſericordiæ agnoſcenda exponunt. Qui verò ſecùs faciunt, & ſcienter aliqua retinent, nihil diuinæ bonitati per ſacerdotem remittendum proponunt. Si enim erubeſcat ægrotus vulnus medico detegere, quod ignorat, medicina non curat. Colligitur præterea, θ *etiam eas circumſtantias* in Confeſſione explicandas eſſe, ι *quæ ſpeciem peccati* 7 *mutant*, quòd ſine illis peccata ipſa neque à pœnitentibus integrè exponantur, nec iudicibus innoteſcant: & fieri nequeat, vt de grauitate criminum rectè cenſere poſſint, & pœnam, quam oportet, pro illis pœnitentibus imponere. Vnde alienum à ratione eſt, docere circumſtantias has ab hominibus otioſis excogitatas fuiſſe: aut vnam tantùm circumſtantiam confitendam eſſe, nempe peccaſſe in fratrem. Sed & impium eſt, confeſſionem quæ hac ratione fieri præcipitur, impoſſibilem dicere, aut carnificinam illam conſcientiarum appellare. Conſtat enim nihil aliud in Eccleſia à pœnitentibus exigi, quàm vt poſtquam quiſque κ *diligentius* ſe excuſſerit, & cõſcientiæ ſuæ ſinus omnes, & latebras explorauerit, ea peccata confiteatur, quibus ſe Dominũ, & Deum ſuũ mortaliter offendiſſe λ *meminerit*: reliqua autem peccata quæ diligenter cogitanti non occurrunt in vniuerſum, eadem Confeſſione incluſa eſſe 8 *intelliguntur*: pro quibus fideliter cum Propheta dicimus: [g] Ab occultis meis munda me Domine. Ipſa verò huiuſmodi Confeſſionis difficultas, ac peccata detegendi μ *verecundia* grauis quidem videri poſſet, niſi tot tantíſque commodis, & conſolationibus leuaretur, quæ omnibus, dignè ad hoc Sacramentum accedentibus, per Abſolutionem certiſſimè conferuntur. Cæterùm, quoad modum confitendi ſecretò apud ſolum ſacerdotem, etſi Chriſtus non vetuerit, quin aliquis in vindictam ſuorum ſcelerum, & ſui humiliationem, cùm ob aliorum exemplum, tum ob Eccleſiæ offenſæ ædificationem, ν *delicta ſua publicè confiteri* poſſit: non eſt tamen hoc diuino præcepto mandatum, nec ſatis conſultè, humana aliqua lege præciperetur, vt delicta præſertim 9 *ſecreta*, publica eſſent confeſſione aperienda. Vnde cùm à ſanctiſſimis, [h] & antiquiſſimis Patribus, magno, vnanimíque

c Infr. Can. 6.
d Deuter. 5.
e Sup. Seſſ. 6. Can. 23. c. adhuc, & cap. de quotidianis, de pœn diſt. 3.
f Epheſ. 2.
g Pſalm. 18.
h Concil. Cabilon. 5. c. 33.

miique conſenſu, ξ *ſecreta Confeſſio* ſacramentalis, qua ab initio Eccleſia ſancta 1o *vſa eſt*, & modò etiam vtitur, fuerit ſemper commendata, manifeſtè refellitur inanis eorum calumnia, qui eam à diuino mandato alienam & inuentum humanum eſſe, atque à Patribus in o *Concilio Lateranenſi*[i] congregatis, initium habuiſſe docere non verentur, neque enim per Lateranenſe Concilium Eccleſia[k] ſtatuit, vt Chriſti fideles confiterentur, quod iure diuino neceſſarium & inſtitutum eſſe intellexerat, ſed vt præceptum Confeſſionis, π *ſaltem ſemel in anno*, ab omnibus & ſingulis, cùm ad annos diſcretionis perueniſſent, impleretur. Vnde iam in vniuerſa Eccleſia, cum ingenti animarum fidelium fructu, obſeruatur mos ille ſalutaris confitendi, ſacro illo, & maximè acceptabili tempore ρ *Quadrageſimæ*: quem morem hæc ſancta Synodus maximè probat, & amplectitur, tanquam pium, & meritò retinendum.

i Infr. Can. 8. & 14.
k Conc. Lateran. ſub Innoc. III. cap. 21 cap. omnis vtriuſque, de pœnit. & remiſſ.

Omnis vtriuſque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit, omnia ſua ſolus peccata confiteatur fideliter ſaltem ſemel in anno proprio ſacerdoti, & iniunctam ſibi pœnitentiam ſtudeat pro viribus adimplere, ſuſcipiens reuerenter ad minus in Paſcha Euchariſtiæ Sacramentum, niſi fortè de conſilio proprij ſacerdotis ob aliquam rationabilem cauſam ad tempus ab eius perceptione duxerit abſtinendum: alioquin & viuens ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur, & moriens Chriſtiana careat ſepultura. Vnde hoc ſalutare ſtatutum frequenter in Eccleſiis publicetur, ne quiſpiam ignorantiæ cæcitate velamen excuſationis aſſumat. Si quis autem alieno ſacerdoti voluerit iuſta de cauſa ſua confiteri peccata, licentiam prius poſtulet & obtineat à proprio ſacerdote, cùm aliter ille ipſum non poſſit ſoluere vel ligare.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α INtegram.] Niſi enim eſſet integra, eſſet inualida, ſacrilega, & iteranda, quia Sacramentum pœnitentiæ eſt medicina: ergo non poteſt ritè, niſi intelligatur totius, totus ſtatus morbi. Prætereà cùm ſacerdos abſoluat auctoritate Dei, Deus autem non abſoluit ab vno, & non ab alio, conſequitur, quòd nec audire, nec abſoluere dimidiata peccata; Item repugnat formæ abſolutionis in qua dicitur, *Ego te abſoluo ab omnibus peccatis tuis*, Item ex Auguſtino. *Hypocrita eſt, qui non confitetur omnia peccata*. De his *in ſumm. Sacram. quæſt.* 159. ſecus ſi omiſiſſet aliquod peccatum ex negligentia examinis, dummodò non ſit ex induſtria negligens quaſi nolit examinari, ibidem *quæſt.* 16o. *& ſequent.* Idem eſt de eo qui celat aliquod peccatum mortale, *quæſt.* 166. ſed quid de eo qui in infirmitate pœnitentiam petit, & dum ad eum inuitatus ſacerdos venit, obtinuit, an debeat abſolui, diximus ſuprà ad *cap.* 3. *in ver. peccatorum remiſſionem*: ſed iunge pro affirmatiua S. Ant. *in lib. defecerint*, Silueſt. *confeſſ.* 3. §. 13. *Catech. Neap. poſt lib.* 6. *in præfat. pro examinand. fol.* 44.

β *Sua ipſi.*] Non ergo per nuntium poteſt quis confiteri, quia non confitetur ipſe Sacerdoti, & confeſſio debet eſſe forum ſecretiſſimum, nec tenetur quis pandere peccata ſua alteri quam Sacerdoti, Palud. *in* 4. *diſt.* 17. *quæſt.* 1. Summ. Sacram. ſecus ſi per interpretem, ibidem *quæſt.* 172. Quarant. *in ver. Confeſſio Sacramentalis, fol.* 200. *ex Clem.* 8.

γ *Ex his colligitur.*] Debet enim confeſſio eſſe integra, & vera, aliàs ſi eſſet informis, vel quia non eſt integra ex intentione, vel ex contritione, quia nullum dolorem

rem hab et,nec aduertit,eſſet itecanda tanquam nulla. Cùm enim confeſſio ſit pars pœnitentiæ, niſi habeat deteſtationem peccati, quæ eſt effectus pœnitentiæ, talis vel non eſſet confeſſio, vel eſſet ſimulata; & cum hac diſtinctione poteſt conciliari vtraque extrema opinio quærentium, an confeſſio omnis informis ſit iteranda, de qua per Doctor. *in 4 diſtinct.* 17. & ibi per D.Thom. *quæſt.*3.*& in addit. quæſt.* 9. *art.*1. Summ. Sacram. *de confeſſion. quæſt.* 157. *&* 163.*habetur infr. can.*7.

δ *Etiam ſi occultiſſima.*] Non ergo ſolùm manifeſta, ſed occulta peccata ſunt confitenda, vt Auguſtin.ait *in verb. confiteri q.*5. *fol.*210. Item, eorum numerum,& circumſtantias mutantes ſpeciem peccati, Candelabr.auc.*de confeſſ.quæſt.*55.*fol.*57.

ε *Nam venialia.*] Venialia peccata pluribus modis pcætec confeſſionem dimittuntur; aqua benedicta, de Conſecrat. *diſt.* 3.*cap.aquam,* oratione Dominica,de pœnit. *diſt.*3.*cap.de quotidianis,*in Chryſoſtom.benedictione Epiſcopali, vel Abbatiali 1. *quæſt.*1.*cap.benedictio, & cap.multi tunſione pectoris, de pœnit.diſt.*1.*cap.tres ſunt actiones, & diſt.*2.*cap.ſicut inquit, & de ſacram.vnct. cap. cum veniſſem*, §. 1. Præterea quicquid ſufficit ad remiſſionem peccati moctalis ſufficit pro veniali, quia quicquid eſt in veniali, eſt in mortali, & aliquid amplius. Item, ſufficit dilectio Dei,qui enim diligit eum, vult ei placere, ergo virtualiter vult ei non diſplicere, per quam diſplicentiam dimittitur peccatum veniale, vt per D. Thom.3.*part.quæſt.*87. *art.*1. Plus enim placet Deo dilectio iſta, quàm ei diſpliceat peccatum veniale, vt ait Scot. *ſumm. Sacrament.de pœnit. quæſt.* 109. Nec in eis cequiritur pœnitentia ſicut in mortali, niſi in dubio, Nauacr. *in ſumm.cap.* 1. *de contr. num.*26.& quilibet Sacerdos etiam non appcobatus poteſt abſoluere à venialibus. Idem in Summ,*cap.*4.*de confeſſ.ſub num.*2.

ζ *In Confeſſione dicantur.*] Vt *infr. Can.*7. & ſi aſſumantur pco materia confeſſionis, confitenda ſunt,Deciſ.*fid.Cathol.in ver.confiteri quæſt.*12.*fol.*212. quia dicuntur & ſunt propciè peccata,Nauacr. *in ſumm.prælud.*8. *num.*16.Candel.aur.*quæſt.*51.*fol.*75.*& ſeq.*

η *Itaque dum omnia.*] Eſt ergo facienda confeſſio ſpecialis,quia generalis non ſufficit,*contr. Armen.& contr. Luther. & Eraſm. vt in lib.dec.fid.Cath.in ver.Conf.q.*4.*fol.*209.

θ *Etiam eas circumſtantias.*]Hæreticis eſt contrarium aſſerere, vt per Theolog.*in* 4. *diſt.*18.*& infrà Canon.* 7. *vt lib.Decrſ. fid.Cathol.in ver. circumſtantiæ*, *fol.* 184. Declara hunc text. non procedere in peccatis venialibus, niſi de veniali ſit moctale.

Item,quandoque eſt confitenda circumſtantia quæ facit de bono malum, vt per Nauacc.*in ſumm. cap.* 6. *de circumſtant. peccat.ſub num.* 3. Item, illa quæ eſt peccatum extenuat,*idem ibidem ſub num.*4. *verſ.* 7. & quod genera circumſtantiarum ſint, quinque,alleuiantium, aggrauantium, mutantium ſpeciem, & aggrauantium in infinitum,D.Ant.3.*part.tit.*17.§. 5. Pcax. Epiſcop. *in verb.circumſtantia,* licèt Candelabc.aur. reſtringat eas ad tria capita, videlicet quod quædam ſunt mutantes ſpeciem peccati, quædam minuentes, quædam aggcauantes, *de confeſſ.quæſt.*36.*fol.* 72. Couarc.1. *par.cap.*1.*num.* 14. vbi etiam vide quod circumſtantiæ voluntatis determinatæ ſunt confitendæ,Candelabr.aur.*ibidem cap.*38.

ι *Quæ ſpeciem peccati mutant.*] Ciccumſtantiæ iſtæ ſunt confitendæ omninò, vt pec D.Thom. & Palud. *in* 4. *diſt.* 17. idem Bonauent. & Siluеſt. quia peccatum habens illam circumſtantiam æquiualenter eſt duplex; vecbi gcatia,fuctum eſt peccatum per ſe, & iniuria Eccleſiæ eſt peccatum per ſe, & ideò furtum in Eccleſia eſt neceſſariò confitendum. Item, quia franguntur per eum duo præcepta,pec furtum enim frangitur præceptum de non furando, & ſi fiat in Eccleſia, frangitur pcæceptum cultus diuini;& ſic de celiquis. Quãdoque tamen(vt Caietan.ait)non tenemur confiteri aliquas circumſtantias,licèt mutent ſpeciem, vecbi gratia, ego accuſo me quod fui ſupecſtitioſus vſque ad peccatum mortale, nec oportet dicere quod diuinaui per terram,vel per aquam,licèt ſint diuerſæ ſpecies, & aliquando bonum eſſet confiteri aliquas circumſtantias, quæ licèt non mutent ſpeciem,oſtendunt tamen maiorem malitiam peccantis, ſumm.Sacram. *quæſt.*176.*de confeſſion.*& amplia hunc text. procedere non modò in ciccumſtantiis quę augent,ſed in his quę minuunt peccata ex mortali in veniale,& de circumſtantiis per quæ neceſſaciò declarantur conſortes criminis, Summ.Sacram. *de confeſſ. quæſt.* 174. *& ſeq.* de ciccumſtantia loci *quæſt.*194. Non eſt autem neceſſaria confi-

tenda circumſtãtia temporis, ſicut peccare in die feſto, licèt grauiùs peccent, Summ. Sacram. *ibidem quæſt.* 195.

λ *Diligentius.*] Quid ſi opinio pœnitentis probabiliter diſſentiat ab opinione Confeſſarij, vt quia iſte credit aliquem caſum eſſe mortalẽ ille negat, dic quod penitus eſt abſoluendus. Palud. *in* 4. *diſtinct.* 7. *quæſt.* 2. *art.* 9. Summ. Sacram. *quæſt.* 177.

λ *Meminerit.*] Tenetur enim quilibet confiteri numerum peccatorum quorum poſt diligentiam meminerit, licèt quandoque ſufficiat cõfiteri craſſo modo, vt Caiet. dicit de meretrice quæ per annos 17. vixiſſet in Lupanari, & admiſiſſet cunctos, ſufficit enim ſi dicat ſe ſtetiſſe per tantum tempus in Lupanari expoſita omnibus, licèt numerum non exprimat, idem de illis qui frequentiſſimè blaſphemant, & aliis huiuſmodi, vt in Summ. Sacrament. *de confeſſ. qu.* 178. *& ſeq.*

μ *Verecundia.*] Et quia ſcriptura non erubeſcit, inſtitutum eſt, vt propterea voce teneatur quis confiteri peccata ſua non autem ſcripto, etiamſi loqui non poſſet, & Confeſſarius præſens ſit, Summ. Sacrament. *quæſt.* 173. poſt Ricc. Scot. & Caiet. *contr. Palud. in* 4. *diſt.* 17. *quæſt.* 2. & Maio. *in* 4. *diſt.* 27. *quæſt.* 1. ſed Tolet. *in ſum. lib.* 3. *cap.* 6. videtur tenere contra Palud. prout in caſu neceſſitatis tenuit etiam Candelabr. aur. *de confeſſion. quæſt.* 23.

ν *Delicta ſua publicè confiteri.*] Non tamen prohibet Concilium quin confeſſio poſſit fieri publicè, Nauarr. *in ſumm. cap.* 2. *de confeſſ. num.* 7. *poſt med.* prout confeſſus publicè fuit Monachus ille Caſſinenſis, à quo primùm conſtructum ſuis impenſis & dotatum fuit Monaſterium eiuſdem Ordinis quod Florentiæ habetur. Hic enim publicè in Capitulo confeſſione facta coram omnibus, & Sacramento Euchariſtiæ accepto omnia Deo reddidit, poſt mala innumera quę patrauerat delitiosè viuendo.

ξ *Secreta Confeſſio.*] Intellige de confeſſione verè Sacramentali in qua quicquid dictum ſit etiam in Reipublicæ detrimentum reuelari non debet, ſaltem expreſſo nomine authoris, idq́ue magis communi ſcribentium opinione receptum, etiam fauore matrimonij, aut latiſſimè per Couarr. *in par.* 2. *cap.* 18. *quæſt.* 12. *num.* 10. *& ſeq.* Qui modus ſecretè confitendi non eſt alienus ab inſtitutione Chriſti, vt habetur *infr. canon.* 6. ſumm. Sacram. *de confeſſion. quæſt.* 180. & licèt ſigillum ſit in Sacramentali confeſſione, *vt in quæſt.* 183. extra tamen eam non eſt Sigillus, & ideò non tenetur quis ſeruare ſecretè quæ ſibi etiam ſub ſigillo confeſſionis committuntur, ſumm. Sacram. *ibidem quæſt.* 189. *& ſeq.* ſimiliter ſi peccatum quod audiui Sacramentaliter ſub ſigillo eſt publicum, poſſum de eo loqui tanquam non audito in confeſſione, ſed melius eſſet ſi peterem à pœnitente licentiam, *quæſt.* 186. multa per Maſcard. *de probat. volum.* 1. *concluſ.* 377. *per tot.* & per Menoch. *tom.* 2. *conſ.* 107. *num.* 68. *& de arbitr. iud. lib.* 2. *cent.* 5. *caſu* 414. vbi vide de pœna reuelantis confeſſionem.

ο *In Concil. Lateranen.*] Cap. *omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. & remiſſ.* & ideò quia forum confeſſionis debet eſſe ſecretum, non licet confiteri per internuntium. Sum. Victor. *quæſt.* 171. licèt Petr. de Palud. videatur dicere contrarium *in* 4. *diſt.* 17. *q.* 2. malè ſimiliter, nec per ſcripturam *quæſt.* 173. bene autem poſſunt confiteri per interpretem, *quæſt.* 172. vt ſuprà dictum eſt, quia non eſt eadem ratio: nam per interpretem poteſt ſigno, & nutu conſenſum præſtare, in aliis verò non, & ita decreuit officium ſanctæ Inquiſitionis ſub cenſuris. Cardin. Tolet. *in ſumm. lib.* 3. *cap.* 6. contra Candelabr. aur. *de confeſſ. cap.* 23. *fol.* 61.

π *Saltem ſemel in anno.*] Bene dixit ſaltem, quia ſi plures hoc in anno fierent melius eſſet, *de conſecrat. diſtinct.* 2. *cap. etſi non frequentius, & cap. ſeculare,* vbi non erat Catholicus qui ter ſaltem in anno non confitebatur, Candelabr. aur. *de confeſſ. cap.* 22. *fol.* 64. *& ſequent.*

ρ *Quadrageſimæ.*] Non in fine, vt abuſus irrepſit, ſed initio eius temporis, vt olim rectè conſtitutum fuerat, ſumm. Sacram. *de confeſſion. quæſt.* 193. non enim dicitur in illo *text. cap. omnis vtriuſque*, ne fideles ſæpius confiteantur, vel communicent: ſed dicitur quod teneãtur ad minùs ſemel in anno. Hinc eſt quod parochi tenentur ſe exhibere promptos medicos toties quoties requiruntur pro Sacramentorum adminiſtratione, *argum. cap. etſi non frequentiùs, de conſecrat. diſt.* 2. Candelabr. aur. *vbi ſuprà cap.* 21. *& ſeq.*

ADDI

ADDITIO.

1 *Inſtitutione.*]Ad hoc vide Lud.Raueſt. *in c.* 18.*in Apolog.conſ.Illiric.fol.*346.

2 *Incognita.*] Ampliatur in confeſſione nautarum periclitantium, quibus Sacerdos beneficium abſolutionis conferre non debet, niſi ſaltem confeſſi fuerint omnia mortalia tunc occurrentia, nec generaliter abſoluere debet, non etiam aliorum confeſſiones periclitantium audiat, Nauarr. *de pœnit.& remiſſ. conſ.*10. *num.*2.*in ſecunda impreſſ.*

3 *Declaraſſent.*]. Indoc. Raueſten.*in cap.* 18. *in Apolog. Con. Illiric.* & limita, vt non procedat in eo,qui quędam confeſſus fuit, alia non potuit propter linguæ impedimentum,Nauar.*com.*10.*de pœnit.& remiſſ.*

4 *Omnia.*] Etiam reſeruata, quamuis confeſſarius abſoluere nequeat, quæ quidem reſeruata deinde Prælato confiteri debet, requiritur, ergo integritas etiam quoad reſeruata, Nauar.*conſ.*75. *num.* 59.*de regul.*

5 *Mortalia.*] Niſi fuerint ſemel legitimè confeſſa, licèt ad hoc quoque de ſuo Conf. quis obligari poſſit,Nauarr. *conſ.* 75. *de regul. pro extrau. inter cunctas de prin. & aba. allegat.*

6 *Excluduntur.*] Etiamſi frequentia ſint, quia ſola frequentia non mutat ſpeciem peccati,& ideò venialia & frequentia non fiunt mortalia, licèt ad mortalem culpam facilis via paretur propter contemptum: nam & tranſgreſſio legis veniale peccatum habens mortalis fit,& ſi contemptum habeat, & hæc eſt communis Theologorum, & Canoniſtarum ſententia, & teſtatur. Couarr.*in reg. peccatum quæſt.*2. §. 5.*in fin.*2. *concluſ.* Lucius *in Clem. Alma mater de ſent.excom.*§.7.*num.*4.*parte prima, verſ.*3.Inde infertur,vbi ita interpretatur illud Auguſt. nullum peccatum eſt adeò veniale, quod non fiat mortale dum placet, de quo *in cap.cum cre num.*25.*diſt.*

7 *Mutant.*] Hoc decretum non excludit neceſſitatẽ conficiendi circumſtantias aggrauantes notabiliter intra eandem ſpeciem, vt poſt Medin.*in ſua ſumma.l.* tradit Ludou.Lop.*in inſtruct.confc. cap.*5. *vol.*4.*litera B.*vide *infrà eodem de pœnit.cap.*7.*in addit. interlineari.*

8 *Intelliguntur.*] Ioduc. *in.d.c.* 18. Apolog.*Con.illinc.*

9 *Secreta.*] Hinc non datur publica pœnitentia. Imponit, niſi volenti, & ob iuſtam cauſam, quæ in delictis vir reperiri poteſt, Nauarr. *conſ.* 13. *de pœnit. num.*3. aliàs incidit ſacerdos in pœnam,*cap.Sacerdos de pœnit.diſt.*6.

Et quamuis inuiolabile ſit ſecretum ſigilli confeſſionis, vt in ea Sacerdos vicem Dei teneat,non tamen Confeſſarius ſcit,vt Deus tantùm,ſed verè ſcit etiam tanquam homo, & non tenetur omninò eorum modo ſe erga pœnitentem habere, quo haberetur, ſi peccata eius non nouiſſet. Immò poteſt ob ſcientiam huiuſmodi ei officia non conferre, & eius electioni reſiſtere, Nauarr.*conſ.*75.*num.*4.*&* 5.*de regul.in prima impreſſ.*

Amplia quod datur de ſigillo Confeſſionis, vt procedat etiam in venialibus, etiam in concernentibus Confeſſionem, vel præparatoriis, quamuis non ſint peccata, & limita in Confeſſione imperfecta, Alphon.Madri. *in inſtr. ordinar.tit. de ſigill. Conf.fol.*296. & ſi non abſoluat,ſed differat abſoluere, tenetur ſeruare ſigillum,vt ibidem dicitur.

Amplia etiamſi peccatum eſſet publicum, quia pro tali peccato confeſſo in foro interiori ſecreto non imponitur publica pœnitentia Pract. Epiſcop. in ver. pœnitent. ad primum poſt Nauarr. *in manual.cap.* 8. *num.* 10. in quo cap.plenè agit de cuſtodiendo ſigillo Confeſſionis.

10 *Vſa eſt.*] Facit text. in *cap.qui ſacerdos,de offic. Ordin.& cap.dilectus* cum gloſ. *de exceſſ. Prælat.* Bero. *in cap. At ſi Clerici num.*123. *de iudic.* & hæc adeò vera ſunt,vt nec Papa compellere poſſit ſacerdotem ad detegenda peccara, nec quidem ſi enm examinauerit, & potiùs ſacerdos debet pati ſe excommunicari, quàm illa detegere, nec excommunicatio tenere videtur, quaſi lata ab inferiori; idem Bero.*in cap.*1. *num.*116.*de conſt.* Alphon.Marlig.*in inſtruct. ordinar.tit.de ſigill.Confeſſ.fol.*296.

Amplia, vt reuelans ſit depoſitione dignus,& cauere perpetuò mancipandus,*ca. Sacerdos 6. diſt. de pœnit.* Nauarr.*de pœnit. conſ.* 13. limita de conſenſu Pœnitentis ex iuſta cauſa, Nauarr. *dicto conſ.* 13. Alphon. Madrig. *vbi ſuprà.*

CAPVT VI.

De miniſtro huius Sacramenti, & abſolutione.

CIrca 1 *miniſtrum* autem huius Sacramenti, declarat ſancta Synodus, falſas eſſe, & à veritate Euangelij penitus alienas doctrinas [a] omnes, quæ ad alios quoſuis homines, præter Epiſcopos, & α *Sacerdotes*, Clauium miniſterium perniciosè extendunt, putantes verba illa Domini: [b] Quæcumque alligaueritis ſuper terram, erunt alligata & in cœlo,& quæcunque ſolueritis ſuper terrã,etunt ſoluta & in cœlo, [c] & quorum remiſeritis 2 *peccata*, remittuntur eis,& quorum retinueritis, retenta ſunt: ad omnes Chriſti fideles indifferenter, & promiſcuè, [d] contra inſtitutionem huius Sacramenti, ita fuiſſe dicta, vt quiuis poteſtatem habeat remittendi peccata publica quidem per correptionem,ſi correptus acquieuerit, ſecreta verò per ſpontaneam Confeſſionem,cuicumque factam; β *Docet quoque*, etiam ſacerdotes qui peccato mortali tenentur, per virtutem Spiritus ſancti, in ordinatione collatam tanquam Chriſti miniſtros, functionem remittendi peccata exercere, eóſque prauè ſentire, qui in malis ſacerdotibus hanc poteſtatem non eſſe 3 *contendunt*. [e] Quamuis autem abſolutio Sacerdotis alieni beneficij ſit diſpenſatio, tamen γ *non eſt ſolùm nudum* 4 *miniſterium*, vel annunciandi Euangelium, vel declarandi remiſſa eſſe peccata; δ *ſed ad inſtar actus iudicialis*, quo ab ipſo velut à 5 *iudice* ſententia pronunciatur, atque ideò non debet pœnitens adeò ſibi de ſua ipſius fide blandiri, vt etiam [f] ſi nulla illi adſit contritio, ε *aut Sacerdoti* animus ſeriò agendi, & verè abſoluendi deſit: putet tamen ſe,propter ſuam ſolam fidem, verè, & coram Deo eſſe abſolutum: nec enim fides ſine Pœnitentia remiſſionem vllam peccatorum præſtaret,nec is eſſet, niſi ſalutis ſuæ negligentiſſimus, qui ſacerdotem iocosè abſoluentem cognoſceret, & non alium ſeriò agentem ſedulò requireret.

a Infr. Cano. 10.
b Matth. 16. & 18.
c Ioan. 20.
d Supr. ſeſſ. 7. de ſacr. Can. 10.
e Ca. ſecundũ Eccleſiæ 19. diſt. & ca. non nocet 1. q. 1.
f Infr. Canon.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α SAcerdotes.] Sic enim definitum fuerat in Concilio Florentino ſub Eugenio IV. in Bulla Vnionis,his verbis,Sacramenti pœnitentiæ miniſter eſt ſolus,& omnis Sacerdos habens auctoritatem abſoluendi, vel ordinariam, vel ex commiſſione ſuperioris; concordat *infrà Canon. 9. & 10. huius ſeſſ.* & confirmatur ex vſu Eccleſiæ; nam ſolis Sacerdotibus quando ordinantur,dicuntur illa eadem verba quæ Chriſtus Apoſtolis dixit; *Accipite poteſtatem ligandi, & abſoluendi*; contrarium aſſerentes hæretici ſunt,ex Vualdenſibus, vt refert Marſil.*in 4. quæſt.12.* Summ.Sacram. *de confeſſ. quæſt.141.* Nec omnes Sacerdotes, ſed qui audiens intelligit, quod vel quale ſit peccatum mortale, vt diſcernat lepram à lepra. Aliàs quomodo imponet pœnitentiam, aut quomodo abſoluet eum, Summ. Sacram. *quæſt.166.* Nauarr. *cap. 27. num. 272.*

β *Docet quoque.*] Et in caſu neceſſitatis etiam excommunicatus poteſt abſoluere ſecundùm nonnullos Doct.Nauarr.*in ſum. cap.27. num. 273.* ſecùs autem de hæretico, vel eo qui abiurauit de vehementi, quia non poteſt audire confeſſiones, Prax.Neapol.*lib.1.cap.52.fol.290.*

γ *Non eſt ſolùm nudum.*] Vide Nauarr.*in ſumm.*

ſumm. cap. 4. num. 7. Petr. de Sot. *de miniſtr. confeſſ. lect. 5. fol. 196.* & idcircò eius arbitrio imponit pœnitentiam, nec tenetur ſtare canonibus pœnitentialibus, ſed diſcretè aget, vt per Anton. *in Catech. lib. 1. cap. 5. circa fin. fol. 8. & 9.*

2 *Sed ad inſtar actus iudicialis.*] Sed per abſolutionẽ in foro conſcientiæ non cenſetur quis abſolutus in foro fori, ſiue exteriori, cap. de his, vbi *gloſſ. not. in ver. replicari, de accuſat.* Nauarr. *de iudic. conſ. 4. num.* 8. poſt Anan. *in d. cap. de his in princip.* Nec datur abſolutio ſub conditione de futuro Rot. diuerſor. *par. 4. manuſcript. deciſ. 24. fol. 26.*

3 *Aut Sacerdoti.*] Quid autem ſi Sacerdos feriò agat, & abſoluat expreſſis verbis, ſed ſine intentione abſoluendi, an penitus qui bona fide putat ſe abſolutum, ſit abſolutus; & puto quod ſic, quia cum per prolationem verborum, videatur prolata ſententia ad inſtar actus iudicialis, præſumendum eſt intentionem eſſe ſecundùm verba, cùm non appareat contrarium, argum. *cap. 1. de Presbyter. non baptizat. miniſtr.* Quod ſi contrarium appareat, crederem tutius fore pœnitenti, ſi iterum confiteatur alteri, & abſoluatur. In his enim quæ non damus, ſed accipimus, non ſcrutari conuenit, *argum. cap. quieſcamus, diſtinct. 4.* & ita videtur annuere text. *hic in fin.* dum conſuluit, vt alium feriò agentem requiramus ſi aduerterimus abſolutionem primi fuiſſe iocoſam. Dubium oritur ex quo in miniſtro dum Sacramenta confert requiritur intentio faciendi quod facit Eccleſia, puta baptizandi, vel abſoluendi, vt habetur in Concilio Tridentino, *ſuprà ſeſſ. 7. de Sacrament. in genere Can. 11. & ſeq.* Sum. Victor. *de baptiſ. quæſtion. 35.* ſumm. Angel. *baptiſmus 5. num. 7. & in add. littera A.*

Pœna contra Sacerdotem, cuius negligentia aliquis deceſſit ſine pœnitentia eſt arbitraria, Nauarr. de Paroch. *Conſil. 3. & de indulg. num. 10. in fin.*

ADDITIO.

1 *Miniſtrum.*] Conſtituti in mortis articulo laïcis confiteri poſſunt, ſi Confeſſoris copiam non habeant, non tamen laïcus à peccatis abſoluere poterit, nec à cenſuris, quia non habet vſum Clauium, & ſi infirmus conualuerit, peccata illa iterum confiteri debet, *cap. quem pœnit. & de pœnit. diſtinct. 1.* gloſſ. recepta, *in cap. Paſtoralis, §. præterea de offic. ordin.* Iacob. Graff. *in deciſ. caſ. conſc. lib. 1. cap. 26. num. 23. par. 1.* vide *infrà Can. 10.*

2 *Peccata.*] Vide *cap. quem pœnitet. diſt. 1.*

3 *Contendunt.*] Vide *ſuprà eodem cap. 1. §. quotam inſigni.*

4 *Miniſterium.*] Vide D. Thom. *3. par. qu. 84. art. 3. ad vlt. A. S.*

5 *Iudice.*] In hoc ergo Sacerdos eſt Iudex. Nauar. *conſ. 10. de pœnit. in prima impreſſ.* infertur an poterit abſoluere ſub conditione de futuro. In Iudice ſtatutum eſt ſententiam valere quamuis ſub conditione ferri non debeat, *l. 1. §. biduum, ff. quæſt. appell. tit.* ſimilia refert Roma. *ſing. 242.* quo caſu appellandum eſt à die ſententiæ, non à die conditionis. Veſtr. *in pract. lib. 7. cap. 3. num. 21.* Qua ratione ſi quis excommunicatus fuerit, niſi infrà 20. ſoluerit, debet appellare infrà 10. Sarmien. Select. interpret. *lib. 3. cap. 8. num. 2.* poſt Abb. *& Dec.* contra Doct. *in hoc Iudice*, dicendum videtur, neque enim ſub conditione de futuro abſolutionem concedere poſſe videtur, ſecundùm Tabienſem *in ver. abſolutio, nu. 17.* Rot. diuerſ. *dec. 426. la 2. num. 8. par. prima.*

Infertur etiam quod credatur cedulæ abſolutionis factæ à Confeſſario, qui atteſtatur ſe aliquem abſoluiſſe, quia abſolutio huiuſmodi eſt difficilis probationis, & quia non eſt cedula omninò priuata, cùm facta ſit ab Officiali ad id deputato, & de concernentibus eius officium. Ideóque, qui dicebatur excommunicatus, per hanc cedulam probat abſolutionẽ in foro pœnitentiali, quamuis ſubeſt timor antidatæ, concurrente tamen veriſimilitudine, vt per Rot. diuerſ. *dec. 573. num. 3. lib. 3.*

Adde quod Nauarr. concludit, *conſ. 2. de teſtam. num. 4.* non eſſe credendum Confeſſario dicenti teſtatorem mandaſſe. 400. ſibi ab hærede numerari, vt illa ſecretò erogaret pro executione voluntatis ipſius teſtatoris, quãuis teſtator mandauerit hæredi, vt faciat illa, quę Cõfeſſarius prædictus ei eſſet dicturus, moueтur ex Bart. *in l. Theopompus de dot. præleg.* & quia eis non creditur, niſi concurrentibus coniecturis ex quibus dictum fieret veriſimile.

CAPVT VII.

De caſuum reformatione.

1 Q*Voniam* igitut natura, & ratio iudicij illud expoſcit, vt ſententiam in ſubditos dumtaxat feratur, [a] perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, & veriſſimum eſſe Synodus hæc confirmat, nullius 2 *momenti* Abſolutionem eam eſſe debere, quam ſacerdos in eum profert, α *in quem ordinariam*, aut ſubdelegatam nō habet iutiſdictionem. β *Magnoperè verò* ad Chriſtiani populi diſciplinam pertinere, ſanctiſſimis Pattibus noſtris viſum eſt, vt atrociora quædam & grauiora crimina non à quibuſuis, ſed à ſummis dumtaxat ſacerdotibus, abſoluerentur, [b] vnde meritò, γ *Pontifices Maximos* pro ſuprema poteſtate, ſibi in Eccleſia vniuerſali tradita, cauſas aliquas criminum grauiores ſuos potuerunt peculiari iudicio 3 *reſeruare.* Neque dubitandum eſt, quando omnia, quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt, quin hoc idem [c] 4 *Epiſcopis* omnibus in δ *ſua cuique diœceſi*, in ædificationem tamen, non in deſtructionem, 5 *liceat*, pro illis in ſubditos tradita ſupra reliquos inferiores ſacerdotes auctoritate, præſertim quoad illa, quibus ε *excommunicationis cenſura* annexa eſt. Hanc autem delictorum reſeruationem conſonum eſt diuinæ auctoritati, non tantùm in externa politia, ſed etiam coram Deo vim habere. 6 *Verumtamen* ζ *piè admodum*, ne hac ipſa occaſione aliquis pereat, in eadem Eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuit, η *vt nulla ſit reſeruatio* 7 *in articulo mortis*: atque ideò θ *omnes* 8 *ſacerdotes* quoſlibet pœnitentes à quibúſvis 9 *peccatis*, & cenſuris abſoluere poſſunt: extra quem articulum ſacerdotes cùm nihil poſſint ι *in caſibus* reſeruatis id vnum pœnitentibus perſuadere nitantur, vt ad Superiores, & legitimos iudices pro beneficio Abſolutionis κ *accedant.*

a Ca. Epiſcopus de pœn. in 6.
b ca. ſi quis ſuadente 17. quæſt.4.ca.ita quorūdam de iud. ca. conqu.eſt de ſent. ex c.quicūque co.tit. in 6. & c.2.cod. in cl. ca. & ſi dominium in pœn. in extraua. com. cum ſin. Rom. 23. ca. Vide ſeſſ. 24. ca.6.poſt matrimonium.
c C. felicis de pœn. in 6.ca. paſtoralis de off.ord.c. cupientes de pœ. in cle. c. inter cūctas,5. duos de pœn.in extraua. comm. Cœle.Epiſc.2. ca. 26. & 4. Carth.ca.76. & 11. Tol.ca. 12.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α I*N quem ordinariam.*]Ideò proprio Sacerdoti facienda eſt, vt *cap. omnis, vtriuſque ſexus,extr.de pœnitent.& remiſſ.* & hodie habetur *infr.ſeſſ.* 23. *cap.* 15. Quis autem eſt iſte proprius de iure, vt Papa Epiſcopus,Curatus,Abbas, Prior, vel qui habet ex commiſsione,vide in ſumm.ſacram. *de confeſſ.quæſt.*145. Quid autem ſi ſacerdos ignoranter abſoluat, & poſtea aduertat quod in caſu reſeruato non poterat abſoluere, vide Summ. Sacrament. *quæſt.*185. & faciunt ad hunc text.*not.in cap.ſi Epiſcopus,de pœnit.lib.ſexto.*

β *Magnoperè verò.*] Ergo hoc non peruenit Epiſcopis ex iure diuino, Nauarr. *in ſumm cap.27.num.263.*

γ *Pontifices Maximi.*]Quid de inferioribus Prælatis Epiſcopalem Iuriſdictionem habentibus, & dic idem,vt per Abb.*in cap.3.num.7.de voto*,Nauarr.*in ſumm, cap.12. nu.75.* vbi ampliat etiam ad non habentes talem iuriſdictionem Epiſcopalem modo, aut priuilegio, aut præſcriptione peculiari muniantur.

δ *In ſua cuique diœceſi.*] Tamen Archiepiſcopus in ſua prouincia quando poteſt viſitare eam, cauſa cognita, & probata in prouinciali Concilio habet poteſtatem audiendi confeſsiones, & abſoluendi à caſibus Epiſcopo reſeruatis, & cenſuris, iuxta *cap.3.ſeſſ.24.*Panuin.*de viſitat.par. 2. quæſt.4.* poteſt etiam diſpenſare in foro conſcientiæ, Abb. *in cap. ad extirpanda, ſed ſol. preſbyter.*

byter. ſed non poterit ordinare,neque concedere dimiſſorias, Quarantig. *de auctorit. Archiepiſcop.cap.33.fol.*84.

Excommunicationis cenſura.] Vt clerici notoria percuſsio, quæ non abſoluitur niſi ſatisfacto priùs ipſi clerico pro iniuria, & ſi percuſsio ſit grauis nonniſi à Papa, Prax. Neap. *lib.* 1. *cap.* 28. *numer.* 47. vbi etiam,vide *num.ſequent.* coram quo fiet extimatio iniuriæ, & an laïcus clerico offerens ſatisfactionem poſsit abſolui, *num.*6. affirmatiuè.

Piè admodum.] Dicit enim D. Thom. *quæſt.*8.*art.*4.*&* 5. & Caietan. *Abſolutio.* qui explicat hunc articulum contra Palud. quòd malè faciunt Prælati qui in hoc reddunt ſe difficiles,& iniiciunt laqueum animabus, nolentes dare licentiam abſoluendi, vt in Summ.Sacrament.*quæſt.*163.*ad fin.* Prax.Epiſcop.*in ver.Caſus quæſt.*3.*fol.*6.

Vt nulla ſit reſeruatio.] Sic debet intelligi quod refert ex Euariſto, & Carthag. Concil.Higmar.*in cap.*1.*fol.*1. Gregor.*in regiſt.lib.*2.*epiſt.*7.*vel cap.* 46. *prope fin.* Si verò iniungenda ſit ſatisfactio, videtur quod eam iniungere debeat, vt Sixtus mandauit per ſuam Conſtitutionem, & per Syluestr. *Abſolutio.* 1.*num.* 8. 9. *&* 10. vbi etiam vide quis dicatur articulus mortis, & qualiter debeat dari abſolutio in huiuſmodi caſibus, & licèt poſsit omnis Sacerdos in articulo mortis abſoluere, ſi tamen poſsit haberi copia proprij Sacerdotis, ab illo habenda eſt abſolutio, *cap.paſtoralis,de offic. ordin.cap.fures,de furt.cap.eos, de ſentent. excommunicat.l.*6.Summ.Sacram.*de Confeſſion. quæſt.* 156. vbi vide an hoc ſit de iure diuino, vel poſitiuo, & an excommunicatus maiori excommunicatione ſi abſoluatur in articulo mortis, intelligatur abſolutus quoad Eccleſiam, itaut in ea poſsit ſepeliri,vide per Bucher.*in cap.*18.negatiuè.Item, vide cautelam de qua in *cap. à nobis,de ſentent.excommun.*apud Nauarr.*cap.*27. *nu.* 272. & de mortis articulo,vide eũdem Bucher. *in cap.*18.negatiuè. Item, vide cautelam,de qua *in cap.à nobis,de ſentent.excommun.*apud Nauarr.*cap.*27. *num.* 272. & de mortis articulo, vide eundem *de Confeſſ. num.* 8. *& de contrition.cap.* 1. *num.* 15. Couarr. *prior.part. relect.*§.11.*num.*8. *ver. quod ſi mortuus, tom.*1. Palud.*in* 4.*diſt.*20.*quæſt.*1.*concluſ.* 2. Nauarr. *de pœnit.diſt.*6.*cap.*1.*num.*72. *& ſeq.*

Omnes Sacerdotes.] Nouum verbum,ad tollendam antiquorum altercationem volentium, quod etiam laïcus in articulo mortis poſsit abſoluere, de qua vide Nauarr.*in ſumm.cap.*27.*de irreg. num.*272.& per Couarr. *tom.*1.*prior.part. relect.*§.11.*ſub num.* 8. qui tuentur partem negatiuam, quam opinionem ſequitur Conc. hic dum requirit(Sacerdotes) ad laïcorum excluſionem, quod intellige, niſi ſit præſens proprius morientis Parochus, vt ſuprà dictum eſt, quia alius Sacerdos tunc non poſſet, Nauarr.*de pœnit.& remiſſ.conſ.*23.*in princ.* & in Manual.*cap.* 27. *num.* 272. licèt *in dicto conſ.* dubitet propter Vniuerſalia verba huius text.vt conſuluit de ſepultur.*conſ.*5.

In caſibus.] reſeruatis excludi videtur illa opinio, vt Sacerdotes pro caſibus reſeruatis non abſoluant, ſed tantùm pro caſibus non reſeruatis cùm non ſit diuidenda confeſſio, nec abſolutio, nec poſſit pro parte eſſe in gratia, & pro parte extra gratiam: & intelligi poteſt iſte textus, vt Confeſſarius non abſoluat pro parte, ſed pro omnibus, aut remittat pro omnibus, aut tollat in caſu reſeruato reſeruationem. Nam exempti, vt Prædicatores,& minores non poſſunt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis,Feder.de Sen.*quæſt.*14.*num.*13. & ita contra Ieſuitas, & exemptos cenſuit Congregatio Regularium, ſub S.D.Noſtro Clem. VIII. Nauarr. *de pœnit. & remiſſ. conſ.* 21. Nec Pœnitentiarius electus,iuxta *cap.* 8. *ſeſſ.* 24. poteſt abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, Nauarr. *de pœnit. & remiſſ. cap.* 20. Nec parochus eſt Iudex cognoſcendi, an caſus ſit reſeruatus,Nauarr. *ibidem num.* 24. & Congregatio cenſuit non poſſe Regulares abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, in vim priuilegiorum eis ante Concilium conceſſorum, nec audire Cõfeſſiones perſonarum ſæcularium, niſi priùs fuerint approbati ab Ordinatio, die 12.Maij 1594.

Nec tamen quilibet Sacerdos admittitur etiam in articulo mortis, nam hæreticus, & ſchiſmaticus excluduntur per *gloſ. in cap.præter,*§.*verum diſt.*32.quam ſequitur Card.Tolet.*in ſumm.lib.*1.*cap.*15.§. 6. In articulo mortis nulla eſt reſeruatio caſuum, vel quia cauſa eſt maximè neceſſaria, vel quia tunc pœnitens non præſumitur mentiri ad Maſcard. *de probation.vol.*1. *concluſ.* 144.

Qui autem ſint iſti caſus, vel de iure, vel de

de conſuetudine reſeruari ſoliti in dictam gloſſ. *in cap. 2. de pœnitent. & remiſſ. in 6.* Nauarr. *cap. 27. num. 262. de caſ. reſeruation.* Archid. *in cap. vltimo de pœnit. diſt. 6.* Card. *in Clem. dudum*, §. *ac deinde de ſepultur.* Bertaz. *in ver. Epiſcopus in ſpiritualibus*, & plures enumerat *gloſ. in cap. extrauag. ſuprà Cathedram, de ſepultur. in ver. à iure circa med.* ſunt enim ſex de iure communi, quatuor de conſuetudine generali, & de conſuetudine ſpeciali plures alij pro locorum neceſſitate, Prax. *in verb. caſus, quæſt. 1. fol. 60.* Tolet. *lib. 3. cap. 15.* Abſolutus à cenſuris in foro conſcientiæ, an poſſit in foro accuſari, & excommunicari, Prax. Neapol. *lib. 1. cap. 31.*

In mortis articulo qualiter danda ſit Abſolutio, vbi remanet obligatio ad ſatisfaciendum, vide per D. Thom. *3. par. in add. quæſt. 8. art. 6. ad 2.* & per Caietan. *in ſumm. de excomm. cap. 77.* vt tunc præſtetur idonea cautio, vel ſi non poteſt præſtari pignoratitia, præſtetur ſaltem iuratoria, & caueant Confeſſarij ſibi ne illa quærerentur, Catech. Neapol. *lib. 3. ver. quomodo autem, fol. 177.* licèt in articulo mortis nulla ſit reſeruatio caſuum, tamen niſi quis ſaltem implicitè recedat ab omnibus erroribus ſuis, etiamſi recedat à parte eorum, non datur abſolutio, Nauarr. *de conſt. conſ. 1. num. 7.* Tametſi vrgeat periculum mortis, ſufficit generalis deteſtatio cum propoſito ſingulatim deteſtandi, D. Thom. *2. 2. quæſt. 2. art. 8.* Multa ſcitu digna de articulo mortis, not. ex Card. Tolet. *in ſumm. lib. 1. cap. 15.* Quis autem ſit articulus mortis, Abb. *in cap. paſtoralis*, §. *1. num. 5. de offic. ordinar.* Nauar. *in ſumm. de Confeſſion. cap. 2. num. 8.* & ſufficit quilibet Sacerdos etiam non approbatus, vt ſuprà dictum eſt, *argum. cap. de his, de ſent. excomm. & cap. paſtoralis, de offic. ordin.* Nauarr. *in ſum. de Confeſſ. cap. 4. num. 4.* necnon etiam religioſus à ſuperiore non approbatus ex tacita Papæ voluntate, Nauarr. *ibidem ſub num. 2.*

Excommunicatus qui in articulo mortis oſtendit ſigna pœnitentię, eſt abſoluendus, & ſepeliendus in loco ſacro etiam poſt mortem, vt cenſuit ſacra Congregatio.

Ad cognitionem autem caſuum reſeruandorum, vide Quarantig. *de caſib. reſeruat. fol. 153. cum pluribus ſequent.* Ex quibus recollige prohibitionem ne quis ſęcularis, vel regularis Confeſſarius, etiam vigore ſtatuti & priuilegiorum ſuorum abſoluant à caſibus reſeruatis in Bulla Cœnæ Domini clarè, vel dubio; Item, violationis immunitatis Eccleſiæ iuxta Bullam Gregorij XIII. Item violationis clauſuræ Monialium; Item prouocantium, vel pugnantium duello; Item iniicientium manus violentas in clericum; Item ſimoniæ realis, ſcienter contractæ; Item confidentiæ beneficialis; Item reſeruatorum per Ordinarios. Quod ampliatur etiam in caſu neceſſitatis, & impedimenti, niſi in mortis articulo, vel habeat licentiam à Sede Apoſtolica, vel ab Ordinariis, & ſufficit, ſi fiat in ſcriptis, vel viua voce præter caſus prædictos priuilegiati abſoluant iuxta eorum priuilegia hactenus recepta.

Pœna autem confitentium contra prædictas regulas eſt nullitatis Confeſſionis, & abſolutionis.

Pœna Confeſſariorum eſt excommunicationis, priuationis officiorum, dignitatum, beneficiorum, & inhabilitatis ad ea in poſterum obtinenda ipſo facto, abſque aliqua declaratione, nec ab alio quàm ab Apoſtolica Sede abſolui, diſpenſari, vel habilitari poſſunt, Theſaur. For. Eccleſ. *par. 3. cap. 78. num. 169. fol. 669.* Nunc text. declarat, Nauarr. *de pœnit. & remiſſ. conſ. 23. num. 3.* quod procedit, vt nulli ſit reſeruatio in mortis articulo, ſed quilibet Sacerdos abſoluere poſſit etiamſi proprius parochus ſit præſens.

Reſtringitur Ordinariorum facultas in reſeruatione caſuum, ne ſibi reſeruent, niſi paucos reſecandæ multitudinem, & in primis neceſſarios atrociorum, & grauiorum criminum, conſideratis cuiuſque Prouinciæ, & populorum moribus ad ædificationem, & ſalutem, & attenta propenſione & natura. Minùs reſeruet ſibi caſus contentos in Cœna Domini, nec ſpecialiter Sedi Apoſtolicæ reſeruatos. Item, nec eos in quibus non datur abſolutio ſine reſtitutione, vel exequutione; Item, nec caſus parui momenti, velut damni dati; Item, nec in carnibus propter periculum ſcandalorum ex frequentia reditus ad Ordinarios.

Mortuo Epiſcopo, qui ſibi caſus reſeruauit, non expirant illi qui de iure competunt Ordinariis, ſed illi tantùm, quos ſibi extra ius reſeruauit. Ad quod vide Federic. de Sen. *conſ. 16.* Item, abſoluere poteſt quilibet

quilibet Preſbyter approbatus à caſibus reſeruatis ab Epiſcopo eo motu, pariter quilibet Curatus poteſt abſoluere ab excommunicatione iuris ſi non eſt reſeruata, Card. Tolet. *lib. 1. ca. 16.* licèt dicat eſſe cõtra communem vſum prout eſt.

Declaratio decreti Sacr. Congregationis quo prohibetur abſolutio à caſibus reſeruatis.

Editum fuit aliàs à Sacra Congregatione S.R.E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita decretum ſuper abſolutione à caſibus reſeruatis eius qui ſequitur tenoris.

Sacra Congregatio ſanctæ Rom. Eccleſiæ negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium propoſita, iuſtis, & grauibus cauſis id exigentibus ac de Sanctiſſimi D.N. Clementis Papæ Octaui ſpeciali mandato, Viuæ vocis oraculo deſuper habito, Sacerdotibus omnibus tam ſæcularibus, quàm Regularibus per vniuerſam Italiam extra Vrbem degentibus ad Confeſſiones audiendas probatis quorumuis Ordinum etiam mendicantium, militarum, aut Congregationum, etiam Societatis IESV, & generaliter quarumcunque aliarum quouis nomine nuncupentur iubet, & præcipit, ne quis eorum ſub prætextu priuilegiorum, Indultorum, aut facultatum generaliter, vel ſpecificè, ſcripto, aut viuæ vocis oraculo, vel per communicationem à Sede Apoſtolica, vel eius auctoritate eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, vel Societatibus, aut Archiconfraternitatibus ſæcularium, aut ſingularibus perſonis, ſeu aliàs quomodocunque ſub quibuſuis tenoribus, & formis, & clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis, ad cuiuſuis etiam Imperatoris, Regum, aut aliorum Principum inſtantiam conceſſarum, ſeu confirmatarum alicui cuiuſuis ſtatus, gradus, & conditionis, aut dignitatis tam Eccleſiaſticæ, quàm ſæcularis etiam Regiæ, vel Imperialis ab illo ex caſibus clarè, vel dubiè in Bulla Cœnæ Domini legi ſolita contentis, vel aliàs quomodocunque Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, aut in futurũ per Sanctitatem ſuã eiuſue ſucceſſores, pro tempore in eadem Bulla vel aliter reſeruandis, nec etiam à caſibus quos Ordinarij locorum hactenus reſeruarunt, vel in poſterum ſibi reſeruabunt, nullo caſu etiam neceſſitatis, vel impedimenti, niſi in mortis articulo, ſeu cum noua & ſpeciali ſuæ Sanctitatis, aut ſucceſſorũ ſuorum, vel Ordinariorum quoad caſus ab ipſis tantùm reſeruatos reſpectiuè impetrata in ſcriptis licentia Ordinariis locorum exhibenda abſolutionis beneficium de cætero impendere valeat, vel præſumat; ſed cùm opus fuerit pœnitentes ad ſuperiores, legitimóſque Iudices ſuos accedere conſulant, ſub pœna contra facientibus tam regularibus quàm ſæcularibus excommunicationis, priuationis officiorum, & dignitatum, aut beneficiorum inhabilitatis, item audiendi confeſſiones, & ad quæcunque officia, Prælaturas, beneficia impoſterum obtinenda ipſo facto, abſque vlla alia declaratione incurrenda, ſuper quibus à nemine, niſi à Romano Pontifice habilitatio, diſpenſatióve, aut abſolutio, præterquam in mortis articulo poſſit impartiri. Sanctitas enim ſua (quatenus opus ſit) facultates, & conceſſiones ipſa in hac parte vti caſſas, & irritas haberi de cætero voluit, & vult non obſtantibus quibuſcunque. Præterea nouerint pœnitentes abſolutionem, ſi quam obtinebunt contra huiuſmodi prohibitionem eſſe nullam, nulliuſque roboris, & momenti.

Et ne locorum Ordinarij quibus ius hoc reſeruandorum caſuum competit, plurium quam opus ſit reſeruatione ſubditis, aut confeſſariis in animarum ſalute procuranda cooperatoribus ſint oneroſi moneantur omnes, vt paucos eóſque tantùm quos ad Chriſtianam diſciplinam retinendam, animarúmque ſibi creditarum ſalutem pro cuiuſuis diœceſis ſtatu, & qualitate neceſſariò reſeruandos eſſe iudicauerint reſeruent. Datum Romæ die nona menſis Ianuarij 1601.

Cùm autem dubia quædam, ac difficultates circa eiuſdem decreti interpretationem atque, obſeruationem emerſiſſent eadem Congregatio, ne vllus deinceps obſcuritati, ſcrupulo, ambiguitatiuè locus relinquatur, & vt clariùs appareat, in quibus caſibus rigore vigore eiuſdem decreti reſeruatis intelligatur prohibita abſolutio ſpeciali mandato, eiuſdem Sanctiſſimi D. N. Clementis Papæ Octaui ſimiliter viuæ vocis oraculo ſuper ea re habito ipſum decretum ita moderatur, ac declarat videlicet ſub eiuſdem prohibitione illos tantùm impoſterum comprehendi caſus in

Bulla Cœnæ Domini legi conſueta continentur,ac prætereà violationis, immunitatis Eccleſiaſticæ in terminis conſtitutionis felic. record. Gregor. XIV. quæ incipit, *Cùm aliàs*, nonnulli violationis clauſuræ Monialium ad malum finem prouocantium, & pugnantium in duello iuxta decretum Sacr. Concilij Tridentini, & conſtitutionem felic. record. Gregorij Papæ XIII. incip. *Ad tollendum*, iniicientium violentas manus in clericos, iuxta Canonē *ſi quis ſuadente,& cap.17.quæſt.4.* ac iuris diſpoſitionem ſimoniæ realis ſcienter contractæ, atque etiam confidentiæ beneficialis. Item, omnes caſus quos Ordinarij locorum ſibi reſeruarunt, vel impoſterum reſeruabunt; in quibus omnibus etiam enumeratis caſibus dumtaxat, & ſublata etiam pœna inhabilitatis audiendi confeſſiones,Sacra Congregatio vult,& mandat dictum decretum in ſua firmitate, & priſtino robore permanere, ac præterea declarar eos quidem ſacerdotes tam ſæculares quàm regulares qui aliquo ex priuilegiis, indultis & facultatibus in ſupradicto decreto expreſſis ſuffulti fuerint,poſſe iuxta eorum priuilegia,indulta, & facultates vſu ante idem decretum receptas, & quæ ſub aliis reuocationibus non comprehenduntur tantùm, & non aliàs abſoluere à caſibus in præſenti declaratione non comprehenſis, aliis verò Sacerdotibus huiuſmodi priuilegia non habentibus nihil de nouo concedi: ſed ne locorum Ordinarij ad quos caſuum reſeruatio ſpectat, ea in re modum excedant:eadem Sacra Congregatio illos rurſus magnoperè admonendos cenſet, & non paſſim, ſed cum id videbitur communi bono expedire atrociorum tantùm & grauiorum criminum abſolutionem ſibi reſeruent quorum reſeruatio ad Chriſtianam diſciplinam retinendam conferat in ædificationem non autem deſtructionem cedat, ne alioquin Sacramenti pœnitentiæ miniſtrorum coarctata poteſtate ſanctæ matris Eccleſiæ piæ menti contrarius effectus ſubſequatur. Prohibet ne etiam ſibi ſuperfluè reſeruent caſus in Bulla Cœnæ Domini legi conſueta contentos,neque aliquos Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter reſeruatos, facultatem verò, & licentiam abſoluendi à caſibus reſeruatis quam in ſcriptis tantùm concedi permittebatur etiam ſola viua voce, concedi poſſe declarat. Cæterùm ne quis Sacerdotum ſæcularium,aut Regularium ſub prætextu quod per dictum decretum non fuerit ſufficienter eorum ſpecialibus priuilegiis derogatum eidem decreto ſic vt præfertur declarato contrauenire audeat,Sanctitas ſua Cōſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis omnibus in fauorem quorumcunque ordinum, ſeu inſtitutorum Regularium, aut Sacerdotum tam ſæcularium,quàm Regularium editis, necnon eorumdem ordinum,ſeu inſtitutorum, ac etiam Eccleſiarum, & monaſteriorum, & aliorum ſæcularium,ſeu Regularium locorum quorumcunque etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus priuilegiis quoque indultis, & literis Apoſtolicis etiam mari magno, ſeu Bulla aurea, aut aliàs nuncupatis eiſdem Ordinibus,ſeu inſtitutis, ac etiam Eccleſiis,& monaſteriis ſæcularibus locis, aut perſonis, ſub quibuſcunque tenoribus,& formis,ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus,& aliis decretis, etiam motu proprio & excerta ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut aliàs quomodolibet per viam communicationis,ſeu extenſionis conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis,& innouatis,etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis,eorúmque totis tenoribus, & formis ſpecialis,ſpecifica expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda,aut alia exquiſita forma ſeruanda eſſet tenoris huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo & forma in illis tradita obſeruata inſerti forent, præſentibus pro expreſſis quoad ea quæ præſentibus aduerſantur illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter,& expreſsè derogat, contrariis quibuſcunque non obſtantibus,Romæ die 26.menſis Nouembris 1602.

a Accedant.] quin imò etiam abſoluti in articulo mortis ſi conualuerint, debent ad ſuperiores ſe præſentare, Card. Tolet. *in Summ.lib.1.cap.16.ver.ſecundo.* niſi ſit ſola reſeruatio caſus ſine cenſura, *idem in ſumma Victor.quæſt.157.*

Congre

Congregatio Concilij ſtatuit illos qui confeſſiones audiunt poſſe virtute Iubilei indicti à Summo Pontifice cum facultate abſoluendi à quibuſcunque caſibus abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, ſed non virtute priuilegiorum Regularibus, ſeu confraternitatibus conceſſorum, Nullius die 3. Aprilis 1593.

ADDITIO.

1 *Quoniam.*] A caſibus reſeruatis ab Ordinario non abſoluantur præſentati Regulares Epiſcopo, iuxta Clem. *dudum de ſepult.* & quod Mendicantes Romæ commorantes non poſſint exterum abſoluere à caſibus Ordinario, vel de iure, vel aliter reſeruatis, Nauar. *in conſ.* 14. *de pœnit. in prima impreſſ. de Regul. præſentat. vt ſuprà* Fran. tenet quod non poſſit abſoluere, *in cap. ſi Epiſcopus, num.* 8. *de pœnit. & remiſſ. in* 6.

Qui ſunt caſus reſeruati Epiſcopo de iure communi tradit Anchar. *in Clem. dudum in* 1. *num.* 24. *de ſepult.*.

Et qui poſſit caſus aliquos ſibi reſeruare quando concedit licentiam Regularibus ſibi præſentatis, & admittantur ad Confeſſionem, iuxta Clem. *dudum de ſepult.* Anch. *ibi num.* 23.

2 *Momenti.*] Vide *infrà ſeſſ.* 23. *cap.* 11. *A. S.* Sot. *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 4. *art.* 12. 3. & 4. *cap. omnis, de pœnit. & remiſſ.*

3 *Reſeruare.*] A quibus abſoluunt Epiſcopi, vt *infrà ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *poſt matr. vbi dixi.*

4 *Epiſcopis.*] De caſibus Epiſcopis reſeruatis, vide gloſ. *in cap. ſi Epiſcopus, de pœnit. in* 6. Vide Lel. Zecch. *in caſuum Epiſcopis reſeruatorum poſt. dec. caſ. conſc.* Paleot.

Ab his caſibus non abſoluit Confeſſor, quem pœnitens ſibi eligit de licentia reſeruantis, *cap. ſi Epiſcopus de pœnit. & remiſſ. in* 6. neque veniunt hi caſus in generali legatione, *cap. quod tranſlatione de offic. deleg.*

Quis dicatur conſtitutus in articulo mortis aliter quàm per infirmitatem, tractat Anch. *in cap. quod de his num.* 2. *de ſent. excom.* Lazar. Phenut, *tract. de moment. cap.* 5. vbi numerantur, Qui timet hoſtem capitalem, qui eſt obſeſſus, qui eſt in manibus prædonis, vel tyranni, qui nauigaturus eſt periculoſo nauigio, qui patitur naufragiũ, ituri per loca periculoſa, qui obſidet alium in loco in quo frequenter ponuntur machinæ, & baliſtæ, & notandum eſt quod non ſunt expectandi iſti caſus, ſed ſufficit, quod quis in ſtatu ſit quo contingere debeant, ſicut dicimus de conſtitutis in extrema neceſſitate, Hypol. Rimin. *in l.* 1. *num.* 602. *de offic. eius.* His caſibus excommunicatus propter violentam manuum iniectionem abſoluitur ab Epiſcopo, & generaliter caſus, qui excuſant ne quis ad iudicem ire teneatur, videntur ſufficere, nec teneatur quis adire eum, cui caſus ſint reſeruati, Anchar. *vbi ſuprà.*

5 *Licet.*] Hæc reſeruatio comprehendit & Clericos, & ab his caſibus, non abſoluit generalis Vicarius Epiſcopi, niſi ſpecialiter in facultatibus hoc ſit expreſſum, Fran. *in cap. ſi Epiſcopus num.* 8. *de pœnit. & remiſſ. in* 6.

6 *Verumtamen.*] Vide Nauarr. *in cap. conſideret.* §. *coactus de pœnit. diſt.* 5. *num.* 10. & *in manual. cap.* 17. *num.* 254. *A. S.*

7 *In Articulo mortis.*] Vide hic *ſuprà num.* 4.

8 *Sacerdotes.*] etiam alieni, & inferiores etiam proprio, & ſuperiore, Nauarr. *de pœnit. conſ.* 15. *in prima impreſſ.* vide not. *in præcedenti cap.*

9 *Peccatis.*] A peccatis eos, qui aliquod ſaltem veniale confeſſi fuerint à cenſuris, etiam non confeſſos, Alphon. de Madr. *in inſtruct. ordin. tit. de Paroch. fol.* 973. *cap. de Parocho cura. adm. Euch. & extrem. vnct.* Iacob. de Graff. *lib.* 1. *cap. conſcien. cap.* 26. *num.* 24. & loquitur de oſtendentibus ſigna contritionis.

CAPVT VIII.

De ſatisfactionis neceſſitate, & fructu.

Demùm, [a] quoad ſatisfactionem quæ ex omnibus Pœnitentiæ partibus, quemadmodum à Patribus noſtris Chriſtiano populo fuit perpetuo tempore 1 *commendata*, *a ita vna* maximè noſtra

[a] De pœn. di. 3. circa princ.

ætate, ſummo pietatis prætextu, impugnatur ab iis, qui ſpeciem pietatis habent, virtutem autem eius abnegarunt, ſancta Synodus declarat, falſum omninò eſſe, & à verbo Dei alienum, culpam à [b] Domino nunquam remitti, quin vniuerſa etiam pœna condonetur. β *Perſpicua* enim, & illuſtria in ſacris literis exempla reperiuntur, quibus præter diuinam traditionem,hic error quàm manifeſtiſſimè reuincitur. Sanè & diuinæ iuſtitiæ ratio exigere videtur, vt aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante Baptiſmum per ignorantiam deliquerint: aliter verò, qui ſemel à peccati, & Dæmonis ſeruitute liberati, & accepto Spiritus ſancti dono ſcienter templum [c] Dei violare, & Spiritum ſanctum contriſtare non formidauerint. Et diuinam clementiam decet, ne ita nobis abſque vlla ſatisfactione peccata dimittãtur, vt occaſione accepta,peccata leuiora putantes, velut iniurij, & [d] contumelioſi Spiritui ſancto,in grauiora labamur, theſaurizantes nobis iram in die iræ, [e] proculdubio enim magnoperè à peccato reuocant, & quaſi fræno quodam coërcent hæ ſatisfactoriæ pœnæ cautioreſque & vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt: medentur quoque peccatorum reliquiis & vitioſos habitus, malè viuendo comparatos, contrariis virtutum actionibus tollunt. Neque verò ſecurior vlla via in Eccleſia Dei vnquam exiſtimata fuit ad amouendam imminentem à [f] Domino pœnam, quam vt hæc pœnitentiæ opera homines cum vero animi dolore frequentent. Accedit ad hæc,quod dum γ *ſatiſfaciendo* [g] patimur pro peccatis, Chriſto Ieſu, qui pro peccatis noſtris ſatisfecit, ex quo omnia noſtra ſufficientia eſt, conformes efficimur, certiſſimam quoque inde arram habentes,quòd ſi compatimur,& conglorificamur. δ *Neque verò* ita noſtra eſt ſatisfactio hæc,quam pro peccatis noſtris exſoluimus, vt non ſit per Chriſtum Ieſum, nam qui [h] ex nobis, tanquam ex nobis nihil poſſumus,eo cooperante, qui nos confortat, omnia poſſumus, ita non habet homo vnde glorietur: [i] ſed omnis gloriatio noſtra in Chriſto eſt: in quo viuimus, in quo meremur, in quo ſatisfacimus: [k] facientes fructus dignos pœnitentiæ: qui ex illo vim habent: ab illo offeruntur Patri,& per illum acceptantur à Patre. Debent ergo ſacerdotes Domini,quantum ſpiritus, & prudentia ſuggeſſerit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate,ſalutares, ε *& conuenientes*, ſatisfactiones iniungere, ne ſi fortè peccatis conniueant, & indulgentiùs cum penitentibus agant, leuiſſima quædam opera pro grauiſſimis delictis ζ *iniungendo*, alienorum peccatorum participes efficiantur: Habeant autem præ oculis, vt ſatisfactio, quam imponunt; non ſit tantùm ad nouæ vitæ cuſtodiam, & infirmitatis medicamentum, ſed etiam ad præteritorum peccatorum, vindictam, & caſtigationem.[l] Nam claues ſacerdotum, non ad ſoluendum dumtaxat, η *ſed & ad* θ *ligandum* conceſſas, etiam antiqui Patres & credunt, & docent: nec propterea exiſtimarunt, Sacramentum Pœnitentiæ eſſe forum iræ, vel pœnarum, ſicut nemo vnquam Catholicus ſenſit ex huiuſmodi noſtris ſatisfactionibus [m] vim meriti, & ſatisfactionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel obſcurari, vel aliqua ex parte imminui: quod dum

b Infr.can.12. Gen.3.2.Reg. 12. Num.12. & 20. ſeſſ. 9. can.30.c.14.

c 1. Cor. 3. Epheſ.4.

d Hebr. 10. Rom.2.

e Ezech. 33. Ionæ 3. Hier. 3.18.& 25.

f Eſa.30.Eccl. 17. Matth. 3. 4.21.& 18.cũ ſim.

g Rom. 5. 1. Ioan.2.in pri. 2.Co.3.Ro.8.

h 1.Cor.3.Ph. 4.1.Cor.12.in fin.

i Cor. 10. in fin.Gal.6.act. 17.

k Matth. 3. & 4. Luc. 3. 10. 17.c. tempor. cũ multis ſeq. 26.quæſt.7. c. de pœnitentibus de conſecrat.d.4 Concil. Cartha.3. ca.3 & Conc. Carth.4 c.74. Cabila. c. 34. & 38. Conc. Aph. c 9.

l Matth.16 & Ioan 20.ſupr. cap.1.in fin.& infr. can.3. & vlt. de pœnit.

m Infrà can. 23.

dum Nouatores intelligere nolunt, ita optimam Pœnitentiam nouam vitam eſſe docent, vt omnem Satisfactionis vim, & vſum tollant.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α I*Ta vna.*] Contra Lutherum, *art.*5.qui aſſerit ſatisfactionem non eſſe de pœnitentiæ partibus, vide Leo. I. *in Conc. Calcedon.*& Conc.Floren. *& in deciſ.fid.Cathol. in ver.ſatisfactio cap.*1.*fol.*560.

β *Perſpicua.*] Patet 2.Regum cap. 12. de Dauid, cui poſtquam dictum fuit, *tranſtulit Dominus peccatum tuum à te, Iniuncta eſt pœna, vt moreretur puer ex Berſabe natus*, & Matth.11.*Quia ſi in Tiro,& Sydone,&c.*Item Eccleſia orat pro mortuis, vt à peccatis abſoluantur, 2.Machab. cap.12. ſumm. Sacrament.*de ſatisfact.quæſt.*199.

γ *Satisfaciendo.*] Et ſic patienter ferre ærumnas in compenſationem peccatorum eſt ſatisfactio, vt per Nauarr. *in ſumm.de ſatisfacit.cap.*3.*num.*4. D.Thom.*in* 4.*diſtinct.* 15.*quæſt.*1.*artic.*4.*quæſtion. & in fin.cap.*9.

δ *Neque verò.*] Eſt enim ſarisfactio pars iuſtitiæ quæ exigit æqualitatem, & ſecundùm hanc æqualitatem nemo poſſet ſatisfacere, quia nemo poteſt ſoluere Deo æquiualens, etiamſi non peccauiſſemus, & ſic ſine gratia Dei impoſſibile eſt ei ſatisfacere ad æqualitatem, quæ gratia conſideranda eſt, prout eſt effectus paſſionis, Chriſti, quia ſi iungamus merita noſtra, meritis Chriſti propriiſſimè,& ad æqualitatem ſatisfacimus, Summ.Sacrament. *qu.* 201.Aliam definitionem ponit Nauar.quam probat Candelabr. aur. *de ſatiſfact.quæſt.*2. *fol.*28.

ε *Et conuenientes.*] Aduertat Confeſſarius, vt debitas pœnitentias iniungat, licèt arbitrio ſuo relictum ſit, ne aliorum peccatorum particeps fiat, Candelabr.aur. *de ſatisfact.quæſt.*18.*fol.*89.ex quo etiam fit, vt ob leuem pœnitentiam non liberetur pœnitens etiamſi paratus ſit ſubire maiorem, ſed in purgatorio ſuppleturus eſt, Candelabr.aur.*ibidem quæſt.*19.*&* 22.

ζ *Iniungendo.*] Hinc ſequitur, quòd pœnitens debet acceprare pœnitentiam ſibi iniunctam, & non expectare purgatorium per *cap.omnis vtriuſque, de pœnit. & remiſſ.* Summ. Victor.*de ſatisfact. quæſt.*209. *contr.* Candelabr.aur.*eod.tit.quæſt.*6.*fol.*88. *& qu.* 24.*fol.*90.

η *Sed & ad ligandum.*] Hinc eſt quod pœnitens abſolui ab excommunicatione non auditur, niſi præuia ſatisfactione, adeò vt cedulones poſſint affigi etiamſi petat abſolui, Prax. Neapol. *lib.*1. *cap.* 28. *num.*1. *fol.*202.

ADDITIO.

1 *Commendata.*]Ex multis cauſis de quibus in Cenſur.Oriental.Eccleſ. *cap.*12.quarum maior pars hoc decreto recenſetur ibi,& diuinam Clementiam.

2 *Ligandum.*] Hinc colligitur quod Confeſſarius poteſt pœnitenti iniungere pœnitentiam, ipſumque abſoluere non debet ſi eam noluerit acceptare, fallit tamen quando pœnitentia eſſet conſiderata, Flor.Throl.*cap.*1.*fol.*25.Sot.*diſt.*20.*quæſt.* 2.*art.*2.Nauarr.*in manual.cap.*26.*num.*20. *refert*,& ſequitur Alphon.de Madrig.*in inſtr. ordin.tit. de Confeſſ.in cap.de pœnit.circa pœnitentiam fol.* 244. Vide *infrà verſ.ad id autem pro argumento huius illationis infra ea de ſan.pœn. fac. cop.* 15.

Mutari tamen poteſt pœnitentia, ſeu ſatisfactio iniuncta ab alio Confeſſore etiam minore, etiam non reiterata confeſſione, ſi ob iuſtam cauſam pœnitens putet illam ſe adimplere non poſſe Madrig. *ſuprà c.de Commut.pœnit.fol.*245.Vide pract. Epiſc.*in ver.pœnitent. ad* 2.vbi quid de impoſita à Papa.

Ad id autem quod dixit Madrig. non eſſe abſoluendum qui ſatisfactionem ſibi iniunctam acceptare renuerit, aduertendum eſt, quod ſecundùm communem diſtinguitur, quia aut recuſans oſtendit ſigna contritionis, & non eſt abſoluendus, aut piè, & deuotè dicit ſe nolle ſatisfacere, etiam vnum Pater noſter, ſed illam adimplere, vel per Indulgentias, vel per bona opera in vita, vel in Purgatorio poſt mortem, abſoluendus eſſet; Maurus Antonius Berardutius in ſum.inſcripta corona Confeſſorum, *tit. de reiter. Confeſſ. ad ver.parte*

parata. Vide *relat.in pract. Epiſc.in verſ.pœnit.in fin.*

Infirmi autem,qui eam facere non poſſunt innoteſcenda tantùm eſt, non iniungenda,ſecundū ea,quæ tradit Iac.de Graff. *lib.1.dec.caſ.conſ.cap.26.num.9.*

CAPVT IX.

De operibus ſatisfactionis.

Docet præterea, tantam eſſe diuinæ munificentiæ largitatem, vt non ſolùm pœnis, ſpontè à nobis pro vindicando peccato ſuſceptis, *α aut ſacerdotis* 1 *arbitrio* pro menſura delicti impoſitis, ſed etiam quod maximum amoris [a] argumentum eſt, *β temporalibus flagellis* à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis, apud Deum Patrem per Chriſtum Ieſum 2 *ſatisfacere* valeamus.

a ca.ſunt plures in fin. de pœn.diſt.3.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *Vt ſacerdotis arbitrio.*] Eſt enim arbitrarium hodie, vt *de pœnit. diſtinct.* 1. *cap. menſuram*, ſed arbitrium ex diſcretione pendebit, vt per Antonuc. in Catech.Neapol.*lib.1.cap.2.fol.11.* poſt multos quos allegat.

β Temporalibus flagellis.] Candelab. aur. tria ponit, ſed malè ex hoc text. vbi adduntur flagella à Deo inflicta,& patienter intolerata, vide de ſatisfact.*cap.6.fol.86.* licèt poſtea in *cap.* 11. alleget hunc text. & ſequatur.

ADDITIO.

1 *Arbitrio.*] Hic probatur quòd pœnitentiæ arbitrariæ ſunt, & ad arbitrium Confeſſorum iniunguntur ſecundùm communem opinionem de qua in *cap.Deus qui, de pœnit. & remiſſ. Pract. Epiſcopali in ver. pœnit.num.30.*

Ampliatur etiam ſi Canones certam pœnitentiam iniungerent, quia Confeſſarius illam mutare, & mitigare poteſt, ex cauſa tamen, aliàs peccaret immutando. Iac.de Graff. *lib.* 1. *deciſ. caſ. conſc. cap.* 30. *num.16.*

2 *Satisfacere.*] Satisfacere etiam amicum pro amico accepta iniuncta pœnitentia, & valebit ad pœnas Purgatorij ſubleuandas ſi illa in gratia impleuerit, Iac.de Graff. *vbi ſup.cap.26. num.10.par.1.*

Doctrina de Sacramento extremæ Vnctionis.

Viſum eſt autem ſanctæ Synodo, præcedenti doctrinæ de Pœnitentia adiungere ea quæ ſequuntur de Sacramento extremæ Vnctionis, quod non modò Penitentiæ, ſed & totius Chriſtianæ vitæ, quæ perpetua pœnitentia eſſe debet, conſummatiuum exiſtimatum eſt à Patribus.Primum itaque, circa illius inſtitutionem, declarat & docet,[a] quod clementiſſimus Redemptor noſter,qui ſeruis ſuis quouis tempore voluit de ſalutaribus remediis [b] aduerſus omnia omnium hoſtium tela eſſe proſpectum, quemadmodum auxilia maxima in Sacramentis aliis præparauit, quibus Chriſtiani conſeruare ſe integros, dum viuerent, ab omni grauiore ſpiritus incommodo poſſint, ita extremæ vnctionis Sacramento finem vitæ, tanquam firmiſſimo quodam præſidio muniunt. *α Nam etſi aduerſarius* [c] noſter occaſiones per omnem vitam quærat, & captet,

a Inf.can.1.de Sacra. extremæ Vnct.
b Epheſ. 6.
c 1.Petr.5. ca. nulli dubiū 3.

vt

vt deuorare animas noſtras quoquo modò poſſit: nullum tamen tempus eſt, quo vehementiùs ille omnes ſuæ verſutiæ neruos intendat ad perdendos nos penitùs, & à fiducia etiam ſi [d] poſſit, diuinæ miſericordiæ deturbandos, quàm cum impendere nobis exitum vitæ perſpicit.

d Gen. 3. & infrà ca. 2. in fin.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

[a] *Nam etſi aduerſarius noſter.*] Ex Diuo Gregorio antiquus hoſtis, cùm neque in principio actionis ferit, nec in itinere actionis intercipit, duriores in fine laqueos tendit; Quem tanto nequiùs obſidet, quando id ſolùm ſibi tempus remanſiſſe ad obſidendum videt.

CAPVT I.

De inſtitutione Sacramenti extremæ Vnctionis.

1 INſtituta eſt autem ſacra hæc 2 *Vnctio α infirmorum*, tanquam verè, & propriè *β Sacramentum* noui Teſtamenti *γ à Chriſto* Domino noſtro, [a] apud Marcum quidem inſinuatum, [b] per Iacobum autem Apoſtolum, ac Domini fratrem, fidelibus commendatum, ac promulgatum. Infirmatur, inquit, quis in vobis? inducat *δ Presbyteros* Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: oratio fidei ſaluabit infirmum: & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei. Quibus verbis, vt eſt Apoſtolica traditione, per manus accepta, Eccleſia didicit, docet materiam, formam, proprium miniſtrum, & effectum huius ſalutaris Sacramenti, intellexit enim Eccleſia, 3 *materiam eſſe ε 4 oleum*, ab Epiſcopo benedictum: nam Vnctio aptiſſimè Spiritus ſancti gratiam, qua inuiſibiliter anima ægrotantis inungitur, repræſentat: formam deinde eſſe illa verba, Per iſtam Vnctionem, &c.

a Matth. 6.
b Iac. 5. c. presbyt 95. di. c. 1. §. 3. de ſacra Vnct. Concil. Cabilon. c. 48. Inn. 1 epiſt. 1. cap. 8.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

MEtropolitanus interdictum, vel ſuſpenſum ab Ordinario non poteſt abſoluere.

Epiſcopi titulares poſſunt etiam Suffraganeis in Eccleſiis Cardinalium cum certo ſtipendio ad minùs 200. aureorum de Camera; nec poſſunt exercere Pontificalia in aliena Diœceſi, ſine licentia Papæ.

Item, familiares poſt triennium, & Beneficium ſtatim conferendum poteſt ordinari ab Epiſcopo.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

[α] *INfirmorum.*] Sed ſi ſauciati ſint, & hoc petant, dari debet. Flor. Theologor. *in 4. ſent. de extrem. Vnction. prax. in vet. extrema vnctio quæſt. 3.*

β Sacramentum.] Eſt enim inuiſibilis gratiæ, viſibilis forma cum ſignificet gratiam interiorem cuius effectus eſt remouere reliquias peccatorum, & confert gratiam, vt habetur Iacob. 1. Præterea Eccleſia illud habet pro Sacramento, vt in Concil. Florent. in Bulla Eugenij, & qui de Sacramentis aliter ſentit quàm Romana Eccleſia excommunicatur, *cap. ad abolendam, de hæretic.* Idem habetur in *cap. illud ſuperfluum, diſtinct. 9.* Summ. Sacram. *quæſt. 216.*

γ A Chri

γ *A Chriſto.*] Reprobatur propterea doctrina Magiſt.Sent.*in* 4.*diſtinct.*23.qui ex ſententia Vgonis dicebat hoc Sacramentum inſtitutum fuiſſe ab Apoſtolis per illa verba Iacob.5.& ratio eſt quia ſolus Chriſtus confert gratiam quæ datur in hoc Sacramento, ergo ipſe illud inſtituit,& licèt non habeamus in ſcriptura locum de iſto Sacramento, vt per D.Thom.*ibidem* habemus; tamen illud ex traditione Eccleſiæ, quæ in his quæ ſunt fidei errare non poteſt, Summa Sacram. *quæſt.*215.

δ *Presbyteros.*] Quia ſolus ſacerdos ſæcularis eſt miniſter idoneus, non regularis eſt in neceſſitate ſecundùm veriorem opinionem, Clemen.*prima de priuileg prox. in ver.extrema vnctio quæſt.*2.

ε *Oleum.*] Ergo eſt materia etiamſi non ſit benedictum, Sot. *in* 4.*diſt.*25.*qu.*1.*art.*3. Prax.*in ver.extrema Vnctio quæſt.prima.*

ADDITIO.

1 *Inſtituta.*] Vide Catech. *poſt Sum. Coron.Confeſſ.fol.*532.Io. Steph. Duran.*de ritib.cap.*20.*num.*20.

2 *Vnctio.*] Vngendi ſunt infirmi, vt hic colligitur. Idem in ſenibus quamuis ſine infirmitate moriantur, Alphon.de Madrig. *in inſtitut.eod.tit. de Paroch. cap. de Paroch. cir. Sacr.extr.Vnct.fol.*282.

Vnguntur etiam qui vulnerati, & percuſſi ſunt, quamuis derepentè moriantur, quia verè infirmi ſunt.Madrig. *dicto tit. de Paroch.cap.quibus eſt deneg.fac.*203.

De appellatione infirmorum, & qui comprehendantur,vide Sarnen. *de reg.Cancell.de infir. reſign.*

Vnguntur etiam phrenetici etiam inuiti,Iacob. de Graff. *lib.* 1. *de caſ.conſc.cap.*26. *num.*25.videtur procedere ſi ſani huius ſacri participes fieri voluiſſent,Ioſ. Stephan. *de ritib.lib.*1.*c.*20.*num.*24.

Vnguntur non Confeſsi, & non communicati oſtendentes ſigna contritionis, etiamſi malè vixerint non tamen ſacramentaliter abſoluuntur. Madrig.*d.fol.* 282. Iac. de Graff. *d. cap.* 26. & licèt antequam vngantur abſoluantur, illa abſolutio non eſt Sacramentalis, ſed deprecatiua, quæ abſolutio prodeſt quoad cenſuras, & pœnarum reatum ſi ante fuerint per Confeſſionem, vel tunc per contritionem remiſſæ,*vt ibi.*

Dimittuntur.]Vide in *cap.ſeq.*Vide ſuprà *ſeſſ.*7.*de Confeſſ.c.*2.

3 *Materiam eſſe.*] Quale debeat eſſe hoc oleum, & quod Vnctio Confirmationis, & Extrema ſunt ſacramenta, alia verò ſunt ſacramẽtalia, Deciſ.Fidei *in ver. extremæ vnct.* & quod valeret Vnctio etiã oleo non benedicto ab Epiſcopo, verùm Sum. Sylu. quàm allegat *in verſ. vnctio extrema*, dicit quod oleum debet eſſe conſecratum ab Epiſcopo de neceſsitate Sacramenti ſecundùm omnes,& ad id,quod dixi, de Sacramento,& Sacramentali, adde quòd vnctio quædam, neque Sacramentum eſt, neque ſacramentale, vt Regum, quædam Sacramentale, quia ordinatur ad Sacramentum, vel ſuſcipiendum, vt Cathecumenorum, vel perficiendum, vt baptizatorum, Sylueſt. *ibid. in primo de part. vagan.* vide apud prædictos, & an ſit de ſubſtantia Sacramenti Pract.Epiſcop.

De effectu huius Sacramenti, Io. Steph. *de ritibus,lib.*1.*cap.*20.*num.*25. vbi quod ordo litteræ non attendendus magis quàm ille Matth.*cap.*19 centum accipietis, & vitam æternam poſsidebitis: nam effectus hic corporalis ſanctitatis conſequitur quatenus expedit ad ſpiritualem ſanctitatem, & quamuis infirmus moriatur proficit hoc Sacramentum corpori ad grauitatem mortis, & mortem forti, & alacri animo ſuſtinendum, Ioan. Stephan. *dicto cap.* 20. *num.*27.

Circa verò remiſſionem peccatorum, variæ fuerunt opiniones, quidam dixerunt remitti venialia, quidam reliquias peccati, hoc eſt, vt interpretantur procliuitatem ad peccandum, Io.Steph. *d.cap.*20.*num.*26. *&* 27. etiam de mortalibus intelligit, & peccati reliquias de quibus hic dicit eſſe fomitis diminutionem,vel ſecundùm alios reſidua peccata poſt Confeſsionem.

4 *Oleum.*] Oleum ergo tantùm de ſubſtantia vnctionis non etiam Balſamum, & ita concludit Nauarr. *conſ. vnic. num.* 5. *de Sacramento Vnct.* etiam in oleo chriſmatis, quod principale etiam. appellatur; oleum enim ſacrum eſt duplex, vnum quod oleo, & balſamo fit, alterum eſt ſimplex, & tribus ampullis diſtinctis tenetur: principale oleum Cathecumenorum, alterum Chriſma, tertio oleum infirmorum, oleo principali vnguntur qui baptizantur in verticem, qui confirmantur in fronte, deni-

que

que qui ordinantur, ſimplici vnguntur Cathecumeni, in pectore, & ſcapulis, antequam abluantur, & infirmi, Io. Stephan. *d. cap. 20. cum num. 3. & 20.*

CAPVT II.

De effectu huius Sacramenti.

RES porrò, & 1 *effectus* huius Sacramenti illis verbis explicatur: Et [a] oratio fidei ſaluabit infirmum: & alleuiabit eum Dominus, &, ſi in peccatis ſit, 2 *dimittentur* ei. [b] Res etenim hæc gratia eſt Spiritus ſancti: cuius Vnctio delicta, *a ſi qua ſint* adhuc expianda, ac peccati reliquias abſtergit, & ægroti animam alleuiat, & confirmat, magnam in eo diuinæ miſericordiæ fiduciam excitando: qua infirmus ſubleuatur, & morbi incommoda, ac labores leuiùs fert, & tentationibus Dæmonis, calcaneo inſidiantis, faciliùs reſiſtit: & ſanitatem corporis interdum, vbi ſaluti animæ expedit, conſequitur.

a Iacob. 5. ibidem.
b Inf. ca. 2. de Sacr. extremæ Vnctio. Geneſ. 3.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

EPiſcopus non poteſt examinare promotos à ſuo prædeceſſore, niſi noua cauſa ſuperueniat, *cap. accipimus, de ætat. & qualit.* ſi verò ipſe Epiſcopus aliquos minus idoneos ordinauerit, eos ſuſpendere debet.

Item, ſuſpenſus ab Epiſcopo tanquam non idoneus à celebratione Miſſarum, probando idoneitatem in Vrbe per teſtes eſt abſoluendus.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a SI *quæ ſint.*] Hinc dubitatur an pueri, qui nondum deliquerunt poſsint vngi hoc Sacramento, Higmar. Archiepiſcopus Remen. docet quod ſic, *cap. 3. fol. 5.* licèt non ſint in ea vnctione dicendæ orationes quæ reſpiciunt ſalutem animæ. Tu dic ſecus, quia neque pueri, ne aliquis, qui non peccauerit, vt perpetuò demens eget hoc Sacramento, neque oratio, & forma eſt diuidenda, vt per D. Thom. *in 4. diſtinct. 13.* Silueſt. *vnctio num. 5.* Item, nec damnati ad mortem ſunt vngendi, quia non ſunt capaces ſalutis corporalis, Summ. Sacram. *quæſt. 222. de extrem. vnction.*

ADDITIO.

1 *Effectus.*] Vide ſuprà *in cap. prox. n. 40.*

2 Datur hoc Sacramentum in remiſſionem peccatorum, ex quo infert Alphonſ. de Madrig. *in inſtruct. ordin. d. fol. 282.* quod amentes à natiuitate vngendi non ſunt.

CAPVT III.

De miniſtro huius Sacramenti, & tempore quo dari debeat.

IAm verò, quod attinet ad præſcriptionem eorum, qui & ſuſcipere & miniſtrare hoc Sacramentum debent, haud obſcurè fuit illud etiam in verbis prædictis traditum: nam & oſtenditur illic, proprios huius Sacramenti miniſtros eſſe Eccleſiæ a 1 *Presbyteros*, quo nomine, eo loco, non ætate ſeniores, aut primores in populo intelligendi veniunt, ſed [a] aut Epiſcopi, aut Sacerdotes, ab ipſis ritè ordinati, [b] per impoſitionem manuum Preſbyte

a Cap. illud ſuperdiuſ 95. d. & infr. cap. vlt.
b 1. Tit. 4.

X

byteri. Declaratur etiam eſſe hanc Vnctionem α *infirmis* adhibendam, illis verò præſertim, qui β *tam periculosè* decumbunt, vt in exitu vitæ conſtituti videantur: vnde & Sacramentum exeuntium nuncupatur. Quòd ſi infirmi poſt ſuſceptam hanc Vnctionem conualuerint, γ *iterum huius Sacramenti* ſubſidio iuuari poterunt, cùm in aliud ſimile vitæ diſcrimen ȝ *inciderint*. Quare nulla ratione audiendi ſunt qui contra tam apertam, & dilucidam Apoſtoli [c] Iacobi ſententiam docent, hanc Vnctionem vel figmentum eſſe humanum, vel ritum Patribus acceptum, nec mandatum Dei, nec promiſſionem gratiæ habentem: & qui illam iam ceſſaſſe aſſerunt, quaſi ad gratiam curationum dumtaxat in primitiua Eccleſia referenda eſſet: & qui dicunt, ritum & vſum, quem ſancta Romana Eccleſia in huius Sacramenti adminiſtratione obſeruat,[d] Iacobi Apoſtoli ſententiæ repugnare, atque ideò in alium commutandum eſſe: & denique, qui hanc extremam Vnctionem à fidelibus ſine peccato contemni poſſe affirmant. Hæc enim omnia manifeſtiſſimè pugnant cum perſpicuis tanti Apoſtoli verbis.[e] Nec profectò Eccleſia Romana, aliarum omnium mater, & magiſtra, aliud in hac adminiſtranda Vnctione, quantum ad ea, quæ huius Sacramenti ſubſtantiam perficiunt, quàm quod Beatus Iacobus præſcripſit. Nec verò tanti Sacramenti contemptus abſque ingenti ſcelere, & ipſius Spiritus ſancti iniuria eſſe poſſet.

c Iacob. 5.

d Infr. Can. de Sacr. extreme Vnct.

e c. non lic. 12. diſt. ca. 1. in fi. de ſum. Trin. & c. fin de foro compet.

Hæc ſunt, quæ de Pœnitentiæ, & extremæ Vnctionis Sacramentis hæc ſancta œcumenica Synodus profitetur & docet, atque omnibus Chriſti fidelibus credenda, & tenenda proponit. Sequentes autem Canones inuiolabiliter ſeruandos eſſe tradit, & aſſerentes contrarium perpetuò damnat, & anathematizat.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

Scholares in Vniuerſitatibus poſſunt puniri ab Epiſcopo, non obſtantibus priuilegiis Vniuerſitatum datis ante Concilium.

Item, exempti in cauſis ciuilibus, vbi non habent deputatum Iudicem certum, ſubſunt Ordinario, *cap. 14. de Reform. ſeſſ. 7.* & tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato exemptio perſonalis fuit ſublata, *cap. 5. ſeſſ. 6. & cap. 10. & 11. ſeſſ. 24.*

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α Presbyteros.] Miniſter huius Sacramenti non ſolus Epiſcopus, ſed Preſbyter, Innoc. 1. *epiſt. 1. cap. 8.* Vormatien. 72. Cabilonen. ſub Carolo Magno *cap. 48.* & in Concil. Florent. vbi ſuprà requiritur præterea de iure, ſed non de neceſſitate Sacramenti quòd ſit proprius Sacerdos, Summ. Sacram. *quæſt. 220. de extrem. Vnction. prax. in ver. extrema vnctio, quæſt. 2.* Durand. *de ritib. lib. 2. cap. 20. fol. 67. latè.*

β *Tam periculosè decumbunt.*] Sicut enim ſani non ſunt vngendi, ita nec quilibet infirmi, ſed hi tantùm qui ſunt in mortis diſcrimine, quia hoc Sacramentum eſt medicina extrema, vt ex eius nomine patet, Summa Sacrament. *quæſt. 221. & 222.* licèt Baron. *Annal. tom. 1. anno Chriſti 63. cap. 14.* dicat extremam Vnctionem non ideò dici, quia datur exiſtentibus in extremo vitæ diſcrimine: ſed quia eſt danda extremo loco poſt Confeſſionem, & Euchariſtiam.

γ *Iterum huius Sacramenti.*] An autem debeat peti ab infirmo, & communiter tenent omnes quòd ſic, ſi infirmus eſt in ſtatu vt petere poſſit, & ſi contemnat, peccar

cat mortaliter, Summ. Victor. *de extrem. vnction. quæſt.*221. Syluest. *in ver. vnctio extrema, quæſt.*5.*num.*5. Tabien. *ibidem ver. quibus conferenda eſt*, vbi addit debere explicitè, vel ſaltem implicitè peti, Nauarr. *in Summ. cap.*22.*num.*26. dicit peccare eos qui non petunt per contemptum, & idem de illis qui non petunt pro filiis, vel famulis, vel pupillis, vel aliis ſuæ curæ commiſſis, *in lib. caſ. conſcien. lib.*1.*cap.* 26. *num.* 28. *legitur.* Ad hoc Sacramentum exhibendum non eſſe expectandum articulum mortis, quo infirmus ſenſu prorſus careat, aut ille de quo omninò ſit deſperata ſalus. Nec furioſis eſt concedēdum, niſi ab aliquibus peteretur, *libr. decret. Mediolan. lib.*3.*cap.*6.*de Sacrament. vnction. fol.*360.legitur, extremæ vnctionis Sacramentum curet Parochus, vt ægroto dum integris eſt ſenſibus adhibeatur, ſi tamen negligentia curantium, vel morbi vi ſenſum amiſerit, itaut nihil prorſus intelligat, ſi adhuc viuit, miniſtrari hoc Sacramentum debet, ſi æger animi ſui ſignificationem dederit, vt inde iudicari poſſit, eum hoc Sacramentum petiturum ſi adhuc integra mente eſſet.

ADDITIO.

1 *Presbyteros.*] Superuacuè igitur de Epiſcopis à quibuſdam dubitatur, quorum non meminit, quia aliàs occupati ad omnes infirmos ire non poſſunt, Io. Stephan. *d. cap.* 20.*num.* 23. niſi Parochus impeditus, vel in mora ſit, vt ibi quod dicit Synod. Mediol. prouin. ſtatutum hoc caſu Fratribus Minoribus indultum eſt, vt eos vngant, quorum Confeſſionem audierunt, ſi requiſitio coram Notario facta doceatur, aut more proprij Sacerdotis vicinorum teſtimonio probata fuerit, *d. num.* 25. *de Regul.* vide Pract. Epiſcop. *in ver. extr. vnct. num.*2.

2 *Infirmis.*] Vide *ſuprà cap. primo.*

3 *Inciderint.*] Vide Io. Steph. *d. lib. primo de ritib. cap.*20.

DE SANCTISSIMO POENITENTIÆ SACRAMENTO.

CANON I.

SI quis 1 *dixerit* in Catholica Eccleſia [a] Pœnitentiam non eſſe verè & propriè Sacramentum, pro fidelibus, quoties poſt Baptiſmum in peccata labuntur, ipſi Deo reconciliandis, à Chriſto Domino noſtro inſtitutum; anathema ſit. [a] Supr. c.1.de pœnit.

CANON II.

Si quis Sacramenta confundens, [b] ipſum Baptiſmum, Pœnitentiæ Sacramentum eſſe 2 *dixerit*, quaſi hæc duo Sacramenta diſtincta non ſint, atque ideò Pœnitentiam non rectè ſecundam [c] poſt naufragium tabulam appellari; anathema ſit. [b] Supr. c.2.de pœnit. [c] Cap. 2. poſt naufrag. de pœn diſt. 1.

CANON III.

Si quis dixerit, verba illa Domini [d] Saluatoris: Accipite Spiritum ſanctum, *a quorum remiſeritis* peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt: non eſſe intelligenda de poteſtate remittendi, & retinendi peccata in Sacramento Pœnitentiæ, ſicut Eccleſia Catholica ab initio ſemper intellexit: detorſerit autem contra inſtitutionem huius Sacramenti, ad auctoritatem prædicandi Euangelium: anathema ſit. [d] Ioann. 20. Matt. 16. ſup. c.1.& in Seſſ. 6.de iuſtif.ca. 14.

CANON IV.

Si quis negauerit, [e] ad integram, perfectam peccatorum remiſſionem non requiri tres actus in pœnitente, *β quaſi materiam Sacra-* [e] Supr.c. 3. de pœnit.

menti Pœnitentiæ, videlicet Contritionem, Confeſſionem, & Satiſfactionem, quæ tres Pœnitentiæ partes dicuntur; aut dixerit, duas tantùm eſſe Pœnitentiæ partes, terrores ſcilicet incuſſos conſcientiæ, agnito peccato, & fidem conceptam ex Euangelio, vel abſolutione, qua credit quis ſibi per Chriſtum remiſſa peccata; anathema ſit.

CANON V.

Si quis dixerit, [f] eam Contritionem, quæ paratur per diſcuſſionem, collectionem, & deteſtationem peccatorum, qua [g] quis recogitat annos ſuos in 3 *amaritudine* animæ ſuæ ponderando peccatorum ſuorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, amiſſionem æternæ beatitudinis, & æternæ damnationis incurſum, cum propoſito melioris vitæ: non eſſe verum & vtilem dolorem, nec præparare ad gratiam, ſed facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, demùm illum eſſe dolorem coactum, & non liberum ac voluntarium; anathema ſit.

f Supr. ca. 4. de pœnit.
g Eſai. 38.

CANON VI.

Si quis negauerit [h] Confeſſionem Sacramentalem vel inſtitutam, vel ad ſalutem neceſſariam eſſe iure diuino, aut dixerit, γ *modum ſecretè* confitendi ſoli Sacerdoti, quem Eccleſia Catholica ab initio ſemper obſeruauit, & obſeruat, alienum eſſe ab inſtitutione, & mandato Chriſti, & inuentum eſſe humanum; anathema ſit.

h Supr. c. 5. de pœn. Clem. 1. in epiſt. 1. ad Iacobum. Concil. Cabil. cap. 8.

CANON VII.

4 *Si quis dixerit*, [i] in Sacramento Pœnitentiæ ad remiſſionem peccatorum neceſſarium non eſſe iure diuino confiteri, omnia & δ 5 *ſingula peccata* mortalia, quorum memoria cum debita, & diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta, & quæ ſunt contra duo vltima Decalogi præcepta, & ε 6 *circumſtantias*, quæ peccati ſpeciem mutant: ſed eam Confeſſionem tantùm eſſe vtilem ad erudiendum, & conſolandum pœnitentem, & olim obſeruatam fuiſſe tantùm ad ſatisfactionem canonicam imponendam: aut dixerit eos, qui omnia peccata confiteri ſtudent, nihil relinquere velle diuinæ miſericordiæ ignoſcendum: aut demùm, non licere confiteri peccata venialia; anathema ſit.

i Suprà c. 5. Deut. 5.

CANON VIII.

Si quis dixerit, Confeſſionem omnium peccatorum, qualem Eccleſia ſeruat, [k] eſſe impoſſibilem, & traditionem humanam, à piis abolendam: aut ad eam non teneri omnes & ſingulos, vtriuſque ſexus, Chriſti fideles, iuxta magni Concilij [l] Lateranenſis conſtitutionem ζ *ſemel in anno*, & ob id ſuadendum eſſe Chriſti fidelibus, vt non confiteantur tempore Quadrageſimæ; anathema ſit.

k Supr. c. 5.
l Conc. Later. ſub Inno. 3. c. 21. & c. omnis vtriuſque, de pœn. & remiſſ.

CANON IX.

Si quis dixerit [m] 7 *Abſolutionem* ſacramentalem ſacerdotis non eſſe η *actum iudicialem*, ſed nudum miniſterium pronunciandi, & declarandi remiſſa eſſe peccata confitenti: θ *modo tantùm* credat, ſe eſſe abſolutum: aut Sacerdos non ſeriò, ſed ioco abſoluat: aut dixerit, non requiri ι *Confeſſionem pœnitentis*, vt κ *Sacerdos* eum abſoluere poſſit; anathema ſit.

m Supr. c. 7. in fin. de iuſtific.

CANON

CANON X.

Si quis dixerit, Sacerdotes, λ *qui in* [n] *peccato* mortali ſunt, poteſtatem ligandi, & ſoluendi non habere; μ *aut non ſolos Sacerdotes* eſſe miniſtros abſolutionis, ſed omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus eſſe dictum: [o] Quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in Cœlo: & quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in Cœlo: & quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt: quorum verborum virtute 8 *quilibet* abſoluere poſſit peccata, publica quidem per correptionem duntaxat: ſi correptus acquieuerit: ſecreta verò per ſpontaneam confeſſionem; anathema ſit.

n Supr. c. 6. & c. 7. de pœnit.

o Matth. 16. & 18. Ioan. 20.

CANON XI.

Si quis dixerit, Epiſcopos non habere ius [p] reſeruandi ſibi caſus, niſi quoad externam politiam, atque ideò caſuum reſeruationem non prohibere, quò minùs Sacerdos à reſeruatis verè abſoluat; anathema ſit.

p Sup. ca. 7. c. ſi Epiſc de pœn. in 6. c. de monialib. de ſen. excomm. cum ſimil.

CANON XII.

Si quis 9 *dixerit*, totam pœnam ſimul cum [q] culpa remitti ſemper à Deo, ſatisfactionémque pœnitentium non eſſe aliam, quàm fidem, qua apprehendunt Chriſtum pro eis ſatisfeciſſe; anathema ſit.

q Sup. c. 8. & 9. de pœn.

CANON XIII.

Si quis dixerit, [r] 10 *pro peccatis*, quoad pœnam temporalem, minimè Deo per Chriſti merita ſatisfieri pœnis ab eo inflictis, & patienter toleratis, vel à Sacerdote iniunctis, ſed neque ſpontè ſuſceptis, vt ieiuniis, orationibus, eleemoſynis, vel aliis etiam pietatis operibus, atque ideò optimam pœnitentiam eſſe tantùm nouam vitam; anathema ſit.

r Supr. c. 8. & 9.

CANON XIV.

Si quis dixerit, [ſ] ſatisfactiones, quibus pœnitentes per Chriſtum Ieſum peccata redimunt, non eſſe cultus Dei, ſed traditiones hominum, doctrinam de gratia, & verum Dei cultum, atque ipſum beneficium mortis Chriſti obſcurantes; anathema ſit.

ſ Supr. cap. 5.

CANON XV.

Si quis dixerit, Claues 11 *Eccleſiæ* eſſe [t] datas tantùm ad ſoluendum, non etiam *v ad ligandum*: & propterea Sacerdotes, dum imponunt pœnas confitentibus, agere contra finem Clauium, & contra inſtitutionem Chriſti: & fictionem eſſe, quod, virtute Clauium, ſublata pœna æterna, pœna temporalis plerumque exoluenda remaneat; anathema ſit.

t Supr. ca. 1. & ca 8. in fin. de pœnit.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

AD Canon. 1. Idcircò ſepultura non poteſt negari morienti cum pœnitentia, prout cenſuit Congregatio.

Ad Canon. 2. vide quæ not. *ad cap. 6. ſeſſ. 6. de iuſtific.* de horum differentia, vide Hieron. *lib. 2. aduerſus Iouinian. & habetur de pœnit. diſt. 2. cap. ſi enim inquit, circa med.*

Ad Canon. 3. *α Quorum remiſeritis peccata.*] Hinc colligitur forma huius Sacramenti quæ eſt, *Ego te abſoluo*, vt per D. Thom. *3. par. quæſt. 84. art. 3.* & cum Paul. 2. Corinth. 2. dicat ego quod donaui, ſi quid donaui propter vos in perſona Chriſti,

 poteſt

poteſt Sacerdos dicere, *Ego te abſoluo*: oſtendit hoc Eccleſia per hymnum quem recitat de Beato Petro Iambone, *Paſtor Petre Clemens, accipe vota precantium, & peccati vincula, Reſolue tibi poteſtate tradita*, vt per D.Thom.*quæſt*.22.Ita fuit expreſsè decretum in Concilio Florentino, ſub Eugenio in Bulla Vnionis. Quæcunque alia verba quæ præter hanc formam proferuntur, omnia ſunt de congruitate, ſicut ſignum Crucis. Nec obſtat *cap. Nunquid, de conſecrat.diſt.* 5. quod Sacramenta Cruce perficiuntur, quia non de omnibus loquitur. Et licèt Palud. teneat manuum impoſitionem requiri de congruitate, tamen D.Tho. dicit non debere apponi; vnde periti Confeſſarij ponunt manus à capite ſeparatas quaſi velint ſignare copioſum munus gratiæ, vt in Summ.Sacram. *de pœnit.quæſt*.105. *in fin.vide ſuper eod. cap*.3.

Ad Canon.4. β *Quaſi materiam Sacramenti.*] Duplex materia poteſt in hoc Sacramento conſiderari, remota, & propinqua. Remota ſunt peccata pœnitentis, Propinqua verò ſunt tres actus pœnitentis, de quibus in hoc Canone poſt Concil. Florent. ſub Eugenio IV. in Bulla Vnionis Summ.Sacram. *de pœnit.quæſt*. 104. vide *ſuprà eod. cap.3. Can. 5. refertur ſuprà ad cap.4. Canon. 6. ſuprà de confeſſ. cap. 6. & cap.5. in princip.*

Ad eundem Canon.6. γ *Modum ſecretè.*] Summa Sacrament. *de Confeſſion. quæſt*.184. Conci.Cabilonen.33.*tom.2.fol.616.& in deciſ.fid.Cathol.in ver. confiteri quæſt.6.fol*.210. Tolet. *lib.3.cap*. 16.

Ad Canon. 7. δ *Mortalia.*] Secus eſt de venialibus, vt per D.Thom.*quæſt.6.art.3.ad* 3. Summ. Sacram. *de Confeſſ. quæſt*.129. Rationem differentiæ vide per Nauarr. *in ſum.cap.4.de poteſt.confeſſ*. & quid ſi Preſbyter Confeſſarius non ſit approbatus ad Confeſsionem, vt *infrà ſeſſ.23.cap*.15. Quoad venialia dic affirmatiuè. Et an idem ſit de religioſo, vt per Nauarr.*ibidem*, qui tenet contr.Palud.*add.not. ſuprà ead.ſeſſ.ad cap*.7. Adde quod tenentur confiteri omnia peccata mortalia, etiam quæ aliquando non fuerit confeſſus rectè, & de quibus dubitat probabiliter quod nō fuerint confeſſa, & de quibus dubitat an ſint mortalia, vel venialia, *cap. omnis vtriuſque de pœnitent.& remiſſion.in gloſ.in verb.peccata*, Candelabr. aur.*de Confeſſ.cap.35.fol*.72.

Vtrùm liceat per litteras, ſeu internuntium, Confeſſario abſenti peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere, S. D. N. auditis votis patrum Theologorum, & re cum Illuſtriſsimis Cardinalibus contra hæreticam prauitatem, generalibus Inquiſitoribus maturè & diligenter conſiderata, hanc propoſitionem, ſcilicet licere per litteras, ſeu internuntium Confeſſario abſenti, peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere ad minùs vti falſam, temerariam, & ſcandaloſam damnauit, ac prohibuit, præcipitque ne deinceps iſta propoſitio publicis priuatiſque lectionibus, concionibus, & Congregationibus doceatur, néve vnquam tāquam aliquo caſu probabilis defendatnr, imprimatnr, aut ad praxim quouis modo deducatur, quod ſi quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea etiam diſputatiuè tractauerit, niſi forſan impugnando, vel ad praxim directè, ſeu indirectè deduxerit, præter excommunicationē latæ ſententiæ quā ipſo facto incurrat, & à qua nō poſsit præterquam in articulo mortis ab alio quacunque dignitate fulgente, etiam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ maiori Pœnitentiario, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice abſolui, aliis etiam pœnis arbitrio infligendis ſubiaceat, die 19. menſis Iulij 1602.

Concil. Lateranen. *cap. omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. & remiſſ.* debet enim quilibet confiteri proprio ſacerdoti, vel alteri de eius licentia, vt ſuprà dictum eſt, *cap.inter cætera, de offic. ordin.Summ.Sacram.quæſt*. 137. & 149. *de confeſſ.* Nauarr. *in Summ. de confeſſ.num.6.* ſiue ſacerdoti putatiuo, Maſcard.*de probation. vol. 2. concluſ.* 648. *num.* 14.& 33.

Ad Can.8. ε *Circumſtantias.*]Circumſtantia diei feſti, vel muneris maioris non mutat ſpeciem peccati, ſed qui eam confitetur rectè agit, vt ſuprà dictum eſt Nauarr. *in ſumm.cap.6.de circumſtant.num. 7. ver. 18. & ſequent.*

ζ *Semel in anno.*] *Suprà Can.5.in fin.* Sum. Sacra. *de confeſſ.quæſt*.137. & *not*.quod non dicit in Paſchate, ſicut dicit de communicando, vt *ſuprà ſeſſ.13. can. 9. de Sacrament. Euchariſt. & vide Catechiſm. Roman. fol*.157. & 176. in expoſit.horum Sacramentorum, licèt Sixtus Quartus in extrauag. vices illius

lius intelligat, Confeſsionem Sacramentalem eſſe neceſſariam etiam in Paſchate.

Ad Can.9. *Actum Iudicialem.*]Eſt enim actus iudicialis ſacerdotalis abſolutio, Summ.Sacram.*de Confeſſion. quæſt.*181.& idcircò requirit confeſsionem pœnitentis, aliàs Sacerdos non poſſet illum ſacramentaliter abſoluere,*ibidem quæſt.*182.

Modo tantùm.] Contra Lutherum, vt *in decif. fid. Cathol. in ver. abſolutus, cap.*4. *fol.*6.

Confeſſionem pœnitentis.] Vide *in libr. fid.Cathol.cap.abſolutio fol.*5.& in *ver.confeſſor.quæſt.*7.*fol.*211.

Sacerdos.] Non ergo mulier aut puer, *decif.fid.Cathol.ver. Abſolutio cap.*2.*fol.*6.

Quæritur modò,an confitentes Mendicantibus priuilegiatis per Clemen.dudum de ſepultur. vel Ieſuitis pariter priuilegiatis, dummodo expoſiti ſint ad Confeſsiones audiendas, iuxta Concilium Triden. *ſeſſ.*23.*cap.*15.dicantur bene confeſsi? Et reſpondeo affirmatiuè virtute dictorum priuilegiorum à Sede Apoſtolica emanatorum, vt in dictam Clem. *dudum*, & in extrauag. *inter cunctas,de priuileg.* Item quæritur an confitendo prædictis priuilegiatis ſit ſatisfactum præcepto, *dicto cap. omnu*,itaut non teneatur ſemel in anno audire proprium ſacerdotem; hæc quæſtio eſt ſatis dubia,& Sixtus IV. in Extrauag.*Vices illius.* Item, Martinus V. in Extrauag. vt vberes videntur inclinare procuratis, & quòd non ſit ſatisfactum præcepto prædicto.Hanc opinionem ſequitur,gloſ.*d.cap. omnis ver. alieno ſacerdoti*, quia ex duabus ſeruientibus vna ſublata remanet, altera, Silueſt.*ſepult.quæſt.*4. *in fin.*& ita conſuluit Oldrad. ferè in iſtis terminis,*conſ.* 263. *per tot.& conſ.*79. *& conſ.*72.Contrarium videtur tenere Leo X. in Concilio Lateranen. *ſeſſ.* 11. *Conſt.* 17. *Dudum intra.*§. *talibuſque.* Abb.*in dicto cap. omnis num.* 15. Conrad. *in Templ.Ind.lib.*12.*nu.*13.*& ſeq.fol.*191. Nauar. *de pœnit.diſt.*6.*placuit num.* 107. Quare laici qui confitentur prædictis ſatisfaciunt præcepto Ecclefiæ de confitendo ſemel in anno,Adrian.*in* 4.*de confeſſ.quæſt.* 5. Medina *de confeſſ.quæſt.* 29. Nauarr. *in dicto cap. placuit num.*56.Summ.Vict. *de confeſſ.quæſt.* 149.Non obſtat gloſ.*in dicto cap.omnis*,quia reprobatur per Sot.*in* 4.*diſt.*18.*quæſt.* 4.*art.* 3. quia ſi de licentia Parochi confitendo alteri ſatisfacit aliquis præcepto, multò magis ſatisfacit de licentia Papæ,vel Epiſcopi, qui ſunt Ordinarij Ordinariorum, *argum.cap.inter cætera de offic.ordin.* Summ. Vict. *de confeſſ. dicta quæſt.* 149. & ita conſuluit. Oldrad. *conſ.* 230. licèt ad rationem Soti poſſet reſponderi diuerſam eſſe rationem in hoc caſu inter licentiam petitam à proprio parocho, quia agnoſcit vultum pecoris ſui, & conceſſam à Papa qui non cognoſcit ſubditum illius; & aduertendum eſt quod non loquimur an Papa poſſit hoc facere, quia de hoc non eſt ambigendum iuxta Extrauag. *Vas electionis, de priuileg.* ſed an Papa per ſua priuilegia præſumatur ita voluiſſe concedere Mendicantibus hoc priuilegium, vt etiam præiudicet parochis, & tollat Ius commune prædictum,de quo vide *dicto conſ.*Oldrad. 263. vidi Breue S. D. N. Clem. Octaui ad Epiſcopum Tricacienſem in inferiori Germania Nuntium,hanc controuerſiam in fauorem Mendicantium determinantis cuius hæc ſunt verba diſpoſitiua, licere ſæcularibus Chriſti fidelibus vniuerſis liberè confiteri peccata, & in Paſchate ipſis priuilegiatis. Audiui tamen poſtea re iterum maturè propoſita,eam fuiſſe per eundem S. D. N. Congregationi ſanctiſſimæ Inquiſitionis commiſſam,attento quod pro parte Curatorum allegatorum non ſolùm Ius commune de quo ſuperiùs dictum eſt, ſed immemorabilem conſuetudinem ſpecialem, & iuri communi conformem:nam ſpecialis poteſt induci per vnam Ciuitatem,& ligat etiam Commitatum, & tollit generalem. Bart. *in l.de quib. volumn. final. ver. quæro nunquid*, & tibi Angel. Anr. de Butr.*in cap.final.col.*28. *de conſuet.ſpeculat.in tit. de inſtrum. edit.* 6. *compendioſè, ver. ſed nunquid, de conſuet.* & Innoc. ex parte *de conſuetud.* Item, conſuetudo fundata iure communi eſt firmior, & decennio firmatur,Oldrad.*conſ.*225.*num.*24.Paul.de Caſtr. *conſ.*100. & facit plurimùm id fieri quod eſt conſuetum, Philip.Corn.*conſ.*28.*viſa par.*2. *in littera N.* & niſi ſit expreſsè reuocata non mutatur gloſ.& Bald. *in cap.*1.§.*ſed & res,colum.*2.*ver.* Item nota iſta gloſ.*per quos ſin.inueſt.*Feder.de Sen. *quæſt.* 52. *num.*2. & immemorabilis habet vim priuilegij,Alex. *conſ.*197.*par.* 2. Item, habet vim contractus initi inter partes,Bald.*conſ.* 315. *colum.*1.*volum.*3.Roland.*conſ.*66.*num.*43.Cui non cenſetur derogatum etiamſi dicatur non obſtante

ſtante conſuetudine, vel quacunque conſuetudine, Affict. *deciſ.* 254. Couarr. *var. reſolut. lib.* 3. *cap.* 33. *num.* Tiraquell. *de retract. conuent.* §. *gloſ.* 2. *num.* 25.

Ad Can. 10. λ *Qui in peccato.*] Facit. *cap. ſi iuſtus* 1. *quæſt.* 1. ſicut aqua quæ tranſit ad areolas per lapideos canales, Summ. Sacram. *quæſt.* 144. *De confeſſ.*

μ *Aut non ſolos Sacerdotes.*] Vide *ad cap.* 16. *ſuprà cad. ſeſſ.* & licet poſſimus vbi deſit Sacerdos in caſu neceſſitatis cõfiteri peccata laico, vt per Magiſtr. *in* 4. *diſt.* 17. & D. Thom. *ibidem quæſt.* 3. & in add. *quæſt.* 8. *art.* 2. etiam peccata mortalia, contra Scot. ibi, & *diſt.* 14. *art.* 2. tamen nec laïcus poterit nos abſoluere, nec ideò quia dicimus licitum, poſſumus dicere quod aliquo modo ſit præceptum. Præterea Sacramentalis confeſsio non poteſt fieri laïco, & hoc firma fide tenendum, & per hunc text. Sum. Sacramentum. *de confeſſ. quæſt.* 143. & *in lib. deciſ. fid. Cathol. in ver. confiteri quæſt.* 8. *fol.* 211. Canon. 11. refertur *ad cap.* 7. *ſuprà cad. ſeſſ. Can.* 12. *ſuprà cod. cap.* 8. *Can.* 13. refertur *ſuprà ead. ſeſſ. ad cap.* 9. *Can.* 14.

Ad Can. 15. ν *Ad ligandum.*] Ex hoc patet hodie quod de præcepto pœnitens tenetur acceptare pœnitentiam iniunctam ſibi à Confeſſario, pro quo facit, *cap. final. de maled.* & *cap. omnis vtriuſque ſexus de pœnitent.* & *remiſſ.* poſt D. Thom. contr. Caiet. tener Summ. Victor. *de ſatisfact. quæſt.* 209. *de Clauis. quæſt.* 10.

ADDITIO.

CANON I.

1 *Dixerit.*] Probat claues de pœnit. *in primo num.* 104.

CANON II.

2 *Dixerit.*] Vide Sot. *in tit.* 4. *diſt.* 10. *qu.* 1. *art.* 1. *col.* 10.

CANON V.

3 *Amaritudine.*] Vide Aloicer. *in ſuo Confeſſionario.*

CANON VII.

4 *Si quis dixerit.*] Ad hunc 7. *Can. poſt princ.* Vide Victor. *in Summ. de Confeſſ. quæſt.* 17. *fol.* 109.

5 *Singula peccata.*] Vide *ſuprà cap.* 5.

6 *Circumſtantia.*] Vide D. Thom. *in* 4. *diſt.* 169. 2. *art.* 5. *diſt.* 32. *quæſt.* 5. *art.* 2. Nauarr. *in c. conſideret. in princ. num.* 1. *de pœnit. diſt.* 9. Sot. *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 22. *art.* 4. *ſedem in* 2. *par.* 4. *quæſt.* 8. 4. Victor. *fol.* 125. Catechiſ. Rom. ad Paroch. *col.* 273. ex quib. habebis, quid de circumſtantiis aggrauantibus A. S. Vide *ſuprà codem de Doctrina pœnit. cap.* 5. *q. colligitur.*

CANON IX.

7 *Abſolutionem.*] Ad hoc Can. 9. Vide Sot. *in* 4. *diſt.* 14. *q.* 1. *art.* 1. And. de Vig. *ſuprà cap.* 14. & *cap.* 32. *huius Conc. fol.* 400. *col.* 12. & *ſeq.* Nauarr. *in manual. cap.* 4. *num.* 7. Vbalden. *de Sacram. cap.* 1. *quæſt.* 2. *cum ſequent.* A. Salam.

CANON X.

8 *Quilibet.*] An liceat confiteri laïco, Claues, *cap.* 11. *num.* 141. Vide gloſ. *in c. Paſtoralis,* §. *præterea, in ver. præterquam, de offic. ordin.* Vide *ſuprà cap.* 6.

CANON XII.

9 *Dixerit.*] Hic probat claues auctoritate ſacræ ſcripturæ, *num.* 125. A. S.

CANON XIII.

10 *Pro peccatis.*] Claues, *num.* 207.

CANON XV.

11. *Eccleſiæ.*] Claues, *num.* 209.

DE SACRAMENTO EXTREMÆ 1 VNCTIONIS.

CANON I.

Si quis dixerit, extremam Vnctionem non eſſe verè, & propriè Sacramentum, à [a] Chriſto Domino noſtro inſtitutum, & à [b] Beato Iacobo Apoſtolo promulgatum, ſed ritum tantùm acceptum à Patribus, aut figmentum humanum; anathema ſit.

a Supr. de hoc Sacr. in princi. & cap. 1.
b Marc. 6. Iac. 5.

CANON II.

Si quis dixerit, ſacram infirmorum [c] Vnctionem non conferre gratiam

c Supr. c. 1. de hoc Sacra.

gratiam, nec 2 *remittere peccata*, nec alleuiare infirmos: ſed iam ceſſaſſe, quaſi tantùm fuerit gratia curationum; anathema ſit.

CANON III.

Si quis dixerit, [d] extremæ Vnctionis ritum, & vſum, quem obſeruat ſancta Romana Eccleſia, repugnare ſententiæ Beati Iacobi Apoſtoli, ideóque eum mutandum, poſſéque à Chriſtianis abſque peccato contemni; anathema ſit.

d Suprà c. vlt. Conc. Cabilo. c. 48. Iacob. 4.

CANON IV.

Si quis dixerit, [e] Preſbyteros Eccleſiæ, quos Beatus Iacobus adducendos eſſe ad infirmum inungendum hortatur, non eſſe Sacerdotes *a ab Epiſcopo ordinatos*, ſed ætate ſeniores in quauis communitate: ob idque proprium extremæ Vnctionis miniſtrum non eſſe ſolum Sacerdotem; anathema ſit.

e d. cap. vlt. Iacob. 5.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

AD Canon. 1. Refert hæc Baron. *annal. tom. 1. anno Chriſti, cap. 14. in fin.* tribus argumentis probat Card. Bellarm. eſſe verè & propriè Sacramentum ſcripturis ſacris, traditione Eccleſiæ, & ratione, *tom. 2. lib. 1. cap. 3. fol. 1087. Can. 2. & 3.*

Ad Canon. 4. *a Ab Epiſcopo ordinatos.*] Probatur hæc concluſio ex his quæ refert Stephan. Duran. *de ritib. lib. 1. cap. 20. num. 22. fol. 66.*

ADDITIO.

1 *Vnctionis.*] Vide Stephan. *de ritib. vbi in fine, cap. 2. & lib. 1. ca. 20. & de obiectis Hæreticorum, eorúmque ſolutionibus, num. 2.*

CANON II.

2 *Remittere peccata.*] Remittit etiam mortalia, vt per Io. Stephan. Durant. *de rit. Eccleſ. lib. 2. cap. 20. num. 26.* & per tot. illud cap. plura de hoc Sacramento.

Decretum de reformatione.

PROEMIVM.

Irreprehenſibiles ſint omnes clerici ad curam animarum conſtituti: qualiter eos commonere debebunt Epiſcopi, vt ſanctè miniſterium ſuum impleant ſecundùm præſcriptam hîc legem.

CVm propriè Epiſcoporum munus ſit, ſubditorum [a] omnium vitia 1 *redarguere:* hoc illis præcipuè cauendum erit, ne clerici præſertim ad animarum curam conſtituti, 2 *criminoſi ſint*, néve inhoneſtam vitam ipſis conniuentibus, ducant. Nam ſi eos prauis, & corruptis moribus eſſe permittant, *a quo pacto laïcos* de ipſorum [b] vitiis redarguent, qui vno ab eis ſermone conuinci poſſent, quo Clericos ipſis patiantur eſſe deteriores? qua etiam libertate laïcos corripere poterunt Sacerdotes: [c] cum tacitè ſibi ipſi reſpondeant, eadem ſe admiſiſſe, quæ *corripiunt*. Mouebunt propterea Epiſcopi ſuos Clericos, in quocunque ordine [d] fuerint, vt conuerſatione, ſermone, & ſcientia commiſſo ſibi Dei populo præcant, memores eius, quod ſcriptum eſt: [e] Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum. Et iuxta Apoſtoli vocem: [f] nemini dent vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium eorum, ſed in omnibus exhibeant ſe, ſicut miniſtros Dei, ne illud Prophetæ dictum im-

a Sic præfatur ferè Conc. 9. Toletanû ſup. Seſſ. 6. de reſor. cap. 5.

b 1 Cor. 9. ex. quid autem, 8. quæſt. 1.

c c vlt. 25. di. c. vnâ tantùm 26. diſt. c. ſecun, 1. §. neceſſe, 47 diſt. in ſacerdotib. 61 diſt. Leuit. 11. 1. Petr 1. & c propoſuiſti, 82. diſt.

d Seſſ. 22. c. 1.

e Iſai. 2.

f 2. Cor. 6. in princ.

Y pleatur

pleatur in eis: g Sacerdotes Dei contaminant ſancta, & reprobant legem. Vt autem ipſi Epiſcopi id liberiùs exequi, ac quoquam prætextu deſuper impediri nequeant, eadem ſacroſancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus, præſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicæ Sedis Legato & Nunciis hos, qui ſequuntur, canones, ſtatuendos, & decernendos duxit. g Ezech. 22. Sophon. 3.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a *Qvo pacto laicos.*] Sunt enim multi caſus in quibus laici ſunt ſubiecti Epiſcopis, eorum Ordinariis de quibus vide Innoc. *in cap. licet de for. compet.* & ſpeciatim eos refert. Prax. *in ver. caſus, per tot. fol. 52. & ſeq.*

ADDITIO.

1 *Redarguere.*] Amplia in totum, vt non valeat conſuetudo correptionis impetitiua, quamuis valeat tranſlatiua. Abb. *in cap. irrefragabili, num. 2. ver. not. in §. exceſſus de offic. ordin.* extenditur ampliatio etiam in præſcriptione immemoriali etiam in tantùm, vt de ea non ſint admittendi articuli, *Rot. in dec. 1. de præſcript. in nou.*

Ampliatur in quolibet alio Prælato, qui debeat procedere ad ſubditorum correctionem, & reformationem morum, Abb. *in d. cap. irrefragabili num. 2. not. 2.*

2 *Criminoſi ſint.*] Facit 6. *ſuprà eodem cap. 1. ſeſſ. 22. & not. in cap. graue. de preben.* & in ordinatum, vide Cleric. *de vita, & morib. Sacerdot. lib. primo, cap. 21. pag. 185.*

3 *Corripiunt.*] *cap. qui ſine fine, cap. iudicet, cap. in grauibus 3. quæſt. 7.* ex quibus argumentum eſt, quod non poſſit alios iudicare, qui in crimine eſt: hoc autem intelligendum eſt de merito vitæ, non de poteſtate officij, Abb. *in Rubr. de vit. & honeſt. Cleric. num. 2.*

Peccat tamen quicunque in peccato exiſtens alium iudicat, ſiue de foro fori, ſiue de foro pœnitentiali loquamur, Abb. *in d. rub. num. 3.* limita niſi priùs ſe corrigeret per contritionem, Abb. *vbi ſuprà num. 4.*

CAPVT I.

Si prohibiti aſcendere ad Ordines, aſcendant; ſi ſuſpenſi, aut interdicti à proprio Prælato, malè ſe geſſerint, puniantur.

Cvm honeſtius, ac tutius ſit ſubiecto, debitam Præpoſitis obedientiam impendendo, in inferiori miniſterio deſeruire, quàm cum Præpoſitorum ſcandalo graduum altiorum appetere dignitatem ei, cui aſcenſus ad ſacros Ordines a *à ſuo Prælato,* ex quacunque cauſa, etiam β *ob occultum crimen* quomodolibet, etiam extraiudicialiter fuerit interdictus, aut qui à ſuis Ordinibus, ſeu gradibus, vel dignitatibus Eccleſiaſticis fuerit ſuſpenſus, 1 *nulla* contra ipſius Prælati voluntatem conceſſa licentia, de ſe promoueri faciendo, aut ad priores Ordines, gradus, & dignitates: ſiue honores, reſtitutio ſuffragetur.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a *A Suo Prælato.*] Nauarr. iſtud reſtringit ad Prælatos Regularium quibus contradicentibus non poſſunt regulares promoueri ad ordines, vt *par. 1. lib. 1. de ætat. & qualit. conſ. 5. & de temper. ordin. conſ. 42.* ſed malè.

β *Ob occultum crimen.*] Ex hoc textu poteſt Epiſcopus extraiudicialiter ſuo arbitrio ſuſpendere aliquem etiam ex delicto occulto,

occulto, & ſtatur ſuæ conſcientiæ, licèt olim non admitteret, niſi iudicialis ſuſpenſio, vt per Nicola. Dioniſ. *in cap.1.§.caueant fallentia,§.de ſentent.excomm.lib.6.* Maiol. *de irregul.lib.3.cap.19.num.23. ver.decima ſexta,* ſed an detur appellatio, & an in caſibus magni præiudicij poſſit ſuperior conſulere conſcientiæ erroneæ, & anidmittatur probatio in contrarium, vide Parid. de Put. *de Syndicatu in* §. *an Index num.3.fol.177.* & dixi *infr.ſeſſ.21.cap.1.& ſeſſ.25.cap.2.ver.quod ſi exequutio,* & poſt alios, vide Felin. *in cap. Canon ſtatuta colum. 24. num. 52. de conſtit.* Bald. *conſ.434.in fin.lib.1.* & Nauarr. *de offic. ordin.conſil.2.*

Reſolutiones Sacræ Congregationis ead. ſeſſ.14.

Metropolitanus non poteſt impedire Vicarium Suffraganeum quin exequatur diſpoſitionis huius text. Congregatio cenſuit ad Patriarcham Aquileg.

Congregatio cenſuit hunc text. habere locum in ſuperioribus tam temporaneis quàm perpetuis, & temporalem prohibitionem, & ſuſpenſionem dici eam vbi ex delicto occulto extraiudicialiter procedit Epiſcopus ad ſuum beneplacitum prohibens, & ſuſpendens. Nullius die 3. Februarij 1593. Vide Quarant. *de auctor. Archiep. fol.78.in add.* vbi loquitur quando Epiſcopus vult vindicare iniuriam propriam.

ADDITIO.

1 *Nulla.*] Itaut nec ſufficiat licentia ſubſcripta, Nauarr. *de ætat. & qualit. conſ. 5. num. 1.* Primùm abeſtis, & poſt conualeſcentiam, *ibi num.2. & 3.* Ordinarius tamen minores his conferre poteſt per *gloſ. in cap. Clerici 33.diſt.* Nauarr. *d.conſ.5.in 1.*

CAPVT II.

Epiſcopus ordinans alienum ſubditum ſine Prælati proprij expreſſo conſenſu, eúmve tonſurare præſumens, etiam prætextu familiaritatis continuæ, ſit vno anno ſuſpenſus: qui autem ordinatus ſic fuerit, ſit ipſo iure ſuſpenſus ab executione ordinum ſic ſuſceptorum, quandiu Prælato proprio videbitur.

ET, quoniam nonnulli 1 *Epiſcopi* Eccleſiarum, quæ in partibus Infidelium conſiſtunt, *a clero carentes*, & populo Chriſtiano, cùm ferè vagabundi ſint, & permanentem ſedem non habeant, non quæ Ieſu Chriſti, [a] ſed alienas oues inſcio proprio Paſtore, quærentes, dum per hanc ſanctam Synodum ſe 2 *Pontificalia* officia in alterius diœceſi, niſi de loci 3 *Ordinarij* expreſſa licentia, & in perſonas eidem Ordinario ſubiectas tantùm, exercere prohibitos vident, in legis fraudem, & contemptum, quaſi Epiſcopalem Cathedram in loco nullius diœceſis ſua temeritate eligunt, & quoſcumque ad ſe venientes etiamſi ſuorum Epiſcoporum, ſeu Prælatorum literas commendatitias non habeant, clericali charactere inſignire, & ad ſacros etiam Preſbyteratus Ordines promouere præſumunt: quo plerúmque fit, vt minus idonei, & rudes ac ignari, & qui à ſuo Epiſcopo tanquam inhabiles & indigni reiecti fuerunt, ordinati, nec diuina officia peragere, nec Eccleſiaſtica Sacramenta rectè valeant miniſtrare. Nemo Epiſcoporum qui Titulares vocantur, etiamſi in loco nullius diœceſis, etiam exempto, aut aliquo monaſterio cuiuſuis Ordinis reſederint, aut moram traxerint, vigore cuiuſvis priuilegij ſibi de promouendo quoſcumque ad ſe venientes pro tempore conceſſit, alterius ſubditum, etiam prætextu familiaritatis continuæ commenſalitatis ſuæ abſque ſui pro-

[a] Infrà cap. 8. ſupra Seſſ. 6. cap. 5.

prij Prælati expreſſo conſenſu, aut literis [b] dimiſſoriis ad aliquos ſacros, aut minores Ordines, vel primam 4 *Tonſuram* promouere, ſeu ordinare valeat. Contra faciens 5 *ab exercitio* Pontificalium per annum, taliter verò promotus ab executione Ordinum ſic ſuſceptorum, donec ſuo Prælato 6 *viſum fuerit*, ipſo iure ſint *β ſuſpenſi.*

b Seſſ.6.c.3.& Seſſ.23 cap 8. Conc. Niue.c. 17.Conc.Aur. 3.c.13. Conc. Magunt. c.14. c.1.q.2.9 q.2. per totam c.1. cũ ſeq.de tẽp. in 6 & inf.ſeſ. 23. de refor.c. 3.6.& 10.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a CLero carentes.] ſunt tamen Epiſcopi Ordine, licèt non adminiſtratione, & antiquiores tempore præferuntur Epiſcopis etiam ditiſſimis, Menoch.*tom.1.conſ.52.num.89.& ſeq.* Tales autem Epiſcopi Titulares familiares ſuos ordinare non poſſunt, nec eis dimiſſorias concedere, Quarantig.*in ver.ordo fol.375. & infr. hoc eodem text. in verb. etiam prætextu familiaritatis continuæ commenſalitatis ſuæ.*

β Suſpenſi.] De hac ſuſpenſione Card. Tolet. *in Summ. lib. 1. cap. 49. ver. Tertia habetur.*

ADDITIO.

1 *Epiſcopi.*] Idem in Epiſcopis Titularibus, qui ſuam Diœceſim extendentes alienos Clericos ordinarent, *cap.Epiſcopus 7. quæſt.* 1. præter alias pœnas, de quibus ibi per Gemin. *& infrà eod.c. in fin.in verſ. ordinum executione num.5.*

Retulit huius cap. deciſionem Eudius *lib. 1. tit. 4. fol.* & prohibita Epiſcopis in Diœceſibus extraneis, refert Eudius, vbi ſuprà citans,*cap.5.ſeſſ.6. ſuprà cap.3.ſeſſ.23.c.9.ead.ſeſſ.c.10.ſeſſ.7.*quæ vide.

2 *Pontificalia.*] Quæ ſint Pontificalia, Vide *Lap.alleg.139. & dixi ſuprà ſeſſ.6.cap.5. de Refor.num.2.fol.5.*

3 *Ordinary.*] Quales eſſe debeant Titulares ab Ordinariis eligendi,Concil.Compoſtell.*ſeſſ.1.cap.15.*

4 *Tonſuram.*] Sublata hinc videtur diſpoſitio, & correcta opinio,quod ordinari quis poſſit a non ſuo, vt ordinatus relinquatur,de qua Lap.*alleg.*138.*num.*13.

5 *Ab executione.*] Ordinatus à non ſuo non habet ordinum executionem *cap. 1. 9. quæſt.2.*Gemin.*d.cap.Epiſcopus, ver. . . . not. quod ordinatus.*

Diuerſum eſt in conſecratione altarium *dicto cap. Epiſcopus 7. quæſt.* 1. Conſecratio enim tenet, licèt fieri non debuiſſet, ratio diuerſitatis eſt, quia non peccauit altare, vt Clericus ſuſcipiendo ordines à non ſuo,vt ibi per Gemin.

6 *Viſum fuerit.*] Iure veteri videbatur diſtinguendum an ſciuiſſet à non habente poteſtatem, vel ignoraſſet ſi ſciuiſſe non poterat cum eo Epiſcopus diſpenſare, ſi probabiliter ignoraſſet, ſecus Gemin.*conſ.1.9.quæſt.2.*

CAPVT III.

Epiſcopus ſuos Clericos ab alio malè promotos non ante admittat ad officia celebranda,quàm eos dignos iudicauerit ſuo præuio examine.

EPiſcopus quoſcumque ſuos Clericos, præſertim in ſacris conſtitutos *a abſque ſuo* præcedenti examine,& commendatitiis literis,quacumque auctoritate promotos, licèt tanquam habiles ab eo à quo ordinati ſunt, 1 *probatos*, quos tamen ad diuina officia celebranda *β ſeu Eccleſiaſtica Sacramenta* miniſtranda minùs idoneos, & capaces repererit, à ſuſceptorum Ordinum exercitio

tio

tio ad tempus, de quo eis videbitur, ſuſpendere, & illis, ne in altari, aut aliquo ordine miniſtrent, interdicere poſſit.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a A*bſque ſuo.*] licèt ſemel examinatus, & approbatus non ſit iterum examinaudus, Abb. *in cap. accepimus, num.6.de ætat.& qualit.*& ibidem Butr. *num.* 12. Rebuff. *in prax. in tit.de reſcr.* in forma Cam. *num.* 11. quia ſemel approbatus reprobari non poteſt, *l.ſi quis teſtibus.C.de teſtib.l.quod ſi nolit,*§.*infectam de ædil. edict.leg.ſed etiam reprobari, ff. de accuſat.tut. cap. licèt de offic. deleg.* nihilominus Concil. hîc reſpexit, vt minùs capaces, & inhabiles etiamſi aliàs examinati fuerint, & approbati ſine ſuo examine à ſuſceptorum Ordinum exequutione arbitrio proprij Epiſcopi ſuſpendantur, & cauſa finalis attenditur, ſed Sacra Congregatio in vna Iſpalen. ſub die 22. menſis Ianuarij 1573. cenſuit ſemel examinatum, & approbatum à prædeceſſore non eſſe iterum examinandum, vel approbandum, & hunc text.intelligit procedere poſt cap.præcedens, in eo, qui eſt ab aliis, puta à Titularibus, vel ſine licentia à quocunque alio examinatus & approbatus: & iterum Epiſcopus non poteſt examinare probatos à ſuo prædeceſſore, niſi poſt promotionem aliqua noua cauſa ſuperuenerit, iuxta *cap. accepimus de ætat. & qualit.* Quòd ſi ipſe Epiſcopus aliquos minùs idoneos ordinauerit, eos ſuſpendere poſſit.

β Seu Eccleſiaſtica Sacramenta.]Occaſione adminiſtrandi Sacramenta poteſt Epiſcopus examinare etiam alios examinatos, niſi à ſe fuerint priùs approbati, *arg.cap.3. infrà ſeſſ.*21.Nau.*de tempor.ordin.conſ.*4.cum diſtinctione, vt *in num.7.& ſeq.* in Eccleſiis autem receptitiis, vbi qui recipiuntur, ſtatim admittuntur ad curam animarũ exercendam, quæ illi Eccleſiæ incumbit, debet Epiſcopus animaduertere quando eos admittit, & recipit, nam poſtquam recepti fuerint non poſſunt ad curam examinari vlterius, iuxta Nauarr. *in conſ.4. num.9. de tempor.ordin.*

An ex hoc text. *cap.* 3. poſſit Epiſcopus prohibere ne Canonici, vel Capellani aliàs deputari ſoliti à Capitulo ad adminiſtrationem curæ animarum ſibi incumbent. hoc munus ſine approbatione ſua exerceant. Ad vtramque partem hanc quæſtionem diſputat Nauarr. *de tempor.ordin.conſ.* 4. Et concludit pro Epiſcopo, niſi Capellani, vel Canonici huiuſmodi eo ipſo quo facti ſunt Capellani ſint ad curam animarum approbati, idem Nauarr. *de priuileg. conſ.8. vbi in fin.* refert reſolutionem Congregationis in caſu prædicto. Quæ cenſuit Epiſcopum poſſe examinare dictos Capellanos Canonicos, & dignitates volentes curam exercere, & eiſdem inhibere, ne curam exerceant, vel Sacramenta miniſtrent, abſque ſua approbatione quod limitatur, vt ſuprà niſi alias à prædeceſſoribus fuerint examinati, & approbati, ſine noua cauſa ſuperueniente, vt Congregatio cenſuit die 9. Maij 1597.

ADDITIO.

1 *Probatos.*] Poteſt ergo Epiſcopus quoſcumque à ſe non examinatos, aut ab alio per ſuas literas examinare, Vide Nauarr.*de temp.ordin.conſ.* 4. etiam exemptos, vt ibi exemptos, vt ibi etiam viſitatione, vel proceſſu accuſationum, *ibi num.* 7. poteſt etiã cognoſcere de inhabilitate deputatorum à Vicariis in vim facultatum deputandi ſine conſenſu Ordinarij ſic per modum Viſitationis, & per modum correctionis, *ibi num.* 6. Poterit præterea cognoſcere de inhabilitate à ſe ordinandorum eodem modo, *num.*8.

CAPVT IV.

Nullus Clericus eſt exemptus à correptione Epiſcopi reſidentis, etiam extra viſitationem agentis, tanquam ſit deputatus à Sede Apoſtolica, &c.

OMnes [a] Eccleſiarum Prælati, qui ad corrigendum ſubditorum exceſſus diligenter intendere debent, & à quibus nullus Clericus per huius ſanctæ Synodi ſtatuta, cuiuſuis priuilegij prætextu tutus cenſetur, quominùs iuxta Canonicas ſanctiones viſitari, puniri & corrigi poſſit, ſi in Eccleſiis ſuis reſederint, quoſcunque ſeculares Clericos *α qualitercumque* 1 *exemptos*, qui aliàs ſuæ iuriſdictioni 2 *ſubeſſent*, de eorum exceſſibus, criminibus, & delictis, quoties & quando opus fuerit, etiam *β extra viſitationem* tanquam ad hoc Apoſtolicæ Sedis 3 *delegati* corrigendi, & caſtigandi [b] facultatem habeant: quibuſcumque exemptionibus, declarationibus, conſuetudinibus, ſententiis, iuramentis; concordiis quæ tantùm ſuos obligent auctores ipſis Clericis, ac eorum conſanguineis Capellanis, familiaribus, procuratoribus, & aliis quibuſlibet, ipſorum exemptorum contemplatione, & intuitu minimè ſuffragantibus.

a Suprà c. 1. & infr. Seſſ. 23. de refor. c. 8. c. ſupr. 11. & Seſſ. 6. de ref. c. 3. c. irrefragabilis in princip. de offic. ordin.

b Supr. Seſſ. 6. c. 4. de ref. & infr Seſſ. 24. de refor. c. 5.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

EGo te abſoluo, intelligitur in forma ſolita, & conſueta ab Eccleſia.

Item, Pœnitentiarius deputatus ab Epiſcopo eſt loco proprij Confeſſoris requiſiti in *cap. omnis vtriuſque ſexus, de pænit. & remiſſ.* nec tenetur mox adire Parochiam, *cap. 6. ſeſſ. 14.*

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α QValitercumque exemptos.] Et etiam in cauſis ciuilibus, vbi exempti non habent deputatum certum iudicem ſubſunt Ordinariis, *ſuprà ſeſſ. 7. cap. 14.* tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis, exemptio autem perſonalis ſublata fuit, *ſeſſ. 6. cap. 3.* & aliæ exemptiones non obſtant, vt *infrà ſeſſ. 24. cap. 10. & 11.*

β Extra viſitationem.] Videtur aliquid addere, *cap. 3. ſeſſ. 6.* vel potius procedit declaratiuè ad verba generalia illius text. ſed dic, vt ibi notaui.

ADDITIO.

1 *Exemptos.*] An Concil. in hoc *cap. & ſeſſ. 6. cap. 3. & 4. & ſeſſ. 24. cap. 10. & 11.* dom generaliter tollit exemptiones Clericorum, tollat etiam exemptionem conceſſam perſonis de quibus in *extrauag.* 3. cum Matthæus de hæretic. *intra communes*, & per non probat tribus rationibus Petr. Cened. in collectaneis ad ius Canonicum *collect. 3. ad 6.* Clem. *fol. 531. num. 3.*

2 *Subeſſent.*] An Conſilium tollat cognitionem cauſarum criminalium per immemoriale inferioribus competentem, vide *in lib. informat. ſuprà Conc. fol.* 84. in vna Aquilana.

3 *Delegati.*] Plures caſus, quibus fit delegatus à lege refert. Iacob. de Negr. *in l. prima, num. 37. de offic. deleg.* à quo cauendum eſt dum dicit hos eſſe Ordinarios cùm lex appellet delegatos, Alex. *in d. l. 1.* & horum iuriſdictio omninò tranſit ad Capitulum Sede vacante, Dec. *in cap. quando* Abb. *de offic. deleg.*

CAPVT

CAPVT V.

Conſeruatoris non ex inuenta conuentione facienda coram Ordinario in criminalibus & mixtis cauſis: Conſeruatoris & Ordinarij controuerſiam ſuper competentia iuriſdictionis arbitrij electi ſedent, & interim in cauſa non procedatur. Tempus valoris Conſeruatoriarum, ſaluis cauſis miſerabilium perſonarum, Vniuerſitatum, &c.

INſuper, 1 *cùm nonnulli*, qui ſub prætextu, quod ſuper bonis, & rebus ac iuribus ſuis diuerſæ eis iniuriæ, ac moleſtiæ inferantur, [a] *α certos iudices* per *β literas Conſeruatorias* deputari obtinent, qui illos à moleſtiis, & iniuriis huiuſmodi tueantur, ac defendant, & in poſſeſſione, ſeu quaſi bonorum, rerum, ac iurium ſuorum manu teneant, & conſeruent, nec ſuper illis eos moleſtari permittant, eiuſmodi literas in pleriſque contra concedentis mentem in reprobum ſenſum detorquent: idcircò nemini, *γ cuiuſcumque dignitatis* & conditionis ſit, etiamſi Capitulum fuerit 2 *Conſeruatoriæ* literæ, cum quibuſcumque clauſulis, aut decretis, quorumcũque iudicum deputatione, quocũque etiam alio prætextu, aut colore conceſſæ, ſuffragentur ad hoc, vt coram ſuo Epiſcopo ſiue alio Superiore Ordinario, *δ in criminalibus, & mixtis* cauſis accuſari, & conuenire, ac contra eum inquiri, & procedi non 3 *poſſit*: aut quo minùs, ſi qua iura ei ex ceſſione competierint, ſuper illis liberè valeat apud iudicem ordinarium conueniri. In ciuilibus etiam cauſis, ſi ipſe actor extiterit, aliquem ei apud ſuos conſeruatores iudices in iudicium trahere minimè liceat. Quòd ſi in iis cauſis, in quibus ipſe reus fuerit, contigerit, vt electus ab eo Conſeruator ab actore ſuſpectus eſſe dicatur, aut ſi qua inter ipſos iudices, Conſeruatorem, & Ordinarium, controuerſia ſuper competentia iuriſdictionis orta fuerit: nequaquam in cauſa procedatur, donec per arbitros in forma iuris electos, ſuper ſuſpicione, aut iuriſdictionis competentia fuerit iudicatum. Familiaribus verò eius, qui in huiuſmodi literis Conſeruatoriis tueri ſe ſolent, nihil illæ proſint, præterquam duobus dumtaxat, ſi tamen illi propriis eius ſumptibus vixerint. ε *Nemo etiam* ſimilium literarum beneficio vltra quinquennium gaudere poſſit. Non liceat quoque Conſeruatoribus iudicibus vllum habere tribunal erectum. ζ *In cauſis verò mercedum*: aut miſerabilium perſonarum huius ſanctæ Synodi ſuper [b] hoc 4 *decretum* in ſuo robore permaneat. Vniuerſitates autem generales, ac Collegia Doctorum, ſeu ſcholarium, *η & regularia loca*, necnon hoſpitalia, actu hoſpitalitatem ſeruantia, *θ ac Vniuerſitatum*, Collegiorum, locorum & hoſpitalium huiuſmodi perſonæ in præſenti Canone minimè comprehenſæ, ſed exemptæ omninò ſint, & eſſe intelligantur.

[a] c. 1. & c. vlt. de off. deleg.

[b] Supr. Seſſ. 7. cap. 14.

DECLA

DECLARATIONES CARDINALIVM.

QVi habent facultatem à Sede Apoſtolica eligendi Conſeruatores; non poſſunt cogi vt eligant vnum ex deſignatis in Synodo Prouinciali, aut Diœceſana.

Item, Conſeruatoriæ poſſunt dari Epiſcopis.

Item, Gregorius XIII. conceſſit duobus regularibus, vt in Ciuitatibus Italiæ ſibi eligant Conſeruatores, coram quibus conueniantur, ſemel electos non mutent, & intra menſem indicent eorum nomina Epiſcopo loci, ſecus poſſunt conueniri coram ipſis Ordinariis.

Item, Conſeruatores Vniuerſitatum non ſunt comprehenſi in hoc cap. nec in *cap.20. ſeſſ.24. Reform.*

Item, Conſeruatoriæ Vniuerſitatum, Collegiorum Regularium, & ſimilium non ſunt ſublatæ à Concilio, nec imminutæ per *cap.20. ſeſſ.* 24. etiam quòd cauſæ ſint graues, & requirant plenariam cognitionem. Nec obſtat Bulla 8. Pij IV. reuocatoria dictorum priuilegiorum Concilio repugnantium.

Item, Conſeruatoriæ Vniuerſitatum proſunt tantùm Rectoribus, & ſcholaribus ibi ſtudentibus.

Item, Conſeruatores ſunt Iudices ordinarij: ſed illis committuntur cauſæ, vt Sedis Apoſtolicæ delegatis.

Item, poſſunt cognoſcere cauſas ſuas in prima inſtantia.

Item, Regulares degentes intra Clauſtra conueniantur coram Superioribus, vel Conſeruatoribus, non coram Epiſcopo, ſi extra. Vide *cap.14. ſeſſ.7.*

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α CErtos Iudices.] Quæſitum fuit an textus iſte concurrat cum *cap.* 20. *ſeſſ.* 24. de cauſis in prima inſtantia cognoſcendis coram Ordinario, & fuit reſponſum quod ille text. eſt generalis, hic verò ſpecialis, & generi per ſpeciem derogatur, *l. ſanctio legum de pœn. leg. iot. clauſ. de verb. oblig.* Quapropter Conſeruatores iſti de quibus in hoc *cap. & per gloſ. in cap. fin. de offic. leg. in 6.* poterunt cognoſcere cauſas etiam in prima inſtantia quod patet ex verbis iſtius cap. per quæ ſtatuitur quod in cauſis ad Conſeruatores pertinentibus, Epiſcopi non ſe intromittant, & hic contra. Vnde datur etiam concurſus inter ipſos qui non daretur ſi non in prima inſtantia vterque cognitionem haberet, pone exemplum, vt per Archidiacon. cenſuit Congregatio ſub die 21. Auguſti 1572. & conſuluit poſtea Nauarr. *par.1. lib.1. de offic. deleg. conſ.1.* Secundò quæritur an iſti Conſeruatores debeant eſſe ex illis Iudicibus de quibus in *cap. decimo infr. ſeſſ.25.* quibus cauſæ committuntur; & reſpōdetur quod non; quia illis committuntur tanquam cauſæ Eccleſiaſticæ ex Sedis Apoſtolicæ beneplacito. Iſti verò Conſeruatores cognoſcunt de prophanis Ciuilibus, & ad partium petitionem conceduntur, quo caſu nimis reſtringetur facultas ſupplicantium, ſi alium neminem quàm vnum ex illis deputatis in Synodo petere poterit. Præterea Conſeruatores ſunt Iudices ordinarij, ſed illis committuntur cauſæ vt Sedis Apoſtolicæ delegatis, & ita ex ſententia S. D. N. Gregorij XIII. cenſuit Congregatio ſub die 7. Auguſti 1572. vide Silueſt. *in ver. Conſeruator, num.2. & 3.*

β *Per litteras Conſeruatoribus.*] Litteræ ſunt omninò ſublatæ, nec eis quiſquam poteſt ſe tueri, niſi per quinquennium à die publicationis Concil. Tridentini computandum ex Congregatione, ſed de nouo poſtea fuerunt per Sedem Apoſtolicam conceſſæ, in quibus differat hoc decretum à iure antiquo, vide per Auguſtin. de Ancon. *quæſt.55. art.3. & 4.*

γ *Cuiuſcumque dignitatis.*] Debet enim eſſe dignitas in Cathedrali, nec ſufficit ſi ſit Canonicus, vt per gloſ. *in Clem.2. ver. delegatus de reſcr.*

δ *In criminalibus & mixtis.*] quia ad ea quæ indicij imaginem requirunt, poteſtatem ſuam non extendunt, *cap.1. de offic. deleg. lib.6.* vbi gloſ. *in ver. indaginem.* Contra eos autem qui Conſeruatores inducunt ad ea quæ ſunt extra ſuam iuriſdictionem fertur excommunicatio, Tolet. *lib.1. cap.38. verſ. ſexta habetur.*

ε *Nemo etiam.*] Conſeruator immiſcens ſe in iis quæ non ſunt ſui officij ſuſpenditur per annum ab officio, *cap. final. de offic. deleg.*

Digitized by Google

deleg.lib.6. Card. Tolet. *in ſumm.lib.1.cap.14.* & quoad negotia non cepta, eorum officium per obitum concedentis expirat, *dicto cap.1.& cap.fin.de offic deleg.lib.6.*

ζ *In cauſis verò mercedum.*] Sed quæ ſint perſonæ miſerabiles, vide per gloſ. *in cap. 1. in verb. Conſeruatores de offic. deleg. lib.6.* & per Doct. *in cap.1. de poſtulat. Prælat.* Bart. *in lib. cum alia, ff. de leg. dixi ſuprà ſeſſ. 7. cap.14.*

η *Et Regularia loca.*] Conſeruatores Regularium non debent eſſe ex iudicibus, iuxta *cap.10. ſeſſ.25.* Item debent eſſe in aliqua dignitate conſtituti. Item, ſemel electi non poſſunt, niſi in generali Capitulo reuocari, nec habet in eis locum forma à Concilio præſcripta, cùm concedantur in cauſis tam actiuis, quàm paſſiuis.

Congregatio cenſuit Conſeruatorias regularibus conceſſas, quas hîc Concilium ſaluas eſſe voluit, non fuiſſe ſublatas ex decreto Concil. *cap. 20. ſeſſ. 24.* die 18. Ianuar. 1594. Nauarr. *de offic. deleg. conſ. 3. per.*

θ *Ac Vniuerſitatem.*] Conſeruatores Vniuerſitatum non ſunt hoc decreto comprehenſi, neque *infr. ſeſſ. 24. cap. 20.* ſunt abrogati, vt cenſuit ſacra Congregatio.

ADDITIO.

1 *Cùm nonnulli.*] Conſeruatores iſti, an ſint Ordinarij, vel delegati, Zaſ. *in l. more de Iuriſd. omn. iud.* & de his plura Caputaq. *dec.386. par.2.* Abb. *conſ.62. num.5. vol.2.* Vendelinum Schelinchium in excommunicationum forenſium explicatione in cauſis ſuſpicionis *pag.333.* Doct. *in cap. hac conſtitutione de offic. deleg. in 6. & ſuprà ſeſſ.7. cap.14. in fine.*

Ab iſtis Conſeruatoribus ad quem ſit appellandum tradit Bello. *in rubr. de offic. eius.*

Differunt à delegatis in multis, in quibus eſt quòd officialis Epiſcopi, & Canonicus Cathedralis poſſunt eſſe delegati Papæ, non Conſeruatores alicuius Collegij, Vniuerſitatis, vel Ciuitatis à Papa deputati Henric. Godem. *in pract. rub.3.*

2 *Conſeruatoriæ.*] Ad hunc text. vide Paul. Fuſch. *de viſit. lib.2. cap.23. fac.* 404.

3 *Poſſit.*] Non ſuffragantur literæ Conſeruatoriæ mortuo Papa, quoad negotia nondum cœpta Guidop. *quæſt.147.*

4 *Decretum.*] Vide Fol. *num.2. in cap.24. de Refor. ſeſſ. 7.* vbi eſt inductum. *cap. volentes de priuil. in 6.*

CAPVT VI.

Clericorum, ac Perſonarum Eccleſiaſticarum quantumcumque exemptarum beneficium, aut ordinem ſacrum habentium reprehenditur neglectus in geſtanda decenti ſui Ordinis veſte. Et niſi monitis pareant Epiſcopi, priuantur ſuis redditibus, &c.

QVia verò, [a] *α etſi* 1 *habitus* non facit monachum, oportet tamen Clericos veſtes proprio 2 *congruentes* Ordini ſemper deferre, vt per decentiam habitus extrinſeci morum honeſtatem intrinſecam oſtendant: tanta autem hodie aliquorum inoleuit temeritas, religioníſque contemptus, vt, propriam dignitatem, & honorem clericalem parui pendentes; [b] veſtes etiam deferant publicè laïcales, pedes in diuerſis ponentes, vnum in diuinis, alterum in carnalibus. Propterea omnes Eccleſiaſticæ perſonæ, quantumcumque exemptæ, quæ aut in ſacris fuerint, aut dignitates, perſonatus, officia, aut beneficia qualiacumque Eccleſiaſtica obtinuerint, ſi, poſtquam ab Epiſcopo ſuo, etiam per edictum publicum, moniti fuerint, β *honeſtum habitum clericalem*, illorum ordini, & dignitati congruentem, & iuxta ipſius Epiſcopi ordinatio-

a 1. Matiſcon. cap.5.

b Cap. porrectum, & ca. ex parte de reg. Can. vlt. 41. diſt.

nem, & mandatum non detulerint, per ſuſpenſionem ab ordinibus, ac officio & beneficio, ac fructibus, redditibus, & prouentibus ipſorum beneficiorum, necnon, ſi ſemel correpti, denuò in hoc deliquerint, etiam per priuationem officiorum, & beneficiorum huiuſmodi coërceri poſſint & debeant: ſecundùm [c] Conſtitutionem Clementis Quinti, in γ *Concilio Viennenſi* editam, quæ incipit, 3 *Quoniam*, innouando, & ampliando.

c Lib. 3. Clem. de vita, & honeſt. cler. c. 3.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

NOn ferens habitum admonitus non eſt ſuſpenſus, ſed ſuſpendendus.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α ETſi *habitus.*] Profeſſio enim habitus etiam tacita facit Monachum, non autem habitus, *cap. nullus, vbi gloſ. de elect. in ver. expreſsè, lib. 6.* Sed diuiſio habitus, vel ſi habitum coopertum ferat, Apoſtata eſt, Maſcard. *de probat. volum. 1. concluſ. 112. per tot. fol. 115.* præſumitúrque talis qualis eſt, ex habitu, oſtenditur idem volum. *2. concluſ. 845.* quod autem beneficiatus ſine habitu amittat priuilegium clericale probatur iuncto hoc textu in *cap. 6. infrà ſeſſ. 23.* quod ſi non haberet beneficium dic vt ibi; ſed Epiſcopus & clericus debent in habitu ſuo videri, nec ſine illo exire, *21. quæſt. 4. cap. Epiſcopi, & cap. fine,* & de materia, vide *in cap. porrectam, & cap. ex parte, de regularib.* & ſi habitum demiſſum poſtea reaſſumar, gaudet priuilegio clericali. Prax. *in ver. clericus, §. 13. fol. 49.*

β *Honeſtum habitum clericalem.*] Quis dicatur honeſtus habitus clericalis, dic quod Talaris, & aliàs honeſtus pro loco, & qualitate perſonarum, & iuxta Conſtitutiones Prouinciæ Silueſt. *clericus 2. num. 1.* Guidopap. *quæſt. 38.* Couarr. *pratic. quæſt. cap. 31. nu. 8.* Prax. Epiſcop. *in ver. clericus, §. 14. fol. 50.*

γ *In Concilio Viennenſi.*] In Clem. final. de vit. & honeſt. cleric.

ADDITIO.

1 *Habitus.*] An habitus Regularis ſit neceſſarius ad eſſe profeſſionis tradit Franch. *in cap. Conſtitutionem, num. 1. de Regul. in 6.* & de hoc pronunciat, habitus non facit Monachum, ſed profeſſio regularis, Vide Iacob. Libertium *in tract. de habitu Canonic. lib. poſter. fac. 61.*

Et quatenus peccet Monachus, qui per diem, vel noctem iacens dimittit habitum, Iacob. de Graff. dec. aur. *cap. 18. par. 2.*

Et licèt habitus non faciat Monachum, talis tamen quis præſumitur, qualis in habitu reperitur, *l. item apud labeonem, §. ſi quis Virginis, ff. de iniur.* & quando inducat præſumptionem profeſſionis. Franch. *in cap. 1. §. cus verò, num. 1. de Regul. in 6.* infertur ad occidentem Clericum, qui comam nutriebat, nec aliquid deferebat, ex quo pro Clerico cognoſceretur, qui non incidit in Can. *ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4.* Sylueſt. *in ver. excommunicatio 6. num. 2. quando quis ignorans.*

Et an habitus indueat quaſi poſſeſſionem Clericatus, vide apud Franch. *in cap. ſi Iudex laicus, §. non ſit, num. 2. de ſent. excom. in 6.*

2 *Congruentes.*] Dicebat Alex. quod de iure Clerici non habent habitum certum, & determinatum, poſt gloſ. *in Clem. 1. de elect.* refert Sylueſt. *in ver. excercitatio 6. nu. 6. ver. 6.* & quod ſæpè repetitur cautum eos habitum Clericalem ferre oportere, intelligendum eſt de habitu honeſto, & Clericis conueniente, qualis eſt ille qui viro ſeni, & graui, non iuueni, vel hiſtrioni; ſed Franc. *in cap. ſi Iudex laicus, §. idem eſſe num. 10. de ſent. excom. in 6.* dicit habitum Clericalem conſiſtere in duobus, in tonſura ſcilicet, & veſtibus, Vide Bulla Sixti Quinti, Iac. de Graff. *cap. 3. de caſ. conſc. tom. 1.*

Quinimò de rigore iuris nullus color eſt prohibitus Clericis ſæcularibus non Beneficiatis ex eadem gloſ. *cap. 1. de elect.* quam reputat ſingularis Rebuff. *in tract. de priuil. ſchol. priuil. 94. verſ.* Item, & de rigore, & per totum illud *priuil. 94.* Vide quid de

de Clericis peregrinantibus, vel in ſtudio exiſtentibus, illud tamen interim not. quod Rebuff. ſibi contrarius videtur, dum dicit Clericum in ſtudio exiſtentem Peregrinum cenſeri, & hinc probari, quod Clericis ſæcularibus, licet deferre veſtes breues, & cuiuſcumque coloris, vt per eum in primo. Deinde *in verſ. quæro qua veſte, ibi not. tamen.*

Admonet in ſtudio decentibus veſtibus eos vti oportere, cùm verò proficiſcuntur, & reuertuntur ad patriam, quaſi peregrinos peregrina veſte vti poſſe, *arg. gloſ. in cap. Eccleſia 23. diſt.*

Ad hoc *cap. 6.* Vide Læl. Zecch. in ſuo libello caſuum Epiſcopo reſeruatorum, *in 4. caſu poſt. deciſ. caſ. conſc.* Paleot. *fol. 559.* concludit veſtes nigras eſſe debere, & talares interius, & exterius cum corona Ordini conuenietes, & ibi habentur multa de materia huius ca. vide etiam Farinac. *in tract. Crim. tom. 1. quæſt. 8.* & Bullã Leon. X. Datum Kalen. Octobris 1506. quã declarat Boër. *q. 69.* vbi de Clericis in habitu nõ incedẽtes.

3 *Quoniam.*] In Clem. quoniam *de vita & honeſt. Cleric.* interdicitur Clericis, & Religioſis vſus virgatæ, ſeu partitæ veſtis, Epitogij, Tabardi, Caligarum ſcacoatarum, Rubri, aut viridis coloris, ſub pœna ſi Beneficiati circa Sacerdotium fuerint, ſuſpenſionis à perceptione fructuum per ſex menſes; ſi non Beneficiati inhabilitatis ſex menſium, ad beneficia obtinenda, ſi Sacerdotes Curati dignitates, aut perſonatum obtinentes, aut Religioſi idem per annum, his autem non licet vti infula.

C A P V T VII.

Voluntarius homicida, quantumuis occultus, omni Ordine ac beneficio careat: Caſualis autem, aut vim vi repellens, ab Ordinario loci, aut Metropolitano ex cauſa, cognita cauſa, ac probatis precibus diſpenſetur.

1 CVm etiam *α qui* [a] *per 2 induſtriam* occiderit proximum ſuum & 3 *per inſidias*, ab altari auelli debeat, qui ſua voluntate homicidium perpetrauerit, [b] etiamſi crimen id nec ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, ſed 4 *occultum* fuerit, nullo tempore ad ſacros 5 *ordines* promoueri poſſit: *β nec illi aliqua Eccleſiaſtica 6 beneficia, γ etiamſi curam* non habeant animarum, conferri liceat: ſed omni *δ Ordine ac 7 beneficio*, & officio Eccleſiaſtico perpetuò ε 8 *careat*; *ζ ſi verò homicidium* non ex propoſito, 9 *ſed caſu*, vel vim vi repellendo, vt qui ſe à morte 10 *defenderet*, fuiſſe commiſſum [c] narretur: quam ob cauſſam etiam ad ſacrorum ordinum, & altaris miniſterium, & beneficia quæcumque ac dignitates, iure quodammodo diſpenſatio 11 *debeatur*, committatur loci Ordinario, aut ex cauſa Metropolitano, ſeu viciniori Epiſcopo: qui non niſi cauſa cognita, & probatis precibus, ac narratis, nec aliter 12 *diſpenſare poſſit.*

a Exod. 21.

b Cap. Inquiſitionis de accuſat. & cap. cum non ab homine de iudic.

c Cap. ſtudeat 50. d. & cap. ſignificaſti in 6. de homic.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

HOc cap. faciens incapaces Beneficiorum homicidas, non extenditur ad penſiones.

Item, mandans committi homicidium in perſona vnius, ſi committatur in perſona alterius non fit irregularis ex homicidio voluntario.

Item, in homicidio caſuali incurritur irregularitas, quando eſt aliqua culpa, ſecùs non.

Item, qui mandat aliquem percuti ba-

culo, ne occidatur, & ille armis occidit, non eſt irregularis huius capitis.

Item, hoc cap. habet locum cùm vim vi illatam patri, occidit, *ſeſſ. 14. cap. 7. de caſuum reſeruat.*

Item, poſſunt Prælati Regulares in Regulares ſibi ſubditos.

Item, Superiores Regulares inferiores Epiſcopis, qui habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.

Item, Regulares per priuilegia, etiam per mare magnum, non poſſunt abſoluere à caſibus reſeruatis ab Epiſcopo, nec poſſunt abſoluere ad cautelam eos, qui in Bulla Cœnæ Domini.

Item, vi priuilegij Roſarij non poſſunt abſolui Confratres à reſeruatis Epiſcopo, niſi hoc ſpecificetur, vel ſint data poſt Concilium.

Item, in articulo mortis Sacerdotes excommunicati, & denunciati non poſſunt abſoluere.

Item, Sacerdos idoneus, ſed non approbatus non poteſt validè abſoluere conſtitutum in articulo mortis à peccatis mortalibus, ſi poteſt haberi copia Sacerdotis approbati periculo mortis, & multò minùs ſi adſit Parochus paratus abſoluere, niſi adſit cauſa reuocandi Parochum.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *QVi per induſtriam.*] Quid ſi noluit occidere, ſed baculo percutere, tamen ſequuta eſt mors; & dic quod habebitur pro homicida, quia dabat operam rei illicitæ, & idem eſt, ſi voluit tantùm vulnerare, vt conſuluit Nauarr. *par. 2. lib. 5. conſ. 17. & ſeq. de homicid.* An clericus non occidens, ſed aſſiſtens in bello iniuſto exhortans pugnantes ex homicidio ſubſequuto ſit irregularis; & Reſpondeo affirmatiuè. Abb. *in cap. ſignificaſti de homicid.* Maſcard. *de probation. vol. 2. conſ. 159. n. 7.*

β *Nec illi aliqua Eccleſiaſtica beneficia.*] Hæc incapacitas extenditur etiam ad penſiones, Nauar. *de homicid. conſ. 34. num. 2.* Rebuff. *de reſcr. rehab. num. 2. fol. 443.*

γ *Etiamſi curiam.*] Ideò additum, ne poſſint hodie Epiſcopi diſpenſare cum homicida voluntario circa beneficium ſimplex, quod antea poterant, Abb. *in cap. fin. de cleric. pugnant. in duel.* Silueſt. poſt Hoſtien. *homicidium. 3. num. 11. ver. ſexto, Epiſcopus.* Item additur quia inducitur vacatio beneficiorum declarando opinionem Doctor. *in cap.* Inquiſitionis de accuſat. Franc. Turzan. comm. opin. *concluſ. 102. contr. opin.* Felin. *in cap. de quarta col. 10. de praeſcript.* Nauarr. *par. 2. lib. 5. de homicid. conſ. 17. in fin.* Clericus autem homicida non eſt priuatus beneficio ipſo facto, ſed venit priuandus, & ideò poteſt vſque ad ſententiam diſponere de beneficio, & fructibus, comm. *contr. commun. quæſt. 568.* Nauarr. *de homicid. conſ. 13. num. 2.* Quando dicatur homicidium voluntarium, Tolet. *lib. 1. cap. 79. ver. hæc dicta ſunt.*

δ *Ordine.*] Eſt ergo irregularis, etiamſi occultus ſit, de quo latè per Maiol. *de irregul. lib. 5. cap. 48. fol. 441.* & ibi an inducat vacationem ipſo iure, & quid de mandante, ſuadente, adiuuante, ratum habente, cauſam dante, negligente, Diaz. *in prax. can. 1. 56.* Silueſt. *homicidium 3. quæſt. 8. verſ. Quartum in fine.*

ε *Careat.*] An ſit priuatus ipſo iure per hæc verba ſicut in fine, *ſeſſ. 23. cap. 6.* ibi non gaudeat, & dic quod non, vt ſuprà, ſed priuatur per ſententiam. Diaz. *in ver. homicidium, quæſt. 88. ver.* Item propter hoc Rebuff. *in prax. benef. de modo amitten. benef. num. 56. fol. 359.* Iul. Clar. *in §. final. quæſt. 73. ver. Item clericus*, niſi ſit homicidium qualificatum, vt aſſaſſinium, vel parricidium, Ancar. *conſ. 150.* Felin. *in cap. Inquiſitionis num. 5. de re iudic.* Petr. de Bars. *in direct. elect. par. 2. cap. 3. num. 2.* Maſcard. *de probation. volum. 1. concluſ. 138. num. 7. fol. 132.*

Rurſus ad quem ſpectat collatio dicti beneficij vacantis per priuationem, & dic quod ad eum ad quem aliàs pertineat collatio, *cap. pro humani, §. ſacri de homicid. lib. 6.* quia de iure communi Epiſcopus ſuper collatione beneficiorum habet intentionem fundatam, Staphil. *de litter. grat. num. 23. & 27. fol. 5.* & talium beneficiorum non habetur in iure aliqua generalis, vel ſpecialis reſeruatio, prout enumerat Rebuff. *in prax. de reſcript. & inſt. ſub tit. de reſeruation. general. fol. 87. per tot.* & aliquas enumerat Ferrett. *conſ. 17. num. 21.* & idem Rebuff. *de ſer. ſignat. ver. aut conſtitutionem execrabilis, fol. 109.* & ſi eſſet electiuum beneficium, pertineret electio ad electores, Felin. *in dicto cap. Inquiſitionis, §. ad petitionem*

nem num. 13. *fol.* 196. Nec poteſt Epiſcopus ſolùm conferre beneficium, ſed poteſt priuatum ab eo expellere, Ferrett. *conſ.* 82. *num.* 3.

ζ *Si verò homicidium.*] Quatuor modis dicitur homicidium voluntarium. Primò ſi fiat appenſatè, vt in prima parte huius text. & hoc eſt indiſpenſabile. Secundò ſi fuit cum aliquo exceſſu inculpatæ tutelæ ſine voluntate occidendi, vt in fine prædicti text. & hoc diſpenſabile, licèt non ſine aliqua difficultate. Tertiò ſi fiat ab infante, vel furioſo, quia tunc fit ſine culpa, indiget tamen diſpenſatione, vt per Nauarr. *de tempor. ordin. conſ.* 38 Gregor. VII. Papa *lib. 1. epiſt. 33. fol.* 577. homicidium abſolutione indignum exiſtimat, ſed Eccleſiaſticis ſtipendiis ſuſtentari præcipit idem Nauar. *ibidem conſ.* 13. *in fin.* ſi verò ſit caſuale, & non dabatur opera rei illicitæ, non incurritur peccatum mortale, nec irregularitas, quæ non incurritur ſine peccato mortali, Theſaur. Foro Eccleſiaſtic. *ead. part.* 3. *cap.* 40. *num.* 42. *cum ſeq. fol.* 702.

An percutiens, ſed non mutilans, vel occidens, licèt percutiat in facie ſit irregularis, & dic quod non, quia irregularitas ſequitur factum, id eſt mortem, vel mutilationem, Nauarr. *in Summ. cap.* 27. *nu.* 207. & conſuluit *par. 2. lib. 5. de homicid. conſ.* 19. *&* 20.

An mutilanti, ſed non occidenti teneat collatio facta, dic negatiuè, Nauarr. *cap.* 27. *num.* 206. Prax. *in ver. quintum dubium fol.* 33. *à tergo per Clemen. vnic. de homicid.*

An mandans committi homicidium in perſonam vnius, ſi ſequatur in perſonam alterius, intelligitur incidiſſe in irregularitatem quæ contrahitur ex homicidio voluntario, adeò vt ſuper eo, nec diſpenſari debeat, ac ſi eſſet homicidium occultum, & in foro conſcientiæ, iuxta *cap.* 6. *ſeſſ.* 24. Pro affirmatiua, dicimus eum eſſe irregularem: nam mandans, vel conſulens fieri homicidium etiam iuſtum ſuper aliquo caſu, fit irregularis, Speculat. *de diſpenſat.* §. *iuxta, ver. ſed quæritur.* Ergo multò magis in homicidio per text. in gloſ. *in cap. perniciosè, de pœnit. diſt. 1. & cap. ſicut, vbi gloſ. in* §. *clericus, de homicid.* Secundò ſi homicidium ſequitur in perſonam eius quæ occidi mandabatur, ſed in perſonam mandatarij, efficitur mandans irregularis, *cap. final. de homicid. lib.* 6. Abb. *in cap. ad audientiam, eod. tit.* Silueſt. *homicid. 1. quæſt.* 8. *verſ.* 5. Tabien. *irregularitas* 2. *num.* 12. *contr. ſent.* Hoſtien. & Speculat. Maiol. *de homicid.* § 3. *num.* 4. *fol.* 451. ergo idem in quolibet alio non cogitato, quia dabat operam rei illicitæ, veluti ſi quis iaciat lapidem in Flaminium, & percutiat Horatium, iaciens efficitur irregularis, Tabien. *irregularitas* 3. *num. 2. argum. l. ſi cum ſeruus, de iniuria, iuncta, l. ſcientiam,* §. *ſi deferendi, ad l. aquil.* & volens percutere laïcum, ſi clericum percutiat excommunicatus eſt, Silueſt. *excommunicatio, 6. ver. ſciendum eſt.* Si ergo eſt homicidium voluntarium, ſequitur, vt in eo non poſſit Epiſcopus diſpenſare etiamſi occultum, quia non diſpenſatur cum homicida voluntario, *cap. minor. diſt.* 50. Nauar. *de homicid. conſ. 17. in fin.* Speculat. *de diſpenſ.* §. *iuxta, ver. quam autem. per cap. vltimum de tempor. ordin.* gloſ. & Doctor. *in cap. ex tenore, eod. tit. & cap. Inquiſitionis, de accuſation.* Silueſt. *homicidium 3. quæſt. 8. ver. quartum, in fin. per hunc text.* ſed propoſito dubio in Congregatione de menſe Ianuar. 1587. placuit contraria ſententia iuxta opinionem Speculat. & Hoſtien. quia licèt talis ſit irregularis, non per hoc tamen dicitur homicida voluntarius in caſu permiſſo, cum nulla fuerit voluntas ad occidendum talem hominem, ponderando hunc text. *ibi per induſtriam, & ibidem ſua voluntate,* & idcircò Papa diſpenſat cum eo. & Epiſcopus in caſu occulto etiam diſpenſare poteſt.

An irregularis, ex cauſa abortus, cenſeatur ex cauſa homicidij voluntarij & non poſſit, niſi per Papam abſolui. Hodie per Bullam Sixti Quinti dic affirmatiuè, olim erat cum diſtinctione, ſi partus fuiſſet animatus, vt conſuluit, Nauarr. *par. 2. lib. 5. de homicid. conſ.* 22. Quid ſi ſaltando cum muliere dedit cauſam abortui, vel conſuluit ei ſanguinis emiſſionem, & dic cum diſtinctione, vt per eundem Nauarr. *ibidem conſ.* 23. *& ſeq.* Congregatio cenſuit ex homicidio mere caſuali cum nulla penitus fuerit admiſſa culpa, & in quo non dabatur opera rei illicitæ nullam oriri irregularitatem, die 25. Iunij 1599. ſed ſi ex ludo niuis, vel pugnis aliquis moriatur Diaconi qui cum eo ludebant, eúmque percuſſerunt, ſunt irregulares.

ADDITIO.

1 *Cum.*] Ad Materiam huius cap. vide Alphon. Aluar. *in ſpecul. ſummorum Pontificum, cap.*38. Cuech. *lib.* 4. *inſt. max. tit.*12.

De quadruplici genere homicidij, & quod occidens Bannitos auctoritate Apoſtolica ſit irregularis, & cum eo tamen facilè diſpenſatur, Nauarr. *de temp. ordin. conſ.* 38. *lib.* 2. *cap.* 67. *tom.* 1.

Super homicidio voluntario non diſpenſant Prælati Regulares, cum reis, ſicut nec ſuper mutilatione, & bigamia, quamuis habeant priuilegia diſpenſandi ſuper aliis irregularitatibus, quæ diſpenſatio eſt regulariter Papæ reſeruata, Nauarr. *conſ.* 9. *de æt. & qualit.* & prodeſt diſpenſatio obtenta à ſubdito, etiamſi poſtea à Religione reductus fuerit, vt *ibi num.* 1.

Ampliandus etiam videtur textus hic in Clerico, qui voluit aliquem interficere, licèt eum non interficeret, quia non potuerit, quoniam irregularis cenſetur, ſecundùm *gloſ. vlt. in cap. periculosè, de pœnit. diſt.* 1. quàm ſequitur Hipp. Marſil. *in l. vnic. num.* 251. *C. de rapt. Virg.*

Huic ampliationi aduerſatur Syluest. *in verb. homicidium* 3. *in* 3. *irregular. num.* 2. vbi dicit quod ad incurrendam irregularitatem lex promotionis factum requirit, *arg. cap. vlt.* 15. *quæſt.* 1. ſaltem alienum, cum quo qui ſaltem participat, verbo, vel ſigno æquiualenti, vt præcepto, vel ratihabitione, & vide eundem ibidem, & *in verb. homicidium* 2. vbi multa de hac irregularitate, & eius Regularis perpendendis contra, & Alphon. tenuit etiam Iac. de Graff. *d. cap.* 91. Couarr. *in Clem. Alma mater, par.* 2. §. 5. *de homicid.* vide Bolog. in §. *morte, de non. oper. nunc.*

2 *Induſtriam.*] De hac homicidij irregularitate voluntarij, & iuſti, vt iodices cum de miniſtris iuſtitiæ, & conſulentibus in genere, vel in ſpecie, tùm de legiſlatoribus, tùm de mutilantibus ſemetipſos, vide Iac. de Graff. *d. cap.* 61. de procurantibus abortum cum explicatione Bullæ Sixti V. *idem cap.* 62.

3 *Per inſidias, &c.*] Veluti proditoris, vt veneno, ita exemplificat occidere per inſidias, & per induſtriam, Anch. *in cap.* 1. *num.* 1. *de homicid.* & nota quod dictio etiam implicat id quod eſt minùs dubium, ſcilicet impedimentum promotionis, & ideò bona videtur interpretatio, quod hic textus loquatur de promouendo, non de promotis, quod ſæpè ſequutus fuit S. D. Noſtri Clementis Octaui.

4 *Occultum.*] Incurritur irregularitas propter homicidium, etiam occultiſſimum, etiamſi non poſſit, niſi per Confeſſionem probari. Couarr. *in Clem. ſi furioſus in* 2. *part.* 2. *electi.* §. 3. *num.* 2. *verſ. nos verò de homicid.*

5 *Ordines.*] Non poteſt Epiſcopus diſpenſare in irregularitatibus prouenientibus ex homicidio voluntario, ſiue occulto, ſiue manifeſto, neque ad Ordines Minores, neque ad Beneficium ſimplex obtinendum. Nauarr. *d. cap.* 27. *num.* 197. *verſ.* 7. *& num.* 240. *& tom.* 2. *conſ.* 17. *de homicid. cum aliis per Sacram. d. cap.* 7. *num.* 14. contra Martin. Ledeſm. & Midin.

6 *Beneficia.*] Notandum eſt, quod de iure homicida etiam voluntarius non eſt priuatus ipſo iure Beneficio, ſed venit priuandus per ſententiam ſecundùm communem, de qua Couarr. *in dicta Clem. ſi furioſus in* 2. *par. relect.* §. 3. *num.* 6. Quinimò etiam contra, inſtituta accuſatione Beneficio renunciare poteſt, vt per eum *nu.* 7.

Immò nec condemnatus de homicidio intelligitur priuatus, ſi in ſententia de priuatione nihil dicatur, & occaſione iuris ſibi in Beneficio competentis tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio agere poterit. Put. *deciſ.* 233. *lib.* 2.

7 *Beneficio.*] Vide Couar. *vbi ſuprà d.* §. 3. *num.* 4.

8 *Careat.*] An hoc verbum importet Canonem latæ ſententiæ. Vide apud Tiraq. *in lib. ſi vnquam, num.* 15. *&* 28. *C. de reuoc. donat.*

9 *Sed caſu.*] Ex quibus iudicetur cauſale homicidium, Iof. de Anan. *in cap. dilectus* 3. *num.* 3. *de homicid.* Couarr. *in d. Clem. ſi furioſus*, §. 4. *de homicid. in* 2. *par. relect.*

Et notandum in hac materia quod homicidium commiſſum à Iudice habetur pro caſuali, & idem videtur dicendum, ſi occideret pro defenſione ad euitandam mutilationem membri, Couarr. *vbi ſup. par.* 3. §. *vnic. num.* 1.

Concilium intelligit de homicidio caſuali quod eſt voluntarium ſolùm indirectè, & in cauſa, vnde ſi quis mandat alicui vt

vt verberet, aut percutiat, itaut non occidat illum, ſi mandatarius occidat, eſt homicidium caſuale diſpenſabile ab Epiſcopo, Nauarr. *in manual.cap. 27. num.*140. *& conſ.*27.*de homicid.* Henric,*lib.*14.*cap.*19.§.3. *in annot.litt.C.*Greg.Sayra in ſuo Theſauro *caſ.conſc.lib.*7.*cap.*7.*num.*8.*fol.*292. vbi ponit alia exempla.

Quid de occidente pro defenſione rerum Couar.*d.*§.*vnic.num.*6.Vide Bero.*in c. ſuper eo, de vſur.* & pro defenſione rerum contrariarũ in mutilatione, Alphon.Aluar. *in ſpec.Princ.cap.*38. *reg.* 37. & ibi de defenſione rerum.

10 *Defenderet.*]Amplia vt celebrans dimittere poſſit ſacrificium,& interfecto aggreſſore immediatè illud perficere poſſit, Alphon.Aluar.*vbi ſuprà cap.*41.*not.*13. Marſil.*in rubr.de fideiuſ.num.ad hoc cap.* 7. Vide Viu.*lib.primo opin.*369.*num.*39.vbi dicit Papam diſpenſare poſſe cum homicidio voluntario laico,ſecùs Clerico, ſed hic textus,quo vtitur,non probat magis in Clerico, quàm in laico, immò ſi intelligendus eſt de promouend. *vt ſuprà.*

11 *Debeatur.*] Hinc colligere licet,quod quædam diſpenſatio eſt debita, quædam generoſa, ſeu permiſſa,inter has diſpenſationes hoc ineſſe videtur, quod quando eſt debita peccat ſuperior, qui eam denegat, ſecùs quando eſt permiſſa, Paul. Borga.*de irregul.par.*6.*de homicid.num.*15.*fol.*264.

Aduertendum eſt etiam circa homicidium commiſſum ad euitandam mortem, quod hoc caſu non videtur homicida incurrere irregularitatem Clem.*ſi furioſus de homicid.* & ibi Doct.& ideò hic textus intelligendus videtur, quando culpa aliqua homicidæ imputari poteſt; ad hoc faciunt quæ tradit Paul.Borga.*de irregul. par.*6. *tit. de homicid.num.* 5. dum ait,quod committens homicidium ex neceſſitate ineuitabili in quã ſine eius culpa incidit,non incurrit irregularitatem, ſecùs ſi eius culpa interceſſerit,ſubdit tamen quod ſine diſpenſatione remanet in ſuo ordine,ſed ad alios non promouetur,ita docet Gregor. de Valent.*tom.*4.*diſput.*7.*quæſt.*19.*num.*3.§. 5. Tolet.*lib.*1.*Iuſtruct.Sacer.ca.*13.Cau. *in manual. cap.* 27. *num.* 139. vbi ait ita fuiſſe deciſum in ſacra Pœnitentia, & refert Sayr. *cap.*7. *num.*22.

Quantum verò ad homicidium caſuale diſtinguitur, aut homicida dabat operam rei illicitæ,& fit irregularis,ſiue adhibuerit diligentiam, ne homicidium committeretur,ſiue non, aut dabat operam rei licitæ, & tunc aut non adhibuit diligentiam, & tunc ſecùs. Ioſ.de Anan. *in cap.ad Audientiam* 12.*num.*15.*de homicid.*

Et in hoc vltimo caſu ita declarauit ſacta Congregatio,Couar.*in d. Clem.*1.*de homicid.par.*2.§.5.

12 *Diſpenſare poſſit.*] Epiſcopus non poteſt diſpenſare ſuper irregularitate contracta ex homicidio voluntario, & non culpabili, etſi homicidium occultum ſit, etiam quoad forum conſcientiæ, ita intelligunt hunc textum Nauarr.*in manual.cap.* 17.*in fin.* & Flor.Diaz.*pract. quæſt. lib.primo quæſt.*9.*num.*13.

CAPVT VIII.

Epiſcopus ex priuilegio potens punire ſubditos alienos, non puniat clericos alienos reos criminum etiam atrocium, niſi ex proprij clericorum Epiſcopi, aut perſonæ ab eo deputandæ interuentu.

PRæterea [a] quia nonnulli, quorum etiam aliqui 1 *veri* ſunt Paſtores, ac proprias oues habent, alienis etiam ouibus præeſſe quærunt, & ita alienis ſubditis quandoque intendunt vt ſuorum curam negligant, quicumque, etiam Epiſcopali præditus dignitate, qui alienos ſubditos puniendi priuilegium habuerit, contra Clericos [b] ſibi non ſubditos, præſertim in ſactis conſtitutos, quotumcumque etiam atrocium criminum reos, niſi tum proprij ipſorum Clericorum Epiſcopi, ſi apud Eccleſiam ſuam

[a] Supr. c. 2.& Seſſ.6. ca. vlt.

[b] Concil. Magunt. ſub Arnulpho Imper. cap. 14.& 15.

ſuam reſederit, aut perſonæ ab ipſo Epiſcopo deputandæ interuentu nequaquam procedere debeat: aliàs proceſſus,& inde ſecuta quæcumque viribus omninò careant.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

HOc cap.loquitur de alieno delinquẽti in aliena Diœc.& nõ in loco,quia Epiſcopus loci delicti poteſt punire de iure communi,*cap. poſtulaſti, & cap. vlt. de foro compet.*

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

ET ita alienis ſubditis, nec enim in exemptos iuriſdictionem exercent, *cap.cum Epiſcopus offic.ordin.lib. 6.* & Clem. *Archiepiſcopos, de poſt text. in cap. luminoſo 18.quæſt.2.*

ADDITIO.

1 *Veri.*] Indicat Epiſcopos Titulares non eſſe veros Paſtores, quod porrigi poteſt ad omnes alios, qui habent nomen alicuius dignitatis, vt ad Comites, & ſimiles, de quibus *in conſ. primo Colleg. Bononien. num. 60. cum ſequent. poſt Conſil. Zabarell.*

CAPVT IX.

Beneficia vnius Diœceſis nullo prætextu vniantur beneficiis alterius Diœceſis.

1 ET quia [a] iure optimo diſtinctæ fuerunt Diœceſes, *a & parochiæ*, ac vnicuique gregi proprij attributi Paſtores, & inferiorum Eccleſiarum Rectores, qui ſuarum quiſque ouium curam habeant, vt ordo Eccleſiaſticus non confundatur,aut vna & eadem Eccleſia 2 *duarum* quodam modo diœceſium fiat,non ſine graui eorum incommodo, qui illi ſubditi fuerint: beneficia vnius diœceſis, etiamſi parochiales Eccleſiæ, Vicariæ perpetuæ, aut ſimplicia beneficia, ſeu præſtimonia, aut præſtimoniales portiones fuerint, 3 *etiam ratione* augendi cultum diuinum,aut numerum beneficiatorum, aut alia quacumque de cauſa, alterius diœceſis beneficio, aut monaſterio, ſeu collegio vel loco etiam pio perpetuò non [b] vniantur: decretum huius ſanctæ Synodi ſuper huiuſmodi vnionibus in hoc declarando.

a Dionyſio. Papa. Vide c. Conſtantino. cap. primis, c. Eccleſias. 13. q.1. ca. paſtoral.de his quæ fiunt à præl.& infr.Seſ.24 de refor.c.13. in fin.& ca. 17.

b Supr. Seſſ.7. cap. 6. & 7 & infr.Seſ.24 de ref. cap.13.& 15.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

PArochia quandoque vocatur Diœceſis, quæ poteſt conſtitui per ſolum Epiſcopum, & inter vnius fines non poteſt alia Cappella, vel Parochia conſtitui in præiudicium ipſius.

Item, Beneficia vnius Diœceſis Beneficiis alterius Diœceſis vniri non debent.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a ET parochiæ.] *Cap.3. quæſt.1.cap.Eccleſias diſt.8.cap.Epiſcopi.*Abb.*in rubr.de Paroch.*Nauar.*in cap.ad Apoſtolicæ,de paroch.* quæ per ſolum Epiſcopum conſtitui poteſt, *cap. nullus omnino 16.quæſt. 7.* & cum diſtincti ſint ipſius fines alia Capella, vel Eccleſia intra eos in parochiæ præiudicium conſtrui non poteſt, *cap.Eccleſiæ, &*

cap.

cap. quicumque 16. quæſt. 1. argum. cap. paſtoralis, de his quæ fiunt à Prælat.

ADDITIO.

1 *Et quia.*] Vide *cap. Epiſcopi, 80. diſt. A. S.*

2 Duarum.] Quinque modis fit vnio, vt per Anchar. *in cap. 1. num. 3. extr. ne ſed. vac.* Hoſtien. *eod. tit. in ſumm. §. vlt.* Caccialup. *de vnio. art. 2.* & vide illas ſpecies, quia ex hac ratione dignoſcitur an in qualibet ſpecie hic text. locum habeat.

De Vnione Eccleſiarum diuerſarum Diœceſum agit Caccialup. *in d. tract. art. 6. num. 8. & 9. & in dec. diuerſ. par. 3. lib. 2. decif. 15.*

Notandum videtur quod quando fieret vnio de conſenſu Diœceſanorum, quia poſſunt ſibi præiudicare, videretur dicendum, quod valeret vnio, tunc enim non eſſent Eccleſiæ ſub diuerſis Diœceſanis, vide Caccialup. *vbi ſuprà art. 8. nu. 11. ver. 16.*

Et vide Anchar. *in Clem. vnic. num. 1. fol. 51. de reb. Eccleſ. non alienandis*, vbi dicit quod Eccleſia vnius Diœceſis poteſt vniri alterius Diœceſis Eccleſiæ, & notandum non eſſe confundendos Epiſcopatus, de quo in *cap. cùm ſint, & ibi gloſ. de decim.*

3 *Etiam ratione.*] Vide *Conc. Cloricen. de Sacram. ordin. §. verum, & §. Reſtat, Conc. Tolet. 4. cap. 32. 1. tom. de eodem, ſacr. lect. 7.* Nauarr. *in cap. placuit. in primo de pœnit. diſt. 6. Dun. Reg. 72. A. S.*

CAPVT X.

Regularia beneficia conferãtur nonniſi Regularibus actu, aut qui eſſe debeant.

REgularia [a] beneficia in titulum Regularibus profeſſis prouideri conſueta, cum per obitum, aut reſignationem, vel aliàs illa in titulum obtinentis vacare contigerit, 1 *religioſis* tantùm 2 *illius Ordinis*, vel iis, qui habitum omninò ſuſcipere, & profeſſionem emittere teneantur, & non aliis, 3 *ne veſtem* lino, lanáque contextam induant, conferantur.

[a] Cap. cum de beneficio, de præbend. in 6. & inf. Seſ vlt. cap. 21. circa mediũ de reg. & mon. Deut. 22. c cum cau. tam de elect. & ca. quidem de Apo.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

NOn ſolùm à Papa, ſed Ordinariis Beneficia conſtituta dari profeſſis Regularibus poſſunt conferri laïcis, qui teneantur omninò habitum ſuſcipere, & profeſſionem facere, ſed ex prouiſione non apponant ex nunc, pro tunc.

Item, Regulares hodie non ſunt incapaces Beneficij ſimplicis, Concilium Lateranenſe, non obſtante *cap. quod Dei timorem, de ſtat. Monac.*

Item, Ordinarij inferiores non poſſunt conferre Abbatias, vel Beneficia adminiſtrationem habentia, niſi profeſſis, iuxta Canones.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

NOn procedit hic textus in Curia, ſi Beneficia huiuſmodi careant cura, & conuentu, dummodò conſueuerint commendari, nec obſtat *tex. infr. ſeſſ. 25. cap. 21. de Regular.* quia loquitur de illis quæ ſuos Conuentus habent.

De differentia inter beneficia ſæcularia, vide per Lap. *alleg.* 84. & Mandoſ. *reg. 3. canc. quæſt. 10. num.* 5. & decem anni ſufficiunt, vt fiat ſæculare, quadraginta pro regulari, Nauarr. *de præbend. conſ.* 3. Prax. *in ver. beneficia, ad primum poſt princip.* Rota *deciſ. 32. in nou.* Staphil. *de litter. grat. forma octaua expectat, num.* 3. & breuius tempus ſufficit in ſæculari, quia facilius reuertitur ad naturam ſuam, Staphil. *de litter. grat. forma* 10. *num.* 2. Hanc quæſtionem latè examinat. Maſcard. *de prob. vol. 5. concl.* 172. *fol.* 156.

per deciſ.Rot. 460. Quæritur quantati temporis in nou. vbi tenet requiri tempus 40. annorum etiamſi conſuetudo ſit ſecundùm Inſ.

Monachi curam animarum miniſtrare non poſſunt, *cap.1. de capell. Monach.* Rot. Verall. *par.1. deci* 87. Nec Canonici Regulares. Quarant. *de Canonic. regular. fol.* 127. *ex Congregationis ſententia.*

Item qualitas beneficij, an ſit conuentuale, vel non, eſt exprimenda, ſecùs ſi ſit qualitas de iure non conſiderabilis, Rot. Veralli. *par.3. dec.* 245. Regularia vacantia in Curia reſeruata per Extrauag. ad regimen. Put. *lib.3. deciſ.* 190. aliàs non quia non deuoluuntur, *idem ibidem deciſ.* 180.

Beneficia omnia præſumuntur ſæcularia de iure communi, & aſſerenti eſſe regulare incumbit onus probandi, altero ex duobus modis, vel ex prima datione beneficij, vel ex eo quod per regulares fuit rectum ſpatio quadraginta annorum. Roman. *conſ.*32. *miles beneficia omnia.* Nauarr. *de præbend. conſ.*8. *vel conſ.* 3. *num.* 1. *comm. contr. commun. quæſt.* 282. *num.*11.

Regulares non ſunt capaces beneficiorum ſæcularium ſine diſpenſatione, Nauar. *de ſtat. Monach. conſ.* 11. *num.*1. & hanc eſſe communem opinionem etiam de Monachis tenet Speculat. *aur. comm. opinio. quæſt.* 281. *fol.*200. non obſtante opinione aliquorum per rationes, quia ſunt mortui mundo, quia per profeſſionem beneficia ipſorum vacant.

Congregatio Concilij cenſuit, ſi beneficium ſit ſæculare nihil ſubeſſe difficultatis, vt prouiſus non teneatur habitum Religionis ſuſcipere, & profiteri. Quod ſi à principio fuerit regulare, & poſtea immutauerit ſtatum, concurrentibus his quæ à iure communi requiruntur ad induendum huiuſmodi mutationem: itidem cogi oratorem non poſſe, vt habitum religionis aſſumat, in ea profiteatur, quod ſi beneficium ſit regulare, taléque nunc permaneat collationem oratori, qui ſæcularis eſt, eámque de ſæculari factam viribus carere ſexta Iulij 1600.

Eadem Congregatio decreuit, milites Regulares ſancti Iacobi de Spata alios huiuſmodi non emittentes omnia tria vota, ſubſtantia videlicet paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ, non eſſe incapaces beneficiorum ſæcularium, ſiue ſimplicium, ſiue Curatorum, neque etiam penſionum, die 10. menſis Nouembris 1600.

ADDITIO.

1 *Religioſis.*] Bal. *in l. venditor 14. in addit. num.*1. *ff. ſi ſeruitus vendic.*

2 *Illius ordinis.*] Capaces ergo beneficiorum ſæcularium non ſunt capaces Regularium, facit ad quæſtionem, quidam inhabilis effectus ad illicitam fructuum perceptionem habilitatus fuit, ad Beneficia ſæcularia, an ad Regularia habilis ſit, quod non Rebuff. *de diſpen. Regul.* ſicut nec è contra *num.*70.

3 *Ne veſtem.*] hinc fortè duxit argumentum Nauarr. *conſ.*9. *num.*1. *de præbend.* quod ſæcularia Beneficia Regularibus non ſunt conferenda.

Excipit Canonicos Regulares, qui virtute diſpenſationis, de qua in *cap. quod Dei timorem, de ſtat. Monach.* ſine aliqua diſpenſatione ſecundùm communem. *eod. conſ.*9. *num.*2. *de ſtat. Monach.*

Hæc exceptio non videtur procedere in tranſlato ad ordinem Regularium Canonicorum, per *text. cap. ſeq.*

Et quando profeſſus Religionem poſſit aſſumi ad Eccleſiam ſæcularem, vide apud Præpoſit. *in cap. hoc nequaquam num.* 3. 7. *quæſt.*1.

De diſpenſatione cum Regularibus ad Beneficia ſæcularia, vide Mandoſ. *in ſing. Grat. tit. de diſpenſ. in verb. Monachis, & pluribus ſeq.* & Incur. fratres, vbi de fratribus ſancti Ioannis Hieroſolymitan.

CAPVT

CAPVT XI.

Nullus admittatur ad profeſſionem, niſi vt in Ordine in quem transfertur, ſub obedientia maneat, & beneficiorum ſæcularium, etiam curatorum incapax exiſtat.

QVia verò Regulares, ᵃ *α de vno ad alium Ordinem* tranſlati, facilè à ſuo Superiore licentiam ſtandi extra monaſterium obtinere ſolent, ex quo vagandi, & apoſtatandi occaſio tribuitur: nemo cuiuſcumque Ordinis Prælatus, vel Superior vigore cuiuſuis facultatis aliquem ad habitum, & profeſſionem admittere poſſit, niſi vt in Ordine ipſo, ad quem transfertur, ſub ſui Superioris obedientia in *β clauſtro perpetuò* maneat, ac taliter tranſlatus 1 *etiam ſi* 2 *Canonicorum Regularium* fuerit, *γ ad beneficia ſæcularia*, etiam 3 *curata*, omninò 4 *incapax* exiſtat.

ᵃ Additio ad cap. 27. Conc. Agathenſis.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

FRatres ex aliqua religione in Carthuſienſes tranſlati poſſunt eſſe in Clauſtris Priores, & extra Procuratores.

Item, contra Regulares tranſlatos ex vna in aliam Religionem, & vagantes agit Epiſcopus hic, & in Bulla Pij V.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

IN huius decreti obſeruationem emanauit ſub Pio Quinto Bulla Quęcumque ſacrarum, pridie Idus Octobris 1569. anno eius quarto, cum ampliſſima derogatione, & abrogatione omnium priuilegiorum ſuperioribus, & locis quorumcumque Regularium, & Militiarum conceſſorum recipiendorum, vel retinendorum fratres Monachos Canonicos, & alios etiam laicorum Ordinum profeſſores, quorũ opera in curandis infirmis, gerendiſque eorum locorum rebus, & negotiis vtuntur.

α De vno ad alium Ordinem.] *Infr. ſeſſ. 25. de regul. cap. 4. & 19.* & in exequutionem huius textus, vt ſuprà, vide Bullam 91. Pij V. & Fuſcum *lib. 2. c. 17. per tot.* niſi tranſlatus ſit ad religionem laxiorem cum cauſæ cognitione, quia tunc Bulla prædicta non habet locum, Nauar. *de Regul. conſ. 59.*

β In clauſtro perpetuò.] Niſi ex iuſta cauſa à Papa, vel à ſuo ſuperiore diſpenſentur ad manendum extra. Nauarr. *de regul. conſ. 68.*

γ Ad beneficia ſæcularia.] ſecùs de beneficiis regularibus illius religionis ad quam transfertur de licentia. Nauarr. *ibidem conſ. 57. & conſ. 66. num. 2.*

ADDITIO.

1 *Etiamſi.*] Iſta dictio *etiam*, explicat caſum magis dubitabilem, quia cum Canonicis regularibus videtur generaliter diſpenſatum, vt ſæcularia obtinere poſſint, per *text. in cap. quod Dei timorem, de ſtat. Monach.* Abb. *ibi de communi*, Nauarr. *conſ. 9. num. 2. de præben.* cui diſpenſationi hic quantum ad eos, qui in ordinem Canonicorum regularium tranſlati fuerint, derogatum videtur.

2 *Canonicorum Regularium.*] Canonico Regulari de licentia ſui ſuperioris poteſt conferri Beneficium ſæculare curatum, vt dixi latè in *ver. Can. fol. 24. num. 63.* in meo Repertorio.

3 *Curata.*] Vide Apoſtill. præcedenti Capitulo.

4 *Incapax.*] Patet hinc quod Canonici Regulares non tranſlati non ſunt omninò incapaces, vt dixi *in ver. etiam*, & ratio eſt, quia eis Beneficium Curatum ſæculare conferri poteſt, ſed ſequitur diſpenſatio ſaltem Epiſcopi. Caput. *dec. 85. par. 1.*

Aa a Ad

Aduerte quod nec per Cancellariam expediuntur litteræ diſpenſationis ipſis Regularibus, teſte Staphil.*de lit.grat. fol.* 20. *verſ. ſed ſi dat gratiam*, Gomes. *de grat. expectat.num.7.*

CAPVT XII.

Solus competenter ex ſuis dotans, aut de nouo Capellam fundans, ius patronatus obtineat.

NEmo, etiam cuiuſvis [a] dignitatis Eccleſiaſticæ, vel ſæcularis, quacumque ratione, niſi Eccleſiam, beneficium, aut Capellam de nouo fundauerit, & *α conſtruxerit*, ſeu iam erectam, quæ tamen *β ſine ſufficienti dote* fuerit, de ſuis propriis, & patrimonialibus bonis competenter dotauerit, [b] ius patronatus impetrare, aut obtinere poſſit, aut debeat. *γ In caſu autem* fundationis, aut dotationis huiuſmodi *δ inſtitutio Epiſcopo*, & non alteri inferiori 1 *reſeruetur.*

a Seſſ. 25.c.9.

b Ca. piæ mētis cū ſeq.16. q.7.& c nobis de iure patro. & inf. Seſ.vlt. c.9.in princ.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

HOc decretum intelligitur de Iure patronatus in futurum acquirendo, & non de acquiſitis ante Concilium.

Item, Vicarius Capituli, Sede vacante, non poteſt inſtituere præſentatum à patronis.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α C*Onſtruxerit.*] Conſtructio Eccleſiæ dirutæ probat Iuſpatronatus. Rot. *par.1.diuerſ.deciſ.598.fol. 203.*

β Sine ſufficienti dote.]Tenetur enim eam dotare, ſicut pater filiam.Rot. Aldobrand. *deciſ.230.par.1.*& dos eſt irreuocabilis.Rot. *ibidem, deciſ.695.*

γ In caſu autem.] Intellige de cætero, nam ſi aliàs inſtitutio ex fundatione, ad inferiorem pertineret, habebit locum quod dicitur,*infr.ſeſſ.24.cap.18. ver.cum verò,& ſeſſ.25.cap. 9. ver. quod ſi ad inferiores.* Hinc cenſuit Congregatio hoc decretum loqui de patronatibus de nouo erigendis, nàm in illis factis ante Concilium, ſi præſentatio ex eorum inſtitutione non Epiſcopo, ſed ſæculari facienda erit, nihil eſt innouatum.

δ Inſtitutio Epiſcopo.] Non enim poteſt teſtator fundare Iuſpatronatus cum clauſula quod non ſubſit Epiſcopo, commun. *contr.comm.quæſtion.282.num.21.*licet attendi debet teſtatoris voluntas, *ibidem num. 23.* Epiſcopus tenetur inſtituere, aliàs poſt intimationes ſibi factas poteſt recurri ad Metropolitanum,qui ſupplebit eius negligentiam, & inſtituet, Roch. *de Iurepatronat. vel pro eo,num. 16.* Quarantig. *in compend.Bullar.de Archiep.auctorit.cap.19.fol.74.*

In iurepatronatus acquirendo requiritur expreſſus Epiſcopi conſenſus, Rot. Cott. *par.1.deciſ.223.num.3.*vel Abbatis Epiſcopalem iuriſdictionem habentis, Rot. *par.2.deciſ.85.per tot.& deciſ.99.*

Si Iuſpatronatus laicale ad Eccleſiam perueniat, Eccleſiaſticum efficitur. Vinc.de Franch.*lib.4.deciſ.696.*

ADDITIO.

1 *Reſeruetur.*] Amplia in tantùm,vt non valeat diſpoſitio teſtatoris iubentis Epiſcopum de his ſe intromittere non debere,Parm. *ſelect.interp.lib.1. cap.11.num.10.& ſeq.vſque in fin.*vide Apoſtil. *Cap.ſeq.*

Sed quia valebat teſtatoris diſpoſitio, qua inſtitutio inferiori reſeruabatur, vt per Gualden. *de art.teſtan. tit.6.caut.47.fol. in cap. cum Venerabilis, num. 32. de except.* Lambert. de Iurepatronatus conſentiente ſcilicet Ordinario,dubitatum fuit an idem

ſit

ſit poſt Concilium; videretur affirmatiuè reſpondenduum, quia ſic textus poſſet intelligi volente Epiſcopo, non olim cogebatur conſentire reſeruationi, per prædictos, Congregatio dubitauit.

CAPVT XIII.

Præſentetur beneficiandus ipſi Ordinario, aliàs inſtitutio ſit nulla.

1 NOn liceat præterea [a] patrono *α cuiuſuis 2 priuilegij prætextu*, aliquem ad beneficia, ſeu iuris patronatus: niſi Epiſcopo loci ordinario, ad quem prouiſio, ſeu inſtitutio ipſius beneficij ceſſante priuilegio, iure pertineret, quoquo modo *β præſentare, γ aliàs præſentatio, ac δ inſtitutio*, forſan ſecutæ, nulla ſint, & eſſe intelligantur.

a Vide Seſ 25. c.9. c. illud & ca relatum de iure patro. Cõc. Magunt. temp. Arnulphi:c.4 Cõc. Salegultradiẽ. ca.13.& c.9.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

HOc decretum eſt intelligendum quoad examen faciendum de præſentato, non obſtante quacumque conſuetudine, iuxta *cap.13.ſeſſ.7.* & non quoad inſtitutionem, quia illa eſt ſalua omnibus inferioribus Epiſcopo ad quos pertinebat, *ſeſſ. 25.cap.9.de Refor.*

Item, tituli Iuriſpatronatus antiqui ſunt oſtendendi Epiſcopo, vt iudicet an ſint legitimi, & exempti, iuxta *c.9.ſeſſ.25.* ſi ſint parochiales examen fiat iuxta *cap.* 18. *ſeſſ.* 24.

Item, Concilium non derogat Capitulo *præterea*, de Iurepatronatus, & ſimilibus.

Item, quòd ſi præſentati, & inſtituti fuerint obligati expedire literas ante poſſeſſiones, quia eſſet contra Bullam Iulij III.

Item, quando quis fecit legatum pro certis Miſſis dicendis à Sacerdote eligendo per hæredem, ſufficit quod hæres eligat vnum approbatum ab Ordinario, quia non eſt Beneficium.

Item, tolerantiam Epiſcopi, & ignorantiam prædeceſſorum non excuſare, licèt Beneficia ſint tenuia.

Item, vbi ex conſuetudine inſtitutio Beneficiorum ad Archidiaconum ſpectat, etiamſi in eorum fundatione nihil ſit ſtatutum, non derogatur per hoc, dummodò ex hoc non pendeat Iuſpatronatus, iuxta *ſeſſ. 7. cap.* 13. *ſeſſ.24. cap.*18. *ſeſſ.25. cap.9.*

Item, mortuo Epiſcopo, Vicarius generalis ſine mandato non poteſt inſtituere.

Item, præſentationes factæ coram inferioribus ex conſuetudine, vel priuilegio, deinde factæ coram Epiſcopo non dicuntur continuæ, vt vult Concilium, *cap.3. ſeſſ. 25.*

Item, qui pacificè per triennium beneficium poſſidet, non tenetur oſtendere titulum, *ſeſſ.7.cap.*8.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a CVíuſuis priuilegij prætextu.] Quoniam *ſeſſ.24.cap.* 18 *&* *ſeſſ.25.cap.9.* dicitur, quod præſentatio fiat ei qui habet Ius inſtituendi, videtur quod ſit contrarium huic textui: ſed dicemus quod lex noua corrigit hanc veterem, vel, ad euitandam legum correctionem, quod hic textus procedit continuatiuè ad textum præcedentem, vt habeat locum quando de cætero Iuſpatronatus reſeruatur, quia dictio *præterea*, eſt repetitiua qualitatum præcedentium, & continuatiua, Curt. Sen. *conſ.68. num.11.ver.cum illa dictio præterea*, vel dicemus, quod iſte textus procedit quando ab initio inſtitutio competebat Epiſcopo, ſed per aliquod priuilegium fuerat ſibi ſublata: nam ceſſante priuilegio, reuertetur inſtitutio ad Epiſcopum ad quem pertinebat, vel dic, quod iſte textus procedit in præſentatione ad effectum, vt examinetur ab Epiſcopo, quia in quolibet beneficio etiam ſimplici, Iuris tamen patronatus, ad

Epiſcopum pertinet examen iuxta *cap. 13. ſeſſ.* 8. vt ibi notaui: nam aliàs Abbas poteſt inſtituere, etiamſi præſentatio fiat per perſonas exemptas, *cap. in Lateranenſi*, vbi Abb. *de præbend. cap. cum ſæculum de Iurepatronat. in ver. competens. num. 7. tom. 4.*

Et Congregatio cenſuit hoc præcedens decretum intelligendum eſſe, vt præſentatio ſoli Epiſcopo fiat, ad Epiſcopum examinis dumtaxat, non obſtante quacumque conſuetudine. Iterum etiam cenſuit, ſi beneficia poſt Concilium collata ſunt, poſſe Ordinarium citare poſſeſſores beneficiorum Curatorum, ſeu ſimplicium de Iurepatronatus ad oſtendendum eorum Bullas, & ſi non compareant, non debet eos priuare, ſed tantùm declarare inſtitutionem irritam, & inanem eſſe, ſi abſque Epiſcopi examine facta ſit, eóſque vltra cogere ad reſtitutionem fructuum perceptorum; qui ſi compareant, velint ſe iterum examinare, debet Ordinarius eos admittere, & ſi idonei reperiantur eadem beneficia ipſis concedere.

β Præſentare.] Sed legitimè præſentatus debet omninò inſtitui, Ror. *par. 1. diuerſ. deciſ. 687. fol.* 234. ſi autem præſentat indignum collatio deuoluitur, Verall. *par. 3. deciſ. 67.* Nec Ordinarius poteſt mutare terminos fundationis. Put. *lib. 1. deciſ. 338. num. 5.*

γ Aliàs præſentatio, & inſtitutio.] Dubitabatur vtrum obtinens beneficium vigore præſentationis factæ ab habente legitimum ius præſentandi, & non ſecuta poſtea inſtitutione per tunc temporis Epiſcopum, nec demonſtratione contrariæ voluntatis eiuſdem, declarandum eſſet per Ordinarium ſucceſſorem præſentationem prædictam eſſe nullam, iuxta hunc textum, *& ſeſſ. 25. infr. cap. 9. poſt cap. illud, & cap. relatum. extr. de iurepatronat.* an verò declarandum eſſet incidiſſe in excommunicationem tam præſentatum quàm præſentantem, prout diſponit, *cap. præterea, & cap. ſi quis deinceps, & ſequent. extra de Iurepatronat.* & fuit per Congregationem reſponſum idem Concilium non derogare, *d. cap. præterea, de Iurepatronat.* nec alijs ſimilibus, & quæ idem in hac materia diſpoſuit voluiſſe addere iuri communi.

Dubitatum præterea fuit de illis qui præſentati, & inſtituti fuere, ſed non habent Bullas, & reſponſum fuit ſufficere, ſi aliunde conſtet de dicta tali inſtitutione, niſi inſtituti obligati fuiſſent expedire litteras Apoſtolicas, tunc enim obſtat eis Bulla Iulij Tertij edita aduerſus eos, qui poſſeſſionem beneficiorum adipiſcuntur non expeditis litteris Apoſtolicis. Fuit æquè dubitatum, quid iuris de illis, qui nullum certum habent beneficium, ſed ſolùm iure legati relictum fuit à quibuſdam, vt certæ Miſſæ in hebdomada celebrarentur, & hæredes fecerunt electionem Sacerdotis, qui huiuſmodi legato ſatisfaciat; & reſponſum fuit ſatis eſſe quod ſupradicti hæredes vnum Sacerdotem ex approbatis ab Ordinario elegerint, iſti enim non habent titulum, nec poſſident incompatibilia etiam ſub eodem tecto, prout etiam cenſuit Sacra Congregatio.

Præterea dubitatum fuit, præſuppoſito quod aliqui de prædictis inciderint in cenſuras, vtrum celebrantes facti ſint irregulares, indigeántque propterea diſpenſatione Apoſtolica; & reſponſum fuit quod *d. cap. præterea, de Iurepatronat.* non excommunicat ipſo iure, ſed dicit excommunicandos, quod & gloſ. ibi adnotauit: ideò ſi quis in ſpecie ob hanc cauſam excommunicatus fuit ab Ordinario, & poſtea celebrauit, certum eſt eum incidiſſe in irregularitatem, ideóque indigere diſpenſatione. Hoc amplius animaduertendum eſt in eo, qui electioni laïcorum de ſe factæ cenſuerunt, hos enim ex hoc ſolo irregulares factos fuiſſe credendum eſt, vt per gloſ. *in dicto cap. præterea, ver. priuetur.*

Vltimò dubitatum fuit, vtrum tolerantia Epiſcoporum qui pro tempore fuerunt, & ignorantia præfatorum excuſet, præſertim cum prædicta beneficia ſint valde tenuia; & reſponſum fuit neutrum excuſare, vide Innoc. III. *in epiſt. ad Epiſcopos ſancti Andreæ la 1. fol.* 140.

Vbi ex conſuetudine inſtitutio beneficij ad Archidiaconos pertinet, ſicùt in inferiori Germania, nihil eſt eis per hoc decretum derogatum, etiamſi hoc illi faciant in Eccleſiis in quibus nihil ſtatutum eſt in fundatione, dummodo tamen hoc, & eis aliàs legitimè pertineat, itaut hoc non depẽdeat ab aliquo Iurepatronatus quod decretis Cõcilij ſublatum ſit, & prout diſponitur, *cap. 13. ſeſſ. 7. & cap. 18. ſeſſ. 24. & cap. 9. ſeſſ. 25.* Idem dicendum eſt ſi iſta inſtitutio ad alios inferiores pertineat legitimè.

Fuit à me quæſitum, an permutationes

benefi

beneficiorum Iuriſpatronatus requirant patronorum conſenſum; & reſpondeo affirmatiuè,ſed præuio tenet,niſi patroni reclamauerint,Rot.*diuerſ.par.3.lib.3. dec.* 203. *&* 209.

Vnus de patronis præſentatus ab aliis Compatronis poteſt beneficium obtinere. Congregatio Epiſcoporum. Iuſpatronatus eſt gratia, ſed conuerſa eſt in ius commune,Rot.*diuerſ.par.3.manuſcript.deciſ.*19.Item beneficia præſumuntur libera, Maſcard.*de probation. concluſ.*585.

Vacans beneficio Iuriſpatronatus debet fieri citatio per edictum,*iuxta cap.final. de electiοn. lib. 9. prax. in verb. Iuſpatronat. ver.ad tertium*, & præſentatio currit à die ſcientiæ,Rota *diuerſor.par.*4. *manuſcript.deciſ.*19.*fol.*18.

b *Inſtitutio.*]Debet ergo inſtituere præſentatum,ſed non ſine citatione partis opponentis,Rot. *diuerſ.par.3.l.3.deciſ.*266.*num.* 7.& de requiſitis ad inſtitutionem faciendam, Verall. *par.*2. *deciſ.*62. *per cap.final.de elect. lib. 6.* Item vt inſtituat infrà duos menſes.Prax.Neapol.*cap.*65.*num.*1.*fol.*349.

Ex immemorabili tempore cum dotatione, vel reædificatione præſumitur quis patronus, etiamſi alius longiori tempore antea poſſederit per Rot.*par.* 3. *lib.*3. *deciſ.* 243.& quomodo hoc caſu immemorabilis Rota *ibidem deciſ.*254.

Alba.decret. prorogation. *ſeſſion. ſeſſ.*15. Concil. Trident. Saluus conductus proteſtantibus datus; Item decretum ſuſpenſionis Concil. *ſeſſ. cap. 6.* Item Bulla celebrat.Concil. Trident.Item decret.de celebran.Concil.*ſeſſ.*17.Item decretum de libr. delect. & omnibus ad Concilium fide publica inuitandis, *ſeſſ.* 18. Item Saluus conductus conceſſus Germanicæ nationi in Congregatione generali. Item decretum prorogation.ſeſſion.*ſeſſ.*19. Item decretum prorogationis ſeſſion.*ſeſſ.*20.Concil.Trid.

ADDITIO.

1 *Non liceat.*] Vide Rot.*deciſ.3.de Iurepatron.* in nou. & Roch. *de Iurepatr. in ver. competens, num.*46.*A.S.*

2 *Priuilegij.*] Hic prohibetur patronus ex priuilegio, alteri præſentare,inſtituendùmque Epiſcopo hæc probatio non videtur præſentare ad inſtitutionem, quæ non ex priuilegio, ſed alio iure ad inferiores pertinet per *text.in fin.ſeſſ.*24.*de Reform.cap.* 18.§.*ſi verò Iuriſpatronatus*, *& ſeſſ.*25.*de Reform.cap.*9.§.*ad hæc.*

CAPVT XIV.

Tractandum de Miſſa, Ordine, & Reformatione.

DEclarat prætereà ſancta Synodus, in futura Seſſione, quam ad XXV. diem Ianuar. ſubſequentis anni M. D. LII. habendam eſſe iam decreuit; vnà cum Sacrificio Miſſæ agendum, & tractandum etiam eſſe de Sacramento Ordinis,& proſequendam eſſe materiam reformationis.

SESSIO DECIMA QVINTA,

QVÆ EST QVINTA,

SVB IVLIO III. PONT. MAX. CELEBRATA DIE XXV. IANV. M. D. LII.

Decretum prorogationis Seſſionis.

CVm ex eo; quod proximis Seſſionibus decretum fuit, ſancta hæc & vniuerſalis Synodus per hos dies accuratiſſimè diligentiſſiméque tractauerit ea quæ ad ſanctiſſimum Miſſæ ſacrificium, &

ad

ad Sacramentum Ordinis ſpectant, vt hodierna Seſſione, quemadmodum Spiritus ſanctus ſuggeſſiſſet, decreta de his rebus, & quatuor præterea articulos ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum pertinentes, in hanc tandem Seſſionem dilutos publicaret, atque interim affuturos eſſe putauerit ad hoc ſacroſanctum Concilium eos, qui Proteſtantes ſe vocant; quorum cauſa eorum publicationem articulorum diſtulerat; & vt liberè ac ſine cunctatione vlla huc venirent, fidem eis publicam, ſiue ſaluum [a] conductum conceſſerat: tamen, cùm illi nondum venerint; & eorum nomine ſupplicatum huic ſanctæ Synodo fuerit, vt publicatio, quæ hodierno die facienda fuerat, in ſequentem Seſſionem differatur, certa ſpe allata, affuturos eos eſſe omnino multò ante illam Seſſionem, ſaluo conductu amplioris formæ interim accepto: eadem ſancta Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, iiſdem Legato & Nunciis præſidentibus; nihil magis optans, quàm ex præſtantiſſima natione Germanica omnes de religione diſſenſiones, & ſchiſmata tollere, ac eius quieti, paci, otióque conſulere; parata, ipſos, ſi venerint, & humaniter excipere, & benignè audire; confidénſque eos non fidei Catholicæ pertinaciter oppugnandæ, ſed veritatis cognoſcendæ ſtudio eſſe venturos; &, vt Euangelicæ veritatis ſtudioſos decet, ſanctæ matris Eccleſiæ decretis ac diſciplinæ ad extremum eſſe acquieturos; ſequentem Seſſionem ad edenda & publicanda ea, quæ ſuprà commemorata ſunt, in diem feſtum S. Ioſephi, qui erit die XIX. menſis Martij, diſtulit; vt illi ſatis temporis & ſpatij habeant, non ſolùm ad veniendum, verumetiam ad ea, quæ voluerint, antequam is dies veniat, proponenda. Quibus vt omnem cunctandi diutiùs cauſam adimat; fidem publicam, ſiue ſaluum conductum, eius, qui recitabitur, tenoris & ſententiæ, libenter dat & concedit. Intereà verò de Matrimonij Sacramento agendum, & de eo, præter ſuperiorum decretorum publicationem, definiendum eſſe eadem Seſſione ſtatuit & decernit, & proſequendam eſſe materiam reformationis.

[a] Seſſ. 13.

Saluus conductus datus [a] Proteſtantibus.

SAcroſancta Oecumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legato & Nunciis, inhærendo ſaluo conductui in penultima Seſſione dato, & illum iuxta tenorem infrà ſcriptum ampliando: vniuerſis fidem facit, quòd omnibus & ſingulis Sacerdotibus, Electoribus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, militaribus, popularibus, & aliis quibuſcumque viris, cuiuſcumque ſtatus & conditionis, aut qualitatis exiſtant, Germanicæ prouinciæ, & nationis, ciuitatibus, & aliis locis eiuſdem, & omnibus aliis Eccleſiaſticis, & ſæcularibus, præſertim Auguſtanæ confeſſionis perſonis, qui aut quæ vnà cum ipſis ad hoc generale Tridentinum Concilium venient, aut mittentur, ac profecturi ſunt, aut hucuſque venerunt, quocumque nomine cenſeantur, aut valeant nuncupari, tenore præſentium publicam fidem & pleniſſimam veriſſi-

m àmqu

mámque ſecuritatem, quam ſaluum conductum appellant, liberè ad hanc ciuitatem Tridentinam veniendi, ibidémque manendi, ſtandi, morandi, proponendi, loquendi vnà cum ipſa Synodo, de quibuſcumque negotiis tractandi, examinandi, diſcutiendi, & omnia, quæcumque ipſis libuerit, ac articulos quoſlibet, tam ſcripto quàm verbo, liberè offerendi, propalandi, eóſque Scripturis ſacris, & Beat. Patrum verbis, ſententiis & rationibus declarandi, aſtruendi, & perſuadendi, &, ſi opus fuerit, etiam ad obiecta Concilij generalis reſpondendi, & cum iis, qui à Concilio delecti fuerint, diſputandi Chriſtianè, aut charitatiuè abſque omni impedimento conferendi, opprobris, conuiciis, ac contumeliis penitus ſemotis; & ſignanter, quò cauſæ controuerſæ ſecundùm Sacram Scripturam & Apoſtolorum traditiones, probata Concilia, Catholicæ Eccleſiæ conſenſum, & ſanctorum Patrum auctoritates in prædicto Concilio Tridentino tractentur; illo etiam addito, vt religionis prætextu, aut delictorum circa eam commiſſorum, aut committendorum, minimè puniantur, impertitur, ac omninò concedit; ſic etiam, vt propter illorum præſentiam, neque in itinere, aut quocumque locorum eundo, manendo, aut redeundo, nec in ipſa ciuitate Tridentina à diuinis officiis quouis modo ceſſetur: Et vt his peractis, vel non peractis quandocumque ipſis libuerit, aut maiorum ſuorum mandato & aſſenſu ad propria reuerti optabunt, aut aliquis eorum optabit; mox abſque vlla renitentia, & occaſione, aut mora, ſaluis rebus eorum, & ſuorum pariter honore, & perſonis, vice verſa, poſſint iuxta beneplacitum liberè & ſecurè redire, de ſcientia tamen ab eadem Synodo deputandorum, vt tunc opportunè eorum ſecuritati, abſque dolo & fraude prouideatur. Vult etiam ſancta Synodus, in hac publica fide ſaluóque conductu omnes quaſcumque clauſulas includi ac contineri, ac pro incluſis haberi, quæ pro plena, efficaci, & ſufficienti ſecuritate, in eundo, ſtando, & redeundo, neceſſariæ & opportunæ fuerint. Illud etiam ad maiorem ſecuritatem, & pacis ac conciliationis bonum exprimens, quòd ſi quiſpiam, aut illorum aliqui ſiue in itinere, Tridentinum veniendo, ſiue ibidem morando, aut redeundo, aliquod enorme, quod abſit, egerint, aut commiſerint, quo poſſet huius fidei publicæ & aſſecurationis beneficium, eis conceſſum, annullari, aut ceſſari; vult & concedit, vt in huiuſmodi facinore deprehenſi ab ipſis dumtaxat, & non ab aliis, condigna animaduerſione, cum emenda ſufficienti, per partem ipſius Synodi meritò approbanda, & laudanda, mox puniantur; illorum aſſecurationis forma, conditionibus, & modis omninò manentibus illibatis. Pariformiter etiam vult, vt ſi quiſquam, vel aliqui ex ipſa Synodo, ſiue in itinere, aut manendo, aut redeundo aliquod enorme, quod abſit, egerint, aut commiſerint, quo poſſet huius fidei publicæ & aſſecurationis beneficium violari, aut quoquo modo tolli; in huiuſmodi facinore deprehenſi, ab ipſa Synodo duntaxat, & non ab aliis condigna animaduerſione, & emenda ſufficienti, per partem Dominorum Germanorum Auguſtanæ confeſſionis, tunc hic præſentium meritò laudanda, & approbanda, mox puniantur, præſenti aſſecurationis forma, conditionibus, & modis omninò manentibus illibatis. Vult præterea ipſa Synodus, quòd liceat ipſis Ambaſſiatoribus, omnibus, & ſingulis, toties quotieſcumque opportunum fuerit, ſeu neceſſarium, ad auram capiendam exire de ciuitate Tridentina, & reuerti ad eandem, necnon nuntium, vel nuntios ſuos ad quæcumque loca pro ſuis neceſſariis negotiis ordinandis liberè mittere, ſeu

deſtinare, ac ipſos miſſos, ſeu deſtinatos, ſeu miſſum & deſtinatum ſuſcipere toties, quoties eis videbitur expedire; ita quod aliqui, vel aliquis per deputandos Concilij ſocientur, qui eorum ſecuritati prouideant, vel prouideat. Qui quidem ſaluus conductus, & ſecuritas ſtare ac durare debeat, à tempore, & per tempus, quo in ipſius Synodi, & ſuorum tuitionis curam ipſos ſuſcipi contigerit, & vſque ad Tridentinum perduci, ac toto tempore manſionis eorum ibidem, & rurſum, poſt ſufficientem audientiam habitam, ſpatio viginti dierum præmiſſo, cùm ipſi petierint; aut Concilium, habita huiuſmodi audientia, ipſis receſſum indixerit, à Tridento vſque in quem quiſque elegerit ſibi locum tutum, Deo fauente, reſtituet, dolo & fraude prorſus excluſis. Quæ quidem omnia pro vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, pro omnibus Principibus tam Eccleſiaſticis quàm ſecularibus quibuſcumque, atque omnibus aliis Eccleſiaſticis & ſæcularibus perſonis euiuſcumque ſtatus & conditionis exiſtant, aut quocumque nomine cenſeantur, inuiolabiliter obſeruanda eſſe promittit, & bona fide ſpondet.

Inſuper, omni fraude & dolo exeluſis, vera & bona fide promittit, ipſam Synodum nullam vel manifeſtè, vel occultè occaſionem quæſituram: aut aliqua auctoritate, potentia, iure, vel ſtatuto, priuilegio legum, vel Canonum, aut quorumcumque Conciliorum, præſertim [a] *Conſtantienſis, & Senenſis, quacumque forma verborum expreſſis, in aliquod huius fidei publicæ, & pleniſſimæ aſſecurationis, ac publicæ & liberæ audientiæ, ipſis per ipſam Synodum conceſſæ, præiudicium quouis modo vſuram, aut quemquam vti permiſſuram: quibus in hac parte pro hac vice derogat. Quòd ſi ſancta Synodus, aut aliquis ex ea, vel ſuis, cuiuſcumque conditionis, vel ſtatus, aut præeminentiæ exiſtens, præſcriptæ aſſecurationis & ſalui conductus formam & modum in quocumque puncto vel clauſula violauerit; quod tamen auertere dignetur Omnipotens; & ſufficiens emenda non fuerit mox ſubſecuta, & ipſorum arbitrio meritò approbanda & laudanda; habeant ipſam Synodum, & habere poterunt, incidiſſe in omnes pœnas, quas iure diuino & humano, aut conſuetudine, huiuſmodi ſaluorum conductuum violatores incurrere poſſunt, abſque omni excuſatione, aut quauis in hac parte contradictione.*

[a] Conc. Conſtantienſ. Seſſ. 19. in c. quod non obſtantibus ſaluis cõductibus.

ADDITIO.

1 *Proteſtantibus.*] Vide Simanch. *de pœnit. hæret. num.* 15. *A. S.* Vide *in for. in ſeſſ.* 18. ſaluo conductu conceſſo Germanicæ nationi, *num.* 1.

SESSIO DECIMASEXTA,

QVÆ EST SEXTA, ET VLTIMA,

SVB IVLIO III. PONT. MAX. CELEBRATA DIE XXVIII. NOVEMB. M. D. LII.

Decretum ſuſpenſionis Concilij.

SAcroſancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea Reuerendiſſimis Dominis, Sebaſtiano Archiepiſcopo Sipontino, & Aloyſio

Aloyſio Epiſcopo Veronenſi, Apoſtolicis Nunciis, tam eorum proprio, quàm Reuerendiſſ. & Illuſtriſſ. Domini Marcelli, tit. S. Marcelli ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Creſcentij, Legati, ob aduerſam eius grauiſſimam valetudinem abſentis, nomine, non dubitat Chriſtianis omnibus patere, hoc Concilium œcumenicum Tridentum primò à Paulo fel. rec. conuocatum & collectum fuiſſe; deinde à ſanctiſſimo Domino noſtro Iulio III. efflagitante Carolo V. Auguſtiſſimo Imperatore, ea præcipuè de cauſa fuiſſe reſtitutum, vt religionem in multis orbis partibus, & præſertim in Germania, in diuerſas opiniones miſerabiliter diſtractam, in ſtatum priſtinum reuocaret; abuſus & mores Chriſtianorum corruptiſſimos emendaret: cúmque ad hoc agendum quamplurimi Patres nulla laborum ſuorum periculorúmque habita ratione, è diuerſis regionibus alacriter confluxiſſent; réſque ſtrenuè, magno fidelium concurſu; feliciterque procederet, ac ſpes eſſet non leuis, illos Germanos, qui eas nouitates excitarant, in Concilium venturos ſic animatos, vt veris Eccleſiæ rationibus vnanimiter acquieſcerent; lux denique quædam rebus affulſiſſe videretur: capútque attollere inciperet profligata anteà & afflicta Reſpublica Chriſtiana: ij repentè tumultus, ea bella hoſtis generis humani verſutia exarſerunt, vt Concilium velut hærere, ac ſuum curſum interrumpere ſatis incommodè cogeretur; ſpéſque omnis vlterioris progreſſus hoc in tempore tolleretur: tantúmque aberat, vt ſancta Synodus Chriſtianorum malis & incommodis mederetur, vt multorum mentes, præter ſui animi ſententiam, irritaret potius, quàm placaret. Cùm igitur ipſa ſancta Synodus, omnia & præcipuè Germaniam armis ardere & diſcordiis videret, omnes ferè Epiſcopos Germanos, præſertim Principes Electores, ſuis conſultum Eccleſiis, è Concilio abiiſſe; decreuit tantæ neceſſitati non reluctari, & ad meliora tempora reiicere; vt Patres, quod eis nunc agere non licet, ſuis ouibus proſpectum ad ſuas Eccleſias regredi valerent; ne diutius vtrobique inutili otio contererantur. Atque ita, quoniam ſic temporum conditio tulit huius œcumenici Concilij Tridentini progreſſum per biennium ſuſpendendum fore decernit, prout præſenti decreto ſuſpendit: ea tamen lege, vt, ſi citiùs pacata res ſit, ac tranquillitas priſtina reuertatur, quod ſperat Dei Optimi Maximi beneficio non longo fortè ſpatio futurum, ipſius Concilij progreſſus eodemmet tempore ſuam vim, firmitatem, vigorémque habere cenſeatur: ſin autem, quod Deus auertat, peracto biennio prædicta legitima impedimenta non fuerint ſubmota, cùm primū ceſſauerint, talis ſuſpenſio eo ipſo ſublata eſſe intelligatur; ac ſuus vigor & robur Concilio ſit reſtitutum, & eſſe intelligatur, ſine alia noua Concilij conuocatione, accedente ad hoc decretum conſenſu & auctoritate Sanctitatis ſuæ & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ.

Interea tamen eadem ſancta Synodus exhortatur omnes Principes Chriſtianos, & omnes Prælatos, vt obſeruent, & reſpectiuè, quatenus ad eos ſpectat, obſeruare faciant in ſuis regnis, dominiis, & Eccleſiis omnia, & ſingula, quæ per hoc ſacrum œcumenicum Concilium fuerunt hactenus ſtatuta & decreta.

BVLLA CELEBRATIONIS CONCILII TRIDENTINI, SVB PIO IV. PONT. MAX.

P*IVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad futuram rei memoriam.* Ad Eccleſiæ regimen, licèt tanto oneri impares, ſola Dei dignatione vocati, ſtatim circumferentes mentis oculos per omnes Reipublicæ Chriſtianæ partes, cernentéſque non ſine magno horrore, quàm longè latéque peſtis hæreſum & ſchiſmatis peruaſiſſet, & quanta Chriſtiani populi mores correctione indigerent; in eam curam & cogitationem, pro ſuſcepti muneris officio, incumbere cœpimus, quemadmodum ipſas hæreſes extirpare, tantúmque & tam pernicioſum ſchiſma tollere, moréſque adeò corruptos & deprauatos emendare poſſemus. Cùm autem intelligeremus, ad hæc ſananda mala aptiſſimum eſſe remedium, quod ſancta hæc Sedes adhibere conſueuiſſet, [a] œcumenici generaliſque Concilij, eius congregandi, & Deo iuuante, celebrandi conſilium cepimus. Indictum illud quidem anteà fuit à fel. rec. Paulo III & eius ſucceſſore Iulio, prædeceſſoribus noſtris; ſed variis de cauſis ſæpiùs impeditum & interpellatum perfici non potuit: ſiquidem Paulus, [b] cùm id primò in vrbem Mantuam, deinde Vincentiam indixiſſet; quaſdam ob cauſas, in litteris eius expreſſas, id primò ſuſpendit, poſteà Tridentum tranſtulit: deinde cùm quibuſdam de cauſis ibi quoque eius celebrandi tempus dilatum fuiſſet, tandem ſuſpenſione ſublata, in eadem ciuitate Tridentina inchoatũ fuit: verùm Seſſionibus aliquot habitis, & nonnullis decretis factis, ipſum ſe poſteà Concilium, aliquibus de cauſis, accedente etiam Sedis Apoſtolicæ auctoritate, [c] Bononiam tranſtulit. Iulius autem, qui ei ſucceſſit, in eandem ciuitatem Tridentinam id reuocauit, quo quidem in tempore facta alia quædam decreta ſunt [d]; ſed cùm noui propinquis Germaniæ locis tumultus excitati fuiſſent; & bellum in Italia & Gallia grauiſſimum exarſiſſet; rurſus Concilium ſuſpenſum & dilatum fuit, adnitente nimirum humani generis hoſte, aliáſque ex aliis difficultates & impedimenta obiiciente, vt tantùm Eccleſiæ commodum, quod prorſus auferre non poterat, ſaltem quàm diutiſſimè retardaret. Quantoperè verò intereà auctæ fuerint, & multiplicatæ, ac propagatæ hæreſes; quantoperè ſchiſma creuerit, maximo animi dolore nec meminiſſe poſſumus, nec referre. Sed tandem pius & miſericors Dominus, qui nunquã ita iraſcitur, vt miſericordiæ obliuiſcatur; Regibus & Principibus Chriſtianis pacẽ & vnanimitatẽ donare dignatus eſt. Qua nos occaſione oblata, maximam in ſpem venimus, ipſius miſericordia freti, fore, vt his tantis quoque Eccleſiæ malis eadem Cõcilij via finis imponatur. Nos itaque ad ſchiſma hæreſéſque tollendas, ad corrigendos & reformandos mores, ad pacem inter Chriſtianos Principes cõſeruandam, celebrationẽ eius non eſſe duximus diutiùs differendam. Habita igitur cum venerabilibus fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, deliberatione matura, factis etiam conſilij noſtri certioribus cariſſimis in Chriſto filiis noſtris,

[a] Fol. 5. b.

[b] Supr. in 1. Bulla.

[c] Supr. Seſſ. 8.

[d] Seſſ. 11. cum ſeq.

noſtris, Ferdinando Romanorum Imperatore electo, & aliis Regibus atque Principibus; quos quidem, ſicut de eorum ſumma pietate & ſapientia nobis pollicebamur, paratiſſimos ad ipſius Concilij celebrationem adiuuandam inuenimus, ad Dei omnipotentis laudem, honorem & gloriam, atque vniuerſalis Eccleſiæ vtilitatem, de eorundem fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu ſacrum œcumenicum, & generale Concilium, ex auctoritate eiuſdem Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, qua nos quoque [a] in terris fungimur, freti & ſubnixi, in ciuitate Tridentina, & ad ſacratiſſimum diem Reſurrectionis Dominicæ proximè futurum indicimus, & ibi celebrandum, ſublata ſuſpenſione quacumque, ſtatuimus atque decernimus. Quocircà venerabiles fratres noſtros, omnibus ex locis, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & dilectos filios Abbates, cæteróſque, quibus in Concilio generali ſedere, & ſententiam dicere, iure communi, vel ex priuilegio, vel ex antiqua conſuetudine licet; vehementer in Domino hortamur, & monemus, atque etiam diſtrictè præcipiendo mandamus, in virtute ſanctæ obedientiæ, in vi quoque iuramenti, quod præſtiterunt, & ſub pœnis, quas in eos, qui ad Concilia generalia conuenire neglexerint, [b] ſacris ſciunt eſſe Canonibus conſtitutas, vt ad Concilium ibi celebrandum conueniant intra eam diem, niſi fortè impedimento fuerint legitimo præpediti: quod tamen impedimentum per legitimos procuratores Synodo probare debebunt. Monemus præterea omnes, & ſingulos, quorum intereſt, intereſſéve poterit, vt in Concilio adeſſe ne negligant. Cariſſimos verò in CHRISTO filios noſtros, Romanorum Imperatorem electum, cæteróſque Reges, & Principes, quos optandum ſanè eſſet Concilio intereſſe poſſe, hortamur & rogamus, vt, ſi ipſi Concilio intereſſe non potuerint, at Oratores ſuos, prudentes, graues, & pios viros vtique mittant, qui ipſorum nomine illi interſint, curéntque diligenter pro ſua pietate, vt ex eorum regnis atque dominiis Prælati ſine recuſatione, ac mora, tam neceſſario tēpore, Deo & Eccleſiæ officium ſuum præſtent: eoſdem etiam curaturos eſſe minimè dubitantes. vt per ipſorum regna & dominia tutum ac liberum iter Prælatis, eorúmque familiaribus, comitibus, & aliis omnibus ad Concilium euntibus, & ab illo redeuntibus pateat; benignéque ac comiter omnibus in locis recipiantur atque tractentur; ſicut, quod ad nos attinet, ipſi quoque curabimus; qui nihil omnino prætermittere decreuimus, quod ad tam pium & ſalutare opus perficiendum, à nobis, in hoc loco conſtitutis, præſtari poſſit; nihil, vt Deus ſcit, quærentes aliud, nihil propoſitum habentes in hoc Concilio celebrando, niſi honorem ipſius Dei, diſperſarum ouium reductionem, ac ſalutem, & perpetuam Chriſtianæ Reipublicæ tranquillitatem ac quietem. Vt verò hæ literæ, & quæ in eis continentur, ad omnium, quorum oportet, notitiam perueniant, nec quiſquam ea excuſatione vti poſſit, quòd illa ignorauerit, præſertim cùm non ad omnes, quos de his literis certiores fieri oporteret, tutus forſitan pateat aditus; volumus, & mandamus, vt in Baſilica Vaticana Principis Apoſtolorum, & in Eccleſia Lateranenſi tunc,

[a] Matth. 16. c. quanto, de transl. Episc. c. vn. vt Eccle. benef cap. ad apoſt. § pœn. de re iud. in 6 c. 1. de hom. eod. lib. Pelagius 2. in 1. epi. circa princ.

[b] Cōc. Carth. 3. c. 43. infr. Seſſ. 14. c. 2 in fin. de reform.

cùm in eis populus, vt Miſſarum ſolemnibus interſit, congregari ſolet, palàm,clara voce à Curiæ noſtræ curſoribus,ſeu Notariis aliquibus publicis recitentur; & poſtquàm recitatæ fuerint,ad valuas earum Eccleſiarum,itémque Cancellariæ Apoſtolicæ,& in loco ſolito Campi Floræ affigantur; ibique,quò legi, & omnibus innoteſcere poſſint, aliquandiu relinquantur: cùm autem inde amouebuntur,earum exempla in eiſdem locis affixa remaneant.Nos enim per recitationem hanc, publicationem,& affixionem omnes,& ſingulos, qui his literis comprehenduntur, poſt duos menſes à die publicationis & affixionis earum,volumus perinde aſtrictos & obligatos eſſe,ac ſi ipſiſmet illæ coràm editæ, & lectæ fuiſſent. Transſumptis quoque earum, quæ manu publici alicuius Notarij ſcripta ſubſcriptáve,& ſigillo & ſubſcriptione alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munita fuerint,vt ſine dubitatione vlla fides habeatur, mandamus atque decernimus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ indictionis, ſtatuti, decreti, præcepti, admonitionis,& adhortationis infringere,vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit,indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ, apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M. D. LXIII. Kalend. Decembr. Pontificatus noſtri anno primo.

Antonius Florebellus.

Barengus.

SACROSANCTI OECVMENICI, ET GENERALIS CONCILII TRIDENTINI,

SESSIO DECIMASEPTIMA, QVÆ EST PRIMA,

SVB PIO IV. PONT. MAXIM. CELEBRATA DIE XVIII. IANV. M. D. LXII.

Decretum de celebrando Concilio.

PLACETNE vobis,ad laudem & gloriam ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis; Patris, & Filij, & Spiritus ſancti,ad incrementum & exaltationem fidei & religionis Chriſtianæ, ſacrum, œcumenicum & generale Concilium Tridentinum,in Spiritu ſancto legitimè congregatum, ab hodierno die, qui eſt XVIII. menſis Ianu.anni à Natiuitate Domini M. D. LXII. Cathedræ Romanæ S. Petri,Apoſtolorum Principis,conſecrato,ſublata quacumque ſuſpenſione, iuxta formam & tenorem literarum ſanctiſſimi Domini noſtri Pij IV. Pont.Max. celebrari, [a] & in eo, ea, debito ſeruato ordine, tractari,quæ proponentibus Legatis, ac Præſidentibus. [a] Inf.Seſſ. 24. 25.c.21.

bus, ad horum temporum leuandas calamitates, ſedandas de religione controuerſias, coërcendas linguas doloſas, deprauatorum morum abuſus corrigendos, Eccleſiæ veram atque Chriſtianam pacem conciliandam apta & idonea ipſi ſanctæ Synodo videbuntur? *Reſponderunt* PLACET.

Indictio futuræ Seſſionis.

PLACETNE vobis, proximam futuram Seſſionem habendam, & celebrandam eſſe Feria quinta, poſt ſecundam Dominicam Quadrageſ. quæ erit die XXVI. menſis Februarij? *Reſponderunt*, PLACET.

SESSIO DECIMAOCTAVA,

QVÆ EST SECVNDA,

SVB PIO IV. PONT. MAX. CELEBRATA DIE XXVI. FEBR. M. D. LXII.

Decretum de librorum delectu, & omnibus ad Concilium fide publica inuitandis.

SAcroſancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicæ Sedis Legatis, non humanis quidem viribus confiſa, ſed Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui os,[a] & ſapientiam Eccleſiæ ſuæ daturum ſe promiſit, ope & auxilio freta, illud præcipuè cogitat, vt Catholicæ fidei doctrinam, multorum inter ſe diſſidentium opinionibus, pluribus locis inquinatam & obſcuratam, in ſuam puritatem & ſplendorem aliquando reſtituat; & mores, qui à veteri inſtituto deflexerunt, ad meliorem vitæ rationem reuocet; córque[b] patrum ad filios, & cor filiorum ad patres cōuertat.[c] Cùm itaque omnium primùm animaduerterit, hoc tempore ſuſpectorum ac pernicioſorum librorum, quibus doctrina impura continetur, & longè lateque diffunditur, numerum nimis excreuiſſe, quod quidem in cauſa fuit, vt multæ cenſuræ in variis prouinciis; & præſertim in alma vrbe Roma pio quodam zelo editæ fuerint, neque tamen huic tam magno ac pernicioſo morbo ſalutarem vllam profuiſſe medicinam; cenſuit, vt delecti ad hanc diſquiſitionem Patres de cenſuris libríſque, quid facto opus eſſet, diligenter conſiderarent, atque etiam ad eandem S. Synodum ſuo tempore referrent; quò faciliùs ipſa poſſit varias & peregrinas doctrinas, tanquam[d] zizania, à Chriſtianæ veritatis tritico ſeparare; déque his commodiùs deliberare, & ſtatuere quæ ad ſcrupulum ex complurium animis eximendum, & tollendas multarum querelarum cauſas, magis opportuna videbuntur. Hæc autem omnia ad notitiam quorumcumque deducta eſſe vult, prout etiam præſenti decreto deducit: vt ſi quis ad ſe pertinere aliquo modo putauerit, quæ vel de hoc librorum & cenſurarum negotio, vel de aliis, quæ in hoc generali Concilio

[a] Luc. 21.
[b] Lucæ 1.
[c] Infr. Seſſ. vlt. circa fin.
[d] Matth. 13. c. ita nos, 25. quæſt. 1.

cilio tractanda prædixit: non dubitet à ſancta Synodo ſe benignè auditum iri.

Quoniam verò eadem ſancta Synodus ex corde optat, Deúmque
enixè rogat, quæ ad pacem ſunt Eccleſiæ, vt vniuerſi communem
matrem in terris agnoſcentes, quæ, quos [a] peperit, obliuiſci non po- a Iſaiæ 49.
teſt, vnanimes, [b] vno ore, glorificemus Deum & Patrem Domini b Rom. 15.
noſtri Ieſu Chriſti; per viſcera miſericordiæ eiuſdem Dei & Domi-
ni noſtri, omnes qui nobiſcum communionem non habent, ad con-
cordiam & reconciliationem, & vt ad hanc ſanctam Synodum ve-
niant, inuitat atque hortatur; vtque charitatem, [c] quod eſt vincu- c Coloſ. 3.
lum perfectionis, amplectantur; pacémque Chriſti, exultantem in
cordibus ſuis, præ ſe ferant, in quam vocati ſunt, in vno corpore.
Hanc ergo non humanam, ſed Spiritus ſancti vocem audientes, ne
obdurent [d] corda ſua, ſed in ſuo ſenſu non [e] ambulantes, neque d Pſalm 59. & Hebr: 3.
ſibi [f] placentes, ad tam piam & ſalutarem matris ſuæ admoni- e Epheſ. 4.
tionem excitentur & conuertantur, omnibus enim charitatis offi- f Rom. 13.
ciis ſancta Synodus eos vt inuitat, ita complectetur.

Inſuper eadem ſancta Synodus decreuit, fidem publicam in Congregatione generali concedi poſſe, & eamdem vim habituram, eiuſdémque roboris & momenti futuram, ac ſi in publica Seſſione data & decreta fuiſſet.

Indictio futuræ Seſſionis.

Eadem ſacroſancta Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicæ Sedis Legatis, ſtatuit, & decernit, proximam futuram Seſſionem habendam & celebrandam eſſe Feria quinta poſt ſacratiſſimum feſtum Aſcenſionis Domini, quæ erit die XIV. menſis Maij.

---

[1] *Saluus conductus conceſſus Germanicæ Nationi,*

In Congregatione generali, die XIV. Martij, M. D. LXII.

SAcroſancta Oecumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem Sedis Apoſtolicæ Legatis. Vniuerſis fidē facit, quòd omnibus, & ſingulis Sacerdotibus, Electoribus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, militaribus, popularibus, & aliis quibuſcumque viris, cuiuſcumque ſtatus & conditionis, aut qualitatis exiſtant, Germanicæ prouinciæ, & nationis, ciuitatibus, & aliis locis eiuſdem, & omnibus aliis Eccleſiaſticis, & ſæcularibus, præſertim Auguſtanæ confeſſionis perſonis, qui aut quæ vnà cum ipſis ad hoc generale Tridentinum Concilium venient, aut mittentur, ac profecturi ſunt, aut hucuſque venerunt, quocumque nomine cenſeantur, aut valeant nuncupari, tenore præſentium publicam fidem & pleniſſimam veriſſimámque ſecuritatem, quam ſaluum conductum appellant, liberè ad hanc ciuitatem Tridentinam veniendi, ibidémque manendi, ſtandi, morandi, proponendi, loquendi, vnà cum ipſa Synodo, de quibuſcumque negotiis tractandi, examinandi, diſcutiendi; & omnia, quæcumque ipſis libuerit, ac articulos quoſlibet, tam ſcripto, quàm verbo, liberè

offerendi,

offerendi, propalandi, eóſque Scripturis ſacris, & beatorum Patrum verbis, ſententiis & rationibus declarādi, aſtruendi, & perſuadēdi, & ſi opus fuerit, etiā ad obiecta Concilij generalis reſpondendi, & cū iis, qui à Concilio delecti fuerint, diſputandi, aut charitatiuè abſque omni impedimento conferendi, opprobriis, conuiciis, ac contumeliis penitus ſemotis, & ſignanter, quòd cauſæ controuerſæ ſecundùm ſacrā Scripturam, & Apoſtolorū traditiones, probata Concilia, Catholicæ Eccleſiæ conſenſum, & ſanctorum Patrum auctoritates in prædicto Concilio Tridentino tractentur; illo etiam addito, vt religionis prætextu, aut delictorum circa eam commiſſorum, aut committendorum, minimè puniantur, impertitur, ac omninò concedit; ſic etiam, vt propter illorum præſentiam neque itinere, aut quocumque locorum eundo, manendo, aut redeūndo, nec in ipſa ciuitate Tridentina à diuinis officiis quouis modo ceſſetur. Et vt his peractis, vel non peractis, quandocumque ipſis libuerit; aut maiorum ſuorum mandato, & aſſenſu ad propria reuerti optabunt; aut aliquis eorum optabit; mox abſque vlla renitentia, & occaſione, aut mora, ſaluis rebus eorum, & ſuorum pariter honore, & perſonis, vice verſa, poſſint iuxta beneplacitum liberè & ſecurè redire; ſcientia tamen ab eadem Synodo deputandorum, vt tunc opportunè eorum ſecuritati, abſque dolo & fraude prouideatur. Vult etiam ſancta Synodus, in hac publica fide, ſaluóque conductu, omnes quaſcumque clauſulas includi, ac contineri, ac pro incluſis haberi, quæ pro plena, efficaci, & ſufficienti ſecuritate, in eundo, ſtando, & redeūndo, neceſſaria & opportuna fuerint. Illud etiam ad maiorem ſecuritatem, & pacis ac conciliationis bonum exprimentes, quod ſi quiſpiam, aut illorum aliqui ſiue in itinere, Tridentum veniendo, ſiue ibidem morando, aut redeundo, aliquod enorme, quod abſit, egerint, aut commiſerint, quo poſſet huius fidei publicæ, & aſſecurationis beneficium, eis conceſſum, annullari, aut caſſari; vult, & concedit, vt in huiuſmodi facinore deprehenſi, ab ipſis dumtaxat, & non ab aliis condigna animaduerſione cum emenda ſufficienti, per partem ipſius Synodi meritò approbanda & laudanda, mox puniantur: illorum aſſecurationis forma, conditionibus, & modis omninò manentibus illibatis. Pariformiter etiam vult, vt, ſi quiſquam, vel aliquis ex ipſa Synodo, ſiue in itinere, aut manendo, aut redeundo, aliquod enorme, quod abſit, egerint, aut commiſerint, quod poſſet huius fidei publicæ, & aſſecurationis beneficium violare, aut quoquo modo tolli; in huiuſmodi facinore deprehenſi, ab ipſa Synodo dumtaxat, & non ab aliis, condigna animaduerſione, & emenda ſufficienti, per partem Dominorum Germanorum Auguſtanæ Confeſſionis, tunc hîc præſentium, meritò laudanda, & approbanda, mox puniantur, præſenti aſſecurationis forma, conditionibus, & modis omnino manentibus illibatis. Vult præterea ipſa Synodus, quòd liceat ipſis Ambaſciatoribus omnibus & ſingulis, toties, quotieſcumque opportunum fuerit, ſeu neceſſarium, ad aurā capiendam, exire de ciuitate Tridentina, & reuerti ad eandem, necnon nuncium, vel nuncios ſuos ad quæcumque loca pro ſuis neceſſariis negotiis ordinandis liberè mittere, ſeu deſtinare ad ipſos miſſos, ſeu deſtinatos, ſeu miſſum & deſtinatum ſuſcipere toties, quoties eis videbitur expedire: ita quòd aliqui, vel aliquis per deputandos Concilij ſocientur, qui eorum ſecuritati prouideant, vel prouideat. Qui quidem ſaluus conductus & ſecuritas ſtare, ac durare debeat à tempore, & per tempus, quo in ipſius Synodi, & ſuorum tuitionis curam ipſos ſuſcipi contigerit, & vſque

ad Tridentum perduci, ac toto tempore manſionis eorum ibidem: & rurſum poſt ſufficientem audientiam habitam, ſpatio viginti dierum præmiſſo, cum ipſi petierint; aut Concilium habita huiuſmodi audientia, ipſis receſſum indixerit, à Tridento vſque in quem quiſque elegerit ſibi locum tutum, Deo fauente, reſtituet, dolo & fraude prorſus excluſis. Quæ quidem omnia pro vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus, pro omnibus Principibus, tam Eccleſiaſticis quàm ſæcularibus, quibuſcumque, atque omnibus aliis Eccleſiaſticis ac ſæcularibus perſonis, cuiuſcumque ſtatus & conditionis, exiſtant, aut quocumque nomine cenſeantur, inuiolabiliter obſeruanda eſſe permittit, & bona fide ſpondet. Inſuper omni fraude & dolo excluſis, vera & bona fide promittit, ipſam Synodum nullam vel manifeſtè, vel occultè occaſionem quæſituram, aut aliqua auctoritate, potentia, iure, vel ſtatuto, priuilegio legum, vel Canonum, aut quorumcumque Conciliorum, præſertim Conſtantienſis, & Senenſis, quacumque forma verborum expreſſa, in aliquod huius fidei publicæ, & pleniſſimæ aſſecurationis, ac publicæ & liberæ audientiæ, ipſis per ipſam Synodum conceſſæ, præiudicium, quouis modo vſuram, aut quemquam vti permiſſuram: quibus in hac parte pro hac vice derogat. Quòd ſi ſancta Synodus, aut aliquis ex ea, vel ſuis, cuiuſcumque conditionis, vel ſtatus, aut præeminentiæ exiſtens, præſcriptæ aſſecurationis & ſalui conductus formam & modum in quocumque puncto, vel clauſula violauerit; quod tamen auertere dignetur Omnipotens; & ſufficiens emenda non fuerit mox ſubſecuta, & ipſorum arbitrio meritò approbanda & laudanda: habeant ipſam Synodum, & habere poterunt incidiſſe in omnes pœnas, quas iure diuino & humano, aut conſuetudine, huiuſmodi ſaluorum conductuum violatores incurrere poſſunt, abſque omni excuſatione, aut quauis in hac parte contradictione.

Conc. Conſtātienſ. Seſſ. 19. in c. quod non obſtantibus ſaluis conductibus.

Extenſio ad alias nationes.

Eadem ſacroſancta Synodus in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicæ Sedis de latere Legatis, omnibus, & ſingulis aliis, qui nobiſcum in iis, quæ ſunt fidei, communionem non habent, ex quibuſcumque regnis, nationibus, prouinciis, ciuitatibus, ac locis, in quibus publicè, & impunè prædicatur, vel docetur, ſiue creditur contrarium eius, quod ſancta Romana ſentit Eccleſia, dat fidem publicam, ſiue ſaluum conductum ſub eadem forma, & eiſdem verbis, quibus datur Germanis.

ADDITIO.

1 *Saluus conductus.*] Vide Mandoſ. *de ſignat. grat. tit. de ſaluoconduct. fol. 74. A. S.* Siman. *vbi ſuprà proximè.*

SESSIO DECIMANONA,

QVÆ EST TERTIA,

SVB PIO IV. PONT. MAX. CELEBRATA

DIE XIV. IVN. M.D. LXII.

Decretum prorogationis Seſſionis.

SAcroſancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem

Apoſto

Digitized by Google

Apoſtolicæ Sedis Legatis, decreta ea, quæ hodie in præſenti Seſſione ſtatuenda ac ſancienda erant, iuſtis nonnullis ac honeſtis cauſis, in Feriam quintam, poſt proximam ſolemnitatem Corporis Chriſti, quæ erit pridie Nonas Iunij, proroganda eſſe cenſuit, ac prorogat; dictáque die Seſſionem habendam eſſe ac celebrandam, omnibus indicit. Interea rogandus eſt Deus, & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, auctor pacis, vt ſanctificet corda omnium; quo adiuuante, ſancta Synodus & nunc, & ſemper meditari, atque peragere valeat, quæ ad eius laudem & gloriam pertineant.

SESSIO VIGESIMA,

QVÆ EST QVARTA,

SVB PIO IV. PONT. MAX. CELEBRATA DIE IV. IVN. M. D. LXII.

Decretum prorogationis Seſſionis.

Sacroſancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicæ Sedis Legatis, propter varias difficultates, ex diuerſis cauſis exortas, atque etiam vt congruentiùs, maiorique cum deliberatione omnia procedant; nempe vt dogmata cum iis quæ ad reformationem ſpectant ſimul tractentur & ſanciantur; ea quæ ſtatuenda videbuntur tam de reformatione quàm de dogmatibus, in proxima Seſſione, quam omnibus indicit in diem ſextam decimam ſubſequentis menſis Iulij, definienda eſſe decreuit: Hoc tamen adiecto, quòd dictum terminum ipſa ſancta Synodus pro eius arbitrio & voluntate; ſicuti rebus Concilij putauerit expedire, etiam in generali Congregatione, reſtringere & prorogare liberè poſſit & valeat.

SESSIO VIGESIMAPRIMA,

QVÆ EST QVINTA,

SVB PIO IV. PONT. MAX. CELEBRATA DIE XVI. IVL. M. D. LXII.

Doctrina de Communione ſub vtraque ſpecie, & paruulorum.

Sacroſancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicæ Sedis Legatis, cùm de tremendo & ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento varia diuerſis in locis *a errorum monſtra* nequiſſimi dæmonis artibus circumferantur, ob quæ in nonnullis prouinciis multi à Catholicæ Eccleſiæ fide atque obedientia videantur diſceſſiſſe; cenſuit, ea quæ ad communionem ſub vtraque

ſpecie, & paruulorum pertinent, hoc loco exponenda eſſe. Quapropter cunctis Chriſti fidelibus interdicit, ne poſthac de iis aliter vel credere, vel docere, vel prædicare audeant, quàm ex his decretis explicatum atque definitum.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a Errorum monſtra.] Hanc diſputationem latiſſimè explicatam cum Boëmis, & Thaboritis, vide per Æneã Siluium tunc Epiſcopum Senenſem, poſtea Pium Secundum, *epiſt.* 130. *per tot.* & per Concil. Conſtantien. *ſeſſ.* 13. *tom.* 5. *fol.* 307. & habetur in hiſtoria Pontif. in vita Eugenij Quarti.

CAPVT I.

Laïcos, & Clericos non conficientes, non adſtringi iure diuino ad Communionem ſub vtraque ſpecie.

Itaque ſancta ipſa Synodus, à Spiritu ſancto, qui Spiritus eſt [a] ſapientiæ & intellectus, Spiritus conſilij & pietatis, edocta, atque ipſius Eccleſiæ [b] iudicium & conſuetudinem ſecuta, declarat ac docet, nullo diuino præcepto laïcos, & clericos, *a non conficientes*, obligari ad Eucharistiæ Sacramentum ſub vtraque ſpecie ſumendum; neque vllo pacto, ſalua fide dubitari poſſe, quin illis alterius ſpeciei Communio ad ſalutem 1 *ſufficiat.* Nam [c] etſi Chriſtus Dominus in vltima Cœna venerabile hoc Sacramentum in panis & vini ſpeciebus inſtituit & Apoſtolis tradidit: non tamen illa inſtitutio & traditio eò tendunt, vt omnes Chriſti fideles ſtatuto Domini ad vtramque ſpeciem accipiendam adſtringantur. Sed neque ex ſermone illo, apud Ioannem ſexto, rectè colligitur, vtriuſque ſpeciei Communionem à Domino præceptam eſſe: vtcúmque iuxta varias ſanctorum Patrum & Doctorum interpretationes intelligatur. Námque qui dixit, [d] Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: dixit quoque: [e] Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et qui dixit, [f] Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam: dixit etiam: [g] Panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Et denique qui dixit: [h] Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo: dixit nihilominus: [i] Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.

a Iſaiæ 14. b Conc. Conſtantienſ. Seſſ. 13. infrà, Can. 2. c Matth. 26. Marc. 14. Lucæ 22. 1. Cor. 11. d Ioann. 6. e Ibidem. f Ibidem. g Ibidem. h Ibidem. i Ibidem.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a Non conficientes.] Solis ergo Sacerdotibus præceptum eſt, vt ſub vtraque ſpecie communicent, *cap. comperimus, de conſecrat. diſt.* 2. D. Thom. 3. *par. quæſt.* 80. *art.* 12. *per tot.* Summ. Victor. de Euchar. *quæſt.* 87. *ſequitur, cap.* 2.

ADDITIO.

1 *Sufficiat.*] Nauarr. *in man. c.* 21. *de quinque præcept. Eccleſ. num.* 58. Conf. Orient. Eccleſ. *in annot. ad cap.* 21. Iudo. Raueſt. *cap.* 12. *Apolog.*

Apolog. ad ver. Illiric. in computatione ſecundi erroris, vbi de hoc decreto, & de Can. Conſtantienſ. Concil. hic citat Flor. Theol. *quæſt.* ... latiùs Ioſ. Gropper. *de præſtantiſſ. Altar. ſacram. tom. 2. de commun. ſub vna ſpecie*, & ibi facit 210. *reſpon. ad cap. comperimus, de conſecr. diſt. 11.*

CAPVT II.

Eccleſiæ poteſtas circa diſpenſationem Sacramenti Euchariſtiæ.

PRæterea declarat, hanc poteſtatem perpetuò in Eccleſia fuiſſe, vt in Sacramentorum diſpenſatione, ſalua illorum ſubſtantia, ea ſtatueret, vel mutaret, quæ ſuſcipientium vtilitati, ſeu ipſorum Sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum & locorum varietate, magis expedire iudicaret. Id autem Apoſtolus non obſcurè viſus eſt innuiſſe, [a] cùm ait: Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei, atque ipſum quidem hac poteſtate vſum eſſe, ſatis conſtat, cùm in multis aliis, tum in hoc ipſo Sacramento, cùm, ordinatis nonnullis circa eius vſum, [b] Cætera, inquit, cùm venero, diſponam. Quare agnoſcens ſancta mater Eccleſia hanc ſuam in adminiſtratione Sacramentorum auctoritatem, licèt ab initio Chriſtianæ religionis non infrequens vtriuſque ſpeciei vſus fuiſſet; tamen progreſſu temporis latiſſimè iam mutata illa conſuetudine, grauibus & iuſtis cauſis adducta, hanc conſuetudinem ſub altera ſpecie communicandi [c] approbauit, & pro lege habendam decreuit, quam reprobare, aut ſine ipſius Eccleſiæ auctoritate pro libito mutare non liceret.

[a] 1. Cor. 4. 1. Cor. 6.
[b] 1. Cor. 11.
[c] Conc. Conſtant. Seſſ. 13.

CAPVT III.

Totum & integrum Chriſtum, ac verum Sacramentum ſub qualibet ſpecie ſumi.

INſuper declarat, quamuis Redemptor noſter, vt anteà dictum eſt, [a] in ſuprema illa Cœna hoc Sacramentum in duabus ſpeciebus inſtituerit, & Apoſtolis tradiderit, tamen fatendum eſſe, etiam ſub altera tantùm ſpecie totum [b] atque integrum Chriſtum, verúmque Sacramentum ſumi; ac propterea, quod ad fructum attinet, nulla gratia, neceſſaria ad ſalutem, eos defraudari, qui vnam ſpeciem ſolam accipiunt.

[a] Matth. 26. Marc. 14 ſup. c. 1. 1. Cor. 11.
[b] cap qui mãducant, c. quẽ inuitat, c. ſinguli, de conſ. diſt. 2. ſup. Seſ. 13. cap. 3. & Can. 3. de Sacram. Euchar.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

COntra Georgianas, & Bohemorum malitias hæc diſputata fuerunt ſub Pio Secundo, & quibus rationibus nitatur Eccleſia ad hæc determinanda, vide latè per Cardinal. Papienſem, *lib. 6. commentar. fol. mihi in antiq.* 388. & 390. vbi Conſtantienſ. Concilium approbatur & idem approbatur in epiſtol. retractatoria Pij Secundi, circa fin. de qua habetur, *Conc. tom. 4. fol. 925.*

CAPVT IV.

Paruulos non obligari ad Communionem Sacramentalem.

DEnique eadem ſancta Synodus docet [a] paruulos vſu rationis carentes, nulla obligari neceſſitate ad ſacramentalem Euchariſtiæ Communionem: ſiquidem per [b] Baptiſmi lauacrum regenerati & Chriſto incorporati, adeptam iam filiorum Dei gratiam in illa ætate amittere non poſſunt. Neque tamen ideò damnanda eſt *a antiquitas*, ſi eum morem in quibuſdam locis aliquando ſeruauit. Vt enim ſanctiſſimi illi Patres ſui facti probabilem cauſam pro illius temporis ratione habuerunt; ita certè eos nulla ſalutis neceſſitate id feciſſe, ſine controuerſia credendum eſt.

[a] Infr. Can.
[b] Tit. 3.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a ANtiquitas.] Ex quibus Higmarus Archiepiſcopus Rhemen. *cap. ſol.* 6. docuit pueros obligari ad communionem, ſed hodie ſacrilegium eſſet, nec conuenit, tum propter periculum vomitus, & eructationis, vel alterius irreuerentiæ, quæ in pueris, vt plurimùm eueniunt, tum quia poſt baptiſmum ſunt in gratia, quam non potuerunt amittere, quia non potuerunt peccare, tùm quia non poſſunt ſeipſos probare, iuxta illud, Probet autē ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, D. Thom. *in 4. diſtinct. 9. & 3. par. quæſt.* 80. *art.* 9. Summ. Sacram. de Euchar. *cap.* 84. Silueſt. *Euchariſtiæ 3. num. 7. art. 7.*

DE COMMVNIONE SVB VTRAQVE SPECIE, ET PARVVLORVM.

CANON I.

SI quis dixerit, [a] ex Dei præcepto, vel neceſſitate ſalutis, omnes & ſingulos Chriſti fideles vtramque ſpeciem ſanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti ſumere debere; anathema ſit.

[a] Conc. Conſtant. Seſſ. 13.

CANON II.

Si quis dixerit, ſanctam Eccleſiam [b] Catholicam non iuſtis cauſis & rationibus adductam fuiſſe, vt laïcos, atque etiam Clericos non conficientes, ſub panis tantummodò ſpecie communicaret, aut in eo erraſſe; anathema ſit.

[b] Supr. c. 1. & Concil. Conſtant. de com. loco.

CANON III.

Si quis negauerit, totum [c] & integrum Chriſtum omnium gratiarum fontem & auctorem, ſub vna panis ſpecie ſumi, quia, vt quidam falsò aſſerunt, non ſecundùm ipſius Chriſti conſtitutionem ſub vtraque ſpecie ſumatur; anathema ſit.

[c] Supr. c. 3. & Seſſ. 13 c. 3. & Ca. 3. Concil. Conſtant. Seſſ. 13.

CANON IV.

Si quis dixerit, [d] paruulis antequam ad annos diſcretionis peruenerint, neceſſariam eſſe Euchariſtiæ communionem; anathema ſit.

[d] Suprà in princ. c. 4.

Duos verò articulos, [e] aliàs propoſitos, nondum tamen excuſſos, videlicet, An rationes, quibus ſancta Catholica Eccleſia adducta fuit,

[e] Seſſ. 22. in decreto.

fuit, vt communicaret laïcos, atque etiam non celebrantes ſacerdotes, ſub vna tantùm panis ſpecie, ita ſint retinendæ, vt nulla ratione a *Calicis vſus* cuiquam ſit permittendus: & An, ſi honeſtis & Chriſtianæ charitati conſentaneis rationibus concedendus alicui vel nationi, vel regno, Calicis vſus videatur, ſub aliquibus conditionibus concedendus ſit; & quænam ſint illæ: Eadem ſancta Synodus, [f] in aliud tempus, oblata ſibi quamprimùm occaſione, examinandos, atque definiendos reſeruat. *f Infr. Seſſ. 22. in fin.*

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

Ad Can. 1. Græcorum, & Bohemorum fuit hæreſis, de qua Theologi *in 4. diſt. 12.* fuitque damnata in Conſtantien. & Baſil. Concil. *ſeſſ. 13. vt in deciſ. fid. Cathol. Euchariſtia, quæſt. 14. fol.* 282.

Ad Can. 2. Congruè ergo hoc ordinatum eſt, propter periculum effuſionis ſanguinis, ſi cuncto populo miniſtretur. Item quia multi horrent vinum, vt fœminę, præterea ne videamur conſentire Neſtorianis, qui non ponunt in pane, niſi corpus, & in vino ſanguinem ſolùm, hoc præcipitur Sacerdotibus, vt ſub vtraque ſpecie communicent, vt de conſecratione. *diſt. 2. cap. comperimus.* Summ. Sacram. de Euchariſt. *quæſt.* 87. *Catechiſm. Rom. de Euchariſt. ver. quod verò fol.* 154. Card. Tolet. *lib. 2. cap.* 28.

Ad Can. 3. idem rectè conſtitutum fuerat in Concilio Conſtantien. *ſeſſ. 13. tom. 3. fol.* 821. miraculum, quod ſanguis ex hoſtia conſecrata exierit, refert hiſtor. Pontificalis Hiſpana in vita Pauli Papæ IV. *tom. 2.* idémque refert Sanctus Gregorius ex Leone I.

Ad Can. 4. Contra Higmarum Archiepiſcopum Rhemen. *cap. 3. fol.* qui in hoc communiter reprobatur. D. Thom. *in 4. diſt. 9. & 3. par. quæſt. 8. artic. 9. & in Summ. Sacrament. de Euchariſt. cap. 84. vel* 83. & Deciſ. fidei cathol. *in ver. Euchariſtia q. 15. fol.* 283.

a *Calicis vſus.*] De calicis vſu in Eccleſia recepto, vide *in lib. deciſ. fid. Cathol. in ver. calix cap.* 1. & ibi *cap.* 2. ex qua materia eſſe poſſit, *& cap.* 3. quòd ſit ab Epiſcopo benedicendus.

Decretum de Reformatione.

Eadem ſacroſancta Oecumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicæ Sedis Legatis, ad Dei omnipotentis laudem, & ſanctæ Eccleſiæ ornamentum, ea quæ ſequuntur, de reformationis negotio in præſenti ſtatuenda eſſe cenſuit.

CAPVT I.

Epiſcopi gratis debent ordinare, tonſurare, dimiſſorias & teſtimoniales dare, eorúmque miniſtri pro iſtiuſmodi litteras ſigillare: nec ſponte oblatum recipiendum eſt. Vbi eſt conſuetudo aliquid accipiendi pro litteris, nihil capiatur à Notariis pro officio vltra decimam vnius aurei partem, modo aliunde iis non ſuppetat ſalarium, &c.

Qvoniam [a] ab Eccleſiaſtico ordine omnis auaritiæ ſuſpicio abeſſe debet; nihil pro collatione quorumcumque 1 *Ordinum*, etiam clericalis tonſuræ, a *nec pro litteris dimiſſoriis*, aut teſtimoniali *a Vide 2. Latera. cap. 63. Conc. Chalc. actione 15. c. 2. Conc. Brac-*

Digitized by Google

monialibus, nec pro ſigillo, nec alia quacumque de cauſa, *β etiam ſponte oblatum*, Epiſcopi, & alij Ordinum collatores, aut eorum miniſtri quouis prætextu accipiant. *γ Notarij* verò in iis tantùm locis, in quibus non viget laudabilis conſuetudo nihil accipiendi, pro ſingulis litteris dimiſſoriis, aut teſtimonialibus, decimam tantùm vnius aurei partem accipere poſſint; dummodò eis *z nullum ſalarium* ſit conſtitutum pro officio exercendo: nec Epiſcopo ex Notarij commodis aliquod emolumentum ex eiſdem Ordinum collationibus directè, vel indirectè prouenire poſſit, tunc enim gratis operam ſuam eos præſtare omninò teneri decernit: contrarias taxas, ac ſtatuta, & conſuetudines, etiam immemorabiles, quorumcumque locorum, quæ potiùs abuſus, & corruptelæ, ſimoniacæ prauitati fauentes, nuncupari poſſunt, penitus caſſando, & interdicendo: & qui ſecùs fecerint, tam dantes, quàm accipientes, *δ vltra diuinam vltionem*, [b] pœnas à iure inflictas ipſo facto incurrant.

caren. a. c. 3 Conc. Aurel. 2. c. 1. Concil. Tolet. 8. Car 3. c. ſicut Epiſcopum. 1. q. 1

b 2. Bracaren. cap. 3.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

Ordinarius in Collatione Beneficij nil poteſt accipere, etiamſi ab immemorabili fuerit obſeruatum aliquid accipere, *cont. gloſ. in cap. cum olim de maior. & obed.*

Item, Ordinarius & Epiſcopi officiales pro diſpenſatione ad eum remiſſa nihil poſſunt accipere, non obſtante contraria, & immemorabili conſuetudine.

Item, Notarius pro litteris dimiſſoriis accipiens vltra decimam partem vnius aurei committit Simoniam.

Item, conſuetudo, ac corruptela tollitur, qua Epiſcopus accipiebat forfices, pecten, mappas, præter faculas, niſi conſueta, quæ promittit Pontificale Romanum.

Item, pro Collatione, vel inſtitutione Eccleſiarum Curatarum, vel pro deputatione Vicariorum in illis, Cãcellarius poteſt accipere mercedem ſuo labori conuenientem, quæ tamen ſcriptura ſigillo, & cæteris omnibus computatis, non excedat vnum aureum, dummodò non ſit præſtitutum aliquod ſalarium illi pro ſuo labore, & ex pecunia Collator, vel Inſtitutor nullum emolumentum directè, vel indirectè percipiat; Idem dicendum in collatione Beneficiorum, præſertim Curatorum, non obſtante quacumque immemorabili, nec pro ſigillo aliquid accipiat.

Item, pro Confirmatione, vel benedictione Abbatiæ, vel pro Collatione Beneficij de menſa Epiſcopali non poteſt accipi annata, nec dimidium annatæ ſi beneficium erat Iuriſpatronatus, non obſtante priuilegio, vel intuitu operis pij, ſecùs ſunt excommunicati, & Collatio eſt nulla.

Item, opera Notarij non poteſt locari, nec ſponte datum poteſt accipi.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α Nec pro litteris dimiſſoriis.] An pecunia data mediatoribus ad impetrandas litteras dimiſſorias pro Ordinibus recipiendis, inducat Simoniam, & aliqui dicebant, quod non, quia pœna appoſita præparata non extenditur, vt conſuluit Nauarr. *lib. 5. de Simon. conſ. 58. per tot.*

β Etiam ſponte oblatum.] Olim qui recipiebat à volente, ſi non tenebatur ad reſtitutionem, tenebatur tamen ad contritionem peccati, Lap. *alleg. 36. num.* 2. hodie ex iſto textu, nec operas Notarius locare poteſt, nec etiam aliquid poſtea accipere etiam ſponte datum, cùm hoc addat Concilium ad ius commune, vt per gloſ. *in cap. 1. in ver. vendere, de Simonia*, & Congregatio Concilij cenſuit non poſſe Cancellarios pro expeditione litterarum collationis, vel inſtitutionis quorumcumque beneficiorum, vel pro deputatione Vicariorum in illis accipere, niſi mercedem ſuo labori conuenientem, quæ tamen ſcriptura ſigillo, & cæteris computatis vnum

aureum

Digitized by Google

aureum non excedat, dummodò tamen ipſis Cancellariis ſalarium vllum pro officio exercendo conſtitutum non ſit, & ex pecunia quam acceperunt, nihil prorſus emolumenti collatores aliquo modo directè, vel indirectè percipiant, die 24. Ianuarij de anno 1594. & in viſitatione Notarius nihil poteſt accipere, ſiue habeat ſalarium, ſiue non. Prax. Neapolis, *lib. 1. cap.* 20. Item ex Congregationis, & fel. memor. Gregor. XIII. ſententia, non licere Epiſcopis ex collatione Ordinum aliquid accipere præter candelas, Nauarr. *in ſumm. cap.* 23. *num.* 111. *& conſ.* 58. *de Simon.* Tabien. *in ver. Simonia quæſt.* 34.

γ *Notarij.*] Vel ſint ſalariati, aut familiares Epiſcopi, Nauarr. *de cenſib. conſil.* 1. Prax. Neapol. *cap.* 20. Tolet. *lib.* 1. *cap.* 48. *in fin. & lib.* 5. *cap.* 88. *propè fin.*

δ *Vltra diuinam vltionem.*] Quod iſta verba importent graues, & grauiores pœnas, vide per Fuſcum *de viſitation. lib. 1. cap.* 31. *num.* 15. *fol.* 221.

ADDITIO.

1 *Ordinum.*] Vide *text. in cap. audiuimus, & cap. ea quæ* 1. *quæſt.* 3.

2 *Nullum ſalarium.*] Facit text. *in c. cum ab omni, de vit. & honeſt. Cleric.* de quo Rom. *in ſing.* 180. Corrett. *in ſing. in verb. ſportulæ ver. Ius Canonicum*, & de mercede Notariorum pro literis ordinandis, quantum ab eis exigi poſſit, Præpoſ. *in cap. ſicut Epiſcopum* 1. *quæſt.* 2. *& in cap. claritatem* 12. *q.* 2.

CAPVT II.

Nullus, quantumuis idoneus ſæcularis Clericus maioribus ordinetur, niſi priùs habeat beneficium ſufficiens ad vitam; quod reſignare non poſſit, niſi, &c. Vel patrimonium, aut penſionem ſimiliter verè ſufficiens, &c.

1 C*Vm non deceat* eos, qui diuino miniſterio adſcripti ſunt, cum α *Ordinis dedecore* [a] mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere: compertúmque ſit, complures pleriſque in locis β *ad ſacros Ordines* nullo ferè delectu admitti; qui variis artibus, ac fallaciis confingunt, ſe beneficium Eccleſiaſticum, aut etiam idoneas facultates obtinere: ſtatuit ſancta Synodus, ne quis deinceps Clericus ſæcularis, quamuis aliàs ſit idoneus, moribus, ſcientia, & ætate, ad ſacros Ordines promoueatur, niſi priùs legitimè conſtet, eum beneficium Eccleſiaſticum, quod ſibi ad victum γ *honeſtè ſufficiat*, pacificè poſſidere. Id verò beneficium δ *reſignare* non poſſit, niſi facta mentione, quod ad illius beneficij ε *titulum* ſit promotus, neque ζ *ea reſignatio admittatur*, niſi conſtito, quod 2 *aliunde* viuere commodè poſſit: & aliter facta reſignatio η *nulla ſit.* θ 3 *Patrimonium* verò, ι *vel penſionem* obtinentes ordinari poſthac non poſſint, niſi illi, quos Epiſcopus iudicauerit, aſſumendos pro neceſſitate, vel commoditate Eccleſiarum ſuarum, eo quoque priùs perſpecto, patrimonium illud, vel penſionem verè ab eis 4 *obtineri*, taliáque eſſe, quæ eis ad vitam ſuſtentandam ſatis ſint, atque illa deinceps ſine licentia Epiſcopi 5 *alienari*, aut extingui, vel remitti nullatenus poſſint, donec beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens ſint adepti, vel κ *aliunde* habeant, [b] vnde viuere poſſint [c] 6 *antiquorum* canonum λ *pœnas* ſuper his 7 *innouando.*

a Ca. Diaconi ſunt, circa med. 93. diſt.

b c. in omne.

c Et c ſanctorum 70. diſt. c. cum ſecundũ, de præ. & c. cũ Epi. de præb. in 6. c. fin. de reſcri in 6. Vide cõſtitutione. Alc. in Cõcil Later. parte 1. c. 5.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

NVllus ſæcularis, vel regularis, non profeſſus debet ordinari ſine titulo ſufficienti, Pius V.

Item, nullus eſt ordinandus in ſacris ad titulum ſeminarij, ſed ad titulum Beneficij, niſi poſt ſuſceptum Preſbyteratum.

Item, Epiſcopus poteſt concedere literas dimiſſorias Clericis abſentibus ad titulum patrimonij, vel penſionis.

Item, ob penuriam ſacerdotum quandoque conceſſum eſt ordinari ſine Beneficio, vel patrimonio, dummodò quis ſpondeat neceſſaria Ordinando miniſtraturum, vt in Poſonia.

Item ſi ordinarius non potens admittere reſignationes prohibitas à Pio V. admittat reſignationem Beneficij, cuius titulo quis erat ordinatus, Beneficium vacat Sedi Apoſtolicæ, & Ordinarius prouidebit reſignanti de propria.

Item, quantitas patrimonij, quo quis poteſt ordinari non taxatur, ſed relinquitur ad terminos Concilij.

Item, ad titulum donationis, verè, realiter, & non fictè, ſi Epiſcopus pro neceſſitate, ant vtilitate ſuarum Eccleſiarum iudicauerit ordinandum ordinet, ſed donatio non poteſt alienari ſine licentia Epiſcopi, & niſi habeat beneficium ſufficiens, vel vnde poſſit viuere; ad alios titulos antiquos non poteſt. Vide ibi.

Item, qui iurat reſignare Beneficium, ſub quo eſt ordinatus, eſt abſoluendus à Pœnitentiario ne reſignet.

Item, ordinatus contra formam hanc, licèt ſine titulo non eſt ſuſpenſus, nec incurrit aliquam pœnam, ſed cogendus eſt Ordinarius, ei prouidere, iuxta *cap. cùm ſecundum, de præben.* qui Canon ſolus fuit minoratus per Concilium per Doctr. Abb. *in d. cap. cùm ſecund.* & non *cap. neminem, cap. ſanctorum d. 70.*

Item, nullitas reſignationis non procedit permutatione æquiualenti etiam tacendo, quod ſit titulus, & eſt tutus in conſcientia.

Item, Ordinarius admittens reſignationẽ Beneficij Iuriſpatronatus à ſacerdote non habente aliud vnde viuat, tenetur eum alere, nec poteſt eidem idem Beneficium reſignatum reſtituere, ſed in eo inſtitui debet ille, qui præſentatus eſt à patrono.

Item, qui iurat non reuocare procuratorem factum ad reſignandum Beneficium, petat abſolutionem, & poteſt reuocare procuratorem.

Item, Clerici regulares ſi ante profeſſionem ordinentur ſine titulo, ſunt ſuſpenſi, & ſi exercent ſunt irregulares, ſic Pius V. ſed Gregorius XIII. exemit Clericos Societatis IESV, vel potiùs declarauit Pium illos non comprehendere.

Item, qui obtinet parochialem non ſufcientem ad victum, non tenetur ordinari infrà annum, iuxta *cap. licèt*, ſed expedit eam dimittere.

Item, habens Beneficium Curatum litigioſum tenetur ordinari ſi habet liberum exercitium Curæ.

Item, quando quis reſignat, v. g. Canonicatum tenetur intra menſem docere quod habet vnde viuat, ſi moriatur intra menſem, Epiſcopus non poteſt conferre Canonicatum, quia affectus cum ſemel manum poſuerit.

Item, hæc omnia habent locum, etiamſi Beneficium ſit Iuriſpatronatus.

Item, hoc cap. prohibet reſignationem voluntariam, ſed non priuationem.

Item, Ieſuitæ Sacerdotes, qui exire non poſſunt, ſed Superior eos dimittit, prouideat de bonis Religionis 40. aureis annuis.

Item, familiares per triennium, & continui commenſales Cardinalium poſſunt de licentia Cardinalium promoueri à Vicario Sanctiſſimi, eſt falſum, ita Cardin. Matthæus declarauit. Vide in eius ſcriptis.

Item, Capitulum Sede vacante poſt annum non poteſt concedere dimiſſorias ordinandis ad titulum patrimonij, vel penſionis, quia hoc eſt ſeruatum iudicio proprij Epiſcopi.

Item, Preſbyter pauper prouiſus de Beneficio, vel penſione, non poteſt illa renunciare propter eandem rationem, id eſt, ne cogatur mendicare.

Item, reſignans titulum Ordinis tenetur facere mentionem, quod fuit ordinatus ad iuſtum titulum, quia datur vt forma.

Item,

Item, Clericus habens Beneficium non ſufficiens, ſed cum iuncto patrimonio, eſt ſufficiens, poteſt ordinari, ſed ſi hæc non ſufficiant, & addita pietantia, eleemoſynis, anniuerſario, confraternitate, & aliis eleemoſynis, &c. non poteſt ordinari, nec poteſt ordinari qui cum induſtria, vel honeſto labore poteſt viuere.

Item, non habens titulum ſufficientem, ſi Epiſcopus ſe obligat ſupplere alimenta donec prouideatur, poteſt ordinari.

Item, qui ſunt iam promoti ad titulum non ſufficientem, non aſcendant vlterius ad Sacerdotium donec habeant ſufficientem.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α ORdinis dedecore.] Ex hoc proœmio colligitur cauſa finalis huius text. vt in ſimilibus concludit Dec. *conſ.* 640. *nu.* 13. Rot. *diuerſ. par. 3. lib. 3. deciſ.* 642. Gozadin. *conſ.* 88. Natt. *conſ.* 546. *num.* 6. Idem Dec. *conſ.* 168. *num.* 1. Burſat. *conſ.* 345. *num.* 4. *tom.* 4. Menoch. *tom.* 3. *conſil.* 282. *num.* 9. Hinc eſt quod prouiſus de beneficio aliquo, vel penſione ante Concilium ſi eſt conſtitutus in ſacris Ordinibus non poteſt ei beneficio, vel penſioni renuntiare, licèt non fuerit promotus ad illius titulum, quia ratio eſt finalis, ne cogatur mendicare, vide Rot. *par.* 1. *deciſ.* 457.

β *Ad ſacros Ordines.*] Sic erat iure communi ſtatutum, & Curia obſeruabat, vt hic titulus victus ſufficientis requiratur quoad Ordines ſacros, ſufficiant narrata in præſenti Canone, dic quod non; ſed requiritur prætereà, vt ſit probatus in minoribus Ordinibus, & probatio eſt facienda in Eccleſia in qua adſcriptus eſt, vbi ſuis fungatur muneribus, *cap.* 6. 13. 14. 16. & 17. *infr. ſeſſ.* 23. Quod enim hîc dicatur victum reſpuit, ne cogatur per ſordes mendicare, ibi verò præcipitur, vt ſe exerceat priùs in ſuſceptis ordinibus, & ſic probatus ad maiores aſcendat, nec tanta ratio habenda eſſet de titulo, quanta haberi debet de probatione, cùm Concilium hîc non requirat titulum, niſi in promouendis ad Sacros Ordines, probationem verò requirit in quibuſcumque Ordinibus, quare expedire exiſtimaueram ex verbis, & mente Concilij, ſi ſinguli admitterentur in ſacris Ordinibus ad titulum beneficij ſimplicis, vel penſionis, vel patrimonij ſufficientis ad victum, dummodò afferant fidem quòd in ſuſceptis iam Ordinibus in aliqua Eccleſia publicè & laudabiliter ſe exercuerint. Iſto enim modo melius, & magis probati admitterentur, & Eccleſiis meliùs conſuleretur, & maior eſſet numerus miniſtrorum deſeruientium, & licet ex *cap.* 16. videatur requiri alius titulus in quo ſe exerceant, tamen ſatis eſt, ſi exercuerint in adſcriptione minorum Ordinum, aliàs maxima daretur difficultas pro iſtis titulis.

γ *Honeſtè ſufficiat.*] Quale dicatur beneficium ſufficiens, & quid conſideretur in hac ſufficientia, *not. in cap. cum ab eo, de reſcript. iuncta gloſ. final.* ibidem Rot. *deciſ.* 445. aliàs 16. *in nou. num.* 3. vide Archidiacon. *in cap. ſi Epiſcop. poſt gloſ. in ver. titulum, de præbend. in* 6. Couarr. *variar. reſolution. cap.* 6. *num.* 8. Dicitur enim ſufficiens arbitrio Iudicis, conſiderata qualitate perſonæ. Felin. *in cap. poſtulaſti, num.* 26. *de reſcr.* Rot. Verall. *Par.* 1. *deciſ.* 65. Maſcard. *de probation. volum.* 2. *concluſion.* 650. *num.* 9. Staphil. *de grat. expect. num.* 9. *fol.* 17. & *num.* 7. *fol.* 28.

δ *Reſignare.*] An diſpoſitio huius textus quòd non poſſit quis reſignare beneficium ad cuius titulum fuerit promotus, niſi de hoc facta mentione habeat etiam locum in permutatione, videtur negatiuè reſpondendum propter diuerſam rationem: nam permutatio eſt contractus bonæ fidei vltro citróque obligatorius, & de iure permiſſus ob Eccleſiæ neceſſitatem, vel vtilitatem, *cap.* 1. *de rer. permutation. lib.* 7. & *clem.* 1. *eod. tit.* Bulla quoque Pij V. 58. §. *adhæc.* Quinimò beneficia permutata non dicuntur propriè vacare, quia vtérque habet Ius in re. Ancaran. *in dicto, cap.* 1. *in princip.* Federic. de Sen. *quæſtion.* 62. *ſub num.* 3. In eis enim non habet locum expectatiua, neque optio, Burſatt. *conſ.* 351. *num.* 5. *fol.* 40. Ratio autem diuerſitatis eſt, quia reſignans poteſt abdicare à ſe rem ſuam propria voluntate, & quandoque nolens cogitur, *cap. cùm in dubiis, & cap. quidam,* vbi gloſ. *in ver. compellandos, de renuntiation.* Capio. *deciſ.* 154. *num.* 1. ſed permutans, ſolùm mutat in aliud, quod in locum eius omninò ſuccedere debet, ſuperioris auctoritate, Cardinal. *in cap. quæſitum, quæſt.* 19. *num.* 55. *eod. tit.*

Silueſter Clericus IV. *quæſt.* 13. *num.* 9. & cauſa finalis, ac mens Concilij quæ colligitur ex procœmio huius textus ad Rot. *par. prima diuerſor. deciſ.* 457. *in princip.* ne Clericus cogatur mendicare, ſecurior eſt in permutatione quàm in reſignatione per ſupradicta. Inueni poſtmodum Congregationem aliàs decreuiſſe in vna Camerinen. prima Iulij 1593. tutum eſſe in conſcientia eum, qui beneficium, ad cuius titulum erat promotus; reſignauit, & aliud ex cauſa permutationis obtinuit, tacendo in reſignatione quòd erat promotus ad titulum prædicti beneficij, dummodò ſecundum beneficium ſit æquiualens primo; ſed his non obſtantibus ſacra Congregatio die 25. menſis Iulij 1600. cenſuit ita faciendum eſſe mentionem de titulo in permutatione, ſicut in reſignatione, cum talis forma ſit per Concilium præſcripta, à qua non eſt recedendum, attenta præſertim clauſula irritante, cui non poteſt ſatisfieri per æquipollens. Ad Aretin. Socin. & Feltn. prout in informationibus, & poteſt contingere caſus, vt permutans quandoque non habeat beneficium permutatum ſicut in hoc facto contingit, ergo ceſſat ratio adducta pro contraria parte, quia qui permutauit Canonicatum cum parochiali, cùm fuiſſet repulſus à Parochiali in examine propter eius inhabilitatem non potuit redire ad Canonicatum, vt decreuit Rota, & ſic priuatur vtroque, & remanet ſine titulo.

¹ *Titulum.*] Quid ſi non ad titulum illius beneficij ſit promotus, ſed illud habeat in Commendam, dic idem eſſe per ea quæ voluit Gomes. *in regul. de idiomat. quæſt.* 5. & melius *in regul. de triennal. quæſt.* 5. *num.* 20. Quid ſi habeat regreſſum ad pingue beneficium dic non poſſe, quia nondum habet titulum & in ſignatura coram ſua Sanctitate non potuit obtinere gratiam diſpenſationis, qui fuerat ordinatus ad titulum regreſſus, licèt poſtea conſequutus fuerit beneficium, vt poſſit exercere ordines ſuſceptos, quia ſuæ Sanctitati videbatur eum falsò fuiſſe ordinatum ad titulum beneficij, qui non habebat, niſi regreſſum.

ζ *Ea reſignatio admittatur.*] Si Ordinarius admiſerit renunciationem beneficij ad cuius titulum qui fuerat promotus, non poterit beneficium ſic reſignatum eidem reſignanti reſtituere, ſed ipſe de ſuo tenebitur ad victum ordinati, iuxta *cap. Epiſcopus de præben.* Quod non procedit in permutatione æquiualenti ex Congregationis ſententia, vt refert Quarant. *de benef. reſignat. fol.* 106. *ver. circa renunciationem*, vbi etiam vide quod reſignans beneficium ad cuius titulum fuit ordinatus, reſeruata ſibi penſione 100. ducat. cùm nihil aliud habeat, non meretur, & reſignatio tenet, Nauarr. *conſ.* 13. *de præbend. in antiq.* limitatur niſi renuncians ſit Religionem ingreſſurus, quia ceſſat ratio mendicitatis, Quarantig. *ibidem fol.* 110. *in principio.* Ordinarius exiſtens in Vrbe, & admittens reſignationem legitimè factam, non poteſt intra Vrbem cõferre. ſed non eſt exeundum ab Vrbe, Quarantig. *ibidem fol.* 110. *ver. an autem.* & quoniam reſignans coram Ordinario non poteſt conuenire de reſignando in perſonam certam propter Simoniam, fuit tamen dictum quod poteſt ſecretò rogare Ordinarium, vt alicui tali conferat, Caſſad. *deciſ.* 2. *de Simon.* Nauarr. *conſ.* 36. *&* 38. *de Simon.* Quarantig. *ibidem ver. pro camplemento fol.* 110.

Reſignationum publicationes hodie faciendæ ſunt ex forma Conſtitutionis Gregorij XIII. quam refert Quarantig. *eod. tit. fol.* 111.

Reſignationes beneficiorum Iuriſpatronatus ſicut permutationes non tenent ſine conſenſu patroni, Lap. *alleg.* 96. Quarantig. *de Benef. permutat. fol.* 117. *&* 119. vide quæ ſcripſi infrà *ſeſſ.* 24. *ad cap.* 18. *in verb. reſignationem comm. contr. comm. quæſt.* 281. *num.* 15.

ˢ *Nulla ſit.*] Ideò quia diſpoſitio huius cap. eſt fundata ſuper publica honeſtate, cui ordinatus non poteſt renunciare, Abb. *in cap. cum ſecundum, de prebend. prope fin.* Nauarr. *par.* 1. *de tempor. ordin. conſ.* 16. *num.* 4. *& conſ.* 42. *num.* 2. *& conſ.* 14.

ϑ *Patrimonium.*] Ordinatus ad titulum ſi aliunde acquiſiuit, vnde viueret, poteſt ſine licentia Epiſcopi alienare patrimonium ad cuius titulum fuerat promotus, *comm. contr. comm. quæſt.* 561. *num.* 30. *fol.* 34. *& quæſt.* 56. *num.* 33. *& quæſt.* 527. *num.* 7. *& ibi num.* 9. vide quod non inducitur alia pœna, niſi nullitas actus ex quo videtur receſſum à pœnis antiquis per ea quæ diſputat. *comm. contr. comm. quæſt.* 626. *fol.* 56. Hinc eſt quod bona donata à patre, filio, vt promoueatur ad ſacros Ordines, non computantur ad legitimam cùm alienari non poſſint

poſſint ex hoc *text. comm. contr. comm. quæſt.* 682. patrimonium autem ad quod fuit aliquis ordinatus, gaudet immunitate Eccleſiaſtica, *commun. contr. commun. quæſtion.* 527. *num.* 4.

Multi Romæ ordinati fuerunt ad titulum patrimonij, poſtea fuit talis ordinatio prohibita, fortè quia titulus non eſt, niſi in ſpiritualibus, vt *cap. ſanctorum diſt.* 7. vel quia ſola beneficia ſunt perpetua, vt per Lap. *alleg.* 9. *num.* 3. & ideò negatum fuit in ſacra Congregatione 25. Iulij 1572. quibuſdam petentibus, vt quidam promoueatur ad titulum ſeminarij, quia non eſt verus titulus, licèt olim potuerit quis ſimpliciter ordinari ad titulum hæreditatis paternæ, *cap. Epiſcopus, de præbend. & cap. tuis, eod. tit.* Idem erit ſi Epiſcopus permittat alimenta ſuper menſæ ſuæ fructibus, quod poteſt, vt habetur in *cap. cùm ſecundum*, vbi Abb. *de præbend. & cap.* 2. *eod. tit. cap. accepimus, de ætat. & qualitat.* ad quæ etiam ſucceſſor tenetur, *dicto cap. cùm ſecundùm*, Felin. *in cap. ad audientiam, el* 2. *num.* 4. *verſ. & ex deductis de reſcript.* Rom. *conſ.* 388. quia præſtatio alimentorum non eſt titulus, & ideò non poteſt fieri ſine neceſſitate, vel commoditate Eccleſiæ, ſicut dicimus de patrimonio, vel penſione, vt in textu, idem ſi talis penſio aſſignetur Clerico per laicum, Rot. *deciſ.* 11. *de præben. in antiq. & deciſ.* 39. *de reſcr. in antiq.* latè Felin. *in cap. poſtulaſti.* Sacra Congregatio quarta Septembris 1572. cenſuit hoc vltimo caſu, videlicet ad titulum patrimonij alieni poſſe ordinari, dummodò caueatur, iuxta formam Concilij: ſed ad titulum beneficij alieni, vel menſæ Epiſcopalis prohibuit fieri, ne hac occaſione Epiſcopi, vel beneficiati grauarentur beneficia conſanguineorum, vel ſuorum cauſa.

ι *Vel penſionem.*] Quare ad titulum beneficij poſſit quis ordinari ſimpliciter, ad titulum verò penſionis non poſſit, niſi ex commoditate, vel neceſſitate Eccleſiæ, vide per Felin. *in cap. poſtulaſti, num.* 37. *& ſeq. de reſcript.* hinc eſt quod penſio datur quandoque loco tituli & eſt, quod ſpirituale, alias eſt, quod temporale, de quo vide per Giga. *de penſion. quæſt.* 33. *per tot.* ſed non venit appellatione beneficij idem Gigas *quæſt.* 86. *num* 1. *&* 5. At quando datur in titulum, Idem *reſponſ.* 33. *& quæſt.* 94. *per tot.* vbi habes multa.

κ *Aliunde.*] Satis ergo eſt ſi habeant vnde viuant, ex quo quæſitum fuit, an poſſint ordinari ad titulum beneficij alieni, & videtur, quod ſic, vt ſuprà dictum per text. in *cap. poſtulaſti, vbi gloſ. de Iurepatron. & cap. per tuas, el* 2. *de Simon.* vbi Abb. Felin. *in noſtra, num.* 84. Correlar. 35. *de reſcript.* ſed verè iſte non habet titulum, ſed ſubſtentationem, quare non eſt ordinandus, niſi ex neceſſitate, vel commoditate Eccleſiæ, vt dicitur in textu, ſed quid ſi partim ex beneficiolo, partim ex patrimonio poteſt ſe ſubſtentare, & dic idem.

λ *Innouando.*] Hinc fuit quæſitum, qui Canones per hæc verba ſint innouati.

Aliqui dicebant innouatos eſſe, *cap.* 1. *&* 2. *diſt.* 70. in quibus decernitur quod ordinatio non fiat ſine titulo, ſub pœna ſuſpenſionis ordinatorum, alij negabãt, quia Canones illi fuerint correcti, per *cap.* 2. *& cap. cùm ſecundum, de præbend.* vbi gloſ. & Doct. & Canones correcti non allegantur per not. per Felin. *in cap.* 1. *de conſtit.* fuit concluſum, vt per Nauarr. *de Conſtitution. conſ.* 1. *num.* 45. Canones illos *diſt.* 70. non fuiſſe innouatos, quia ibi requirebatur titulus ad effectum, ne quis incertis vagetur ſedibus, & vt habeat in quo ſe exerceat: Sed Concilium hic requirit titulum beneficij penſionis, ſeu patrimonij, ne cogatur mendicare, & ad hoc innouat Canones qui faciunt ad propoſitum Concilij, iuxta dictum *cap.* 2. *& cap. cùm ſecundum, & cap. Epiſcopus, & cap tuis de præbend. & cap. ſi Epiſcopus cui de præbend. in* 6.

Beneficium dicitur tenuis fructus quando non ſufficit pro alimento perſonæ beneficiati, eiúſque familia, Specul. aur. *quæſt* 561. *num.* 28. *fol.* 34. & ibi vide quæ ſit congrua portio pro ſuſtentatione. Quomodo autem computetur valor beneficij, & dic ſecundùm exiſtimationem loci vbi ſitum eſt, *quæſt.* 733. *num.* 3. Decretum hoc extendit S. D. N. Pius Papa Quintus ad clericos etiam Regulares, vel cuiuſcumque Ordinis religioſos, more religioſorum viuentes in communi, dummodò non ſint profeſſi. Bull. Rom. Pont. 1568. pridie Id. Octobris Anno 3.

Sed quæſitum fuit an ex hoc decreto poſſit quis promoueri ad titulum Seminarij cum permiſſione victus, donec aliunde illum habuerit. Congregatio reſpondit negatiuè, quia Concilium non permittit

promoueri, niſi ad titulum beneficij. Item ſeminarium ad puerorum non profeſſorum commoditatem inſtitutum eſt. Item auferetur locus eius qui ſubrogandus eſſet, ac ſeminario diſſoluto, iſte remaneret deceptus. Coaptati in Collegiū ſeminarij non poſſunt ordinari ad titulum ſeminarij, niſi ob cauſam interueniendi beneficiis quæ forſan eſſent ſeminario vnita, & tunc cum aſſignatione certi annui redditus, vnde ſic promoti viuere honeſtè poſſint; quæ tamen aſſignatio ceſſet, poſtquam illi aliunde ſe æquè ſuſtentare poterunt. Prax. Neapol. *cap. 81. num. 2. fol. 430.*

Ordinatus contra formam huius capitis ſine beneficio, aut patrimonio non eſt per hoc ſuſpenſus, nec aliquam pœnam incurrit, ſed cogendus eſt Ordinarius ei prouidere, iuxta *cap. cùm ſecundum, de præbend.* qui Canon ſolus fuit innouatus à Concil. per Doct. Abbat. *in d. cap. cùm ſecundum,* quod procedit quando Epiſcopus ſolus eſt in culpa ordinando ſcienter talem: ſed quando ordinandus eſſet in culpa, quia mentitur decipiendo Epiſcopum, tunc eſſet ſuſpenſus per hunc textum qui innouat. *cap. neminem, & cap. ſanctorum diſt. 70.* ita diſtinguit, & concludit Nauarr. *par. 1. de tempor. ordin. conſ. 14. 15. & 19.* niſi mendacium eſſet ſuper modica quantitate, vt conſuluit idem Nauarr. *ibidem conſ. 18. & conſ. 47.* vide quæ diximus *ſuprà in verb. innouando.*

Si Ordinarius non habens facultatem admittendi reſignationem ſibi à Pio V. Pontifice Maximo, in aliquibus caſibus ſublatam hanc reſignationem admiſerit, illius beneficij ad quod quis erat ordinatus, beneficium vacat Sedi Apoſtolicæ, & Ordinarius reſignanti de proprio prouidere tenetur.

Ob penuriam Sacerdotum quandoque conceſſum eſt ordinari ſine beneficio, aut patrimonio, dummodò quis ſpondeat neceſſaria ordinando ſe ſubminiſtraturum.

Qui beneficium illud, ad quod ordinatus erat, reſignare curauerit pro pœnitentia eſt abſoluendus, ne reſignet.

Ordinatus ad titulum patrimonij mobilium, non propterea pœnā meretur, ſed curare debet, vt mobilia illa conuertantur in immobilia, Nauarr. *par. 1. de tempor. ordin. conſ. 29.* Prax. Neapol. *cap. 81. num. 2.*

Ad titulum donationis alicuius, poteſt etiam quis ordinari, ſi ita Epiſcopus iudicauerit eum aſſumendum pro neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiarum ſuarum, etiamſi donatio eſt realiter vera, & non ficta quæ aliàs alienari non poteſt abſque licentia Epiſcopi, & donec beneficium ſufficiens ordinatus adeptus fuerit, vel aliud, habeat, vnde viuere poſſit, ex Congregatione.

Si quis autem ordinatus erat Subdiaconus, abſque titulo, potuit rite poſteà promoueri abſque alio titulo beneficij, dummodò ſaltem ad titulum patrimonij promoueatur.

Clericus poteſt ordinari ad Eccleſiam receptitiam, Prax. *in verb. dimiſſoriæ, quæſt. 5. dub. 1. fol. 74.* & plures alios caſus, vide in Prax. Neapol. *conſ. 81. num. 2. fol. 428.*

Quantitas patrimonij ad quam promoueri quis poſſit, non taxatur, ſed remittitur ad terminos iuris arbitrio Superioris; ſed an tale patrimonium gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, & dic quod ſic cum ſuccedat loco beneficij, Prax. *in ver. Clericus. §. vndecimo, ver. dico 7. fol. 49.* poſt Gomes. *quæſt. 23. de infirm. reſignan.* Romæ enim taxatur ad ſcuta 60. Neap. ad 36. Prax. Neapol. *cap. 81. ſub num. 2. fol. 429.*

ADDITIO.

1 *Cum non doceat.*] Hoc cap. non habet locum in Clericis Societatis Iesv, quamuis ſolemnem non fecerint, & eiici, ac diſcedere poſſint, Mandoſ. *conſ. 13.*

Videnda tamen eſt extenſio Pij V. vbi quòd hic dicitur de Clericis ſæcularibus ad ſacros non promouendis, traditur ad Regulares non confeſſos, ſed quoad Ieſuitas fuit reuocatum per Gregorium XIII. vlt. Febr. 1573. Rodrig. *in ſerm. tom. 2. cap. 15. num. 1.*

2 *Aliunde.*] Ne ex Miſſarum eleemoſynis victum ſibi quæſitare, ac mendicare in decus Ordinis aliquando cogeretur, & ſic hæ eleemoſynæ non ſunt computandæ inter redditus, quos debet habere reſignans, ita Comitul. *deciſ. 62.* Lucana Mauſculatos 19. Iunij 1589. dicens quòd Rota pro neceſſariis ad victum, & veſtitum pro Clerico, quamuis infirmo non aſſignat minùs ducatos 24. auri de Camera, vt teſtatur, Caſſad. *deci. 6. num. 5. de appellat.*

3 *Patrimonium.*] Si quis verò alicui donauit

nauit patrimonium, cum pacto, vt poſtquam ordinatus fuerit renunciet in fauorem donantis, & Clericus renunciauit, incurrit excommunicationem à ſolo Papa diſpenſabilem Couarr. in Clem. *ſi furioſus* 1. *par.* §. 1. *num.* 7. *de homic.* ſi tamen antequam ordinetur, non tàm grandem incurrit excommunicationem, ſed in aliam incidit, in ſuſpenſionem, de qua Nauarr. *in manual. c.* 27. *num.* 158. per hunc autem, cap. ad titulum patrimonij, vel penſionis ſolùm promoueri illos, quos Epiſcopus iudicauerit aſſumendos pro neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ.

An, & quomodo hoc patrimonium alienari poſſit, P. Greg. *lib.* 25. *Syntag.* non ſufficit titulus promiſſus cum pacto de non peten. Nauarr. *conſ.* 18. *de temp. ordin.* Mens Concilij eſt etiam quod patrimoniũ in immobilibus conſiſtat, ordinatus tamen ad patrimonium mobile non eget diſpenſatione, ſed curare detur, & ad immobile redigatur Nauarr. *conſ.* 29. *de temp. ord.*

Ordinatus autem ad titulum Beneficij obtenti ante legitimam ætatem, non eſt ſuſpenſus, & an teneantur ad fructuum reſtitutionem Nauarr. *conſ.* 44. *de temp. ord.*

Et nota in ſumma quod ſuſpenſio eſt ſublata pro *cap. cùm ſecundum, de præbend.* niſi Epiſcopus ab ordinato deceptus fuerit, Nauarr. *conſ.* 47. *de temp. ordin.*

4 *Obtineri.*] Quando autem ordinatus quis eſſet ſine patrimonio, vel cum Beneficio inſufficienti, ſuſpenſus eſſet, *cap. neminem, cap. ſanctorum* 70. *diſt.* etiamſi habeat patrimonium cum pacto de reſtituendo, Nauarr. *de Conſt. conſ. cap. num.* 45. nec ei Epiſcopus de Beneficio prouidere tenetur, niſi cum ordinatus eſt bona fide ab eo, qui ſciebat, vel ſcire debebat patrimonium ordinati, vt ibi & *num.* 47. & ſatis eſt quod habeat patrimonium ſibi donatum.

Nec intereſt an creditoribus tantummodò debeat, Nauarr. *conſ.* 13. *de temp. ord.* ſufficit etiam quod patrimonium ordinato puta ad Diaconatum aſſignatum fuerit, quamuis illud renunciauerit, & poſtea hoc citato Presbyter fuerit effectus, quia renunciatio non tenet, Nauarr. *conſ.* 16. & 41. *de tempor. ordin.*

Præterea patrimonium parentum inſufficiens non vitiaret ordinationem, Nauar. *conſ.* 18. *de temp. ordin.*

5 *Alienari.*] Per hunc textum manet correcta gloſ. *fin. in cap. tuæ de præb.* & alia iura concord. quæ probant ordinatum ad titulum patrimonij poſſe eum alienare ſine licentia Epiſcopi, quod ante fuit ſtatutum in Concil. Senon. *de reform. mor.* Vide Felin. & Dec. *in cap. Eccleſia de conſt.* & Gyg. *de penſ. quæſt.* 85.

6 *Antiquorum.*] De quibus in *cap. nemine, cap. ſanctorum* 70. *diſt.* cùm enim mens Concilij ſit prohibere, ne quis ſine titulo ordinetur, & cùm id prohibeant antiqua iura, & imponant ſuſpenſionis pœnam, meritò videtur conreformatum.

7 *Pœnas.*] De iis pœnis Nauar. *de temp. ordin. conſ.* 14. & 15.

CAPVT III.

Tertia pars quorumcumque prouentuum & obuentionum, tam dignitatum quàm Canonicatuum, perſonatuum, &c. conuertenda eſt in diſtributiones quotidianas, vbi eæ ſunt ita tenues vt negligantur: diuidantúrque ſolis intereſſentibus. Salua conſuetudine, per quam non inſeruientes recipiunt minùs tertia ſaltem parte, Contumaces vlterius puniendi.

1 CVm *beneficia* ad diuinum cultum, atque Eccleſiaſtica munia obeunda ſint conſtituta, ne qua parte minuatur diuinus cultus, ſed ei debitum omnibus in rebus obſequium præſtetur, ſtatuit Synodus, in Eccleſiis, tam Cathedralibus, quàm Collegiatis, ª in quibus nullæ ſunt diſtributiones quotidianæ, vel 2 *ita tenues,* α *vt veriſimiliter negligantur*, tertiam partem fructuum, β *quorumcumque* prouentuum, & obuentionum tam 3 *dignitatum*, quàm canonica

ª Inf. Seſſ. 22. de refor. c. 3.

nonicatuum, perſonatuum, portionum, & officiorum ſeparari debere, & in 4 *diſtributiones* quotidianas conuerti, quæ inter dignitates obtinentes, & cæteros diuinis intereſſentes, 7 *proportionaliter & iuxta diuiſionem* ab Epiſcopo, etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis delegato in ipſa prima 1 *fructuum* deductione facienda diuidantur: ſaluis tamen conſuetudinibus earum Eccleſiarum, in quibus non reſidentes, ſeu non ſeruientes, nihil vel minùs tertia parte 5 *percipiunt*: non obſtantibus exemptionibus, ab aliis conſuetudinibus etiam immemorabilibus, & ζ *appellationibus* quibuſcumque. Creſcentéque non ſeruientium 6 *contumacia*, licet contra eos procedere, iuxta iuris, [b] ac ſacrorum 7 *canonum diſpoſitionem*. *b Inf. Seſſ. 23. de refor. c. 1.*

DECLARATIONES CARDINALIVM.

Epiſcopus non poteſt cogere habentes Beneficia ſimplicia ad aliquod perſonale ſeruitium, ſufficit recitare Officium, nec poteſt aliquem in Beneficio ſimplici, cogere reſidere, vel vt alium in Eccleſia teneat.

Item, Epiſcopus non poteſt cogere obtinentem Cappellam, vt ipſe per ſe celebret, licèt in fundatione diſponatur quòd Rectores celebrent, quia iſtis oneribus per ſubſtitutum ſatisfit.

Item, Beneficiati non ſunt cogendi ad ſuſtinenda onera quæ non requiruntur in fundatione, vel inſtitutione, vel ſtatutis, vel ad quæ ex antiqua conſuetudine non tenentur.

Item, Collegiatæ non inſignes non requirunt reſidentiam, quando non ſit memoria quòd in eis ſit ſolitum reſidere, vnde nō poteſt Ordinarius ſeparare tertiam partem fructuum in quotidianis diſtributionibus.

Item, ſi Canonicatus ſunt adeò tenues, vt nullus Canonicus reſideat, Epiſcopus prouideat ne Eccleſia deſtituatur à ſeruitio.

Item, diſtributiones quotidianæ ne fiant tenuiores non poſſunt grauari penſione, niſi expreſſis verbis Papæ concedatur.

Item, ſi redditus Canonicatus quoad diſtributiones aſcendunt ad 50. aureos, & præbendæ non aſcendant 12. non eſt conferenda tertia pars in diſtributionibus quotidianis.

Item, ſi diſtributiones non ſunt tenues, & contemnantur, iſta detractio non eſt facienda in fructibus præbendarum.

Item, quando ex aliqua cauſa iuſta tertia pars non poteſt conuerti in diſtributiones, Epiſcopus poteſt ſtatuere, vt Canonicus reſignet in manu Camerarij tot fructus, qui circa tertiam partem faciant, & ſint diſtributiones.

Item, præbenda non eſt diuiſibilis, ſed tertia pars fructuum.

Item, Archipreſbyter curam animarum habens pro tempore quo illi incumbit, eſt habendus pro præſente in Choro.

Item, tertia pars eſt deducenda deductis oneribus, & penſionibus legitimè impoſitis quamdiu illæ durant.

Item, tertia pars eſt detrahenda ſecundùm verum valorem annuum, non ſecundùm taxam, & de Beneficiis, in quibus tenetur reſidere, & omnes Canonici tenentur conſentire, licèt ipſi non ſint in ſacris, & nequeant lucrari, & contradicentes ſunt compellendi iuris remediis.

Item, de fructibus alteri reſeruatis non ſit iſta detractio, viuente Reſeruatario, & qui habet titulum Beneficij, ſi neget tit. reſidere, eſt priuandus titulo, & alteri conferatur.

Item, omnes Cappellani, Canonici & habentes dignitatem tenentur reſidere, & contra eos valet hoc capit. & declaratio.

Item, Canonicus in Cathedrali, & Collegiata poteſt cogi ad dandam tertiam partem Canonicatus Collegiatæ in diſtributionibus, licèt ipſe reſideat in Cathedrali.

Item, Canonici reſidentes in eorum Beneficiis Curatis teneantur contribuere tertiam partem Canonicatus.

Item, ſi Canonici non tenentur reſidere, nec poteſt Epiſcopus cōuertere tertiam partem

partem præbendarum in diſtributiones quotidianas.

Item, abſentia cauſa ſtudij, etiam cum licentia Papæ non excuſat ab amiſſione diſtributionum.

Item, portiones quotidianæ ex tribus partibus non ſeruientium accreſcunt ſeruientibus,& non fabricæ Eccleſiæ.

Item,diſtributiones ex tertia parte Prioratuum,& Canonicatuum ſunt diſtribuendæ portionabiliter, prout præbenda cuiuſque eſt maior, vel minor; & ſi non interſunt, dentur fabricæ, vel ipſo loco arbitrio Epiſcopi.

Item, quando in aliqua Eccleſia aliquæ horæ habent pingues diſtributiones, aliæ tenues, vel nullas,aſſignentur his rationabiles,detrahendo aliquam partem de præbendis, & non ab illis diſtributionibus aſſignatis aliis horis pinguioribus.

Item, vnuſquiſque debet percipere rantum de diſtributionibus, quantum de ſua præbenda fuit detractum, & cui nihil detur.

Item, Epiſcopus poteſt ſeponere hanc tertiam partem, etiam contradicente Capitulo, & in diſtributiones proportionaliter diuidere.

Item, non eſt derogatum fundationi quibuſcumque exemptionibus, vel immemorabili cõſuetudine, vel appropriatione.

Item, qui non habent, niſi diſtributiones non tenentur contribuere ſeminario.

Item, qui habet duos Canonicatus licitè, & in vno reſidet,non poteſt accipere diſtributiones alterius.

Item, tertia pars eſt accipienda de Beneficiis eiuſdem Eccleſiæ, vel de vnitis, & non de aliis.

Item, quando Epiſcopus eſt vſus remedio huius,*cap.3.ſeſſ.21.* non poteſt vti remedio,22.*cap.3.* in detrahenda tertia parte.

Item, à quo nil eſt detractum, nil dandum; Item,hæ cedunt intereſſentibus illæ fabricæ, *ſeſſ.21.cap.3.*

Item,in augendo diſtributiones habenda eſt ratio intereſſentibus, & non intereſſentibus.

Item, non poteſt Epiſcopus deducere minùs tertia parte, & ſi non ſit tota neceſſaria conſultet Papam.

Item, non poteſt amplius Epiſcopus partem aliquam præbendarum, vel dignitatum illis tribuere.

Item, An qui interſunt Veſperis tantùm amittant diſtributiones totius diei, eſt attendenda conſuetudo loci.

Item, pro lucranda tertia parte conuerſa in diſtributiones, Epiſcopus non poteſt ſtatuere nouam formam, vel onus præter ſolitum.

Item, in Beneficiis de Iurepatronatus ſi in fundatione conceditur abſentia ſine amiſſione fructuum, nihil eſt innouandum per hoc cap. & ab his poteſt detrahi tertia pars pro diſtributionibus.

Item, qui habet Canonicatum, vel dignitatem, licèt non habeat vocem in Capitulo, nec diſtributiones in Choro non ſoluat tertiam partem pro diſtributionibus.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

Differt hoc caput ab alio, *infrà ſeſſ.22. cap.3.* quia deducitur iſta portio non ſolùm ex dignitatibus perſonalibus,& officiis, vt ibi,ſed etiam Canonicatibus, & portionibus,vt hic. Item, quia in hoc textu deductio fit ex neceſſitate cum diſtributiones, vel nullæ ſunt,vel ita tenues,vt facultatem præbeant, negligen. in illo ſit ſine neceſſitate in odium dignitatum, & præbendatorum. Item,quia hæc portio ſic detracta, applicatur, & diuiditur inter deſeruientes, & diuinis intereſſentes, illa verò applicatur fabricæ Eccleſiæ, vt alter pro loco arbitrio Ordinarij; & ſic in vna Neapolitana in qua Archiepiſcopus tertiam partem diſtributionum, quæ ex præbendis non fuerant deductæ, volebat applicare ſeminario. Congregatio cenſuit debere diuidi inter ſeruientes, & diuinis intereſſentes, de menſe Octobris de anno 1569.Hinc etiam reſcriptum fuit Epiſcopis Boſſanen. & Vſulen. vno exemplo, ne in ſuis Eccleſiis hanc tertiam partem ſeparare velint,cùm conſtet in illis Eccleſiis tolerabiles eſſe quotidianas diſtributiones, & veriſimiliter non negligendas, ſeptima die menſis Octobris de anno 1564.Sed iterum propoſito dubio in Congregatione,an poſſit Epiſcopus deducere minùs quàm tertiam partẽ hac de qua habetur in hoc textu, Congregatio cenſuit negatiuè propter verbum debere quod neceſſitatem

importat. Verùm vbi veriſimiliter, nec adeò tennes, nec negligendæ diſtributiones eſſent, ita vt pars minùs tertia ſufficiat, debere hoc ab Apoſtolica Sede expoſci, quæ prout res ſuerit prouidebit; ſub die nona Iulij 1573.

α *Vt veriſimiliter negligantur.*] dic quòd iſta veriſimilitudo quod diſtributiones quotidianæ negligantur, & ob id tertia pars fructuum præbendæ in diſtributiones quotidianas ſit conuertenda, conſiderari debet habita ratione numeri omnium Canonicorum tam reſidentium, quàm non reſidentium, & ita cenſuit Sacra Congregatio. Item, quod vbi diſtributiones quotidianæ non ſunt adeò tenues, vt præbeant materiam, & occaſionem eas negligendi, vt ſuprà dictum eſt, non poteſt Ordinarius aliquam partem fructuum, præbendarum, aut dignitatum illis amplius attribuere.

β *Quorumcumque.*] Comprehendit omnia cuiuſcumque generis. Dec. *in cap. Sedes, num. 8. de reſcript.* Gozadin. *conſ. 54. num. 22. conſ. 63. num. 3. & conſ. 83. num. 18.*

γ *Proportionaliter.*] Diſtributiones debentur intereſſentibus, ſed an amittant diſtributiones totius diei, qui Veſperis tantùm, vel aliqua alia hora non deſeruiunt, & dic quod attendenda eſt conſuetudo illius Eccleſiæ, Lap. *alleg. 42. per tot.*

δ *Iuxta diuiſionem.*] Hæc verba reſpiciunt quantitatem diſtributionis, & non tempus ſeruitij, puta quod tantum detur in Miſſa, & tantum in Veſperis, iuxta gloſ. *in dicto cap. conſuetudinem, in verb. ordinem,* quod ſi diuiſio horarum facta ſit per ſtatutum, vel ex conſuetudine Capituli, tunc non contradicet iſte textus, ne Concilium videatur ſibi ipſi repugnare: ſed vnum per aliud eſt declarandum, vt per Ancaran. *conſ. 442. viſa column. fin. Dec. 372. num.* 9. nec obſtat. cap. 3. *infr. ſeſſ. 22.* quia vltra quod loquitur de Dignitatibus, intelligi debet in Eccleſiis in quibus non eſt ſtatutum.

Si conſuetudo extat immemorabilis, vt ex decimis & aliis oblationibus inter Preſbyteros diuidendis ſingulæ portiones ſingulis dentur, & aliis duplices portiones, vel etiam vnica, & ſimplex portio Epiſcopis & Preſbyteris ſoluatur, obſeruanda erit, licèt nullo titulo, nulláque ratione appareat, vel nitatur, ex quo illa habet vim tituli.

ε *Fructuum.*] Appellatione fructuum, & reddituum non veniunt diſtributiones quotidianæ, Oldrad. *conſ.* 118. Caſſad. *deciſ. vnica poſt med. de Cleric. non reſident.* Mohed. *deciſ.* 182. Put. *deciſ.* 576. Rebuff. *de congrua portione, num.* 85. dixi infrà *ſeſſ. 23. cap. 18. in ver. ex fructibus*; ſed obuentiones ſunt generaliores fructibus, Boër. *deciſ. 224. nu.* 45. Innoc. *in cap. paſtoralis*, & in quo differat iſta tertia pars à diſtributionibus quotidianis, vide per Rot. *par. 2. deciſ.* 207. vbi etiam vide melius quàm alibi diſtributiones non eſſe de corpore beneficij, iuxta dictum Conſ. Oldrad. & Staphil. *de litter. grat. fol. 29. à tergo.* Rot. *par. 1. deciſ.* 330. Item, *par. 2. deciſ. 5. num. 7.* Item, *par. 1. deciſ.* 330. *& deciſ.* 402.

ζ *Appellationibus.*] Appellatio ad effectum ſuſpenſiuum non datur à decreto Epiſcopi qui exequutus eſt hanc ſeparationem, & conuerſionem tertiæ partis fructuum, prout cenſuit Congregatio in vna Elboren. 3. Iulij 1591.

Reſolutiones Sacræ Congregationis ad hoc cap. 3.

Congregatio decreuit non poſſe Epiſcopum dignitatibus, perſonatibus, & officiis ſtatuere certam officij, & ſeruitij formam præter ſolitam, pro lucranda tertia parte præbendæ in diſtributiones conuerſa. Nec poſſe conuertere in diſtributiones tertiam partem beneficij ſimplicis in vna Meliten. die nono menſis Iunij 1592. Item cenſuit detractionem tertiæ partis ex fructibus præbendarum & dignitatum conuertendam in diſtributiones, ex hoc textu fieri debere, non ex vna, aut altera tantùm pinguiore, ſed ex omnibus præbendis, & dignitatibus Eccleſiæ, deberéque etiam fieri detractis penſionibus, & aliis legitimis oneribus quamdiu illa durauerint, & vnumquemque debere tantum percipere, quantum de ſua præbenda fuit detractum, cui multum, multum; cui parum, aut nihil, parum, aut nihil, die 15. Iunij 1592. & die 23. Aprilis 1594.

Omnes Canonici huic detractioni conſentire debent, licèt ipſi non ſint in ſacris, & diſtributiones lucrari nequeant, & contradicentes omnibus iuris remediis ſunt compellendi.

Non licet Ordinario diſtributiones quotidianas, quæ tantùm certis horis Canonicis ſunt aſſignatæ, diuidere in aliis Canonicis

nicis horis quæ nullas diſtributiones habent, aut adeò tenues, vt negligantur; poſſit tamen auctoritate huius textus accipere ex corpore præbendarum ſingulorum Canonicatuum tãtam partem reddituum, quànta ſufficiat debitis diſtributionibus quotidianis, aſſignandis aliis horis, quæ nullas, aut tenues habent.

Diſtributiones quotidianæ diſtribuendæ ſunt, tam Canonicis præbendas habentibus, quàm non habentibus.

Ille cui plus ablatum de præbenda pinguiori, eidem plus dandũ eſt de diſtributionibus quotidianis, vt ſuprà dictum eſt, prout etiam nihil dandum eſt eis quibus nihil ablatum fuit, contra Boër. *deciſ.46. num.6.* Nec pro diſtributionibus quotidianis Canonicorum Cathedralis, vel Collegiatæ auferendum quicquam eſt de beneficiis quæ ſunt extra Eccleſiam Cathedralem, vel Collegiatam, niſi talia beneficia eſſent perpetuò vnita Canonicatui prædictarum Eccleſiarum. A quibus beneficiis extra prædictas Eccleſias ſi quid ob eam exactum eſſet, debet reſtitui, & de cætero ab huiuſmodi exactionibus abſtineatur. Item, præpoſiti Canonici, & Cappellani omninò cogendi ſunt, vt in ſuis Eccleſiis reſideant, tertiáque pars fructuum Præpoſiturarum, Canonicatuum, & Cappellaniarum eſt conuertenda in diſtributiones quotidianas, ex hoc textu.

Quando facienda eſt detractio tertiæ partis pro diſtributionibus, ea facienda eſt ſecundùm verum valorem, non ſecundùm taxam, & facienda eſt de illis ſolis beneficiis in quibus quis reſidere tenetur, nec talis detractio fit de fructibus alteri reſeruatis donec reſignatarius vixerit, vt ſuprà dictum eſt.

Abſentia cauſa ſtudiorum etiam obtenta licentia à Sede Apoſtolica non excuſat ab amiſſione iſtius tertiæ partis detractæ, ſicut nec excuſat ab amiſſione cæterarum diſtributionum quotidianarum.

In illis Eccleſiis in quibus diſtributiones non ſunt regulariter tenues, imò pingues, licèt ſint aliquæ horæ, quæ nullas diſtributiones habent, aut tenues, debent eis rationabiliter aſſignari, detrahendo aliquam partem fructuum à præbendis, non autem ab aliis diſtributionibus ſingulis cæteris horis aſſignatis.

ADDITIO.

1 *Cum beneficia.*] Vide declarationem Congregationis Concilij *num.*468 & Rota *diuerſ.dec.* 375. *par.* 2. & Apoſt. *ſeſſ.* 25. *cap.* 10. *& in lib. informat. ſup. Concil. fol.* 452. *&* 472.

2 *Ita tenues.*] Quando non ſunt adeò tenues, vt deficiat talis occaſio negligentiæ non poteſt Ordinarius aliquam partem fructuum præbendarum attribuere . . 75.

3 *Dignitatum.*] Tam reſidentium, quàm non reſidentium, an habeat locum in Præpoſitura, quæ ſola eſt in Collegiata, Vide *in libro informat. ſup. Conc. fol.*804.

4 *Diſtributiones.*] Vide Nauarr. *in cap. ſi quando de conſecrat. diſt.6. num.* 13. *& not.* 18. *num.*10. & in Manual. *cap.*25. *num.*132. Felin. *in cap. ſuam de Simon.*

5 *Percipiunt.*] Quibuſdam non videtur quis renunciare poſſe ad fauorem non intereſſentium, vt *infrà ſeſſ.* 24. *de Reformat. cap.*12.

6 *Contumacia.*] Declaratio Concilij 461.

7 *Canonum diſpoſitionem.*] *Seſſ.*24. *cap.*12. §. *Præterea.*

CAPVT IV.

Vbi vnus Rector non ſufficit populo, adiungat ſibi Sacerdotes competentes: Datur modus exigendi nouas Parochias, etiam inuitis Rectoribus, & Præfectis: in nouis Parochiis danda portio ex fructibus quomodolibet pertinentibus ad matricem Eccleſiam: qua portione non ſufficiente, compellendus populus dare neceſſaria.

a EPiſcopi etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis delegati, in omnibus Eccleſiis Parochialibus, vel baptiſmalibus, β in quibus

populus ita numeroſus ſit, vt vnus Rector non poſſit ſufficere Eccleſiaſticis Sacramentis miniſtrandis, & cultui diuino peragendo,[a] cogant Rectores, ι *vel alios*, ad quos pertinet, ſibi tot Sacerdotes ad hoc munus adiungere, quot ſufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum diuinum celebrandum. γ *In iis verò* in quibus δ *ob locorum diſtantiam*, ſiue difficultatem parochiani ſine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & diuina officia audienda accedere non poſſunt, nouas ε *parochias*, etiam inuitis 2 *Rectoribus*, ζ *iuxta formam conſtitutionis* Alexandri III. quæ incipit,[b] η *Ad audientiam*, conſtituere poſſint. Illis autem Sacerdotibus, qui de nouo erunt Eccleſiis nouiter erectis præficiendi, competens aſſignetur portio, arbitrio Epiſcopi, ex fructibus ad Eccleſiam matricem quomodocumque pertinentibus: & ſi neceſſe fuerit, θ *compellere poſſit* populum ea ι *ſubminiſtrare*, quæ ſufficiant ad vitam dictorum Sacerdotum ſuſtentandam: quacumque reſeruatione generali, vel ſpeciali, vel affectione, ſuper dictis Eccleſiis, non obſtantibus. Neque huiuſmodi ordinationes, & erectiones poſſint tolli, nec impediri, ex quibuſcumque prouiſionibus, etiam vigore reſignationis, aut quibuſvis aliis derogationibus, vel ſuſpenſionibus.

[a] Et temporis 16. q. 1. & c. ſi de Eccl. ædiſi. l. 3. tit. 48.

[b] Cap. ad audientiam de Eccleſ. ædif. in decret. lib 3. tit. 48. Vide poſt fin. huius libri.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

HOc Capit. de nouis Parochiis faciendis, vel diuidendis valet, etiamſi illæ eſſent ſubiectæ Regularibus.

Item, vbi populus eſt numeroſus, quòd vnus Rector non ſufficit, omninò ſeruetur hoc cap.

Item, ſi Monachi exercentes Curam in Parochiis commendatis eorum Monaſteriis, non ſufficiunt, Abbas eligat tot Sacerdotes ſæculares, vel Regulares, qui ſatis ſint pro Sacramentis, & cultu diuino, & Epiſcopus approbet.

Item, ſi Eccleſia Parochialis ſit in loco, vbi maior pars Parochianorum eſt, & maior pars longè habitet in aliis oppidis, tamen Parochus habitet in Eccleſia Parochiali, & aliis ſubueniendum eſt, iuxta hoc cap.

Item, ſi Monaſterium cui eſt Cura animarum eſt dirutum, & Regulares tranſlati non poſſunt commodè inſeruire Curæ, cogat Epiſcopus eos, vt nouam Cappellam erigant in loco, vbi ſunt Parochiani, cui Cappellæ poſſunt ipſi Fratres approbati ab Epiſcopo inſeruire, vel per Cappellanum approbatum.

Item, iuxta hoc Cap. poſſunt inſtitui nouæ Parochiæ, inuitis etiam Rectoribus.

Item, in caſu, in quo Epiſcopus poteſt erigere nouam Parochiam, non poteſt partem populi ab ea ſeparare & alteri applicare.

Item, ſi ſeparatio ſit facienda, fructus ſunt ſeparandi, aſſignandi ex fructibus Parochiæ Matricis, & ſi non ſufficiunt, populus eſt cogendus, & hoc valet etiam in Parochiis Regularium, & ſi ſint pauperes, debet Epiſcopus de ſuo.

Item, portio competens ſumenda eſt ex fructibus, ſiue illi conſiſtant in decimis, aut aliter quomodocumque.

Item, Eccleſia matrix poteſt eſſe, licèt non ſit Cathedralis, vel inſignis.

Item, in exercenda Cura animarum attenditur ſtatus, & coadiutores ſunt adiungendi expenſis Curati, vel quorum nomine exercetur.

Item, ſi verè fructus Matricis ſint ſufficientes, non compellitur populus dare pro conſtituenda noua Parochia.

Item, licèt Epiſcopus poſſit erigere nouas Parochias, tamen non poteſt vnire Domus, vel Animas alterius Parochię cum fructibus.

Item, quando ſub Matrice ſunt plures Parochiales, quibus Parochus reſidens in Matrice non poteſt inſeruire propter diſtantiam, vel numerum, vtatur decreti huiumodi remedio. Item,

Item, dum inter fines Parochiæ habitant aliqui Parochiani, Parochus tenetur reſidere.

Item, Parochus poteſt accipere alium Preſbyterum in adiutorem Curæ, ſed approbatum ab Ordinario.

Item, ſi Parochia habet populos extra Ciuitatem, &c. erigatur extra Cappella, quæ ſit ſub Matrice, cum Preſbytero amouibili, &c.

Item, in ſingulis Parochiis ſit Fons baptiſmalis, niſi ſint aliquæ deputatæ, quæ vocantur Matrices, vel Baptiſmalis ad diſtinctionem aliarum.

Item, Matrix Eccleſia non erit patrona Eccleſiæ de nouo erectæ, niſi de ſuo docet in fundatione. Non ſufficiunt ablationes, niſi in vno caſu.

Item, Dotans inſufficienter, quod arbitrabitur, Ordinis non acquirit Iuſpatronatus, ſed dicitur benefactor.

Item, quando multi ſinguli non dant ſufficientem dotem, ſed omnes ſimul ſic, omnes acquirunt Iuſpatronatus, & detur ſine concurſu.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α EPiſcopi.] Olim Rector Matricis hoc facere poterat, vt in *cap. ad audientiam.* Lap. *alleg. 66. num. 6.* hodie ſolus Epiſcopus vt hic, & vide Ferret. *conſ. 36. per tot.* & quod Epiſcopus hoc potuerit facere, vel cum detrimento temporali Rectoris, habetur ex Ep. Innoc. III. *fol.* 280. Epiſcopo Sancti Andreæ.

β *In quibus populus.*] Hinc Congregatio Illuſtriſſimorum decreuit quòd Epiſcopus ob multitudinem poteſt compellere Rectorem ad ſibi iniungendum alios Sacerdotes pro miſſis, atque aliis diuinis officiis celebrandis, ſeu miniſtrandis Sacramentis, cum moderamine multitudinis Miſſarum, ſed petitio Conchenſis obtinentis Parochiam 180. ſcutorum, vt liceat diuidere, & facere ſimplex beneficium reiecta eſt. Vbi autem diuiſio Parochiarum fieri contingat proportionabiliter, & æqualiter fieri debet, vt qui 500. familias priùs habebat in diuiſionem etiam totidem, vel parum minùs accipiat.

Nec licet ex hoc decreto loco erectionis faciendæ potiùs certam partem populi ſeparare ab antiqua parochia, & alteri commodiori applicare, ſi vel exiguus numerus populi, vel inopia, vel alia cauſa impediat, aut certè non poſtulet erigi nouam parochiam, & ita cenſuit Congregatio in vna Mediolanenſi.

γ *In iis verò.*] Vide Abb. *in cap. 2. num. 7. de decim. & in cap. 1. de reb. Eccleſ. non alienand.* Nauarr. *in ſum. cap. 25. num. 137.*

δ *Ob locorum diſtantiam.*] Ob loci diſtantiam poteſt erigi noua parochia quatuor concurrentibus, Vaſconcell. *cap. 14. fol. 187.* vide Lap. *alleg. 67. per tot.* Zabarell. *conſ. 8. num. 2.*

ε *Parochias.*] Parochia dicebatur olim etiam Diœceſis, *cap. Lugdunen.* 9. *quæſt. 2.* Item contra, tota Diœceſis parochia vocabatur, *cap. Presbyter 12. quæſt. 4. cap. Presbyter, de peccul. Cleric.* not. gloſ. & Abb. *in cap. cum in cunctis 2. not. de elect. per cap. Apoſtolicæ, de donat.* ſed hoc in loco propriè intelligitur.

ζ *Iuxta formam conſtitutionis.*] Quoniam in *dicto c. ad audientiam*, ad quod ſe refert Concilium ſit præſentatio de rectore, & ſequitur Inſtitutio quæ in perpetuū durat, quæſitum fuit, an poſſit Epiſcopus alio modo prouidere præficiendo, ſeu deputando Rectorem, vel Vicarium ad nutum amouibilem; & dic quod ſic, vt per Lap. *alleg. 66. num. 6.* & per totam allegationem, licèt contra, per gloſ. *in cap. nulli, diſtinct. 99. ver. Conſtituti.*

Licet Eccleſia Parochialis ſit in loco, vbi minor pars Parochianorum habitat, & maior pars habitat longè in oppidis, nihilominus Parochus habitare tenetur in ciuitate prope Eccleſiam, ſed ſuccurrēdum eſt eis, qui longè habitant, ſecundùm antiquam loci conſuetudinem per hunc textum.

η *Ad audientiam.*] *De Eccleſ. ædificand.* & ita concludit Ferrett. *conſ. 61. num. 3.* & Lap. *alleg. 66. num. 2.* quem vide ad intellectum huius cap. ſed quærebatur, an ſi Ordinarius ex decreto Concilij etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatus, facit aliquid quod ſolo iure ordinario facere poterat, vt in caſu huius text. & ſi appelletur ab eo, poſſet rectè adiri Metropolitanus, an verò neceſſariò appellatio deuoluatur ad Sedem Apoſtolicam; & dic quod omni caſu poteſt appellari ad Papam omiſſo medio

gloſ. & Doct. *in cap.* 1. *in ver. Legationis,de offic.lega. & in cap.Romana,in princip.in ver. curiam, de appellat. in* 6. ſiue appelletur à Legato, ſiue à Metropolitano,Reſtaur.Caſtal.*in tract.de Imper.quæſt.*95.*num.*1.Nepos. de Mont. Alto *in tract. de except. exception.* 24.*num.*12.Gandiſaluu.Villad.*de legat.quæſtion.*8.*num.*38.Regulariter etiam à ſententia Epiſcopi aditur Metropolitanus, *cap. duo,de offic.ordinar. cap. ad Roman.*2.*quæſt.*6. Baptiſ. à Sancto Blaſ. *de contradic. leg. & Can.num.*153.Hier.Tan. *de differ. iur. Can. & Ciuil. num.* 69. quod procedit etiamſi hoc facit Epiſcopus,vt Sedis Apoſtolicæ delegatus: per hoc enim conceſſum eſt Epiſcopis, vt firmiori iure prouidere poſſint contra exemptos, Sedi Apoſtolicæ ſubiectos: non autem vt per hoc tollatur Ius commune, per quod appellationes deferuntur Metropolitanis; legum enim correctio vitanda eſt vulgat.iur.& ita cenſuit Congregatio ſub die 7.menſis Iulij de anno 1575. Intellige hanc reſolutionem procedere, quando Epiſcopus nō poſſet ordinario iure procedere, puta contra; exemptos; nam tunc procedit, vt delegatus, & tunc appellatur ad Metropolitanum;exemplo huius textus,vbi quod poterat Epiſcopus facere iure ordinario, per *cap.ad audientiam*, poteſt etiam facere vt delegatus ex hoc *text.in princip.* & ita cenſuit Sacra Congregatio, vide quæ *not. ad cap.* 3. *ſuprà ſeſſ.*6.

4 *Compellere poſſit.*]De iure cogendus eſt, ſed de facto in regno non licet, niſi per manus laïcales, & an ceſſandum ſit à diuinis potiùs,dic veriùs, quod non, vt per Rebuff.*de Congr.port. num.* 94. *contr. gloſ. in cap.omnis Chriſtianus,de conſecrat.diſt.*1.

5 *Subminiſtrare.*] Etiam decimæ quæ debebantur antiquæ Eccleſiæ poſſunt huic nouæ Cappellæ applicari, vt concludit Lap. *in d. alleg.* 66. *num.* 5. quia hæc noua non ex deuotione exigitur, ſed ex cauſa neceſſaria,& ſic non obſtat,*cap.quicumque, cum ſequent.*16.*quæſt.*1.*neque gloſ.in dicto cap. ad audientiam*,neque gloſ.*in cap.Eccleſia, in ver.vt nouis*,16.*quæſt.*1.

Epiſcopus non debet cogere Clerum ad ſeruiendum in diuinis metu cenſurarum,ſed amiſſionis diſtributionum,vt cenſuit Sacra Congregatio Epiſcoporum.

ADDITIO.

1 *Vel alios.*] In Præceptoria,cuius fructus Præceptori aſſignati ſunt,exceptis puta 60. pro Rectore, hoc onus ſpectabit ad Præceptorem, vt ex eius fructibus aliis Sacerdotibus congrua portio erit aſſignanda, Cæſ. de Graff.*Dec.* 117.*per tot.permut. num.*13.

2 *Rectoribus.*]Poteſt Ergo Epiſcopus diuidere beneficia ex cauſa,Nauarr.*conſ.*6.*de offic.iudic.ordin.*vide Bero.*conſ.*20. *vol.*2.Io. Baptiſta Ferret.*conſ.*31.*vol.*1. Lap. *alleg.* 66. *Stroſſ.de offic.Vicar.lib.*2.*cap.*117.

3 *Ad audientiam.*] *In cap. ad audientiam de Eccleſ. ædif.* ab Alex. III. ſtatutum eſt, quod quando aliqua Villa ita diſtat ab Eccleſia Parochiali, vt hyeme non poſſint ad illam Parochiani ſine magna difficultate conuenire, ſi parochialis tales habet redditus, vt abſque Villæ prouentibus conuenienter miniſter ſuſtentetur,Eccleſia in Villa appellatione remota ædificetur, & ad præſentationem Rectoris Parochialis cum aſſenſu fundatoris,Presbyter in ea ordinetur, viſa aſſignatione obuentionum dictæ Villæ pro ſubſtentatione,ſeruato honore matricis Eccleſiæ pro facultate loci, ſi Presbyter matricis Eccleſiæ non præſentet idoneum, vel impedire quærat, prouideat Epiſcopus.

CAPVT V.

Propter Eccleſiarum paupertatem, & in caſibus à iure permiſſis faciat Epiſcopus vniones perpetuas quarumcumque Eccleſiarum parochialium, & aliorum beneficiorum, etiam non curatorum cum curatis.

VT etiam Eccleſiarum ſtatus, vbi ſacra Deo officia miniſtrantur, ex dignitate conſeruetur, 1 *poſſint a Epiſcopi*, etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis delegati, *ß iuxta formam iuris*, ſine tamen

præ

præiudicio 2 *obtinentium*, facere [a] 3 *vniones perpetuas* quarumcumque Eccleſiarum parochialium, & 4 *baptiſmalium*, & aliorum beneficiorum, curatorum, γ *vel non curatorum*, cum curatis, propter earum paupertatem, & in cæteris caſibus à iure 5 *permiſſis*, etiam ſi dictæ Eccleſiæ, vel beneficia eſſent generaliter, vel ſpecialiter 6 *reſeruata*, aut qualitercumque affecta. [b] Quæ vniones etiam δ *non poſſint reuocari*, nec quoquo modo infringi vigore cuiuſcumque prouiſionis, etiam ex cauſa reſignationis, aut derogationis, aut ſuſpenſionis.

a Cap. ſicut vnire, de exceſ. Prælat. Conc. Latera. ſub Leo X. ſeſ. 9 de refor. curiæ. & infr. ſeſ. 24. c. 13. Vide ſeſſ. 14. cap. 9.
b Ca. vnio. in fi. 10. q. c. 31. & temporis cum ſeq. 16. c. q. 1.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

EPiſcopus poteſt facere has vniones ſeruata forma iuris, id eſt, de conſenſu Capituli, Clem. *ſi vna. de reb. Eccleſ. non alien.*

Item, Epiſcopus Parochiales tenues vnire poteſt, vel vnam alteri, dummodò non ſint de Iurepatronatus, quia non ſunt comprehenſi.

Item, quando paupertati Parochiarum non poteſt ſuccurri, per vnionem ſeruetur, *cap. 13. ſeſſ.* 24.

Item, tunc poteſt Epiſcopus vnire plures Parochias pauperes, quando vnus poteſt omnibus inſeruire ratione diſtantiæ, & numeri.

Item, ſi Epiſcopus ob paupertatem vigore huius cap. vnit duas Collegiatas cum conſenſu Capitulorum, vnio eſt nulla ſi non interuenit conſenſus Capituli Cathedralis iuxta formam iuris.

Item, ſi Papa confert Beneficium, quod erat vnitum ab Epiſcopo, & non fit mentio vnionis, Collatio valet, dummodò habeat ſuſpenſionem generalem, vel ſimplicem.

Item, non tamen Hoſpitalia etiam quod darentur in titulum, & in quibus nulla exercetur hoſpitalitas, *cap. 8. ſeſſ.* 24.

Item, Patroni vnius Parochiæ poſſunt compelli ad dandam congruam ſubſtentationem Parocho, vel patiantur illam vniri.

Item, dignitati Curatæ poteſt vniri alia dignitas ob paupertatem, & hoc per Abbatem, ſi præſcripſit facultatem vniendi, aut ex priuilegio, in Eccleſia ſibi ſubiecta pleno iure habens iuriſdictioné quaſi Epiſcopalem, ſecùs ſpectat ad Epiſcopum, cum conſenſu Abbatis, & Capituli.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α EPiſcopi.] Epiſcopus poteſt vnire parochiales tenentes inuicem ab aliis parochialibus; ſed non comprehenduntur hoc decreto parochiales quæ ſunt de iure patronatus, vt cenſuit Congregatio, & ſi non poteſt parochialibus hac via ſuccurri ob earum paupertatem, ſuccurrantur alio modo, *vt infrà ſeſſ. 24. cap.* 13.

β *Iuxta formam iuris.*] Per *cap. ſicut vnire, de exceſſ.* Prælat. vbi Socin. Sarn. *lib. 2. de viſitat. c. 2. n. 19. & c. 26. per tot.* vbi requiritur conſenſus Capituli. Clem. 2. *de reb. Eccl. non alienand.* ſed an conſenſus debeat eſſe expreſſus, vel ſufficiat tacitus, & an requiratur ab initio ex forma actus, vel poſſit ſubſequi, & quid ſi vnio ſit facta ipſimet Capitulo vel præbendis, iuxta formam *c. 15. infrà ſeſſ.* 24. vide per Rot. *diuerſ. par.* 2. *deciſ.* 133. *num. 1. &* 7. Nec ſufficit conſenſus Capituli Papa inconſulto, Theſaur. For. Eccleſ. *par.* 1. *cap. 15. num. 63. fol.* 212. per Extrauag. ambitioſè, & ad Capitulum ſpectat allegare defectum ſolemnitatis, vel ad Eccleſiam, Rot. *ibidem deciſ. 133. num.* 12. & inter alia requiritur ſcriptura, vel tempus immemorabile cum poſſeſſione Eccleſiarum vnitarum, Aym. *conſ.* 258. Maſcard. *de probation. volum. 2. concluſ.* 586. & conſenſus Capituli quando procedit, vt delegatus, ſed malè.

γ *Vel non curatorum.*] Huius generis facta fuit per me vnio ſuperfluarum Curatarum Ciuitatis Theani aliis curatis ob earum paupertatem; dat tamen hæc vnio ſine conſenſu Capituli facta, initium ad præſcriptionem Menoch. *tom. 1. conſil. 90. num.* 6. Sed plebeiana non poteſt, quia vnio eſt ſtricti Iuris. Calder. *conſ.* 76. quia odioſa, & iuri communi repugnans, Rot. *diuerſ. par. 3. deciſ. 557. num.* 3. Put. *lib. 2. deciſ.* 209.

δ *Non*

Non poſſint reuocari.] Præſertim ſi ſit facta vnio ad augmentum cultus diuini, quo caſu non ſubiacet reuocationi *Clem.7.* vt per Rot.*par.3.diuerſor.lib.3.deciſ.*1143.Poteſt autem impugnari, ſi poſtea patiatur impedimentum procedens ex ipſa vnione, non autem ſi procedat à dependentibus ab ea,& ita obtinui per Rot.*par.* 2. *diuerſ.lib.3.deciſ.*452.Vnio requirit auctoritatem,cauſam, & ſolemnitatem, Nauarr.*de reb. Eccleſ.non alienand.conſ.*14.*num.* 2. Theſaur.For.Eccleſ.*par.*2.*cap.*31. *num.*13.*fol.*499. vide Rebuff. *in prax. de vnion.beneſ.fol.* 212. *latiſſimè*, & quando vnio ſit acceſſoriè, vel æquè principaliter.Rot.*diuerſor.par.*2.*deciſ.* 114.*fol.*75.

ADDITIO.

1 *Poſſint Epiſcopi.*]Cum cauſa tamen;ſed ſi vnio ſine cauſa fuerit, ipſo iure valeret, eſſet tamen annullanda,vide in pract.Rota *poſt deciſ.diuerſ.par.*2.*tit.de vnio.num.*2.quod in ſeq.limitatur tripliciter.

Inter cauſas iuſtas eſt cauſa debitorum, & onerum inſupportabilium Eccleſiæ, *d. tit.de offic.Vicar.lib.*2.*cap.*116.

Notare coram poſſumus,quòd vnire eſt quid Epiſcopale, & ideò non poſſunt Abbates etiam exempti vnire Eccleſias ſibi ſubiectas, pleno iure ſuis Monaſteriis, niſi haberent iuriſdictionē quaſi Epiſcopalem; præberet tamen talis vnio præſcribendi cauſam,*d.tit.de vnio.in pract.*Rot.*num.*10.& 11.& an requiratur conſenſus Capituli,ibi, *num.*12.

2 *Obtinentium.*] An ſint vocandi, *in d. pract.*Rota *d.tit.de vnio.num.*12.*& ſeq.*

3 *Vniones perpetuas.*] Amplia in vnione, quæ fieret alicui præbendæ Capituli ſecundùm omnes, in Clem. *fin. de reb.Eccleſ. non alien.*Paul. Tuſch.*de viſit. lib.* 2. *cap.*26. *num.*14.

Amplia in vnione, quæ fieret omnibus præbendis ſi eſſent diſtinctæ, vide dictam *Clem. fin. num.* 14. Caccial. *de vnio,in quæſt. quæ vniri poſſunt cont.* quia tunc videtur facta Capitulo;Ordrad.*conſ.*262.*num.*3.

Amplia in vnione facta dignitati in Cathedrali exiſtente ſecundùm Doct.præcitatos, de quo vide infrà *ſeſſ.* 24. *de Refor.c.* 13.§.*in vnionibus.*

Amplia in tantum, vt noua dignitas creari poſſit, cui Eccleſia Parochialis vniatur, Rota *deciſ.* 1. *de Eccleſ. edif. in antiq.*

Amplia etiamſi crearentur ſine alia dote, quia ſufficit Eccleſia vnita pro dote,*d.dec.* 1. Limitatur quando vnirent de conſenſu Capituli ad ipſius Capituli commodum, *d. Clem. vnic. de reb. Eccleſ. non alien.* niſi commodum veniret in conſequentiam, *d. deciſ.* 1. *de Eccleſ. ædif.* Rebuff. *in reg. de vnio.gloſ.*11.*num.*2. & vide Oldrad.*conſ.*282. 261.& 262.

4 *Baptiſmalium.*] Hinc colligere licet Eccleſiam baptiſmalem differre à Parochiali, & quod probato iure baptizandi, vel eo deficiente an probet, nec deficiat Cura vel Eccleſia Parochialis: ſunt enim tria, quæ inter ſe differunt, Eccleſia Curata, Eccleſia Parochialis, & Eccleſia Baptiſmalis; quælibet Curata, non eſt Parochialis, contra quælibet Parochialis eſt Curata; Baptiſmalis autem neque Curata eſt, neque Parochialis, cum actus baptizandi non pertineat ad Curam, neque pœnitentialem, neque Iudicialem,ex quo Baptiſma etiam à laico exerceri poteſt, dummodò fiat forma debita cum intentione baptizandi, & idem eſt in muliere, Rot. *in nou. diuerſ.deciſ.* 52. *num.* 28. *& ſeq. par.* 2. dicetur ergo baptiſmalis habere iura Parochialia, ſicut illa, quæ habet ius ſepeliendi, perceptionem decimarum, & ſimilium,*ibidem num.*35.

5 *Permiſſis.*] Non videtur permiſſa vnio effuſa, quia vniuerſa ferè Collatio euerteretur, Oldrad. *d. conſ.* 261. *in fin.& conſ.*262.*num.*2.

6 *Reſeruata.*] De vnione Beneficiorum reſeruatorum, vel deuolutorum, Vide in pract. Rot. *tit. de vnio.num.*12. *par.* 2. Vide Paul. Grann. *in addit. ad Iacob. Simo. in tract. de Reſer. quæſt.*42.*fol.*148.

CAPVT

CAPVT VI.

Imperitis, ſed honeſtæ vitæ Rectoribus, Vicarij pro tempore deputentur cum parte fructuum aſſignanda. Scandaloſè autem viuentes & viuere perſeuerantes nudentur beneficiis ſuis.

QVia 1 *illiterati*, & [a] imperiti Parochialium Eccleſiarum Rectores ſacris minùs aptis ſunt officiis; & alij propter eorum vitæ turpitudinem potiùs deſtruunt, quàm ædificant: Epiſcopi, etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis delegati, α *eiſdem illiteratis*, & imperitis, ſi aliàs honeſtæ vitæ ſint 2 *Coadiutores*, aut Vicarios β *pro tempore* deputare, partémque fructuum eiſdem pro ſufficienti victu, aſſignare, vel aliter prouidere poſſint, quacumque appellatione, & exemptione remota. [b] Eos verò qui turpiter, & ſcandaloſè viuunt, poſtquam præmoniti fuerint, coërceant, ac caſtigent, &, ſi adhuc incorrrigibiles in ſua nequitia perſeuerent, eos beneficiis iuxta ſacrorum [c] Canonum conſtitutiones, exemptione, & appellatione quacumque remota, priuandi facultatem habeant.

a Cap. illiterate, 26. di. ca. niſi cum pridem, de ref. c. 1. 36. d. c. cum ex co. de elect. in 6. Cõc. Tol. 8. can. 8.

b Cap. quia fr. 7. quæſt. 1.

c Ca. inuentis, 16. q. 1. ca. felicis, de pœn. in 6. el. multorum de pœnit.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

SI Parochi ſint imperiti, & fructus Eccleſiæ tenues, Epiſcopus prouideat, data Rectori facultate non reſidendi.

Item, Parochus cui propter inhabilitationē fuit datus Coadiutor à Vicario Apoſtolico detur reſidere, & non abeſſe.

Item, Deputatio, & examen Coadiutoris ſpectat ad eum, ad quem ſpectat concurſus.

Item, amoto Rectore Eccleſiæ Parochialis Regularium poteſt admoneri, vel Superior, vel Procurator Religionis, vel in viſitatione fiat decretum, vt intra certum tempus præſentet idoneam perſonam, & interim ponatur Coadiutor aſſignata portione iuxta Bullam Pij V.

Item, Coadiutor poteſt eſſe ſæcularis, vel Regularis ſi eſt Hieroſolymitanus gaudeat priuilegiis ſui ordinis.

Item, contra Parochum Religionis Hieroſolymitanæ ſcãdaloſum, incorrigibilem, & malè viuentem, poteſt Epiſcopus ex Bulla Pij V. & ex hoc decreto.

Item, Appellatio ad effectum ſuſpenſiuum, & non deuolutiuum.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α EIſdem illiteratis.] Agitur hic de Coadiutore dando in pœnam ignorantiæ, ſi tamen honeſtę vitæ ſint, ſed quandoque datur à iure coadiutor ſine culpa ratione ægritudinis, & durat cauſa durante, quandoque datur cum futura conceſſione, & hunc circa hanc coadiutoriam quæritur de multis.

Primò, An ei liceat ingredi ciuitatem Pontificaliter, & reſpondetur quòd non; licèt enim ſit Coadiutor cum futura ſucceſſione, non tamen habet ius in re, ſed ad rem; & contingere poteſt, vt non ſuccedat, ſed præmoriatur.

Secundò, An poſſit vti Cruce in diuinis, vel in functionibus Pontificis, & dic quòd non, quia Crux eſt ſignum, & ornamentum Iuriſdictionis qua coadiutor caret.

Tertiò, An Archiepiſcopo abſente, poſſit vti cappa, dum Eccleſia pontificalia exercet, & dic affirmatiuè, quia cappa ornamentum eſt dignitatis; ſed præſente Archiepiſcopo vtetur Manteletto, & Rochetto, Mozetta autem nunquam vtetur cùm hoc proprium ſit Iuriſdictionis.

Quartò, An poſſit ſedere in Sede Archiepiſcopi, Reſpondeo negatiuè, cùm

Digitized by Google

vna Sedes non capiat duos.

Quintò, An ei celebranti, vel Pontificalia ſolemniter exercenti, teneantur aſſiſtere,& dic quod ſic,quia eſſet indecorum Pontificaliter ſine aſſiſtentia celebrare, & ita extenditur Concilium, *infrà ſeſſ.24.cap. 12.propè fin.*

Sextò, An Canonici debeant ei aſſiſtere cum circulo, ſicut fit in Epiſcopis, & dic quod non, cùm ipſi circuli repræſentent vnionemm embrorum cum capite,ſed Coadiutor nondum eſt caput.

Septimò, An poſſit confeſſionem facere cum ſacerdote ſolemniter celebrante, & reſpondetur quòd poteſt, ſicut etiam poteſt benedicere in fine Miſſæ.

Octauò, An poſſit benedicere populo per Ciuitatem eundo, & reſpondeo quod de licentia Archiepiſcopi poteſt.

Nonò, An Canonici debeant ei ad Eccleſiam Pontificaliter venienti ire obuiam, & dic quod ſic, ſaltem vſque ad oſtium Eccleſiæ,& eo vſque eum deducere abeuntem,immò maximè decere ſi eorum aliqui etiam vſque ad eius Cameram obuiam ierint.

Decimò,An Coadiutor poſſit concedere Indulgentias populo, & dic quod non, ſed eas Archiepiſcopi nomine concedet, & publicabit; Ita refert ex ſententia Sacræ Congregationis Rituum Pariſ.*lib. 8. quæſt. 20.de reſignat.* & amicus meus Quarantig. *in ſumm.bull.de Archiep. auctorit. pag. 51. & ſeq.in addit.*

Vndecimò,Coadiutor,& coadiutus pariter tenentur reſidere Quarantig. *in ver. reſidentia,fol.446.ver.Item Capellania.*

β Pro tempore.] Hoc fit in ipſorum pœnam,& ideò ex eorum fructibus aſſignanda erit portio, quæ tamen non excedat quinquaginta, vt autem intelligatur qui ſint imperfecti requiritur examen, & ſic videtur inferri quòd ſemel examinatus, & approbatus eſt iterum examinandus, vt per Nauarr.*de tempor.ordina.conſil.4.n.3.*

Nec enim ſunt deputandi Vicarij perpetui,& ideò arguuntur Epiſcopi,qui cauſa infirmitatis cõſtituunt in Parochialibus Eccleſiis Vicarios perpetuos, data etiam facultate Rectori de non reſidendi.An Coadiutor habeat aliquod ius in coadiutoria, vel ſic tanquam alimentarius,& an eo decedente,vtrum ius remaneat apud Prælatum ſicut prius erat pro affirmatiua,Menoch.*tom.9.conſil.879.per tot.*

ADDITIO.

1 *Illiterati.*] De illiteratis infrà *ſeſſ.231. cap.11.& 12.*Anib.Roch.*in tract.de viſit.*

2 *Coadiutores.*] Hic Coadiutores dantur in congrua ſuſtentatione.quod eſt generale in omnibus caſibus,in quibus iure communi, & ordinario creantur, quibus caſibus ad omnia tenentur, ad quæ coadiutus tenetur,*cap.de Rectoribus, cap. fin. de Cleric. ægrot.* Innoc. *in c.niſi eum pridem,de renunc. num.4.cap.1. de Cleric.ægrot.in 6.* refert Nauarr.*conſ.1.de Cler.ægrot.*

Aliud Coadiutoribus extra ordinem datis ex gratia cum futura ſucceſſione,vt ibi, & de iſtis Coadiutoribus cum futura ſucceſſione.vide infra *ſeſſ. 25. de Reform.cap.7.* plura de Coadiutoribus ordinatè tradit Anchar.*in cap.vlt.de Cler.ægrot.*

Datur quoque Coadiutor propter ſenium,& propter ingraueſcentem ætatem; quando datur propter ſenium probanda eſt ætas 70. annorum,& quando probatur per teſtes detrahendi ſunt decem anni, Caput.*Dec.129.& 131.lib.primo,* ſed quando concurrit infirmitas, ſufficit probatis 55. annis ingraueſcentiam, & 60. ad ſenium, *dicta Dec.*

Ætas autem probanda eſt per eum qui impetrat aliàs litteræ quaſi ſubreptitiæ vitiarentur, & ſi Papa dixiſſet, quod non poſſit dari de ſubreptione, quia illa Eccleſia intelligitur de 3. præſertim ſi Papa poſtea mandaſſet procedi in cauſa perinde ac ſi illa Eccleſia adiecta non fuiſſet, neque tunc obſtaret regula de non tollendo iure quæſito, quoniam quando reducitur ad ius commune, non tollitur ius quæſitum,Caputaq. *d.Dec.130.lib.1.*

CAPVT

CAPVT VII.

Curet Epiſcopus Eccleſias vetuſtate, vel aliàs collapſas reſtaurari, ſi fieri poteſt, ex fructibus ad eas pertinentibus, quibus non ſufficientibus contribuant Parochiani. Si autem non poſſunt illæ Eccleſiæ vllatenus reſtaurari, deſtruantur, locúſque conuertatur in locum profanum non ſordidum, & beneficia talium Eccleſiarum transferantur cum oneribus ad Matrices Eccleſias, &c.

CVm illud quoque valdè curandum ſit, ne ea, quæ ſacris miniſteriis dedicata ſunt, temporum iniuria obſoleſcant, & ex hominum memoria excidant, α *Epiſcopi etiam*, tanquam Apoſtolicæ Sedis delegati, transferre poſſint beneficia ſimplicia, etiam iurispatronatus, ex Eccleſiis, β *quæ vetuſtate*, vel aliàs collapſæ ſint & ob eorum inopiam nequeant 1 *inſtaurari*, vocatis iis, quorum intereſt, γ *in Matrices*, aut alias Eccleſias locorum eorumdem, ſeu vicinorum, arbitrio ſuo: atque in eiſdem Eccleſiis erigant altaria, vel Capellas ſub eiſdem inuocationibus, vel in iam erecta altaria, vel Capellas transferant cum omnibus emolumentis, & oneribus prioribus Eccleſiis impoſitis. [a] δ 2 *Parochiales verò* Eccleſias, etiamſi iuris patronatus ſint, ita collapſas refici, & inſtaurari ε *procurent ex fructibus*, & prouentibus quibuſcumque ad eaſdem Eccleſias quomodocumque pertinentibus, qui ſi non fuerint ſufficientes: omnes patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis Eccleſiis prouenientes percipiunt, aut, in illorum defectum parochianos omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant: quacumque appellatione, exemptione, & contradictione remota. ζ *Quod ſi* 3 *nimia egeſtate* omnes laborent: η *ad Matrices*, ſeu viciniores Eccleſias θ *transferantur*: cum facultate tam dictas parochiales quàm aliàs Eccleſias 4 *dirutas*, in ι *profanos vſus* κ *non ſordidos*, erecta tamen ibi cruce, conuertendi.

a Ca. & c. pen. de Eccle ædif. vel repa. in c. 8. & ſup. Seſſ. 7. cap. 7. de refor.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

EPiſcopus curet reſtaurari, vel transferri, vt hic dicitur, Eccleſias Parochiales dirutas, vel in nimia egeſtate.

Item, onus Miſſarum Eccleſiæ dirutæ transferatur in Matricem, in qua erigatur altare nomine dirutæ expenſis poſſidentis Eccleſiam dirutam.

Item, in tranſlatione non ſunt imponenda Rectori noua onera.

Item, ſi Rector ſe obliget reficere, Epiſcopus non debet transferre.

Item, in quos vſus non ſordidos ruinæ Eccleſiæ ſint conuertendæ, relinquitur arbitrio Epiſcopi, & ſi vendantur partim conuertantur in vtilitatem Eccleſiæ arbitrio Epiſcopi.

Item, cœmeterium transferatur in locum vicinum, vbi magis populo placet, & incorporentur oſſa mortuorum.

Item, ſi in cœmeterio ſit ſepulta mulier, quæ ſe occidit, non eſt prophanatum, nec Eccleſia, ſed oſſa eximuntur, ſi poteſt fieri.

Item, ſchiſmatici non ſunt ſepeliendi in cœmeterio.

Item, Ordinarius non debet ſine cauſa prophanare Cappellanias , & ſi eſt extra cœmeterium debent Matrici Cappellaniæ , & non alij.

Item , reparatio eſt facienda ex fructibus,ſed relinquatur victus neceſſarius Parocho.

Item , idem dicendum eſt de domibus Parochialium , ac de Eccleſiis , in quibus Parochus habitat.

Item , facultas transferendi Eccleſias collapſas non competit Vicario , niſi de ſpirituali , mandato Epiſcopi.

Item, an procedat de Eccleſiis non omninò collapſis , vel quæ minantur ruinam, Reſpondetur non niſi de conſenſu Congregationis.

Parochia per longiſſimum tempus diruta habens Curam habitu,non actu,id eſt quia populus receſſit ; Iudicatur ſimplex, quia per 40 annos mutatur de regulari in irregularem , & de Curato in non Curatum,& attenditur vltimus ſtatus.

Item , nullum Beneficium præſumitur initio Curatum,niſi probetur.

Item, Cardinales in aliena Diœceſi non habent authoritatem conſecrandi Eccleſias prophanatas, niſi de licentia Papæ.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *Epiſcopi etiam.*] Fuit quæſitum , an eadem diſpoſitio huius textus militet , ſi Eccleſia non ſit penitus collapſa, ſed ex magna parte , vel ruinam minatur; & reſpondeo cum textu quod eadem eſt ratio , ſi nequeant reſtaurari ob earum inopiam.Sarn.*de viſitation.lib.* 2. *cap.*2.*à num.* 16. *vſque ad* 20. & Congregatio præterea cenſuit , vt fructus Eccleſiarum quæ reuocatione indigent ab Ordinariis ſequeſtrari poſſint , vt Eccleſiæ reparentur etiamſi illæ eſſent militum Hieroſolymitanorum, cum moderatione tamen , vt aliqua pars fructuum aſſignetur Epiſcopo Polen.

β *Quæ vetuſtate.*] Non enim debet Ordinarius ſine cauſa prophanare Cappellanias , etſi aliquam cauſam prophanandi habeat , earum cementa potiùs ſunt attribuenda Eccleſiæ quæ eſt caput dd.Cappellaniarum quàm alteri , ex Congregationis ſententia.Cementa autem Eccleſiæ translatæ ob ruinam poſſunt applicari ad vſum domorum , vel publicorum ædificiorum, non tamen ſordidorum arbitrio Ordinarij, pecuniæ etiam exinde redigendæ conuerti debent in eiuſdem Eccleſiæ vtilitatem ex Congregationis ſententia : ſed qua forma vti debeat Epiſcopus in huius reparatione , vel prophanatione , vide per Prax. *in ver.viſitatio.§.6. dub.* 11. Prax.Mediolanen.*lib.*3.*tit.*31.*cap.*3.*fol.*388.Quomodo autem probandum ſit expenſas fuiſſe factas,& cui ſtandum.Maſcard. *de probation. volum.*2.*concl.*728.

γ *In Matrices.*]Matrix,id eſt maior,quia regenerat gloſ.*in Clem. prima, in verb. Matrix de ſentent. excommunicat.*Lap.*allegat.*15. *num.* 1. & eius appellatione venit Cathedralis,*cap.venerabili,de verb.ſignificat.*Sarn. *de viſitation.lib.*2.*cap.*2.*num.*4.

δ *Parochiales.*] Quid ſi per antiquiſsimum tempus Eccleſia quæ fuit Parochialis iacuerit diruta , & habeat curam habitu non actu fortè , quia populus receſsit: reſpondetur quod tunc iudicabitur,vt ſimplex,quia per quadraginta annos mutatur de regulari in ſæculare,& ſic de curato in non curatum. Felin.*in cap.in noſtra num.*41. *circa med.de reſcript.* & ibidem in Correlario 40. *num.* 112. Attenditur enim vltimus ſtatus , Felin. *in cap.eam te, num. 69. de reſcript.*Feder.de Sen.*conſ.*135.*caſus talis eſt.*

Nullum enim beneficium præſumitur initio curatorum,niſi probetur, Staphil.*de qualit. & ſtat. beneſ.num.* 2. *vide quæ not.ad cap.*17.*in fin.ſeſſ.* 24. Parochiales autem Eccleſias dirutas inſtaurari , aut transferri Epiſcopus curare debet , ſeruata forma præcisè huius decreti ex Congregationis ſententia , cuius verba referuntur , *in ver. vnio*,§.*ad* 3.*ver.dices, fol.*213.

ε *Procurent ex fructibus.*] In reparatione prædicta non ſunt ſequeſtrandi fructus neceſſarij pro victu parochi ex Congregationis ſententia. Quanta autem dos conſtitui debeat pro victu parochi , arbitrarium eſt,conſiderata qualitate patriæ, perſonæ, Eccleſiæ , ſitus, & temporis , vt per gloſ.*in cap.cum adeo, in verb. ſufficientem de reſcript.*

Si populus nolit Eccleſiam quæ minatur ruinam reſtaurare , ea penitus debet dirui ex Congregationis ſententia,*cap.*1.*de Eccleſ.ædific.*Sarn.*de viſitation.lib.* 1. *cap.* 10. *num.*10.

Quod

ζ *Quod ſi.*] An eadem facultas conceſſa ſit Vicario generali, & quòd vnire poſſit ſine ſpeciali mandato, tenet Rebuff. *in pract.de vnion.beneſ.num.* 37. *fol.* 214. *in fin.* Pariſ.*lib.*4.*conſ.*41. idem Rebuff. *in form.Vicar.num.*102.*fol.*52.à tergo, ſed hîc non agitur de vnione beneficiorum, ſed eorum reparatione, vel quando reparari non poſſunt de eorum tranſlatione, vel profanatione, & ideò ſi Vicario generali conceſſum eſt ius viſitandi quod requirit ſpeciale mandatum, Rebuff. *in prax.in form.Vicarij num.* 100. *fol.* 52. Sarn. *de viſitation.lib.*1. *cap.*2.*num.*18. conceſſa videntur hæc omnia quæ vt plurimùm in viſitatione tractantur, & cum Vicarius, & Epiſcopus ſit Tribunal, & Vicarius ſit ordinarius, *cap.*2.*de conſuetud.*Felin. *in rubric.de offi. deleg.num.* 8. videtur reſoluendum pro affirmatiua ſicut aliàs dixi infrà *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *in princip. de excommunicat* Sarnen. *de viſitation.lib.*2. *cap.*2.*num.*16.*cum ſeq.*

η *Ad Matrices.*] Dic parochiales text. *gloſ.&* Abb.*in cap.venerabili, de verb.ſignification.*Abb.*in Clem.*1.*num.*3.*&* 4.*de ſentent. excommunicat.*

θ *Transferantur.*] Et ſic per tranſlationem huiuſmodi ſimul cum onere curæ transferretur etiam reſidentia, Ferret.*conſ.* 61.*num.*2. *& ſeq.*

Permiſſum fuit Epiſcopo Papienſi plures ſimul parochiales vnire quæ tenuis erant redditus, vt nec ad reparationem ſufficeret, & commodius transferri poſſent ad Matricem, quarum Eccleſiarum vnitarum ex quibus aliquæ minabantur ruinam, demolitio cum erectione Crucis fuit etiam ſibi conceſſa, dummodò per hoc Ciuitas non deformetur, prouiſo tamen priùs quod transferantur ad aliquam Eccleſiam, vbi erigatur Cappella cum inuocatione illorum ſtatutorum ne illorum memoria ſupprimeretur.

Quando Eccleſia diruitur, onus miſſarum in Matricem Eccleſiam transferendum eſt in ea expenſis Eccleſiam dirutam poſſidentis, erigi debet altare ſub nomine Eccleſiæ dirutæ. Cœmiterium autem ad locum vicinum, prout magis populo placuerit, transferendum eſt, atque mortuorum oſſa transferenda ſunt.

Non tamen Epiſcopus ſine Apoſtolica auctoritate transferre poteſt Matricem, id eſt, Cathedralem Eccleſiam in alium locum Diœceſis, ex Congregationis ſententia, vide Menoch.*tom.*1.*conſil.*75.*num.*46.

Item, cenſuit Congregatio ad Epiſcòpum Speren. Abbatem Monaſterij non teneri ad inſtantiam Epiſcopi contribuere pro reparatione ſuarum Eccleſiarum.

ι *Prophanos vſus.*] Cenſuit ſacra Congregatio Cardinales non habere in aliena Diœceſi auctoritatem conſecrandi Eccleſias prophanatas, niſi de licentia Papæ.

κ *Non ſordidos.*] Ordinarij relinquitur arbitrio, vt ſuprà dictum eſt, in quos vſus non ſordidos ſint ruinæ Eccleſiæ conuertendæ, ſi autem dictæ ruinæ vendantur, earum pretium in vtilitatem Eccleſiæ eiuſdem Ordinarij arbitrio eſt expendendum.

Qui autem dicantur vſus ſordidi, ex Congregationis ſententia remittitur arbitrio Ordinarij, vt hiſtrionum coquinæ, ſtabula, & ſimilia, Prax. Neapol.*lib.*1.*cap.*53. vbi etiam vide prophanantes non debere fieri ſine cauſa, quòd ſi redditus ſint ſufficientes pro reparatione, ceſſabunt Miſſæ, & Eccleſia reparetur: ibidem, & locus prophanatus non poteſt vendi ſine licentia Papæ, ibidem: priùs enim conſulendum eſt Eccleſiæ reparationi, & poſtea ſucceſſori, Delph.*lib.*1.*deciſ.*66.*fol.*26.

ADDITIO.

1 *Inſtaurari.*] Quæ enim reparari poſſunt reparandæ ſunt, *ſuprà ſeſſ.cap.* 8. & ſi cōtingat Eccleſiam reparari, quæ ſit de Iurepatronatus dationi conſenſus de æquitate requiritur, Gamb.*de offic.& pot.leg.lib.* 10.*num.*198.

Quòd ſi populus noluit Eccleſiam Parochialem inſtaurari, loquor generaliter ſecundùm verba text. debet pœnitus dirui.declaratio Congreg. *Conc* 276. hæc additio eſt apponenda, in §. *Parochialis verò ibi refici, & inſtaurari.*

De reſtauratione, & reparatione Eccleſiarum Parochialium & Cathedralium, & ad quos ſpectet, Bero. *conſ.* 3 *per tot. vol.* 1. Cappel. Toloſ. & Auſur. *ad eam quaſtion.* 499.

An Eccleſia reſtaurata ſit iterum conſecranda, Vide *in cap. de fabrica, de conſecr. diſtinct.*1.

2 *Parochiales verò.*] Vide declarationes Congregationis 220.

3 *Nimia egeſtate.*] Vide declarationes Congregationis 276.

4 *Dirutas.*] Hinc colligitur quòd Eccleſia diruta non deſinit eſſe ſacra: facit text.in §.*ſacra,inſtit.de rer.deciſ.in fin.*Immò retinet ſua priuilegia, Bero. *in cap.quoniam num.94.de Iurepatronatus.*

Durat autem ſacra,non vt ibi ſacra fieri poſſint, ſed ad hoc ne ad prophanos vſus redire poſſit, vt ibi tradit. Hic autem reddit Eccleſiam ad prophanos vſus ante Concil. ex quo notatum eſt quod Papa poteſt ſacrum efficere prophanum, hoc tamen quia eius poteſtati commiſſum eſt impoſsibile iudicatur, Din. *in reg. ſemel. de regul. iurep. in 6.*

Regula illa ſemel Deo, præſtat argumentum quod non valeat pactum cum patrono initum, vt diruta Eccleſia dos ad eum, vel ſuos reuertatur, littera *de Iurep. par.1.cau.11.aeq.Iurepatr.fund. num.26.in fin.* & quod non valeat pactum, vel diſpoſitio Teſtatoris, vt non ſeruatis conditionibus in fundatione appoſitis,dos redeat ad hæredes,Rota *Dec.868.aliàs 10.de teſtam.in antiq.* vbi quid ſi conditiones eſſent licitæ, Felin.*in cap. cùm venerabilis num.38. de except.* vbi aliter dicit in legatis piis, vide eundem Felin.*num.32.*

CAPVT VIII.

De Epiſcoporum cura, & viſitatione eorum, quæ ad ſuam diœceſim pertinent.

1 Q*Væcumque* in Diœceſi ad Dei cultum ſpectant, ab Ordinario diligenter curari, atque iis, vbi oportet, prouideri *α æquum eſt:* propterea commendata monaſteria, etiam Abbatiæ, Prioratus, & Præpoſituræ nuncupatæ, *β in quibus non viget* 2 *Regularis obſeruantia*, necnon beneficia tam curata quàm non curata, ſecularia, & 3 *Regularia*, qualitercumque 4 *commendata*, *γ etiam* 5 *exempta* ab Epiſcopis, etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatis, annis ſingulis [a] *δ viſitentur*, curéntque iidem Epiſcopi congruentibus remediis, etiam per ſequeſtrationem fructuum,vt, quæ renouatione indigent, aut reſtauratione, reficiantur: & cura animarum, ſi qua illis vel eorum annexis immineat, *ε aliáque debita obſequia*, rectè exerceantur 6 *appellationibus* quibuſcumque, priuilegiis, conſuetudinibus etiam immemorabili tempore præſcriptis, conſeruatoriis, iudicum deputationibus, & eorum inhibitionibus non obſtantibus: & ſi in eis vigeret obſeruantia Regularis, *ζ* 7 *prouideant Epiſcopi* paternis admonitionibus, vt eorum Regularium Superiores iuxta eorum regularia inſtituta debitam viuendi rationem obſeruent: & obſeruari faciant,& ſibi ſubditos in officio contineant, ac moderentur. Quod ſi admoniti, intra ſex menſes eos non viſitauerint, vel correxerint: tunc iidem Epiſcopi, etiam vt delegati Sedis Apoſtolicæ, eos *η viſitare poſſint, & corrigere*, prout ipſi Superiores poſſent, iuxta eorum inſtituta; quibuſcumque appellationibus, priuilegiis, & exemptionibus, penitùs remotis, & non obſtantibus.

[a] Supr. Seſſ 7. de refor. ca.8. infr.Seſſ.24.c. 9. & Seſſ. vlt. de reg.ca. 20. Concil Braccaren.2. c.1.

DECLA

DECLARATIONES CARDINALIVM.

IN Beneficiis Curatis Religionis Hieroſolymitanæ Epiſcopus non poteſt in viſitatione conficere inuentorium rerum etiam iocalium.

Item, ſi in Monaſteriis commendatis viget regularis obſeruantia, non poteſt Epiſcopus ea viſitare.

Item, in Eccleſiis ſubiectis Religioni Hieroſolymitanæ Epiſcopus non habet iuriſdictioné, niſi in concernentibus Curam, & adminiſtrationem ſacrorum, ne cum dedecore adminiſtrentur; ſed non poteſt viſitare Cappellas, vel altaria, & an Beneficiati ſatiſfaciant oneri.

Item, Rectores Eccleſiæ Parochialis vnitæ Monaſteriis Præmonſtratenſium ſi ſunt Regulares in omnibus ſubiacent Epiſcopo, ſicut Seculares in ciuilib. *c.14. ſeſſ.7. & final. ſeſſ.25.* in delictis ſi degunt extra clauſtra, *cap.3. ſeſſ. 6.* ſi in Monaſterio, vbi viget obſeruantia ſeruetur, *cap. hoc, & cap. 14. de Regularib. ſeſſ.25.*

Item, Eccleſia Curata vnita Monaſterio eſt viſitanda ab Epiſcopo loci, in quo eſt Cura, & Monaſterium.

Item, Epiſcopus poteſt viſitare cumulatiuè quoad omnia beneficia ſubiecta Abbati habenti quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem.

Item, fructus Eccleſiarum quæ indigent renouatione poſſunt ſequeſtrari ab Ordinario pro reparatione etiamſi Eccleſię eſſent Militum Hieroſolymitanorum.

Item, ſi Abbas eſt negligens ad corrigendum Parochum vnitæ, Epiſcopus prouideat Curæ ex Bulla Pij V. ſed non priuet Abbatem iure conferendi, vel præſentandi, vel decimis.

Item, non licet Epiſcopis addere Beneficiis onera, præter ea, quæ ex fundatione, vel conſuetudine.

Item, in hoc cap. comprehenduntur Monaſteria commendata perpetuò vnita aliis Eccleſiis, vel piis locis, etiamſi ſint ſub protectione Regis, *cap.8. ſeſſ.22.*

Item, Epiſcopus ſi viſitet, vt Abbas, non requirit prouiſionem.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *Æquum eſt.*] Vt diuinus cultus in eis obſeruetur, & augeatur. Quid de Baſilica, quæ neſcitur in cuius Diœceſi ſita ſit, & die præſumi, eius qui in ea exercuit iura Epiſcopalia, Abb. *in conſ.53. num.3. vol.1. per cap.1. de relig. domib.*

β *In quibus non viget.*] Epiſcopus non debet ſe interponere in monaſteriis in quibus viget regularis obſeruantia, ſed Eccleſiæ vbi animarum cura exercetur viſitari poſſunt ab Ordinariis, etiamſi illæ ſint Militum Hieroſolymitanorum cum moderatione, prout ex Bulla Pij Papæ V. Pontificis maximi, Rot. *par.1. diuerſor. deciſ.736. num. 5.* vbi vide Epiſcopum vti delegatum Apoſtolicum poſſe viſitare etiam loca exempta, ſi curata ſint; item habere intentionem fundatam in tota ſua Diœceſi, & in qualibet eius parte, prout etiam cenſuit Congregatio. Illæ quoque viſitari poſſunt, quæ ſunt ſubiectæ Regularibus, dummodò ſint ſæculares.

γ *Etiam exempta.*] Quid de Collegiatis quæ ſunt per Diœceſes, & dic quod ſunt in quaſi poſſeſſione eas viſitandi, ſaluo tamen eis remanente iure in petitorio ex Congregationis ſententia, quæ etiam cenſuit Epiſcopos non poſſe viſitare Eccleſias parochiales in quibus Abbates iuriſdictionem Epiſcopalem, & temporalem in parochos, & parochianos exercent, niſi Epiſcopus maiorem in illis locis, & perſonis iuriſdictionem exerceat in vna Ciuitaten. die 20. menſis Nouembris 1592.

δ *Viſitentur.*] Quid ſi Epiſcopus viſitet, vt Abbas, non tanquam Epiſcopus, & Congregatio cenſuit quod non acquirit poſſeſſionem viſitanti Epiſcopo.

Item, dubitatum fuit an poſſint viſitate Abbatias, ſeu Monaſteria Monachorum ſancti Baſilij quæ commendata reperiuntur, & reſcriptum fuit Archiepiſcopo Regino, Roſſanenſi, & Epiſcopo Squillacenſi, quod debeant ſuperſedere illa viſitatione; Interea ſic res pendet indeciſa, & denique inſtituto generali Viſitatore totius Ordinis ſancti Baſilij, Religio iſta iam ſub Regulari obſeruantia dicenda eſt, iuxta *cap.8. infr. ſeſſ.25. de regular.*

ε *Aliáque*

• *Aliáque debita obſequia.*] Per hoc verbum *debita*, poſitum in hoc decreto non licet Epiſcopis maius ſeruitium, aut onus beneficiis imponere, quàm eis ab antiqua illorum inſtitutione debeantur, ex Congregationis ſententia.

ζ *Prouideant Epiſcopi.*] Sed quomodo prouidebunt ſi regulares nolunt aliquo modo eos, vel eorum viſitatores admittere ad explorandum ea quæ correctione opus habent, quorum plura latent intra ipſorum clauſtra, & Conuentus, quæ niſi inſpiciantur non poſſunt notari, & ſuperioribus Regularium ſignificari, & ſic vana eſt prouiſio huius textus. Aliqui dicunt quod Epiſcopus inquiret, ſed extra clauſtra, & de his ea quæ ad ſui notitiam deuenerint, ſuperiores admonebit, & in caſu negligentiæ poſt ſex menſes corriget.

• *Viſitare poſſint, & corrigere.*] Nam licèt Epiſcopus non concurrat cum Abbate, vt ſit locus præuentioni circa correctionem Monachorum, defectum tamen Abbatis poteſt ſupplere, Abb. *de Cappell. Monach. cap. ad audientiam, & de ſentent. excommun. cap. Monach.* verbum *viſitare*, intelligitur de locis, *corrigere* de perſonis.

In contrarium facit, *l. ſicut*, §. *vlt. ff. quod cuiuſque vniuer.* nom. Matrimonium autem dicitur in quo vnus eſt Monachus nó cœnobium Tridor. *in frag. de vit. Monaſt. gen. impreſſ.* poſt libros pronoſticon. Fuſiani Archiepiſcopi Toletan. *fol.* 216.

3 *Regularia.*] Regularia Beneficia quomodo á ſæcularibus diſtinguantur, Rebuff. *in prax. in præfat. tit. quatruplex ſit Beneficium cum duob. ſeqq.* & quæ requiruntur, vt mutet ſtatum, idem in Concord. *tit. de Collat.* §. *volumus in verb. Regularia fac.* 446.

4 *Commendata.*] De munere Epiſcopi in Eccleſiis commendatis viſitandis, vide Fuſch. *de viſit. lib.* 2. *cap.* 9.

5 *Exempta.*] Quomodo Matrimonia, vel alia Beneficia exempta viſitanda ſint, tradit idem Fuſch. *d. l.* 2. *cap.* 8. *& cap.* 20. *num.* 11. vide ad materia Iacob. de Graff. *lib.* 3. *dec. aur. cap.* 28. *par.* 2. *præſertim num.* 93. *& ſeq.* vbi multa de materia viſitationis.

6 *Appellationis, &c.*] Princeps proteſt. admittere, vel de negare appellatione, *l.* 1. §. *interdum, ff. à quibus appell. non licet cap. ſup. eo, & cap. ſup. quæſtionem*, §. *porrò de offic. deleg.* Iacob. Menoch. *conſ.* 10. *num.* 102. Franch. Hercul. *de attent. appell. pend. cap.* 31. Maran. *de ord. iudic.* 6. *par. tit. de appell. num.* 315. Ruen. *reg.* 42. Hyp. *ſing.* 295.

7 *Prouideant Epiſcopi, &c.*] Not. quod Epiſcopus non poteſt Monaſteria, in quibus viget Regularis obſeruantia viſitare, niſi data negligentia Superiorum, limita, vt infrà *ſeſſ.* 25. *de reg. cap.* 11. *& de viſitatione huiuſmodi Monaſt.* 3. vide Fuſch. *de viſit. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 60. *& ſeqq.*

ADDITIO.

1 *Quæcumque.*] Etiam patronata. Tuſch. *de viſit. lib.* 2. *cap.* 10.

2 *Regularis obſeruantia.*] Non viget Regularis obſeruantia in Monaſteriis, quorum Monachi ad vnum, vel duos redacti ſunt, ex traditione à Paul. Fuſch. *de viſit. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 47.

CAPVT IX.

Quæſtorum Eleemoſynarum nomen & vſus penitus tollitur. Indulgentias & ſpirituales gratias Ordinarij publicent: & duo Capituli fideliter Eleemoſynas recipiant ſine vlla mercede.

1 CVm multa à diuerſis antea [a] Conciliis, tam Lateranenſi, ac Lugdunenſi, quàm Viennenſi, *a aduerſus prauos* Eleemoſynarum Quæſtorum abuſus remedia tunc adhibita, poſterioribus temporibus reddita fuerint inutilia, potiúſque eorum militia ita quotidie magno fidelium omnium ſcandalo, & querela excreſcere deprehendatur, vt de eorum emendatione nulla ſpes amplius relicta videatur: ſtatuit vt poſthac in quibuſcumque Chriſtianæ religionis

a Conc. Later. c. 61. ſub Inn. 3. cap. cum ex eo, de pœn. & rem. Clem. abuſioni. eod. tit. & infr. Seſ. vlt. in Decreto, de Indul. & ſup. Seſ. 5. c. 2.

Digitized by Google

gionis locis eorum nomen, atque vſus penitus adolentur, nec ad officium huiuſmodi exercendum vllatenus admittantur: non obſtantibus priuilegiis, Eccleſiis, Monaſteriis, hoſpitalibus, piis locis, & quibúſuis, cuiuſcumque gradus, ſtatus, & dignitatis perſonis, conceſſis, aut conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, *ß 2 Indulgentias* verò, aut alias ſpirituales gratias, quibus non ideò Chriſti fideles decet priuari, deinceps per Ordinarios locorum adhibitis duobus de Capitulo, debitis temporibus populo publicandas eſſe decernit. Quibus etiam eleemoſynas, atque oblata ſibi charitatis ſubſidia nulla prorſus mercede accepta, fideliter colligendi facultas datur: vt tandem cœleſtes hos Eccleſiæ theſauros non ad quæſtum, ſed ad pietatem exerceri, omnes verè intelligant.

Indictio futuræ Seſſionis.

Sacroſancta Oecumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicæ Sedis Legatis, ſtatuit, & decernit proximam futuram Seſſionem habendam, & celebrandam eſſe feria quinta poſt octauam feſti Natiuitatis B. Mariæ Virginis, quæ erit XVII. menſis Septembris proximè futuri: Hoc tamen adiecto, quod dictum terminum, ad vnicuique Seſſioni in poſterum præfigendum, ipſa ſancta Synodus pro eius arbitrio, & voluntate, ſicuti rebus Concilij putauerit expedire, etiam in generali Congregatione, reſtringere, & prorogare liberè poſſit, & valeat.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

POſſunt Mendicantes Regulares quærere eleemoſynam non ſolùm ad victum ordinarium, ſed extraordinarium, vt tempore meſſis pro bladis, frumento, pro vino, ſerico, ſed non pro pecuniis, ſic & alij Rectores.

Item, quando Sedes Apoſtolica concedit ex notionabili cauſa alicui loco pio, ſolet concedere cum his clauſulis ſcribendo Epiſcopo, vt Epiſcopus eligat perſonas honeſtas, & pias, quæ non participent de eleemoſynis, & fiat ſine ſcandalo, & fraude, non publicent Indulgentias, non concionentur, non circumferant priuilegia, vel reliquias, non Campanellas, vel alia inſtrumenta Quæſtorum, non petant, vt debitum, vel ſolitum, non minis, aut precationibus alicuius Sancti, non faciant ali quam conuentionem, & eleemoſyna tota expendatur in vſum illius loci pij, & hoſpitalis, & non in alium, dummodò realiter in hoſpitali exerceatur hoſpitalitas.

Item, Regulares poſſunt publicare Indulgentias à Papa conceſſas nullo facto verbo cum Epiſcopo, ſed Indulgentias ſibi ipſis conceſſas non poſſunt ſine licentia Ordinarij.

Item, confraternitas laïcorum non poteſt publicare Indulgẽtias etiam antiquas, ſine conſenſu Epiſcopi, & forma hic præſcripta.

Item, licèt Regulares non poſſint prohiberi quominùs eleemoſynas quærant, tamen Fratres qui degunt extra Monaſteria, vt pro Monaſteriis quærant, tenentur oſtendere licentiam Superiorum, ne Epiſcopo ſubſit fraus.

Item, laïci prohibentur nomine Monaſteriorum quærere eleemoſynas.

Item, Presbyter qui accedit ad accipiendas primitias frugum, vel animalium, quæ ſolent offerri ſponte deuotionis cauſa ſuæ Eccleſiæ, non comprehenditur, hoc cap.

Item, qui ſunt vnius Eccleſiæ non poſſunt prohibere Fratres alterius loci, ſub eodem nomine, quærere eleemoſynas.

Gg OB

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a ADuerſus prauos.] *De pœnit. & remiſſ. cap. cum ex eo, cap. Romana, eod. tit. in 6. cap. abuſionibus, eod. tit. in Clemen.* Horum abuſus, vide per Nauarr. *in repet. §. item in Leuitico, not. 31. num. 46. de pœnit. diſt. 1.* Congregatio quoque cenſuit prauos eleemoſynarum Quæſtores prohibendos, ac ſeuerè caſtigandos eſſe, vt Epiſcopus ad vſum pauperum in hoſpitali commorantium eleemoſynas petendas, & colligendas permittat, dummodò collecturi ſint bonæ exiſtimationis, & ſpectatæ pietatis, ac religionis, eiuſdem Ordinarij iudicio comprobati, neque ipſarũ eleemoſynarum participes ſint, atque tale munus obeant rectè, & aptè, & decenter, ſine vlla fraude, ſine vlla bonorum fundatione, & ſcandalo, nec Quæſtorum vllo modo nomen habeant, ſed eleemoſynarum Collectores ſimpliciter appellentur. Præterea nullas Indulgentias diuulgent, nec concionentur, nec ſua priuilegia, aut ſacras reliquias circumferant, neque imprecationibus, aut minis eleemoſynas ab hominibus exprimant, aut extorqueant. Non campanas aliáue huiuſmodi inſtrumenta quæ olim erãt Quæſtorum inſignia, ipſi deferant, aut pulſent ad homines excitandos, nec tale quicquam petant tanquam debitum, aut vſitatum, nec vllo artificio, aut ſpecie commemorantes orationes ſancti Antonij, aut alterius Sancti, vel alio peruerſo more vtantur, vt pecunias extorqueant, ſed ſimpliciter, piè ac modeſtè eleemoſynas petant ad inopiam hoſpitalis ſubleuandam, & quidquid talis eleemoſynæ nomine collectum fuerit, nullam ad rem aliam niſi ad vſum hoſpitalis transferatur. Idem reſcriptum fuit ſeruandum eſſe in colligendis eleemoſynis per Societatem roſarij, & quod dictum eſt de hoſpitalibus, intelligitur de illis in quibus realiter hoſpitalitas exercetur, & eadem facultas ſub conditionibus ſupradictis, quandoque etiam nonnullis Religioſis mendicantibus conceditur. Nauarr. *conſ. 33. de pœnit. & remiſſ.* vt ſunt Fratres ſancti Antonij. Item, Congregatio cenſuit mendicantes prohiberi non debere, nec teneri ad petendam licentiam ab Epiſcopis pro eleemoſynis perquirendis, non ſolùm ad ordinarium victum, ſed & ad extraordinarium, puta meſſis tempore pro frumento, & tempore vindemiarum pro vino, ac pro ſerico, ſecùs autem ſi pro pecuniis tranſmittant; & ita in vna Coſentina reſcriptum fuit de anno 1581. Nec comprehendit hoc decretum Quæſtores deputatos ab Archiepiſcopo per Prouinciam ad aliquod opus pium, iuxta Prax. Neapol. *cap. 86. num. 14. fol. 494.*

β *Indulgentias.*] Per cuius decreti poſteriora hæc verba nõ poſſunt Ordinarij prohibere quin Religioſi Indulgentias a Summo Pontifice conceſſas publicent, nullo etiam cum eis verbo facto, conceſſas autem ſibi ipſis ſine licentia Ordinarij publicare non poſſunt.

Reſolutiones Sacræ Congregationis ad hoc cap. 9.

Quærenti Epiſcopo Maioricen. Quoniam Hoſpitalia, Confraternitates, Monaſteria, & alia pia loca ſuæ diœceſis adeò tenues redditus habent, vt ſi ſubſidia quæ antea eis per Quæſtores afferri ſolebant nunc ſubtraherentur, illa penitus collaberentur. Congregatio Concilij cenſuit reſpondendum, decretum hoc omninò fore ſeruandum quod nomen vtrumque Quæſtorum penitus aboleuit, & aliàs ad Epiſcopum Comen. non eſſe prohibendos eleemoſynarum exactores, niſi quæſtuariam exerceant.

Item, cenſuit ſacra Congregatio non poſſe Dominos temporales concedere licentias quærendi eleemoſynas cum hoc ſpectet ad Eccleſiam.

ADDITIO.

1 *Cum multa, &c.*] Hoc decretum non tollit gratias ante conceſſas, Nauarr. *de pœn. & remiſſ. conſ. 2. num. 6. impreſſ.* 1. vbi propterea ſcribit nõ fuiſſe reuocatam gratiam conceſſam à Clemente 7. Eccleſiæ Trecuren. vt eam deuotè viſitantes, & ei aliqua ſubſidia tribuentes centorum dierum Indulgentiam conſequerentur.

2 *Indulgentias, &c.*] Nouiſſimè Pius V. quadam ſua Extrauag. reuocauit omnes Indulgentias, & peccatorum remiſſiones quibuſcumque conceſſas, pro quibus conſequen

ſequendis manus adiutrices porrigendæ ſunt, & quæ facultatem Quæſtuum quomodolibet continerent, qua etiam Extrauag. Clem. VII. Indulgentia ſublata cenſetur, de qua ſuprà eſt facta mentio, non obſtant. clauſulis derogatoriis, de quibus in ea Nauarr. *d. conſ. 2. num. 7. de pænit. & remiſſ.*

SESSIO VIGESIMASECVNDA,

QVÆ EST SEXTA,

SVB PIO IV. PONT. MAX. CELEBRATA, DIE XVII. SEPT. M. D. LXII.

Doctrina de Sacrificio Miſſæ.

SAcroſancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicæ Sedis Legatis, vt vetus abſoluta, atque omni ex parte perfecta de magno Euchariſtiæ myſterio in ſancta Catholica Eccleſia fides, atque doctrina retineatur, & in ſua puritate, propulſatis erroribus, atque hæreſibus, conſeruetur; de ea, quatenus verum, & ſingulare ſacrificium eſt, Spiritus ſancti illuſtratione edocta, hæc, quæ ſequuntur, docet, declarat, & fidelibus populis prædicanda decernit.

CAPVT I.

Chriſtus in nouiſſima Cœna Apoſtolis, quos tunc Sacerdotes faciebat, dedit poteſtatem, ac præceptum offerendi Corpus & Sanguinem ſuum ſub ſpeciebus panis & vini: hoc viſibile Sacrificium Eccleſiæ relinquens, per quod virtus ſacrificij in Cruce peracti (quod iugiter hoc repræſentatur) applicatur in remiſſionem peccatorum, quæ quotidie committuntur.

QVoniam ſub priori Teſtamento, teſte Apoſtolo Paulo, propter [a] Leuitici Sacerdotij imbecillitatem conſummatio non erat; oportuit, Deo Patre miſericordiarum ita ordinante, Sacerdotem alium ſecundùm ordinem Melchiſedech ſurgere, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui poſſet omnes, quotquot ſanctificandi eſſent, conſummare, & ad perfectum adducere. Is igitur Deus, & Dominus noſter, etſi [b] ſemel ſeipſum in ara Crucis, morte intercedente, Deo Patri oblaturus erat, vt æternam illic redemptionem operaretur: quia tamen per mortem Sacerdotium eius extinguendum non erat; in cœna nouiſſima, qua nocte tradebatur, vt dilectæ ſponſæ ſuæ Eccleſiæ viſibile, ſicut hominum natura exigit, relinqueret *α Sacrificium*, quo cruentum illud ſemel in Cruce peragendum, repræſentaretur; eiúſque [c] memoria in finem vſque ſæculi permaneret; atque illius ſalutaris virtus in remiſſionem eorum, quæ à nobis quotidie committuntur, peccatorum applicaretur; Sacerdotum

[a] Hebr. 7.

[b] Hebr. 7. d. c.

[c] 1. Cor. 11.

dotum ſecundùm ordinem Melchiſedech ſe in æternum conſtitutum declarans, Corpus & Sanguinem ſuum ſub ſpeciebus panis & vini Deo Patri obtulit; ac ſub earundem rerum ſymbolis, Apoſtolis, quos tunc noui Teſtamenti Sacerdotes conſtituebat, vt ſumerent, tradidit; & eiſdem, eorúmque in Sacerdotio ſucceſſoribus, vt offerrent, præcepit per hæc verba, [d] Hoc facite in meam commemorationem, vti ſemper Catholica Eccleſia intellexit, & docuit: nam celebrato veteri Paſcha, quod in memoriam [e] exitus de Ægypto multitudo filiorum Iſraël immolabat, nouum inſtituit Paſcha, ſeipſum ab Eccleſia per Sacerdotes ſub ſignis viſibilibus immolandum in memoriam tranſitus ſui ex hoc mundo ad Patrem, quando per ſui ſanguinis effuſionem nos redemit, [f] eripuítque de poteſtate tenebrarum, & regnum ſuum tranſtulit. Et hæc quidem [g] illa munda oblatio eſt, quæ nulla indignitate, aut malitia offerentium inquinari poteſt: quam Dominus per Malachiam nomini ſuo, quod magnum futurum eſſet in gentibus, in omni loco mundam offerendam prædixit: & quam non obſcurè innuit Apoſtolus Paulus, [h] Corinth. ſcribens, cùm dicit: *β non poſſe eos*, qui participatione menſæ dæmoniorum polluti ſunt, menſæ Domini participes fieri: per menſam altare vtrobique intelligens. Hæc denique illa eſt, quæ per varias Sacrificiorum, naturæ, & legis tempore, ſimilitudines figurabatur; vtpote quæ bona omnia, per illa ſignificata, velut illorum omnium conſummatio & perfectio complectitur.

d Matth. 26. Luc. 2.
e Exod. 13.
f Coloſſ. 1.
g Malac. 1.
h 1. Cor. 10. 10.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *Sacrificium.*] Eſt ergo, & ſemper Miſſa fuit Sacrificium, & aſſerere contrarium hæreſis eſt, vt olim fuerat definitum in Concilio Tolet. 12. *cap.* 5. In Lateranenſi ſub Innoc. III. Can. 1. ſuorum Decretorum, & *cap.* 32. & Epiſt. Concil. Epheſi. miſſa ad Neſtorium ſequitur Concilium hîc, & *Cap.* 2. 3. & 4. Item, *Can.* 1. 3. & 4. plenè refertur in Summa Sacram. de Euchar. *quæſt.* 102. & quod Cornelius inſignis concionator fuit de hoc reprehenſus, refertur in *deciſ. fidei Cathol. in verb. ſacrificium, fol.* 559. de quo pleniſſimè, vide per Durand. *de Ritib. lib.* 2. *cap.* 12. *per tot.*

β *Non poſſe eos.*] Hinc eſt quòd excommunicati eiiciendi ſunt de Eccleſia in celebratione Miſſæ quinimò Sacerdos celebrans præſente excommunicato, non ſolùm peccat, ſed pluries celebrando fit irregularis, Silueſt. *ex. omm. num.* 3. Candelab. aur. *de excommunicat. quæſt.* 38. *fol.* 8. per quæ declaratur, *cap.* 15. *qui cum gloſſ. de ſentent. excommunicat. lib.* 6.

CAPVT II.

Sacrificium viſibile in altari eſt propitiatorium, non tantùm viuis, ſed & defunctis nondum plenè purgatis in Chriſto.

ET quoniam in diuino hoc Sacrificio, quod in Miſſa peragitur, idem ille Chriſtus continetur, & incruentè immolatur, qui in ara Crucis ſemel ſeipſum cruentè obtulit, docet ſancta Synodus, Sacrificium iſtud verè *α propitiatorium eſſe*, per ipſúmque fieri, vt, ſi cum vero corde, & recta fide, cum metu, & reuerentia, contriti, ac pœnitentes ad Deum accedamus, miſericordiam

cordiam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. [a] Huius quippe oblatione placatus Dominus gratiam, & donum pœnitentiæ concedens, crimina, & peccata, etiam ingentia dimittit, vna enim eadémque eſt hoſtia, idem nunc offerens Sacerdotum miniſterio, qui ſeipſum tunc in Cruce obtulit, ſola offerendi ratione diuerſa. Cuius quidem oblationis cruentæ, inquam, fructus per hanc vberrimè percipiuntur: tantùm abeſt, vt illi per hanc quouis modo derogetur. Quare non ſolùm pro fidelium viuorum peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, & aliis neceſſitatibus, ſed & pro defunctis in [b] Chriſto nondum ad plenum purgatis, ritè, iuxta Apoſtolorum traditionem, offertur.

[a] Aug. 10. de Ciuit. Dei, ca. 20.

[b] Infr. Seſſ. 25. in princip.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

[a] Propitiatorium eſſe.] Contra Lutheranos qui fatentur eſſe gratiarum actionem, ſed non propitiatorium pro peccatis, quod pluribus rationibus probat Durand. *de ritib. lib. 2. cap. 2. num. 7. fol. 107.*

CAPVT III.

Memoria Sanctorum fit in ſacrificio, ipſum autem ſacrificium non offertur Sanctis.

ET quamuis [a] in honorem, & memoriam Sanctorum nonnullas interdum Miſſas Eccleſia celebrare conſueuerit; non tamen illis Sacrificium offerri docet, ſed Deo ſoli, qui illos coronauit: vnde nec Sacerdos dicere ſolet, Offero tibi Sacrificium Petre, vel Paule; ſed Deo, de illorum victoriis gratias agens, eorum patrocinia implorat; vt ipſi pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriam facimus in terris.

[a] Aug. de Ciuit. Dei, l. b. 8. cap. 27.

CAPVT IV.

Canon Miſſæ ab omni vitio purus conſtat verbis Domini, Apoſtolorum traditionibus, ac ſanctorum Pontificum piis inſtitutionibus.

ET cùm ſancta ſanctè adminiſtrari conueniat, ſitque hoc omnium ſanctiſſimum Sacrificium; Eccleſia Catholica, vt dignè reuerentérque offerretur, ac perciperetur, ſacrum Canonem multis *α antè ſæculis inſtituit*, ita ab omni errore purum, vt nihil in eo contineatur, quod non maximè ſanctitatem, ac pietatem quamdam redoleat, mentéſque offerentium in Deum erigat. *β Is enim conſtat* cùm ex ipſis Domini verbis, tum ex Apoſtolorum traditionibus, ac ſanctorum quoque Pontificum piis inſtitutionibus.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

• *Ante ſæculis inſtituit.*] Eſt enim ritus Eccleſiæ in celebratione Miſſarum vetuſtiſſimus. Videatur Dionyſius, qui in libro de Eccleſiaſtica Hierarchia paucio-res ponit ceremonias, quibus ad præſens vtamur, facit *cap.* Iacob. cum gloſ. *de conſecrat. diſtinct. prima.* Item, Aug. ad Ianuar. ſuper illis verbis Pauli, *Cætera cùm venero diſponam*, 1. Corinth. 2. dicit, quod Paulus ordinauit ritum illum accedendo ad Euchariſtiam, qui fuerat Romæ à Petro inſtitus. Item, Vgo de Sancto Victor. *lib.* 2. *de ſacram. par.* 8. *cap. vltimo*, dicit primum omnium Petrum celebraſſe Antiochiæ, quod intelligitur ſecundùm Ant. *par.* 1. *tit.* 6. *cap.* 8. *de celebratione Pontificali*, Plat. in Vita Sixti Primi, refert Petrum poſt conſecrationem vſum fuiſſe oratione Pater noſter, & benedixiſſe populo, & ibidem enumerat addita ab Eccleſia, & per diuerſos Summos Pontifices ad Canon. Miſſæ. Summa Sacramentor. Euchariſt. *quæſt.* 100. & quod fuerit Miſſæ Sacrificium à Chriſto inſtitutum probat pluribus rationibus, & auctoritatibus Stephan. Durand. *de rit. lib.* 2. *cap.* 3. *fol.* 100. quibus adde Baron. *annal. lib.* 1. *anno Chriſti* 63. *cap.* 15.

β *Is enim conſtat.*] Refert Durand. de Ritib. *lib.* 2. *cap.* 32. *num.* 5. *fol.* 108. Miſſæ Canonem ex traditione Apoſtolorum accepiſſe ex Virgilij auctoritate, & quod partim ab Apoſtolis, partim à Summis Pontificibus ſit compoſitus probat Card. Bellarm. *de Miſſa lib.* 2. *cap.* 19. *fol.* 818. *tom.* 2.

CAPVT V.

Maieſtas Sacrificij commendatur, & mens fidelium ad cæleſtia erigitur per quorundam, ſummiſſe dicendorum recitationem, ceremonias, veſtes, &c.

Cumque [a] natura hominum ea ſit, vt non facilè queat ſine adminiculis exterioribus ad rerum diuinarum meditationem ſuſtolli; propterea pia mater Eccleſia ritus quoſdam, vt ſcilicet quædam ſummiſſa voce, alia verò elatiore, in Miſſa pronunciarentur, inſtituit. α *Ceremonias* item adhibuit, vt myſticas benedictiones, lumina, thymiamata, veſtes, aliáque id genus multa, ex Apoſtolica diſciplina & traditione, quo & maieſtas tanti Sacrificij commendaretur, & mentes fidelium per hæc viſibilia religionis, & pietatis ſigna ad rerum altiſſimarum, quæ in hoc Sacrificio latent, contemplationem excitarentur.

[a] Aug. lib. 3. de lib. arb. ca. 10. Humana autem anima.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

• *Ceremonias.*] Et inter alias ceremonias tenētur fideles eam totam & integram audire, præſertim Epiſcopi, niſi illi cauſa ſuperueniat neceſſaria, aliàs incurrit pœnam, *cap. nihil* 7. *quæſtion.* 1. *de conſecrat. diſtinct.* 1. *cap. nullus Epiſcopus, cum gloſſ.*

CAPVT VI.

Miſſa etiam ea, in qua nullus præter Sacerdotem, qui eſt publicus miniſter, Sacramentaliter communicat, eſt publica, ſitque pro toto corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia.

• Optaret quidem ſacroſancta Synodus, vt in ſingulis Miſſis fideles adſtantes, non ſolùm ſpirituali affectu, ſed Sacramentali

mentali etiam β *Eucharistia* perceptione communicarent, quò ad eos ſanctiſſimi huius Sacrificij fructus vberior proueniret: nec tamen, ſi id non ſemper fiat, [a] propterea Miſſas illas, in quibus ſolus Sacerdos ſacramentaliter communicat, γ *ut priuatas*, & illicitas, damnat, ſed probat, atque adcò commendat, ſiquidem illæ quoque Miſſæ verè communes cenſeri debent; partim, quòd in eis populus ſpiritualiter communicet; partim verò, quòd à publico Eccleſiæ miniſtro non pro ſe tantùm, ſed pro omnibus fidelibus, qui ad Corpus Chriſti pertinent, celebrentur.

a Alioqui nec Fabian. de cōſecr. diſt. 2. ca. Et ſi non. nec Concil. Elibe-rit. de conſ. di. 2. cap. Omnis homo: nec 1. Toletan. c. 13. probaſſet certis tantùm tēporibus communicantes.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

NOn poteſt Epiſcopus præſcribere certa tempora, vt dies Dominicas Sextam, vel quartam Feriam, quibus liceat laicis etiam coniugatis communicare, ne quotidiana ſumptio irreuerentiam pariat, quia antiquitus quotidie communicabant, immò hortandi ad hoc.

Decretum de abuſibus vitandis in celebratione Miſſarum.

Qui cum diſpenſatione habent Beneficia Eccleſiaſtica ſub eodem tecto requirentia plures Miſſas eodem die celebrari, Epiſcopus compellat eos celebrare per alios, cùm per ſe non poſſint.

Item, Sacerdos celebrans licitè poteſt accipere oblationem, & eleemoſynam, ſed ſtet in altari, & non vagetur per Eccleſiam.

Item, quod oblationes accipere in Miſſis Parochis eſt permittendum, conſuetud eum adoleuit; ſed certis Sacerdotibuso prohibendum.

Item, licet Epiſcopus non poſſit impedire facultatem conceſſam à Sede Apoſtolica celebrandi in priuatis Oratoriis domorum, tamen Oratoria viſitare, corrigere, ſiquidem corrigenda ſunt, poteſt vel reuocare; vel limitare ſententias conceſſas à prædeceſſoribus, & poteſt alicui concedere nouam licentiam, *cap. Miſſarum de conſacr. diſt. 1.*

Item, Papa permittit arbitrio Epiſcopi, vt pro infirmis penſata qualitate infirmitatis, & perſonæ concedat facultatē celebrandi in priuato Oratorio ad id deputato, vel altari; ſed non poteſt in locis diſtinctis non habentibur formam Oratorij, ſicut in domibus Principum, & Palatiis Baronum.

Item, Cartuſiani Procuratores degentes extra domum, ſi volunt Oratoria pro Miſſis celebrandis priùs viſitentur, & approbentur ab Ordinario.

Item, licentia conceſſa à Papa alicui, vt celebrare faciat in domo priuata valet, etiam non facta mentione Concilij.

Item, Epiſcopus prouideat circa Oratoria Fratrum ſancti Franciſci, de Obſeruantia, in qua ingrediuntur iuuenes, & formoſæ Tertiariæ, &c.

Item, licet celebrare in Oratoriis iuxta Eccleſiam dicatis, ſed ſine damno Parochiæ.

Item, ante diem, & horis indebitis, nulli licet celebrare, etiam vi priuilegij antè Concilium conceſſi.

Item, in ritu celebrandi, quando Pontificale, & Diœceſanum ſunt contraria, vel differunt, ſeruetur Pontificale.

Item, licet nouæ preces, & non receptæ in Miſſa prohibentur, tamen non prohibentur iaculatoriæ, dummodò ob illas nil omittatur in Miſſa.

Item, vbi eſt conſuetudo non tollitur, quin Confeſſio generalis fiat vulgari ſermone.

Item, populus eſt monendus, vt Dominicis, & feſtis maioribus Miſſas in ſuis Parochiis audiat, ſed non eſt cenſuris ad id cogendus, nec ad concionem Parochiæ, vel ad Doctrinam Chriſtianam.

Item, per Concilium non eſt derogatum facultati conceſſæ Epiſcopis, *cap. vlt. de priuil. in 6. De celebratione in Altari portatili.*

Item, poſſunt vti priuilegio Epiſcopi propter valetudinem, tamen licentia domi celebrandi eſt petenda à Sede Apoſtolica.

Item, Epiſcopus non poteſt concedere licentiam celebrandi in Oratoriis poſitis in domibus priuatorum, ſed hæc licentia

eſt

eſt petenda à Papa. Idem in Palatiis Principum, & Arcibus.

Item, Epiſcopus non poteſt prohibere ne Regulares diebus feſtis cantent Miſſam, ante Miſſam Cathedralis, vel Parochiæ, nec poteſt prohibere, vbi eſt talis conſuetudo, vt Regulares dent Benedictionem, faciant Confeſſionem generalem, nuncient feſta.

Item, ſi in Eccleſiis Regularium fiant indecentia, vel prohibita in Concilio Prouinciali, Epiſcopus procedat contra ipſos vel Eccleſiaſticis cenſuris, vel interdicto.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α OPtaret.] In primitiua Eccleſia fideles etiam laïci ſæpè, & fortaſſis quotidie communicabant, *de conſecrat. diſt. prima, cap. omnes fideles, & de conſecratione diſt. 1. cap. per acta*, vbi gloſſ. *in verb. communicent*, & exhortãdi ſunt, vt ſeipſos dignos reddant qui quotidie medicinam peccatorum accipiunt, *cap. ſi quotieſcumque, de conſecrat. diſt. 2.* Hinc Auguſt. de verb. Domini, Serm. 28. dicebat, Panis iſte quotidianus eſt, accipe quotidie, vt quotidie tibi proſit; ſic tamen viue, vt quotidie merearis accipere. Non obſtat quod Fabianus Papa præceperit laicis, vt hoc ter in anno cogantur facere, *cap. etſi non, de conſecrac. diſt. 2.* & Innoc. III. ſemel in anno, *cap. omnis vtriuſque ſexus, de pænit. & remiſſ.* quia frigeſcente populorum deuotione hæc in remedium ſtatuta fuerunt, vt etſi non frequentiùs, ſaltem vel ter, vel ſemel in anno id fiat prout dicunt prædicta iura, vnde Beatus Gregorius *lib. 4. Dialog. cap. 56.* refert de Epiſcopo Narnienſi quotidie celebrandum, qui propterea mandatum à Domino accepit per cuiuſdam relationem in hæc verba, Operare quod operaris, non ceſſet manus tua, non ceſſet pes tuus; & B. Ambroſ. *in lib. de Sacram.* Graue eſt quod ad menſam tuam mundo corde & innocentibus manibus non venimus, ſed grauius eſt ſi quia peccata metuimus ſacrificium non reddamus. Item, *de Sacrament. lib. 5. cap. 4 de conſecrat. diſt. 2. cap. non iſte*, vbi gloſſ. *in verb. accipere*, & gloſ. *in dicto cap. quotidie in verb. ſecundùm fidem.* Laudabile eſt ergo frequenter communicare, nec Epiſcopus debet arbitrio ſuo conſcientias metiri, Summ. Victor. de Euchar. *quæſt. 85. per tot.* & ita fuit reſolutum in Congregatione de menſe Ianuar. 1587.

β *Eucbariſtiæ perceptione.*] Ideò quia laïci non communicant ſub vtraque ſpecie, *ſuprà ſeſſ. 21. in doctr.* vbi notaui. Hinc oritur difficultas an concelebrans cum Epiſcopo tempore quo ordinatur ad Presbyterium, ſi ante ætatem legitimam ſe ordinari faciat efficiatur per hanc concelebrationem irregularis, Nauarr. *poſt Epiſcopum.* Vulturan. *par. 2. lib. 5. in tit. de Cleric. excommunicat. miniſtr. conſ.* 4. concludit effici, ſed ad rei comprobationem nihil allegant; mihi redditur caſus dubitabilis, *primo ex rubr. Pontificali*, vbi dicitur talem concelebrationem non eſſe neceſſariam, ſed ad bene eſſe probatur, quia talis concelebrans non conficit, cùm non habeat vinum in Calice, nec hoſtiam præſentem, vt per Vict. *in Summ. de Euchar. quæſt.* 58. nec communicat ſub vtraque ſpecie ſicut qui conficit, *cap. comprimas, de conſecrat. diſtinct. 2.* D. Thom. *3. par. quæſt.* 80. *artic. 12. per tot.* Concil. Trident. *ſuprà ſeſſ. 21. in doctr. in princip.* & probatur argumentum huius litteræ, vbi præter Sacerdotem conficientem cæteris dat Euchariſtiam. Item, nec lauat manus, nec ponit vinum in Calice, nec populo benedicit verſa ad populum facie, ſicut qui celebrat. Prætereà talis irregularitas iure non probatur, ergo in foro fori non præſumitur argumentum, *cap. ſignificaſti, el 1. de homicid. per cap. 15.* qui de *ſentent. excommun. tit. 6. Palud. in 4. diſtinct. 17. quæſt.* 1. Siluest. *confeſſ.* 1. Summ. Vict. *de confeſſ. quæſtion. 143. poſt med.* Nec eſt verum quod ait Nauarr. *in dicto conſ.* 1. videlicet quod ordinatio eſt perfecta ante conſecrationem, quia ex Pontificali forma apparet verba illa ſubſtantialia in tali Ordinario neceſſaria reſeruata eſſe poſt conſecrationem, quando Epiſcopus imponit manus ſuprà caput ordinandi dicens, *Accipe Spiritum ſanctum, &c.* & ſimiliter in fine Miſſæ iniungit ordinando, vt poſt ſuam primam Miſſam, quam ad eius libitum celebrare poteſt alias tres de ipſius mandato celebret: ergo videtur quod nondum celebrauerit, nec eadem Bulla Pij II. in omni caſu ſuſpendit promotos ante ætatem ipſo iure: nam excipiuntur qui ſumerẽt ordines

ſacros

ſacros bona fide, vt non incurrerent ipſo iure ſuſpenſionem, quia Extrauag.illa imponat pœnam præſument, & ſic dolosè agenti pro quo, vide Card. *in Clem.1.quæſt.38 de priuil.* & conſuluit idem Nauarr. qui ſeipſum limitat, *in tit.de tempor.ordin.conſ.9.n.2. & 3.par.* t. tandem audiui reſolutum in ſignatura Cancellariæ, coram Summo Pontifice propoſito caſu de Ordinato ante ætatem ad Sacr. & Preſbyteratus ordinem, vt ſi non celebrauerit, diſpenſetur quoad effectum ætatis, non autem abſoluatur ab aliqua ſuſpenſione, vel irregularitate incurſa, ex quo patet celebrationem illam non eſſe in conſideratione, & hanc opinionem videtur ſequi Caietan. 3. *par. quæſt.* 8. *art.* 2. & Durand. *ibidem.* Nec obſtat D.Thom. *ibidem*, qui dicit concelebrantes celebrare, quia hoc debet intelligi de conſuetudine non de ſubſtantia, & ſimiliter reſpondetur ad Palud. & ad Innoc. III. *de myſt. miſſ. lib.* 4. *cap.* 23. Vide Card.Tolet. *in Summ.lib.1.cap.* 55. *poſt princip.* vbi idem ſentit de Extrauag.Pij II.

γ *Vt priuatas.*] Quæ ſit Miſſa publica, quæ priuata, vel peculiaris contra Lutheranos, vide per Stephan. Durant. *de rit. Eccleſ.Catech. lib.2. cap.4. fol.*113. & ibi vide circa finem de Miſſa ſicca, vel nautica.

CAPVT VII.

Plures ponuntur cauſæ ob quas præceptum ſit Sacerdotibus, vt aquam vino in calice offerendo miſcerent.

Monet deinde ſancta Synodus α *præceptum eſſe* [a] ab Eccleſia Sacerdotibus, vt aquam vino in Calice offerendo miſcerent; tum quòd Chriſtum Dominum ita feciſſe credatur, tum etiam quia è latere eius aqua ſimul cum ſanguine exierit, quod Sacramentum hac mixtione recolitur: & cùm [b] aquæ in Apocalypſi B. Ioannis populi dicantur; ipſius populi fidelis cum capite Chriſto vnio repræſentatur.

a 3.Carth.ca. 14. & Bracca. 3.ca.1 ex Cyprian.lib.4. c. epiſt.3.
b Apoc.17.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α Præceptum eſſe.] *Cap.in Sacram.de conſecrat.diſtinct.1. & cap.cùm Marthæ,de celebrat. Miſſæ*, ſed aqua eſt neceſſaria neceſſitate præcepti non Sacramenti, Summa Victor. *de Euchariſt,quæſt.60.* vide *in lib.Deciſ.fidei catholic. in verb.aqua non eſt miſcenda*, & *in verb.Euchariſtia, quæſt.8.fol.280. infrà eodem Canon.9.* Diuu.Thom.3.*part.quæſt.74.art.7.& quæſt.83.art.6.* Ideò ſi Sacerdos non miſceat aquam grauiter puniendus eſt, Gabr.Biel. *ſupr.Canon.Miſſ.lect.35.* plenè de hac mixtione Durant. *de rit.lib.2.cap.17. fol.* 179. quid autem ſi per errorem vinum non miſceatur in Calice, vide Bernard. *epiſt.* 69. vbi concludit iterum ponendum vinum, & reincipiendum à verbis illis ſimili modo, &c. ad Guido Abb. *de trib. fontibus*, de quo vino, vide Candelabr. aur. *de Euchar. quæſtion.* 35. *fol.* 133. & de mixtione aquæ, *cap.42.fol.*34.

CAPVT VIII.

Miſſa non dicenda vulgari lingua, eius tamen myſteria populo ſunt frequenter inculcanda per animarum curatores.

Etſi Miſſa magnam contineat populi fidelis eruditionem; non tamen expedire viſum eſt Patribus, vt vulgari paſſim lingua celebraretur. Quamobrem, retento vbique cuiuſque Eccleſiæ antiquo, & à ſancta Romana Eccleſia omnium Eccleſiarum matre,

& magiſtra, probato ritu, ne oues Chriſti eſuriant, [a] néue paruuli panem petant, & non ſit qui frangat eis; mandat ſancta Synodus Paſtoribus, & ſingulis, curam animarum gerentibus, vt frequenter inter Miſſarum celebrationem vel per ſe, vel per alios ex iis, quæ in Miſſa leguntur, aliquid exponant; [b] atque inter cætera ſanctiſſimi huius ſacrificij myſterium aliquod declarent, diebus præſertim Dominicis, & feſtis. a Thre. 4. b Seſſ. 24. cap. 7.

CAPVT IX.

Prolegomenon canonum ſequentium.

QVia verò aduerſus veterem hanc, in ſacroſancto Euangelio Apoſtolorum traditionibus ſanctorúmque Patrum doctrina fundatam fidem, hoc tempore multi diſſeminati ſunt errores, multáque à multis docentur, atque diſputantur; ſacroſancta Synodus, poſt multos, grauéſque his de rebus maturè habitos tractatus, vnanimi Patrum omnium conſenſu, quæ huic puriſſimæ fidei, ſacræque doctrinæ aduerſantur, damnare, & à ſancta Eccleſia eliminare, per ſubiectos hos canones, conſtituit.

DE SACRIFICIO MISSÆ.

CANON I.

SI quis dixerit, in Miſſa non offerri Deo verum & proprium ſacrificium, aut quòd offerri non ſit aliud, quàm nobis Chriſtum ad manducandum dari; anathema ſit.

CANON II.

Si quis dixerit, illis verbis, [a] Hoc facite in meam commemorationem, [b] Chriſtum non inſtituiſſe Apoſtolos Sacerdotes; aut non ordinaſſe, vt ipſi, aliique Sacerdotes offerrent Corpus,& Sanguinem ſuum; anathema ſit. a 1. Cor. 11. b Lucæ 22.

CANON III.

Si quis dixerit, Miſſæ ſacrificium tantùm eſſe laudis, & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem ſacrificij in Cruce peracti, non autem [c] propitiatorium; vel ſoli prodeſſe ſumenti; neque pro viuis, & defunctis, pro peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, & aliis neceſſitatibus offerri debere; anathema ſit. c Supr. c. 1.

CANON IV.

Si quis dixerit, blaſphemiam irrogari ſanctiſſimo Chriſti ſacrificio, in Cruce peracto, per Miſſæ ſacrificium, aut illi per hoc derogari; anathema ſit.

CANON V.

Si quis dixerit, impoſturam eſſe, Miſſas celebrare in honorem [d] Sanctorum, & pro illorum interceſſione apud Deum obtinenda, ſicut Eccleſia intendit; anathema ſit. d Supr. c. 3.

CANON

CANON VI.

Si quis dixerit, Canonem Miſſæ errores [e] continere, ideóque abrogandum eſſe; anathema ſit. *e Supr. c. 4.*

CANON VII.

Si quis dixerit, ceremonias, veſtes, & externa ſigna, quibus in Miſſarum celebratione Eccleſia Catholica vtitur, irritabula impietatis eſſe magis, quàm officia pietatis; anathema ſit.

CANON VIII.

Si quis dixerit, Miſſas, in quibus ſolus Sacerdos Sacramentaliter communicat, illicitas eſſe, ideóque abrogandas; anathema ſit.

CANON IX.

Si quis dixerit Eccleſiæ Romanæ ritum, quo ſummiſſa voce pars canonis, & verba conſecrationis proferuntur, damnandum eſſe; aut lingua [f] tantùm vulgari Miſſam celebrari debere; aut aquam non miſcendam eſſe vino in calice offerendo, eo quod ſit contra Chriſti inſtitutionem; anathema ſit. *f Supr. ca. 1.*

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

CAnon primus refertur ad Canonem primum contra Lutheranos, & Caluiniſtas, quod olim vſque à temporibus Apoſtolorum fuerat deciſum, vt in Canon. *Apoſt.* 3. Dionyſ. *de Eccleſ. Hierarch. c.* 3. *de conſecrat. diſtinct. prima, cap. nihil.* Cyprian. *lib.* 1. *epiſt.* 9. *&* *epiſt.* 63 *ad Cecil. Baiol. de Bapt. ſermo.* 2. *cap.* 2 Innoc. 1. *epiſt.* 3. *ad Exuper. Epiſcop. Tholoſ. cap.* 1. Ambroſ. *de offic. lib.* 1 *cap.* 41. & in Pſalm. 38. plura congerit. Duran. *de ritib. lib.* 2. *cap.* 2. *fol.* 205.

Canon. 2. refertur ad *cap.* 1. Canon. 3. *ad cap.* 2. Cân. 4. *ad cap.* 2. Canon. 5. refertur ad *cap.* 3. Can. 6. *ad cap.* 4. Ceremoniæ quibus vtimur in ſepeliendis mortuis antiquiſſimæ, & eas refert. Cardin. Bellarm. *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 19. *fol.* 1409.

Canon. 7. refertur ad *cap.* 5. qua adoratione, quibúſve verbis vtendum ſit in eleuatione Sanctiſſimi Corporis Chriſti, vide per gloſſ. *in cap. ſanè de celebrat. Miſſ.* & alias acclamationes ac orationes refert Durant. *de ritib. lib.* 2. *cap.* 40. *ſub num.* 7. *fol.* 230. vbi *ſuprà in cap. ſanè de celebrat. miſſ.*

Canon 8. refertur ad 6. *cap.* Miſſa non poteſt celebrari capite cooperto ſine licentia Epiſcopi, vt in Canon. nullo modo, nec poteſt Sacerdos cantans Miſſam ante altare ſedere capite cooperto dum canitur Gloria, Credo, vel motettum ex Congregationis ſententia.

Canon. 9. refertur ad *cap.* 5. 7. *&* 8. *in ver. aut aquam.* Etionitæ & Marcionitæ aquam ſolam offerendam putabant, Armeni verò vinum ſolum; contra vtrumque ſentit Eccleſia, vt hic & ſuprà *eod. cap.* 7. *olim.* Alexander primus, in epiſtol. ad Orthodoxos, vinum aqua permixtum offerri præcepit. *de conſecrat. diſtinct.* 2. *cap. in* Sacramentorum. Idem Iuſtin. martyr. *apoleg.* 2. *ad Antoninum Pium lib.* 5. *in princip.* Cyprian. *lib.* 2. *epiſtol.* 3. *ad Cecil.* & habetur, *de conſecrat. diſtinct.* 2. *cap.* 2. cuius meminit Auguſtin. *lib.* 4. *de doctr. Chriſti cap.* 21. Idem Iulius Papa primus, in epiſtola ad Epiſcopos Ægyptios. Idem Ambroſ. *lib.* 5. *de Sacram. cap.* 1. Hier. *in Marc. cap.* 14. Damaſc. *lib.* 4. *de orthodox. fid. cap.* 14. Theophil. *in Ioann. cap.* 19. contra Armenos; habetur etiam idem in Cartag. *cap.* 24. vt *de conſecrat. diſtinct.* 2. *ca. vt Sacrament.* Item in Antiſiodor. *cap.* 8. Bracar. 3. *cap.* 1. & habetur in *cap. cum omne, de conſecrat. diſtinct.* 2. Euſeb. Emiſſ. *homil. de corp. & ſang.* Paſch. *lib. de corpor. & ſanguin.* 1. 11. Hilder. Epiſcop. Cenoman. *de myſt. Miſſ. in ver.* Magiſt. ſentent. *in* 4. *diſtinct.* 11. vbi D. Thom. & Sanctus Bonauent. *idem in* 6. *ſyn. in Trull. cap.* 32. euertit in hoc duas hæreſes idem Epiphan. hæreſ. 30. *&* 42. *de aquariis.* Auguſt. ad quod vult Deus *hæreſ.* 44. *& de Eccleſ. dogm. cap.* 75. & *ſerm.* 119. idem Chryſoſt. *homil.* 83. *in cap.* 26. *Matth.* Damnantur Caluiniſtæ, quia in illa ſua Cœna vino puro vtuntur, & intellige hunc textum, vt miſceatur plus vini quàm aquæ ex rationibus relatis per Magiſt. *in* 4. *diſtinct.* 12. & habetur *in cap. pernitioſus, de celebrat. miſſ.*

Digitized by Google

D. Thom. 3. *part. quæſt.* 74. *artic.*8. Albert. Magn. *in lib. de miſſ.* & ita etiam decretum fuit in Concilio Florentin. in Bulla Vnionis Armenorum. His adde Stephan. Durant. *de ritib. lib.*2.*cap.*27.*num.*4.

Decretum de obſeruandis, & euitandis in celebratione Miſſæ.

QVanta cura adhibenda ſit, vt ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium omni religionis cultu, ac veneratione celebretur; quiuis facile exiſtimare poterit, qui cogitarit maledictum in ſacris litteris eum vocari, [a] qui facit opus Dei negligenter. Quod ſi neceſſariò fatemur, nullum aliud opus adeò ſanctum, ac diuinum à CHRISTI fidelibus tractari poſſe, quàm hoc ipſum tremendum myſterium, quo viuifica illa hoſtia, qua Deo Patri reconciliati ſumus, in altari per ſacerdotes quotidie immolatur; ſatis etiam apparet, omnem operam & diligentiam in eo ponendam eſſe, vt quanta maxima fieri poteſt interiori cordis munditia, & puritate, *α atque exteriori* deuotionis ac pietatis ſpecie peragatur. Cùm igitur multa iam ſiue temporum vitio; ſiue hominum incuria, & improbitate irrepſiſſe videantur, quæ à tanti ſacrificij dignitate aliena ſunt, vt ei debitus honor, & cultus ad Dei gloriam, & fidelis populi ædificationem reſtituatur: decernit ſancta Synodus, vt Ordinarij locorum Epiſcopi ea omnia *β prohibere*, atque è medio tollere ſedulò curent, ac teneantur, quæ vel auaritia, [b] idolorum ſeruitus, vel irreuerentia, quæ ab impietate vix ſeiuncta eſſe poteſt, vel ſuperſtitio, vel pietatis falſa imitatrix, induxit. Atque vt multa paucis comprehendantur, in primis, quod ad auaritiam pertinet, cuiuſuis generis mercedem conditiones, pacta, [c] & quidquid *γ pro Miſſis* nouis celebrandis datur; necnon importunas, atque illiberales eleemoſynarum exactiones, potiùs quàm poſtulationes: *δ aliáque huiuſmodi*, quæ à ſimoniaca labe, vel certè à turpi quæſtu non longè abſunt, omninò prohibeant. Deinde, vt irreuerentia vitetur, ſinguli in ſuis diœceſibus interdicant, *ε ne cui vago, & ignoto Sacerdoti* Miſſas celebrare liceat. *ζ Neminem præterea*, qui *η publicè, & notoriè* criminoſus ſit, aut ſancto altari miniſtrare, aut ſacris intereſſe permittant; néue patiantur priuatis in domibus, atque omninò *θ extra Eccleſiam*, & ad diuinum tantùm cultum *ι dedicata oratoria*, ab eiſdem Ordinariis deſignanda, & viſitanda, ſanctum hoc ſacrificium à ſæcularibus, *κ aut regularibus*, quibuſcumque peragi: ac *λ niſi priùs qui interſint*, decenter compoſito corporis habitu declarauerint ſe mente etiam, ac deuoto cordis affectu, non ſolùm corpore, adeſſe. *μ Ab Eccleſiis* verò muſicas eas, vbi ſiue organo, ſiue cantu laſciuum, aut impurum aliquid miſcetur, item ſæculares omnes actiones, vana, atque adeò profana colloquia, deambulationes, ſtrepitus, & clamores arceant, vt domus [d] Dei verè domus orationis eſſe videatur, ac dici poſſit. Poſtremò, ne ſuperſtitioni locus aliquis detur, edicto, & pœnis propoſitis caueant, ne ſacerdotes aliis quàm *ν debitis horis* néve ritus alios, aut alias *ξ ceremonias, & preces* in Miſſarum celebratione adhibeant, præter eas; quæ ab Eccleſia probatæ, ac frequenti, & laudabili vſu receptæ fuerint. Quarundam verò Miſſarum,

a Hier. 42.

b Epheſ. 5.

c Conc. Laodic can. 8. Cōcil. Carth. 2. can. 9. c. ſicut, cum ſeqq. ca. his ergo, cap. nullus Presbyter, & c. cle. de conſec. di. 2. iuxta Conc. Leodic. 58. & Felic. Papam in epiſtol. ad omnes Epiſc. & ante hos Anaclet. ep. 2.

d Matth. 21.

rum, & candelarum certum numerum, qui magis à ſuperſtitioſo cultu, quàm à vera religione, inuentus eſt, omninò ab Eccleſia remoueanr: doceánrque populum, quis ſir, & à quo potiſſimùm proueniat ſanctiſſimi huius ſacrificij tam pretioſus ac cœleſtis fructus. ο *Moneant* etiam eundem populum, vt frequenrer ad ſuas [c] Parochias, π *ſaltem diebus Dominicis*, & maioribus feſtis, accedant. Hæc igitur omnia, ſummatim enumerata ſunt, omnibus locorum Ordinariis ita proponuntur, vt non ſolùm ea ipſa, ſed quæcumque alia huc pertinere viſa fuerint, ipſi pro data ſibi à ſacroſancta Synodo poteſtate, ac etiam vt delegati Sedis Apoſtolicæ, prohibeant, mandenr, corrigant, ſtatuant, atque ad ea inuiolatè ſeruanda cenſuris Eccleſiaſticis, aliiſque pœnis, quæ illorum arbitrio conſtiruentur, ρ *fidelem populum* compellant: non obſtantibus priuilegiis, exemptionibus, appellationibus, ac conſuetudinibus quibuſcumque.

c Ca. 2. de par. Vide Concil. Agath. 21. & 63.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α ATque exteriori.] Et ideò defectus in oculo Canonis impedit ex Congregationis ſententia.

β *Probibere.*] Ante diem, vel horis indebitis, nulli etiã vigore priuilegiorum Ordini à Sede Apoſtolica conceſſorum, ante Concilium celebrare, licèt etiam prætextu lectionis, aut alterius lectionis.

γ *Pro Miſſis.*] Per hæc prohibendum cenſuit ſacra Congregatio non ſolùm exactiouem, & deambulationem per Eccleſiam quæ hactenus fuerat in vſu, ſed etiã ſi Preſbyter conſiſtat apud altare, & ibi oblationes expectet; eadem enim ratio abuſus eſt in vtroque, Non. Octobris 1573. Aliqui ex Illuſtriſſimis Dominis cenſuerunt prohibendum tantùm ne circuitiones per Eccleſiam fiant, hìc enim vagatio ſpecialiter tollirur, & ita re iterum coram Summo propoſita declarauit ex Congregationis ſententia eius Sanctitas, idq́ue licere ſolis parochis pro recipiendis oblationibus, non autem cæteris Sacerdotibus ſimplicibus. Vbi verò eſt conſuetudo quod Sacerdos paratus per Eccleſiam eleemoſynam quærere ſoleat, & pacem offerre dantibus S. D. N. tollendum cenſuit. Minùs poteſt certa merces dari pro Miſſis, Nauarr. *in ſumm. cap. 23. num.* 106. nec paciſci etiam pro ſuſtentatione, Tolet. *in ſumm. cap. 89. verſic. Dico tertio.* Minùs licet niſi ſemel in die celebrare, & de pœna pluries celebrantis Menoch. *de arbitr. in d. lib. 2. conſ. 5. caſ. 407. per cap. ſufficit de conſecr. diſtinct. 1. & cap. conſuluit. de celebrat. Miſſ.*

δ *Aliáque huiuſmodi.*] Puta conſuetudines quæ in quibuſdam Hiſpaniæ locis inoluerant; quod Plebanï, ſeu Rectores vendebant, vel locabant laïcis oblationes quæ ponebantur in pede altaris, ſuper qua controuerſia communis opinio Doctorum eſt quod tales oblationes non ponunt locari aut vendi, ne prophanentur per manus laïcas, vt per gloſſ. *in cap. altare 1. quæſt. 3.* Archidiac. *in cap. Sanctorum,* & ibi Gemin. 10. *quæſt.* 1. Roman. *ſingular.* 657. Felin. *in cap. 2. num. 9.* & Dec. *num. 114. de Iud.* Andr. Hiſp. *de decim. num. 9. quæſt.* 13. Troil. *de oblation. 3. part. dub. 7. num. 6.* & Latiùs *num.* 22. Aut. *d. cap. 2. de Ind. num.* 21. & Rip. *nũm.* 55. Abb. *in cap. ſecundùm, num. fin. ne cleric. vel Monach.* ſed intellige quando ſunt conſecratæ, vel de altari capiuntur proprio iure per manus laïcorum, ſecùs verò quando laïci capiunt eas de manu Clericorum tantùm, vt miniſtri alia iuriſdictione, vel auctoritate, quia tunc poſſunt locari, aut vendi, Ioann. de Turrecrem. *in d. cap. Sanctorum.* Silu. *in ver. decim. num.* 5. Abb. *in dicto cap. 2. de Iudic.* Ferret. *in conſil.* 153. & cum ſupradicta diſtinctione poſſunt concordari opiniones in contrarium allegatæ, ſi bene conſiderentur.

ι *Ne cui vago, & ignoto Sacerdoti.*] Solis enim Sacerdotibus legitimè ordinatis Miſſam celebrare licet, vt habetur in *Can. 3.* Apoſtol. *in epiſt. ad Demoph. Monach.* S. Clem. *lib. Conſtit. Apoſtol. lib. 3. cap.* 10. Synod. Nicen. *cap.* 18. D. Cyprian. *lib. 2. epiſtol.* 3. & plura

congerit Durand. *de ritib. lib. 2. cap. 5. fol.* 117.

ζ *Neminem præterea.*] Nam à præciſis audire Miſſam ſi ſint hæretici, ſchiſmatici, & excommunicati, prohibitum, quia ſunt extra Eccleſiam; ſimiliter à Sacerdote notoriè damnati, Miſſam ſine peccato audire non poſſumus, quod ſi adhuc ab Eccleſia tolleraretur non peccamus Miſſam eius audiendo, licèt criminoſus ſit, ita Caietanus declarat. D.Thom. *3. part. quæſt.* 83. Sot. *in 4. diſtinct. 13. quæſt. 1. num. 9.* Deciſ. *fid. Catholic. verb. Sacerdotibus peccatoribus, artic. 12. fol.* 548.

η *Publicè, & notoriè criminoſus ſit.*] An hoc nomine veniant publici lenones, & meretrices, in Concilio Prouinciali Mediolanenſi fuit decretum quòd ſic: ſed Congregatio cenſuit quòd non; ego propria opinione conſiderabam lenocinium eſſe crimen grauiſſimum, quia iure Ciuili ſublatum fuit omne lenocinium vna cum actu luſtrale, quod ad fiſcum inde redibat, & de lenonibus fuit data cognitio Prætoribus, vt contra facientes in metallum damnent, *l. final. C. de ſpec. & ſcenic. lib.* 11. not. Iacob. Guial. *in nouell. 14. ſub tit. de lenon.* Item Iuſtin. capite puniri iubet lenones tanquam peſtiferos, & communis caſtitatis violatores, *auth. de lenon. col.* 3 Guglie1. Pont. *in tract. de caſ. cap. num. 3.* puniuntur etiam iure Canonico pœna capitali, iuxta Doctr. Abbat. *in cap. tuæ de pæn.* Boſſ. *in tit. de carcerat. num.* 12. Felin. *in cap. at ſi clerici num. 13. de iudicib.* iure etiam totius regni lenones capite plectuntur, ſicut lenæ ſollicitantes pudicitias honeſtarũ mulierum naſi truncatione, & fuſtigatione puniuntur, Canc. *in §. hoc etiam, num. 39. & §. ſeq. num.* 15. de hoc igitur in Concilio Elib. *cap.* 12. quilibet fidelis qui lenocinium exercuit, eo quod alienum corpus vendiderit, placuit, nec in fine accipere communionem. Iuo. etiam *par. 8. cap.* 305. vltimo ſupplicio ſubiiciendos eſſe dicit lenones, de meretricibus quoque quarum publicè venalis eſt turpitudo 32. *quæſt. 4. cap. meretrices*, dicebam idem eſſe iudicandum propter earum immunditiem, de qua Auguſtin. *epiſt. 64. ad Aurelium.* dicebat ergo horum tria cubilia, & impudicitiæ tam magnum crimen putatur, vt nemo dignus non modò Eccleſiaſtico miniſtro; ſed ipſa etiam Sacramentorum communione videatur, qui ſe iſto peccato maculauerit, & cum expelli debeant de honeſtis vicis, vt not. Bald. *in l. minime. C. de Epiſcop. audien.* Rebuff. *de priuileg. ſchol. priu.* 20. *num.* 5. multo magis ex locis Deo ſacratis quæ decet ſanctitudo, facit quod dicit Silueſt. *in ver. Concubinarius, num.* 1. quod quantum ad ſuſpenſionem, & euitationem idem eſt de notorio fornicatore, & concubinario, multum vrget *text. in cap. Apoſtolus Paulus*, vbi Turrecrem. *num. 20. diſt.* 61.

θ *Extra Eccleſiam.*] non debere celebrari multis argumentis probat Durand. *de rit. lib. 2. cap. 6. fol.* 120. In quo autem differat Eccleſia ab Oratorio, & beneficio Eccleſiaſtico, vide per Rot. *par. 1. diuerſ. deciſ.* 508. *cum deciſ. ſeq.* Nauarr. *de conſtit. conſ.* 1. *quæſtion.* 37.

ι *Dedicata Oratoria.*] Oratorium arbitrio Ordinarij extrui poteſt, in aliquo palatij; vel domus honeſto, & opportuno loco, qui obcluſus, & conceſſus ſit ad ſacrum Miſſæ vſum, modo vt diebus Dominicis ipſe Dominus Palatij, vel domus, aut eius nomine aliquis ex familiaribus ad audiendum in proprio parocho in parochia ſacrum accedat auditurus, etiam monitiones & denunciationes pro Matrimoniis & cenſuris, & alia huiuſmodi quæ inter Miſſarum ſolemnia conſueuerunt à Parochis in Eccleſia proponi, & ita ex ſententia Congregationis S.D.N. declarauit, ſub die vigeſima ſecunda Octobris de anno 1568.

Quale autem ſit priuatum Oratorium, & de differentia quæ eſt inter ipſum & Eccleſiã, vltra Rot. *ſuprà alleg. in deciſ. 508. & ſequent. par.* 1. Vide per Ioann. Andr. *in cap. final. de cenſ.* Lapus *alleg. 41. num. 2. not. Doct. in cap. vnicuique, de conſecrat. diſtinct. prima*, & fuit Sacrę Congregationis decreto conceſſum Oratorium Marchioniſſæ Corati, quæ propter eius ætatis, & valetudinis incommoda Eccleſiam, quæ longius aberat, audiendi miſſam cauſa adire non poterat, vt in litteris Archiepiſcopi Tranenſ. 20. Auguſti de anno 1566. & an Priuilegia Eccleſiæ extendantur ad Oratorium, vide per Iul. Clar. *lib. 5. quæſt. 30. vel ſed quid dicendum.* Item cenſuit Congregatio, vt in priuatis domibus non permittatur celebrari Miſſas, niſi propter neceſſitatem, & tunc fieri debet in Oratorio, & Altari ad diuinum tantùm cultum dedicato, & dummodo Campanas non habeant, Durand. *de ritib. lib. 1. cap. 23. num. 9 fol.* 72.

Licentia

Licentia de celebrando Miſſam in aliquo Oratorio, ſeu Eccleſia de nouo ædificato non debet dari, niſi cum clauſula, *ſaluo iure, & ſine præiudicio dictæ parochialis Eccleſiæ*. Guidopap. *deciſ.360*. & cenſuit Sacra Congregatio quod præiudicium intelligitur in iis quæ ad Sacramentornm adminiſtrationem, & alia quæ ipſi parochiæ iure debita ſunt, in reliquis verò non, ex eiuſdem Congregationis ſententia. Addiditque præterea quod licentia celebrandi Miſſam in Oratorio alicui laïco conceſſa non debet reuocari ſine cauſa, etiam de conſenſu Epiſcopi, Rot. *par.1.diuerſ.deciſion. 550.* poteſt etiam concedi Oratorium ſine licentia Epiſcopi, ſed non celebrari Miſſa, Tolet. *in ſumm.lib.7. verſ.Eccleſia, quæſt.2.*

Litteris Archiepiſcopi Ianuen. quærentis quid ei ſit agendum in praua conſuetudine Ianuen. qui tàm ægri quàm valentes paſſim contra decreta Concilij Trident. Miſſas domi audiunt; viſum eſt reſpondendum, vt nemini qui poſſit ire ad Eccleſiam id permittat, in caſu autem neceſſitatis concedat ſuo arbitratu, modò celebretur in Oratorio, aut Altari ad id miniſterium conſtituto, Nauarr. *de conſtit. conſ.1.num.76.* Oratorium ab Ordinario viſum, & recognitum, ſi exiſtimetur idoneum in quo honor, & cultus Deo tribuatur, item Sacrificium Miſſæ ſacræ, requiri debet ab Ordinario eodem, ſi adſit aliqua legitima cauſa permitti, & in eodem Miſſa celebretur, quæ permiſſio durare debet quoad durabit cauſa permiſſionis. Hodie Epiſcopus non poteſt de hoc ſe intromittere ſicut priùs ſimpliciter poterat. Ioann. Andr. Panormitan. & alij in *cap. in his, de priuileg.* Franc. *in cap.fin.lib.6. eod. tit.* Oratorium ex neceſſitate, & pro familiaribus, & in loco decenti & libero, & cum aliis qualitatibus, vt ſuprà conceduntur ex Conſtit. Pij Papæ V. quas refert Quarantig. *in ver, Miſſa, fol.302.* Diuus tamen Gregorius conſtrui mandat per Epiſcopum intra fines ſuæ parochiæ pro Miſſis priuatis, & non ſolùm inibi, ac ſint baptiſteria, & accepta priùs donatione libera trium ſolidorum pro dote, *lib. 7. epiſtol.71.fol.338. in diſtinct.2.* vocabantur olim Cappellæ, vel cubiculum, vel ſacella, de quibus per Card. Baron. in Martyrolog. ad Feſtum ſancti Barnabæ Apoſtoli die 11. Iunij *in verb. Capitula.*

κ Aut Regularibus.] Argum. *cap. autem, de priuileg.lib.6.* adde Baron. *annal.tom.1. anno Chriſti 60.cap.27.fol.692.*

λ Niſi priùs qui interſint.] multa animaduerſione digna refert Synod. Magon. *pron. cap.58. & 59.tom 4.fol.869.*

μ Ab Eccleſiis verò muſicas eas.] Non enim in tragœdiarum modum guttur, & fauces medicamine liniendæ ſunt, vt quaſi Theatrales moduli audiantur cantantes, ex Hieron. *ad cap.5.epiſtol.ad Epheſ.3.lib.3.* nedum blanda vox quæritur, congrua vita negligatur, *cap.de ſancta Romana, diſtinct.92.* ex Gregor. *regiſtr.lib.4.epi. 44.vel cap. 88. in Synod. habitu Romæ*, & in primis mulieribus hoc erat interdictum, quæ per dedicationes Baſilicarnm, aut feſtiuitates Martyrum ad ſolemnia confluentes, turpia, & obſcœna Cantica decantare ſolebant, vt in Concilio Cabilonenſi ſub Eugenio Primo, *cap.19.tom.2.fol.259.* & ad hoc, vide Auguſt. *lib.9.confeſſ. de titillamento aurium*, vbi refert Athanaſij ſentẽtiam, & vſum Eccleſiæ Alexandrinæ; Peccat autem mortaliter qui ſcienter officiis diuinis miſcet prophanas muſicas, vt per Caietan. 22. *quæſt.11.art. 1. & in ver.* organorum vſus; ſecus ſi ſimpliciter credens licere, vt per Nauarr. *in cap.quando, de conſecration.diſtinct.1. not.56. num.42. & 48.* prohibentur etiam Cantilenæ ſæculares voce admiſſuri, vt in Concilio Baſilienſi, *ſeſſ.* 21. de his quæ in Miſſa *tom.3.fol.63.* & an organa pulſare in Eccleſia licitum ſit, Stephan. *Conſtit. in tract. de lud. §. ſuccedit, ſub num.* 8. *tom.9.fol.* 86. Abb. Concil. Senonenſi, *in decret. moral. cap.17. tom.4.fol.240.* & Colon. Prouinc. *par.2.cap. 55.to.4.fol.* 760. & habetur in Extrauag. *vn. inter Com. de vit. & honeſt. Cler.* & an hymnorum vſus ſit antiquus contra hæreticorum inſaniam, affirmare videtur in Deciſ. *fid. Cathol. in l. cantum in Eccleſia fol.17. & ver. tantare omnia, fol.120.*

ν Debitis horis.] Poſt lucem & ante Nonam, vide Nauarr. *in ſumm.cap.25.num.86.* & quia pluribus fuerat ab hac ſancta Sede Apoſtolica indultum, vt Miſſas etiam de Veſpere celebrare poſſent, S.D.N. Pius Papa Quintus omnes huiuſmodi licentias & priuilegia reuocauit 1566. in d. 9. die 29. menſis Martij anno eius primo, ſed conceſſum poſtea fuit Confraternitati ſanctorum Franciſci, & Magdalenæ celebrandum Miſſam ante lucem, ſed nonniſi duabus

horis

horis ante ortum ſolis, & in Templo pacis etiam poſt Nonam Miſſæ celebrantur, vide Durand. *de ritib. lib. 2. cap. 7. num. 2.*

ʒ *Cæremonias, & preces.*] Congregatio cenſuit poſſe per Sacerdotem celebrantem tempore quo vacat in abſterſione Calicis aliàs preces, ſeu iaculatorias orationes intermiſcere veluti, *Vexilla Regis, &c. Veni Creator, &c. Deus propitius eſto, &c.* & ſimiles dummodò nihil omittatur ex iis quæ in Eccleſia Romana in miſſali præcipiuntur.

• *Moneant.*] Sed quid faciendum ſit vbi non ſine magno incommodo ad propriam Parochiam accedi poſſit, & an poſſit aduerſus Parochum opponi exceptio amiſſionis diuinorum, Lap. *alleg. 66. per tot.* ſit ſaluo iure parochiæ, non debet prohiberi quominùs celebretur miſſa in aliquo ſacello, in quo celebrare prius conſueuerat, vt cenſuit Congregatio Illuſtriſſimorum, ſcribens Epiſcopo de Caua quarto calend. Februar. 1565. & cum textus hic dicat quod Epiſcopi moneant populum, deprehendi meruit à Congregatione Illuſtriſſimorum Archiepiſcopus Calaritan. qui populum ſub pœna anathematis accedere ad propriam parochiam cogebat, cum excommunicatio nonniſi ex graui cauſa, vt infrà *ſeſſ. 25. cap. 3.* præſcriptum eſt, ferri debeat, die 20. menſis Iunij 1566. Præterea quando ex iuſta aliqua cauſa itur ad alienam parochiam pro Miſſa non poteſt eiici Innoc. & Abb. *in cap. 2. de paroch.* Silu. *in ver. miſſa 2. num. 5.* contra text. *in cap. in dominicis cum ſequent. quæſt. 2.* & quod Concilium non præcipiat, ſed monere tenetur, Nauar. *cap. 21. num. 5.* Ang. *in ver. Miſſa, quæſt. vltim.* & Tabien. *in verb. Miſſa, num. 51.* qui teſtatur de vniuerſali conſuetudine, Sarn. *de regimin. Eccleſ. lib. 2. cap. num. 30.* & ita reſpondit S. D. N. Clemens Octauus ad Epiſcopum Tricarienſem, Nuncium his verbis; licere ſæcularibus Chriſti fidelibus vniuerſis liberè Miſſas audire diebus Dominicis, & aliis Maioribus Feſtis in Eccleſiis tam Fratrum Prædicatorum quàm aliorum Mendicantium, necnon Collegiis Societatis IESV, iuxta illorum priuilegia, & antiquas conſuetudines dummodò id in contemptum Eccleſiarum parochialium non faciant, & Sacra Congregatio non ſolùm ad audiendum Miſſam, ſed etiam ad concionem in parochia prouiderit, quod Ordinarius non poſſit mulctis, & pœnis, etiam in caſu notabilis negligentiæ, aut contumaciæ cogere ire ad audiendam Miſſam, & ſacram Concionem in ea parochia, nec pueros ad diſcendum doctrinam Chriſtianam, etiamſi hoc fieri voluerit in oppidis, villis, & aliis locis extra Ciuitatem, ſed non affertur ratio quare iſta non debeat eſſe coactiua, iuxta ſupradictos antiquos Canones qui præceptiuè loquuntur.

π *Saltem diebus Dominicis.*] Non ex hoc tamen prohibentur Mendicantes in ſuis Eccleſiis populum recipere, nec prohibetur populus ad Mendicantium Eccleſias etiam feſtiuis diebus accedere, ex Bulla pro regularibus, & ita cenſuiſſe Leonem Decimum, refert Nauarr. *in ſumm. cap. 21. num. 5.* vbi intelligit hunc text. de Conſilio non de præcepto, vide Sarnen. *de viſitat. lib. 2. cap. num. 30.*

Præſentis Canonis vigore prohibeant Epiſcopi, ne regulares ipſis celebrantibus audeant celebrare, item ne campanas pulſent vſquequò Cathedralis campana pulſare inceperit, quæ omnia reformata ſunt per Bullam Pij Papæ Quinti, pro regularibus editam: ſed eadem poſtmodum per Bullam 15. Gregorij XIII. redacta eſt ad terminos Concilij.

ρ *Fidelem populum.*] Inter alia prohibeat ne Miſſæ ſecretæ, ſiue particulares, vel peculiares, ita tacitè, & planè recitentur, vt à circumſtantibus non audiantur, ex Concilio Baſil. *ſeſſ. 21. Concil. tom. 4. fol. 62. col. 2.*

Celebrans debet eſſe ieiunus, ſaltem à media nocte, Nauarr. *in Summ. cap. 25. num. 83.* Summ. Angel. *in ver. Miſſa, num. 6.* Item, vt vnus vnam tantùm in die Miſſam celebret, niſi ex cauſis, vt in Prax. Neapol. *cap. 77. fol. 421.* De Miſſæ inſtitutione, vide *cap. Iacob. de conſecrat. diſtinct. 1.* Palatin. in vita Sixti Primi, qui refert additiones ab Eccleſia factas, multa ad vtrumque congerit Alphonſus de Caſtrenſ. *de hæreſ. lib. 10. in ver. Miſſa* Durant. *de rit. lib. 2. cap. 2.*

CAPVT

Decretum de Reformatione.

EAdem ſacroſancta Oecumenica, [a] & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicæ Sedis Legatis, vt reformationis negotium proſequatur, hæc, in præſenti Seſſione, ſtatuenda cenſuit.

a Infr. Seſ. vlt. de reform. ca. 1.

CAPVT I.

Omnes clerici ſint à negotiis ſæcularibus alieni, honeſtè grauitérque ſe gerant ac ſanctè viuant: cùm cæteri in eos ſuos oculos coniiciant, ex iiſque ſumant quod imitentur.

1 N*Ihil eſt*, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum aſſiduè inſtruat, quàm eorum vita, & exemplum, qui ſe diuino miniſterio dedicarunt. Cùm enim à rebus ſæculi in altiorem ſublati locum conſpiciantur; in eos, tanquam [a] ſpeculum, reliqui oculos coniiciunt, *α ex iiſque* ſumunt quod imitentur. Quapropter ſic decet omninò Clericos in ſortem Domini vocatos, vitam, moréſque ſuos omnes componere, [b] *β 2 vt habitu*, geſtu, inceſſu, *3 ſermone*, aliiſque omnibus rebus nil, niſi graue, moderatum, ac *4 religione plenum 5 præ ſe ferant*; leuia etiam delicta, quæ in ipſis maxima eſſent, effugiant; *γ vt eorum actiones* cunctis afferant venerationem. Cùm igitur, quo maiore in Eccleſia Dei & vtilitate, & ornamento hæc ſunt, ita etiam diligentiùs ſint obſeruanda; [c] ſtatuit Synodus, vt, quæ aliàs à [d] Summis Pontificibus, & à ſacris Conciliis *δ de Clericorum, vita, 6 honeſtate*, cultu, doctrináque retinenda, ac ſimul de luxu, comeſſationibus, choreis, *ε 7 aleis, 8 luſibus*, ac quibuſcumque criminibus, nec non *ζ ſæcularibus negotiis 9 fugiendis* copiosè, ac ſalubriter ſancita fuerunt, eadem in poſterum iiſdem pœnis, vel maioribus, arbitrio Ordinatij imponendis; obſeruentur: nec appellatio executionem hanc; quæ ad morum correctionem pertinet, *η ſuſpendat*. Si qua verò ex his in deſuetudinem abiiſſe compererint; ea quam primùm in vſum reuocari, & ab omnibus accuratè cuſtodiri, ſtudeant; non obſtantibus conſuetudinibus quibuſcumque, ne ſubditorum neglectæ emendationis ipſi condignas, Deo vindice, pœnas perſoluant.

a Matth. 5. Tit. 2. ca. qualiter. 2. de accuſ. cap. clericos, 21. diſt.
b Seſſ. 14. in proœm.
c de vi. & hon. cler. extra in 6. & ca. canonum. 14. q. 3. c. credo, 21. q. 3. Conc. Carthag. 1. can. 6. & Conc. Carthág. 3. ca. 15. Concil. Chalced. can. 3. Con. Aurel. 2. c. 14. cum ſim. & infr. Seſ. 24. de ref. c. 12.
d Vide 1. Cõc. Matiſcon. c. 5. & 2 Nicæ. ca. 16. & 4 Cart. c. 44 & ſeqq.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

IN Caſibus, quibus à Concilio prohibetur appellatio, *cap. 1. ſeſſ.* 13. poteſt appellari poſt diffinitiuam, ſed non ſuſpendit.

In Cauſis viſitationis, & correptionis, vide *cap. 10. ſeſſ.* 24.

Item, Regularis factus Epiſcopus non eſt liber à geſtatione habitus, & à tribus votibus ſubſtantialibus, *c. Clerici, de vit. & honeſt. Clericorum. p. p. a.* 18.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *EX iiſque.*] De Epiſcopis habes infrà *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. & quantum exemplo

noceant habetur ex Gregor. VII. *tom.* 3. *lib.*1.*epiſtol.*42.*fol.*582.

β *Vt habitu*] Dixi de hoc infrà *ſeſſ.* 23. *cap.*6. ex gloſſ. *in Clem.final.in ver.videatur, de vita & honeſt. Cleric.*

γ *Vt eorum actiones.*] Idcircò quando agitur de promouendo clericum ad beneficium Eccleſiaſticum, non præſumatur bonus, ſed debet quæri de eius vita, & moribus, Maſcard. *de probat.volum.*1.*concluſ.*222.

δ *De Clericorum, vita.*] Inter alias quæ ad horum honeſtatem pertinent, illud in primis quæſitum fuit, an Monachus factus Epiſcopus liber ſit à delatione habitus, & à tribus votis ſubſtantialibus, vide pro negatiua, *cap. clerici officia, de vit.& honeſt. Cleric.*& poſt alios, vide Couarr.*par.* 1. *cap.* 1.*num.*18.*fol.*37.

ε *Aleis.*] Aleator Clericus eſt incapax beneficij, nec excuſatur conſuetudine, Rota *par.*1.*deciſ.*426.

ζ *Sæcularibus negotiis.*] Inter quæ eſt mercatura, quæ prohibetur Clericis, niſi in tribus caſibus, dummodò non per ſe, ſed per alios eam exerceant; primò ſi aliunde non habeant; ſecundò, ad ſubleuandam conſanguineorum inopiam, tertiò, niſi à ſuperiore prohibeantur, Medina *de teſt. quæſt.*3.§. 20. Guidopap. *quæſt.* 197. *prax.in ver.Clericis,quæſt.*15. *fol.* 150. negotiatio eſt in Clerico prohibita, ſed non artificium. Prax.Neapol.*cap.*75.*fol.* 416. vbi etiam vide quam artem exercere valear, & à qua debet abſtinere, & quando negotiatio ſit licita.

Item, Clericus Procurator eſſe non poteſt, nec Tabellio, tenent tamen acta per eum ſi non opponatur, Commun. contr. commun.*quæſt.*404.

η *Suſpendat.*] Sic appellatio non eſt neceſſaria ad finem ſuſpendendi, ſed bene operatur deuolutionem per ea quæ voluit. Innoc. *in cap. dilectus, de appellat.*Lap.*allegat.*1.*num.*8. & regulariter in cauſis Correctionis non datur appellatio, niſi corrigens excedat modum. Hoſt. *de ſtat. Monach. in ſumm,*§.*& de viſione,*dixi ſuprà *ſeſſ.*13.*cap.*1. Abb. *in cap.irrefragabili,de offic. ordin.* gloſ. *in cap.de priore,de appell.*

ADDITIO.

1 *Nihil eſt, &c.*] Vide *cap.his igitur* 23. *diſt.cap.vt Clericorum,cap. per l.fin.de vit. & honeſt. Cleric.cap.*1.*eod.tit.in* 6. *Clem.*1.*eodem tit.* Conc.Colon.*de offic.& vit.Cleric.cap.*20. & vide Alber. Trocium. *de ver. & perfect. Cler.*3 *par.cap.* 57. Alber.Pigius,*adu. Luther. Concrou.*11.

2 *Vt habitu.*] Suprà *ſeſſ.* 14. *de Reform. cap.*6.

3 *Sermone.*] Clericos ſæculares, & verbis turpibus ioculatores ab officio detrahendos cenſuit, Concil.Carthag. vt habetur in *cap.Clericum,*46.*diſtinct.*& apud D. Iuon. *in decret.lib.*3.*cap.* 172. & quod exercentes ſeruilem artem per annum amittant omne priuilegium Clericale, tradit Alphon. Aluar. *in ſpec. Rom. Pont. cap.* 35. *num.* 20. poſt Abb. *in cap. perpendimus, de ſent. excomm.*

4 *Religione plenum.*] Arma deferentes proprij gradus amiſſione mulctentur 23. *quæſt.*8.*ca.quicumque ex Cleric.*& in Decret. D.Iuon.*lib.*3.*cap.* 168.

Hoc tamen in Clerico, qui nondum ſacris initiatus ſit, & beneficio careat locum non habet, is enim arma deferre poteſt. Nauarr.*conſ.*3.*de ſucceſſ.ab inteſt.num.*2.

5 *Præ ſe ferant.*] A certiori vitio corporis cauere debent, quod populo ſcandali occaſionem præbere poſſit. Ideò cenſuit Congregatio Rectorem Parochialis cùm monoculus eſſet, etiamſi ingrederetur Religionem non eſſe admittendum ad celebrationem Miſſæ, & cum eo, qui captus eſſet toto oculo non ſolere diſpenſari de corpore vitiato, vide Couarr.*pract. quæſt. cap.* 18. vbi diſtinguit cauſam vitij licitam ab illicita Decretum Congreg.eſt ſuper in Dec.*de obſeru.vit.& in celebr. Miſſæ.*

6 *Honeſtate.*] De laude honeſtatis, & quod eam ſemper ſequatur vtilitas.D.Ambroſ.*lib.*3.*cap.*14.*&* 15.

7 *Aleis.*] Aleæ deſeruienres, qua pœna plectantur,*cap.Epiſcopus*,35. *diſt.* D. Iuo. *in decret.lib.*3.*cap.* 170.

De multiplici ludorum genere, & qui permiſſus ſit.Alua.in ſpec. Sum. Pont. *cap.* 62.*num.*30.Nauarr.*de vot.cap.*16.& ibi quando voto non obſtante ludus permiſſus ſit.

Et nota quòd aleatoribus Clericis Beneficia conferenda non ſunt, & collatio aliter facta ſi eſt notorius aleator, eſt ipſo iure nulla, ſi occultus an annullanda, Rota *in nou.dec.*426.*num.*2.*par.*1.

8 *Luſibus.*]Luſus inanes, & pueriles hic

Cleri

Digitized by Google

Clericis interdicuntur, quod pertinet ad *ver. ſerm. num.* 3. de quo ſuprà.

9 Fugiendis.] Ideò Clericus non poteſt eſſe Tutor Datiuus, vel teſtamentarius, licèt poſſit eſſe legitimus, & excommunicatus dans ipſum Tutorem in teſtamento, *cap.* ex parte, in gloſ. *ext. de ſepult. & peruenet.* & ibi *not.* 56. *diſt.* & *de Cleric. Tutore* Bal. *conſ.* 45. *num.* 1. *par.* 3.

Et quando poteſt eſſe Tutor, de cuius Iudicis decreto adminiſtrationẽ ſuſcipere debeant laici, vel Eccleſiaſtici. Bero. *conſ.* 102. *num.* 23. *vol.* 3.

Quòd non ſint cogendi ſuſcipere tutelas. Rota *Deciſ.* 7. *de Iud. in extr. iunon.*

Similiter non poſſunt etiam Procuratores laicorum, neque in *iudicio eſſe, cap.* 1. *ne Cler. ſecul. neg. ſe immiſc.* de quo videndi ſunt Feder. de Sen. *quæſt.* 270. Bened. Capr. *in reg.* 57.

Limita fauore miſerabilium perſonarum. Abb. *in d. cap.* 1. *num.* 5. dummodò id faciant gratis.

Limita quando Monachus ex licentia Abbatis procuræ meritum pro amico Monaſterij ſuſciperet, quod in vtilitatem Monaſterij redundaret, Abb. *cap.* 2. *num.* 2. *ne Cler. vel Monach.* de quo *Rom. ſing.* 273. 374.

Hinc etiam colligere licet mercaturam, & negotiationẽ Clericis eſſe interdictam de quo *in diſt.* 88. *per tot.* In materia fit regula negatiua, Clericis negotiare non licet, limita in negociis Pupillorum, Orphanorum, & Viduarum, *cap. decreuit,* 88. *diſt.* Declaratur concluſio quando negocia non cupiditatis cauſa. Nauar. *conſ.* 5. *de depoſ. n.* 5. Limita quãdo exercent Clerici pauperes honeſtam negotiationem ad ſe, ſuóſque ſuſtentandos, Nauarr. *de ſucceſſ. ab inteſt. conſ.* 3. *num.* 3. limita in Clerico ſimplici, hoc eſt in ſacris nondum conſtituto, & beneficium non habente, qui omnia illa exercere poteſt quæ laicus poſſet, Nauar. *d. conſ.* 3. *num.* 2. Negotiationis autem appellatione in hac materia quid veniat. Alphon. Aluar. in Spec. Summ. Pontif. *cap.* 36. *num.* 4. & quid de exercentibus vile aliquod artificium.

CAPVT II.

Qualitates aſſumendorum ad Eccleſias Cathedrales, qui vita bona, & ordine ſacro præditi eſſe debent, ac tales qui cæteros docere valeant, quæ probari debent teſtimoniis, &c.

QVicumque [a] poſthac 1 *ad Eccleſias* Cathedrales erit aſſumendus, is non ſolùm *α natalibus*, ætate, moribus, & vita, ac aliis, quæ à ſacris Canonibus 2 *requiruntur*, planè ſit præditus, verum *β etiam in ſacro Ordine* antea, ſaltem ſex menſium ſpatio, conſtitutus, *γ quarum rerum* inſtructio, ſi eius notitia nulla, aut recens in curia fuerit, à Sedis Apoſtolicæ Legatis, ſeu Nunciis prouinciarum, aut eius Ordinario, eóque deficiente, à vicinioribus Ordinariis ſumatur. *δ* 3 *Scientia verò* præter hæc eiuſmodi polleat, vt muneris ſibi iniungendi neceſſitati poſſit ſatisfacere, 4 *ideóque antea in Vniuerſitate* Studiorum, Magiſter, ſiue Doctor, aut Licentiatus in ſacra Theologia, vel iure Canonico meritò ſit promotus, aut publico Academiæ teſtimonio idoneus ad alios docendos oſtendatur. Quòd ſi Regularis fuerit, à Superioribus ſuæ Religionis ſimilem fidem habeat. Prædicti autem omnes, vnde inſtructio, ſeu teſtificatio erit ſumenda, hæc fideliter, & gratis referre teneantur: alioquin eorum conſcientias grauiter oneratas eſſe ſcient; ac Deum, & Superiores ſuos habebunt vltores.

[a] Cap. cum in cunctis, & c. à nobis, de Elect. ca. graue nimis, de præbend. & infr. Seſſ. 14. ca. 1. de reform.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

PRo dignitate in Collegiata exemptâ, cui ineſt iuriſdictio cum iuribus Epiſcopalibus non requiritur, vt ſit Licentiatus, vel Doctor, quia nullibi cauetur, & *cap.12.ſeſſ.24.* hortatur, vt detur Doctori.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α NAtalibus.] Requiritur enim ad Epiſcopatum diſpenſatio Papæ, qui difficilè inducitur, Anton. *3.part. tit.* 28. *cap.*4.§.2.Summ.Tolet.*lib.1.cap.25.verſic.ſuprà irregularitas*, ex hoc textu requiritur in Epiſcopo ætas legitima, vita bona, ordo ſacer, & doctrina, qui aliquid harum fingit, mortaliter peccat, Card. Tolet.*in ſum. lib.5.cap.3.ver.2.*ex parte, & de ſcientia, vide Monach.*de arbitr. iud. lib. 2. cent. 5.caſu* 424.*num.* 35. *fol.* 47. & de illegitimis quod ſint incapaces Ordinum, & beneficiorum, & hæreditatum Eccleſiaſticarum, vide Bullam Clem. ſeptimi & aliam Pij Papæ V. quas refert Quarantig. *in Bulla. in ver.illegitimi,fol.*283. *cum ſequent.*cum declaratione, Rot.*diuerſor.par.2.deciſ.* 214.

β Etiam in ſacro Ordine.] Idem iuris fuerat ſtatutum antiquiſſimis Eccleſiæ temporibus, ne quis ad Epiſcopatum aſſumeretur, niſi priùs eſſet in ſacro Ordine conſtitutus, *diſtinct.60. cap. nullus in Epiſcopum,* & *cap.à multis,de ætat. & qualitat.* veluti ſi ſit inter Subdiaconos, quia Subdiaconatus receptus inter ſacros poſt Gregorij, & Siricij tempora, *diſtinct.28.cap.nullum,& diſt. 77. quicumque.* Gregor. *in regiſtr.lib.*4. *epiſt.* 51.52.*&* 53.

γ Quarum rerum.] Congregatio cenſuit quod Bulla S.D.N. ſuper promotione Doctorum, & aliorum cuiuſque artis, & facultatis Profeſſorum, extenditur etiam ad eos qui ſecundùm huius Concilij Decretum acciperent teſtimonium publicum Vniuerſitatum.

δ Scientia verò.]De qua non eſt præſumptio pro promouendo, ſed tenetur ipſe de ea docere, *cap.*ſi forte, vbi gloſ.*in ver.ſcientia, de elect. in 6.* qualis autem ſcientia requiratur, vide *in cap. cùm in cunctis, de election.& in cap.licet. Canon. eod.tit.lib.6.*vide Gregor.*in regiſtr.lib.1.epiſtol.24.circa med.*& habetur *in cap. venerabilis de præbend.* & ignorans diſponitur, *cap. final. de ætat. & qualitat.* vbi gloſ. *in verſ. defectum*, tria requirunt in Epiſcopo ſcientiam ætatis, maturitatem morum, & morum grauitatem, addit quartum quod ſit naſus de legitimo Matrimonio.

ε Ideóque antea in Vniuerſitate.]Huic Canoni inhærens Pius Quintus, noua ſua quadam conſtitutione ſanciuit, eóſque à Comitibus, vel Collegiis officialium Rom. vel ab aliis quibuſcumque Pontificibus facultas ad doctorandum fuerit conceſſa, promoti fuerunt quoad dignitates cæteráque beneficia Eccleſiaſtica, nulla gradus, prærogatiua frui, & gaudere poſſe, vel debere, & ſic per quoſcumque, &c. & cum decreto irritanti; vide Bullam editam de menſe Iunij, de anno 1568. anno 3. incip. quamuis à Sede Apoſtolica Doctor præſumitur Doctus; Commun.contr.comm.*quæſtion.202.num.13. & ſeq.*

ADDITIO.

1 *Ad Eccleſias.*] Vide *cap.cum in cunctis, de elect.*& ibi Doctr.Silueſt. *in ver. Beneficium,il 3.num.*4.Armil.*eod.ver.num.*82. Nau. in Manual.*cap.27. num.* 202. Silu. *de beneſ.3. par.quæſt.5.num.*8. *&* 23.vltra ea vide, quæ de iure requiruntur, vt quis ad Epiſcopum promoueatur, de quibus habetur, *in d.cap. cum in cunctis.*

Aliud tamen additur hic requiſitum, quòd ſcilicet ſit Doctor, vel Licentiatus in ſacra Scriptura, Theologia, vel iure Canonico, vel ſaltem quod videatur idoneus ad illum gradum in Vniuerſitate approbata. Idem dicas de Patriarcha, Archiepiſcopo, qui hic comprehenduntur: de inferioribus, vide *in d. cap. cum in cunctis,§. inferiora.*

2 *Requiruntur.*] De quibus Alphon.Aluar. in Spec. Sum. Pont. *cap.4. per tot.cap.7. num.2.& 3.cap.9.num.20. &* 21.*& cap.51.nu.* 57.*&* 58.*in* §.9. vide Conſt. Gregor. XIV. onus Apoſtolicæ ſub die prima Iunij 1591. hanc refert.Quarant.*ver. electio.*

In ſacro ordine olim aliud erat. Cùm laici quoque eligi poterant, ſi merita ſuæ

pro

profeſſionis ſuadebāt, *cap. ſtatuimus*, 61. *diſt.* Alphon. Aluar. *vbi ſuprà cap.* 10. *num.* 5. ſed quia multa ſunt quibus iure veteri id fuiſſe permiſſum probari poſſit, *d. cap. ſtatuimus*, & *cap. onus* 61. *diſt.* Rectius dicemus ne olim quidem laïcos in Epiſcopos eligi potuiſſe, ſed vbi magna cauſa præaſſumenda eſſet, tunc eius aſſumptionem ratam fuiſſe, Abb. *in cap. ſanè* de conuer. Coniug. Idem Alphon. *vbi ſuprà cap.* 13. *num.* 20. & quidem per poſtulationem non per electionem, *d. cap. onus.*

3 *Scientia.*] In promouendo qualis ſcientia requiratur. Vide Menoch. *de arbitr. caſ.* 425. *num.* 35.

CAPVT III.

Diſtributiones quotidianæ creandæ ex tertia parte quorumcumque fructuum, quorumcumque beneficiorum. Portiones abſentium cedunt piis locis arbitrio Epiſcopi. Excipe actu miniſtrantem in Eccleſia curata extra ciuitatem. Excipe quaſdam Cathedrales & Collegiatas Eccleſias. Vbi non miniſtrantes perdant aliquid quod ad dictam tertiam partem aſcendit.

1 EPiſcopi, 2 *etiam* tanquam delegati Apoſtolici, α *ex fructibus*, & prouentibus quibuſcumque β *omnium dignitatum*, perſonatuum, & officiorum, in Eccleſiis Cathedralibus, vel Collegiatis exiſtentium, tertiam partem in diſtributiones, eorum arbitrio aſſignandas, diuidere poſſint; vt ſcilicet, qui eas obtinent, ſi perſonaliter 3 *competens ibi ſeruitium* iuxta formam, ab eiſdem Epiſcopis præſcribendam, quolibet die ſtatuto non impleuerint; & illius diei diſtributionem 4 *amittant*; nec eis quoquo modo dominium acquirant, γ *ſed Fabricæ Eccleſiæ*, quatenus indigeant, aut alteri pio loco, arbitrio Ordinarij applicetur. Creſcente verò contumacia, contra eos, iuxta ſacrorum Canonum conſtitutiones procedant. Quod ſi alicui ex prædictis dignitatibus in Eccleſiis Cathedralibus, vel Collegiatis, de iure, ſeu conſuetudine, iuriſdictio, adminiſtratio, vel officium non competat, ſed iuxta ciuitatem in Diœceſi cura animarum immineat, cui is, qui dignitatem obtinet, δ *incumbere voluerit*; tunc pro tempore, quo in curata Eccleſia reſederit, ac miniſtrauerit, tanquam ε *præſens ſit*, ac diuinis interſit, in Eccleſiis Cathedralibus, ac Collegiatis habeatur: Hæc in iis tantùm Eccleſiis conſtituta intelligantur, in quibus nulla eſt conſuetudo, vel ſtatutum, vt dictæ dignitates non ſeruientes aliquid amittant, quod ad tertiam partem dictorum fructuum, & prouentuum aſcendat: non obſtantibus conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus, ζ *& conſtitutionibus*, etiam iuramento, quauis auctoritate firmatis.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

HOc dicit, quòd etiamſi ſint pingues diſtributiones, tamen aſſignetur tertia pars dignitatum, & ſi non ſeruiunt, illa tertia pars acquiritur locis piis, ſed in *cap.* 3. *ſeſſ.* 21. loquitur quando diſtributione ſunt tenues, vt negligantur, & tunc tertia pars acquiritur intereſſentibus, ſi non ſeruit, non obſtante iuris accreſcendi.

Item, ſi dignitas eſt iuriſpatronatus laïco-

rum,

rum, & in fundatione conceditur, vt abſens per longum tempus acquirat fructus, & tunc habet locum hoc decretum, ſecùs dignitates aliæ de iurepatronatus obnoxiæ detractione tertiæ partis.

Item, Cappellaniæ quæ nullum Ordinem habent annexum, non ſunt ſub hoc decreto, quod loquitur de Beneficiis cum certo ordine,

Item, diſtributiones pro quibus dignitates contribuunt ſunt diuidendæ inter ipſas dignitates, & quæ plus contribuit plus lucretur, & portio non ſeruientibus creſcit intereſſentibus, contra inferiùs in alio loco inter omnes diſtribuendæ.

Item, ſi dignitates nullas, vel paucas habent, Epiſcopus prouideat ſecundùm hoc decretum, & eas amittant non inferuiendo, & ſi adſunt vltra tres menſes, prouideat, iuxta *cap.12.ſeſſ.* 24.

Item, habens dignitatem in Cathedrali, vel Collegiata, ſi non habet vocem in Capitulo, nec cum cæteris diſtributiones recipiat, eſt obnoxius ſubſtractionis tertiæ partis, ſed aliàs tamen non tenetur reſidere.

Item, habens duas dignitates in Cathedralibus ex diſpenſatione tenetur reſidere in digniori, & lucratur fructus alterius, ſed non diſtributiones, & partem præbendæ conuerſam in diſtributiones per hoc *cap.*

Item, Canonicus Collegiatæ, cuius ratione Canonicatus imminet cura animarum in Eccleſia, intus, vel extra ciuitatem, quarum Cura corpus eſt, debet reſidere in ciuitate, alibi in Parochia quando dignitates poſſunt habere Canonicatum, vide *cap. 4.ſeſſ.7.*

Item, Archipreſbyter Curam animarum habens habetur pro præſenti dum illi incumbit.

Item, Archidiaconus Curam animarum habens, dum viſitat, non habetur pro præſenti in Eccleſia.

Item, diſtributiones conſtituantur ex tertia parte præbendarum, & non ex redditibus Eccleſiæ, vel mortuariis & adminiſtratione ſacramentorum.

Item, ſi dignitates in Eccleſia nullum habent ſeruitium, vel minùs competens, ſunt ſub hoc decreto Cæſarauguſtanus Epiſcopus prouideat.

Item, dignitates & officia licèt in commendam ſunt ſub hoc cap. deductis oneribus, & penſionibus, ita augetur aliis remediis, *cap.12.ſeſſ.24.*

Item, non loquitur de dignitatibus, quæ non habent diſtributiones in Choro, & habent tenues præbendas, licèt ſint Canonici.

Item, non poteſt Epiſcopus vnire dignitatibus Parochiales Eccleſias ad augendum diſtributiones.

Item, hæc deductio eſt facienda ex fructibus non ſecundùm taxam antiquam, ſed tantùm communem currentem valorem.

Item, Epiſcopus præter ſolitum non poteſt aſcribere certam formam ſeruitij, & officij pro lucranda tertia parte præbendæ in diſtributionibus.

Item, conſuetudo immemorabilis non poteſt excuſare à reſidentia in Cathedrali.

Item, Canonicus, & ſimul Parochus priuilegiatus habet præbendam, ſed non optet contra ſtatutum.

Item, Archidiaconus viſitans rationem ſuæ dignitatis, poteſt abeſſe vltra tres menſes, & lucrari fructus Archidiaconatus, qui dantur propter intereſſentiam, ſed non fructus Canonicatus vltra tres menſes, niſi obſtet contraria conſuetudo non lucrandi in Archidiaconatu.

Item, ſi Epiſcopus conſtituit, vt nullus admittatur ad diſtributiones, niſi examinatus, non ligat Prouiſos à Papa.

Habens plura Beneficia, vbi reſidere tenetur.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

Differentia inter hoc *cap.* 3. & aliud pariter 3. *cap.ſeſſ.*21. quia hoc decretum loquitur tantùm de dignitatibus à quibus Ordinarius tertiam partem fructuum ſubtrahat, ne diſtributiones quotidianæ ſint tenues, & hoc in odium obtinendi dignitates, & reſidere negligentium, & quando iſta tertia pars ſubtracta per non ſeruiendo amittitur, locis pus eſt applicandum, *Cap. verò 3.ſeſſ.21.* loquitur ſolùm quando diſtributiones ſunt ita tenues vt negligantur, & hoc caſu tertia pars ſit ſeparata, & in diſtributiones ab Epiſcopo conuerſa ſi per non ſeruientes amittitur, proportionabiliter ſeruientibus accreſcit.

Sed

Sed ſi aliquibus ex dignitatibus, quæ ſunt in iurepatronatus laicorum ex fundatione in fundatione conceditur aliquod longum tempus per quod abeſſe poſſint ſine fructuum, & prouentuum amiſſione, & per hoc decretum nihil eis eſt derogatum. Dignitates autem illæ quæ ſunt de iurepatronatus laicorum etiam detractioni tertiæ partis fructuum obnoxiæ ſunt.

α *Ex fructibus.*] Dubitatur ſi in vno eodémque Capitulo multi eſſent pinguiùs præbendati, & multi ſine præbendis, & ex omnibus eorum fructibus tertia pars ſeparetur iuxta hunc textum an inter omnes reſidentes, vel inter præbendatos tantùm ſit facienda diuiſio, an hæc tertia pars ſit ſeparata, conferetur in maſſa communi, vt æqualiter poſtea diuidatur, an vt ſecundùm illam diuiſionem applicetur ſecundùm quam fuit ſeparata, vide ſuprà *in ad nota. cap.3.ſeſſ.21.*

β *Omnium dignitatum.*] Iſtæ diſtributiones quotidianæ quæ acceptæ fuerunt ex tertia fructuum dignitatum alicuius Eccleſiæ, debent aſſignari non duabus horis Canonicis tantùm, ſed etiam reliquis omnibus aliis tantùm, & qui non interfuit, diſtributionem amittit, nec diſtributiones abſentibus ademptæ debent inter præſentes diuidi, ſed Fabricæ Eccleſiæ, aut alteri pio loco arbitrio Ordinarij debent applicari, & hoc intelligitur de diſtributionibus detractis de tertia parte fructuum, dignitatum. Reliquæ verò diſtributiones quas abſentes non faciunt ſuas, debent attribui eis qui ſtatutis horis interfuerunt; & qui perpetuò abſunt, non ſolùm amittunt tertiam partem fructuum quæ attributa fuit diſtributionibus quotidianis, ſed etiam beneficio priuari debent ex Congregationis ſententia. In quo differat iſta tertia pars à diſtributionibus quotidianis, vide per Rot.*par.2.deciſ.270.*Nauarr.*in ver. ſignificat conſ.3.*

γ *Sed Fabricæ Eccleſiæ.*] Huic Fabricæ Eccleſiæ non poteſt Epiſcopus applicare cenſus, aut libellos quos Rectores Eccleſiarum poſſident, nec prohibere quin dicti Rectores accipiant ſponte oblata ab hærede defunctorum, ex Congregationis ſententia.

δ *Incumbere voluerit.*] Declaratum inde fuit quod obtinens Canonicatum cui vnita ſit Parochialis Eccleſia ad vitam obtinentis, tenetur in Parochiali reſidere ſi vnio facta ſit ad vitam obtinentis tantùm. Iterum qui Canonicatum obtinet habens Parochialem extra Ciuitatem in Parochiali reſidere continetur, nec poteſt dum in ea reſidet, priuari Canonicatu, ſed ſolummodò diſtributiones quotidianas eius amittit. Amittũt etiam ſi quid prætereà abſentes iuſta de cauſa non percipiunt alias, nec priuari poſſunt, idem in eo qui obtinet duos Canonicatus, nam in digniori reſidere debet, & ſolummodò alterius in quo non reſidet diſtributiones amittit, ſi qui verò in eadem Ciuitate Parochiam & Canonicatum obtinent in Cathedrali, vel Collegiata, vtrumque retinere poſſint, modò reſideant in Parochiali, nullóque ei officio neceſſariò deſint, qui idem ſi poſſunt Canonicatui debitis horis inſeruire, poſſunt percipere omnes fructus, & commoda quæ illi muneri ſunt attributa: ſi verò inſeruire nequeunt, diſtributiones ſolùm eorum dierum quibus non interſunt, amittant, neque alio damno affici poſſunt ex decretis ſacræ Congregationis.

Quod ſi Epiſcopus ſit, modò in Epiſcopatu reſideat, ſolutus eſt à reſidentia dignitatis quam ſine vlla animarum cura obtinet in aliqua Cathedrali, eámque retinere, & eius fructus percipere poteſt exceptis portionibus, aut diſtributionibus quotidianis, & aliis ſi quæ ſunt fortè, quas abſentes iuſta alia de cauſa non percipiunt ex eiuſdem Congregationis ſententia. Item, obtinens Canonicatum, & Monaſterium, & commendam liberam à cura animarum in Canonicatu debet reſidere, Epiſcopus quoque reſidens in Capitularis ſed liber eſt à reſidentia Monaſterij Monachorum Regularium, quod obtinet cum diſpenſatione Papæ, licèt illi annexæ ſint aliquæ Eccleſiæ curatæ poſt erectionem Monaſterij, & præſertim, ſi in tali Monaſterio non ſit fons baptiſmalis, nec aliqua animarum Cura, & Curatæ gubernari ſoleant per Vicarios, ſimiliter reſidens in Prioratu qui habet Curam animarum, poteſt retinere Canonicatum, & beneficium ſimplex: ſed beneficio ſimplici per alium inſeruire debet. Item, habens tres Canonicatus dignitate pares, reſidens in Eccleſia cui altera earum in qua habet Canonicatum eſt vnita alterius tertij Canonicatus, non perdit, niſi diſtributiones quotidianas,

dianas, & ſi quæ alia ſunt quæ abſentes iuſta de cauſa non percipiunt. Item, habens dignitatem in Collegiata vnita Cathedrali, quæ Collegiata ſit deſtructa, poteſt ſi talis non recipiatur in Cathedrali alibi, vbi beneficium habet in eo reſidere, & interim dignitatis fructus percipere exceptis diſtributionibus quotidianis, & ſi quæ fortè ſunt quæ abſentes iuſta cauſa non percipiunt. Item, habens duos Archidiaconatus dignitate pares poteſt reſidere. Quod ſi parochialis ſit ex fundatione vnita Canonicatui ratione fundationis, cui non eſt derogatum per hunc textum, poterit reſidere in Canonicatu, iuxta dictum *cap. extirpan. §. qui verò de præbend.* deputato priùs Vicario idoneo in parochiali ab Epiſcopo approbanda, iuxta *cap. 7. ſeſſ. 7.* & ita cenſuit Congregatio, qui Canonicatum obtinent in Collegiata cum parochiali, diebus ferialibus ad prædictam Collegiatam accedere, & in ea diuinis inſeruire poſſunt, dummodò omnibus diebus, & horis ſuis debitis, & congruis parochiali inſeruiant, vt nihil prorſus relinquãt ex debito ſeruitio ipſius Parochialis: quod ſi habeat Canonicatum, & parochialem in qua non poteſt ſine diſcrimine vitæ reſidere: ſed ei permittendum eſt, vt in Canonicatu reſideat, ex Congregationis decreto. Obtinens autem duos Canonicatus tenetur in digniori reſidere, eius verò in quo non reſidet diſtributiones quotidianas perdit, in quibus diſtributionibus intelligitur etiam comprehenſa pars præbendæ, quæ ex decreto Concilij Tridentini conuerſa fuit in diſtributiones quotidianas. Item, obtinens plures Canonicatus dignitate pares, reſidere tenetur, vbi pluribus inſeruire poteſt. Obtinens parochialem, & Canonicatum præbenda magiſtralis cum diſpenſatione ante Concilium legitimè obtenta, tenetur in parochiali reſidere, atque in magiſtrali præbenda idoneum virum ſubſtituere debet, qui munus ſacræ Scripturæ interpretandæ obeat. Archidiaconus qui pro defenſione iurium ſui Archidiaconatus, in alia Eccleſia moratur, pro reſidente interim haberi debet iuxta *cap. ex parte, el 2. de Cleric. non reſidentib.*

Et quia de iure antiquo obtinens parochialem annexam dignitati cogitur in digniori Eccleſia, & ſic in dignitate reſidere: hinc autem videtur colligi, quod potiùs in parochiali reſideat: fuit dubitatum, an hæc diſpoſitio mutet diſpoſitionem, *cap. extirpandæ. §. qui verò de præbend.* Dominus Cardinalis Alciatus dicebat, quòd ſic, & ita pluries interrogatus reſpondit, aliis viſum eſt contra ſentire, quia hoc non præcipitur alicui, vt potiùs in parochiali quàm in dignitate reſideat; ſed vt ſi voluerit in ea incumbere poſſit, & habeatur pro reſidenti in parochiali, ac per hoc non infertur parochialem eſſe digniorem, ſed ſit voluntarium quod olim erat neceſſarium; quod tamen poteſt negari, quin diſpoſitio cap. illius ſit alterata ſaltem in hoc, vt qui cogebatur reſidere in dignitate, poſſit etiam ſi velit reſidere in parochiali. Tamen totum hoc ſublatum eſt per Bullam Pij Quinti, per quam obtinens parochialem, & Canonicatum, vel aliud beneficium perſonalem reſidentiam requirens, reſidere in parochiali, & iuxta Bullam obſeruat hodie Congregatio, licèt priùs aliter reſponderit Cardinali Lotharingiæ quinto calend. menſis Octobris, & Epiſcopo Virdunenſi eodem exemplo; & in caſu quo quis ſimul cum parochiali retinet Canonicatum in Cathedrali, vel Collegiata, dum reſideat in parochiali, non amittit de Canonicatu, niſi diſtributiones quotidianas, vt ſuprà dictum eſt, & reſcripſit ſacra Congregatio Cardinali Ferrerio ſub die quarta Nouembris 1566. Limitatur non procedere in habente duas parochiales, vel Cathedralem cum parochiali, quia tenetur, aliàs priuatur vtraque, infrà *ſeſſ. 24. cap. 17.* dixi ſuprà *ſeſſ. 7. cap. 5.*

1 *Præſens ſit*] Et ſic percipiet fructus & quotidianas diſtributiones quæ conſiſtunt in maſſa, ſed non eas quæ horatim diſtribuuntur deſeruientibus per ſingulas horas, & ita cenſuit Congregatio die quarta Iunij 1577. Iterum fuit dubitatum de eo qui in vna Cathedrali habebat dignitatem, in altera verò Canonicatum & parochialem, ſed reſidebat in Canonicatu, an poſſit iure priuari fructibus dignitatis ea ratione, quia non reſidet in parochiali, & fuit reſponſum quod ſic, quia ex Bulla 64. Pij Quinti, tunc in abſentia poſſunt recipi fructus dignitatis, vel Canonicatus quando reſidetur in parochiali, & ita in vna Terraconenſi cenſuit Congregatio die 23. Iulij de anno 1575. quid autem ſi aliquis ex

Canoni

Canonicis, vel aliis Officialibus Chori habeat in Eccleſia Cappellam, vel ſunt mercenarij, an eo tempore quo celebrant tanquam præſentes in Choro cenſeantur; dic quod vbi viget talis conſuetudo. Reſpondetur affirmatiuè, licèt de Mercenariis dubitari valde poſſit, quid autem ſit quando duæ parochiales ſint æquè principaliter vnitæ, & conſueuerunt per vnum Rectorem gubernari, tunc pro ea debent cenſeri. Rot. *part. 2. diuerſ. deciſ. 73.* ratione annexionis diſpenſatio prodeſt, aliàs tenetur ad reſidentiam, ex Concilio *ſeſſ. 6. cap. 1. & 2. & ſeſſ. 23. cap. 1.* & ex Bulla Pij Papæ Quinti, de qua per Quarant. *in ver. reſidentia, fol.* 440.

ζ *Conſtitutionibus.*] Per hanc derogationem cenſentur ſublata priuilegia à Sede Apoſtolica conceſſa cuicumque Eccleſiæ vel Canonicis, vt donec reſiderent in ſuo Canonicatu, non cogerentur reſidere in parochiali, vel alia dignitate alibi obtenta, ex Congregationis ſententia.

Reſolutiones Sacræ Congregationis ad hoc cap. 3.

Congregatio cenſuit redditus pia teſtantium voluntate promiſſarum celebratione, aliiſque piis vſibus relictos non poſſe ab Epiſcopo in diſtributiones quotidianas, neque in alium vſum quantumuis pium vllo modo conuerti, die 28. Ianuarij de anno 1600. Congregatio Concilij cenſuit non poſſe Ordinarium pro lucranda tertia parte præbendæ in diſtributiones ex hoc decreto Concilij conuerſæ dignitatibus præſcribere certam ſeruitij formam, vel officij præter ſolitam in vna Elboren. die 29. menſis Septembris 1593. & detractio iſta intelligitur fieri detractis penſionibus, & oneribus quandiu durauerint, vt ſuprà dictum eſt, in *cap. 3. ſeſſ. 21.* & cenſuit ſacra Congregatio in vna Callien. Gadicen. diſtributionum coram R.P.D. Lancellotto die Veneris vndecimo menſis Octobris 1577. attenta declaratione Illuſtriſſimorum Cardinalium Sacræ Congregationis Concilij, circa decret. Concil. Trident. in *ſeſſ. 22. cap. 3.* quod intelligitur quando adſunt diſtributiones quotidianæ, prout accepi ab Illuſtriſſimo Domino Cardinale Alciato, quam declarationem retuli DD. in Rota, fuit concluſum, quod ſtatu rum Reuerendiſſimi Epiſcopi Gadicen. de quo agitur poteſt ſubſtineri: dum diſtributiones deficientium applicauit fabricæ, & monaſterio, attento quod conſtat in dicta Eccleſia adeſſe diſtributiones; quando verò illæ non adſunt, vel tenues ſunt, tunc locus eſt alteri decreto Concilij in *ſeſſ. 21. cap. 3. ſeſſ. 22.* Concil. Tridentin. non comprehenduntur Canonicatus & portiones, quia quando Concilium voluit illos comprehendere, ſpecificè illos expreſſit, vt in *cap. 3. ſeſſ. 21.* vbi de ſimili tertia parte fructuum diſponitur.

Congregatio Concilij cenſuit hic non derogari conditionibus in fundatione per Superiorem approbata appoſitis, & diſtributiones aſſignatas certis horis non poſſe per Epiſcopum ad alias horas applicari, in vna Mediolanenſi.

Congregatio cenſuit, quòd ſi Epiſcopus conſtituat, vt nemo ad diſtributiones admittatur, niſi fuerit examinatus, ſi talis Conſtitutio non fuit confirmata à Papa, non ligat eos qui habuerunt collationem à Papa.

Non datur facultas per Concilium partem aliquam fructuum parochialium Eccleſiarum vniendi præbendis, & diſtributionibus quotidianis ſuæ Eccleſiæ Cathedralis.

Nec poteſt ex mulctis, & pœnis quas exigi contigerit in eius Curia quæ ex hoc decreto ſunt ſoluendæ aliquam portionem Vicario ſuo aſſignare pro eius mercede, vt vigilantiùs ad inquirenda crimina perſiſtat.

Congregatio cenſuit nihil eſſe indulgendum Canonicis Florentin. licèt nobiles eſſent, vt Protonotarij, & ex parte Doctores, cauſarúmque Eccleſiaſticarum Iudices, eorúmque præſentia valdè vtilis ſit Eccleſiæ Cathedrali Florentinæ quominùs per totum annum in ſuis parochialibus reſiderent, licèt affererent redditus ſuorum Canonicatuum eſſe admodum tenues, nec excedere ſummam viginti quatuor ducatorum, & licet in dictis parochialibus vellent ponere idoneos Vicarios, vel quotannis, ſeu tertio quoque menſe viſitare perſonaliter ſuam Eccleſiam, vel per ſex menſes in eiſdem reſidere, vt fuit etiam reſcriptum Epiſcopis Verdunenſi & Maioricenſi.

Congregatio Concilij cenſuit ex hoc text. dignitates in Cathedralibus, & Collegiatis poſſe compelli ad reſidendum

perſonaliter pœnis præfixis decreto Concilij infrà *ſeſſ.24.cap.12. verſ.preterea nonobſtante*, quod voluerint amittere tertiam partem fructuum pro diſtributionibus quotidianis applicatam.

Congregatio cenſuit ſi Præpoſitura Cathedralis, à qua poſt Concilium tertia pars fructuum detracta & in diſtributiones quotidianas conuerſa proponitur, non ſit de corpore Capituli, idque ex dicta tertia parte Præpoſitus non inſeruiens amiſerit, fabricæ Eccleſiæ ſi indigeat, vel alteri pio loco arbitrio Epiſcopi eſſe applicandum, iuxta hoc decretum decima menſis Aprilis 1598.

Epiſcopo Vlixbonenſi fuit reſcriptum, Gaſparem de Faria reſidentem in Canonicatu Eccleſiæ Vlixbonenſis, non eſſe cogendum, vt reſideat in Monaſterio ſancti Petri de Aquilis Ordinis Ciſtercienſis quod obtinet in Commendam.

Congregatio Concilij cenſuit obtinentem legitimè præbendam, & parochialem ante Concilium, poſſe poſt Concilium vtrumque beneficium retinere, dummodò in parochiali reſideat, die 28. menſis Aprilis 1594. licèt enim Concilium prohibeat quod habens Canonicatum non poſſit acquirere parochialem, & contra, non tamen cogit, vt quis dimittat alterum duorum iam acquiſitorum.

Decanus deſeruiens in ſuo decanatu poteſt ex aliis Canonicatibus quos obtinuerat percipere fructus, non tamen quotidianas diſtributiones, vt reſcripſit ſacra Congregatio ad Epiſcopum Caſalen.

ADDITIO.

1 *Epiſcopi.*] Vide Rot. *diuerſ. deciſ. 325. par.* 2. & Apoſtill. *infrà ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 10.*

2 *Etiam.*] Hæc dictio implicat quod Epiſcopi de diſtributionibus quotidianis ſtatuere poſſunt auctoritate ordinaria, de qua Franch. *in cap. ſtatuimus de Cler. non reſid. in 6.*

3 *Competens ibi ſeruitium.*] Per iſta verba reſtringitur poteſtas data Epiſcopo, vt non poſſit alterare quantitatem ſeruitij, ita vt Conc. det facultatem Epiſcopo declarandi, nedum lucrandi diſtributiones per illud competens ſeruitium, & ita aliter Congregatio interpretata fuit, petente Illuſtriſſimo Card. Borromæo Seniore, vt *in lib. infor. ſupr. Concil. fol. 385.*

Iſtud cap. non tollit appellationem, vt *in d. lib. infor. fol. 384.*

4 *Amittant.*] Dantur enim diſtributiones propter intereſſentiam, & in recompenſatione ſollicitudinum diuinorum officiorum. Zabar. *conſ. 53. num. 4.* & ibi an ſint Beneficia manualia, & an duplices debeantur gerenti duplicem perſonam, vel duplex officium in Eccleſia de hoc etiam agitur Mil. *in repert. in ver. diſtributiones*, & quod ſint ſtipendium laboris, Cæſ. de Graſſ. *deciſ. 116. num. 4.*

Hinc eſt notandum, quòd diſtributiones dicuntur quotidianæ quando diſtribuantur etiam pro ſeruitio cuiuſlibet diei, nec eſt neceſſe quod ſingulis diebus diſtribuantur, ſed ſufficit quod diſtribuantur poſt longum tẽpus; ſecùs ſi diſtributio fieret per menſes, vel hebdomadas. Acchil. de Grap. *deci. 275.* quinimò ſi ſemel tantùm diſtribuerentur habita ratione horarum, idem refert. Cæſ. de Graſſ. *deciſ. 116.*

CAPVT IV.

In Cathedrali, vel Collegiata, etiam regulari mancipatus non habeat vocem in Capitulo, niſi ſit Subdiaconus. Oneribus ſubeundis per ſe infra annum ſint quique idonei. In poſterum prouiſio fiat ſolis habentibus integrè ætatem, &c.

QVicumque in Cathedrali, vel Collegiata, ſæculari, vel regulari Eccleſia diuinis mancipatus 1 *officiis*, in Subdiaconatus Ordine ſaltem conſtitutus non ſit, *a* 2 *vocem* in huiuſmodi Eccleſiis in Capitulo non habeat, etiamſi hoc ſibi ab aliis 3 *liberè* fue-

rit

rit conceſſum. Ij verò, qui dignitates, perſonatus, officia, præbendas, portiones; ac quælibet alia beneficia in dictis Eccleſiis 4 *obtinent*, aut in poſterum obtinebunt, quibus onera varia ſunt annexa, videlicet, vt alij Miſſas, alij Euangeliũ, alij Epiſtolas dicant, ſeu cantent, quocumque ij priuilegio, exemptione, prærogatiua, generis nobilitate ſint inſigniti, teneantur, iuſto 5 *impedimento* ceſſante, ß 6 *infra annum* 7 *Ordines ſuſcipere* requiſitos, γ *alioquin pœnas* incurrant, iuxta conſtitutionem Concilij Viennenſis,[a] quæ incipit. δ *Vt ij quicquam* præſenti decreto 8 *innouat*, 9 *cogántque Epiſcopi* eos diebus ſtatutis dictos Ordines per ſeipſos exercere, ac cætera omnia officia, quæ debent in cultu diuino præſtare, ſub eiſdem, & aliis etiam grauioribus pœnis, arbitrio eorum imponendis. ε *Nec aliis* 10 *in poſterum* fiat prouiſio, niſi iis, qui iam ætatem, & cæteras habilitates integrè habere dignoſcuntur: aliter irrita ſit prouiſio.

a Cap. vt ij, de ætat. & qualitat. in Clem. lib. 1. cap. 2, tit. 6.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

QVi ſunt in ſacris non poſſunt prohiberi aliquo ſtatuto, quin habeant vocem in Capitulo.

Item, Epiſcopus procedat iuxta hoc *cap. & cap.* 12. *ſeſſ.* 24. contra habentes Beneficia, dignitates, Canonicatus ſuſpenſos, & contra Canonicos, qui intra legitimum tempus ſe promoueri non fecerunt.

Item, Canònici, qui moniti recuſant ſumere Ordines ſacros debitos, debita priuari ab Ordinario.

Item, non habent vocem, neque aſſiſtentiam, neque ſedem in Capitulo; non loquitur de Monaſteriis Regularium.

Item, non ſolùm in actibus expediendis Capitulorum, ſed neque in electione nec in Synodo vocem habent.

Nota in actibus Capituli admittatur ille, qui vocem non habet, talis actus per hoc non vitiatur.

Item, ſi in fundatione Beneficij non dicitur per ſe, non tenetur ordinari; item, promotus ante ætatem habet vocem in Capitulo.

Nota Canonicus qui non habet vocem in Capitulo, poteſt optare præbendam, niſi obſtet ſtatutum, vel conſuetudo, quia non fit collegialiter.

Item, Rector qui intra annum eſt paratus, & petit ordinari, ſi Ordinarius nolit eum ordinare propter litteraturam, vel aliam cauſam, non incurrit pœnas huius Capitis.

Item, Parochus in poſſeſſione ſi moueatur lis in petitorio, non tenetur intra annum ordinari, & reſidere, vel per Vicarium.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α VOcem.] licet Canonicus qui non eſt in ſacris non habeat vocem in Capitulo; tamen ſi non admittatur ad electionem, vel ad actus Capitulares talis actus non per hoc inficiabatur, ſed hodie per hunc textum vitiatur, Felin. *in cap. cùm M. Ferrarien. num.* 34. *de Conſtit.* Pauin. *de offic. & poteſt. cap. ſed. vac. prælud.* 5. *num.* 14. *tom.* 2. *fol.* 552.

β *Infra annum.*] Iuxta *cap. præterea*, cum gloſ. *de ætat. & qualitat. cap. delectus el* 1. *de præbend. & cap.* 15. ad quem de *inſtit. lib.* 6. hinc quærebatur an poſſit præſentari, vel eligi aliquis ad Eccleſiam, vel Iuſpatronatus qui debebat eſſe Preſbyter, & non eſt actu Preſbyter, ſed intra annum poteſt ſe facere promoueri ad Preſbyteratum, & pro affirmatiua concludit Specular. *aur. quæſt.* 693. *num.* 6. *fol.* 81. Declara autem quod pœna huius Canonis præſcripta iis qui intra annum Sacerdotium non ſuſceperunt, non habet locum in Rectore qui intra annum à die adeptæ pacificæ poſſeſſionis, vel intra tempus legitimè ei prorogatum comparuerit, & ſe promoueri petierit, offerens quantum in eo erat ſe paratum Sacerdotium ſuſcipere; ſed Ordinarius noluit eum, vel per litteraturam, aut aliam cauſam promouere, & ita Congregatio

ſacra declarauit. Verùm habebit locum in eo qui obtinens parochialem Eccleſiam per prouiſionem Sedis Apoſtolicæ habet liberum curæ exercitium, & omnium bonorum, fructuum, & prouentuum dictæ Eccleſię parochiali pertinentium poſſeſſionem, licèt in limine adeptæ poſſeſſionis prædictæ mota fuerit lis per aliquem in petitorio, tamen tenetur ſe promoueri facere infrà annum lite pendente, & ad reſidendum in dicta Eccleſia, & præſuppoſito quod non teneretur reſidere, eo caſu debet deputare Vicarium idoneum, partémque fructuum ei pro ſufficienti victu aſſignare, iuxta formam Concilij, & ita cenſuit ſacra Congregatio.

y Aliaquin pœnas.] Hæ pœnæ ibi ſtatuuntur vt amittat medietatem diſtributionum quotidianarum, & ad intellectum huius, cap. vide Nauarr. *conſ.* 8. *de præbend.* in nouiter impreſſis, licet ex Concil. Mediolanenſi, *lib.* 1. *de ætat. & qualitat. cap.* 8. omnes diſtributiones amittat, nec habet vocem in Capitulo, & ita cenſuit ſacra Congregatio.

Stante priuilegio Clementis Septimi Eccleſiæ Cathedrali Venafranæ conceſſo, vt in eo recipi poſſint Canonici ſupernumerarij, qui ſolùm participant de diſtributionibus quotidianis & nullam obtinent præbendam, ſed ad primò vacaturam iuxta illorum prioritatem admittuntur.

Quæritur an illis requiratur eadem ætas quæ requiritur in cæteris Canonicis eiuſdem Eccleſiæ, vel ſufficiat quod tempore aſſecutionis præbendarum ſint in tali ætate conſtituti, vt infrà annum promoueri valeant ad illum Ordinem quem pręb enda vocatura requirit.

Pro affirmatiua quod requiratur eadem ætas dicitur, Canonicum dici non ratione præbendæ, ſed iuris Canon. ſola enim perceptio ſalarij non facit deteriorem per ea quæ allegat gloſſ. *in cap. cum M. in ver. receperint de conſt.* quinimò etiam ſupernumerarius aſſequendo præbendam non aſſequitur nouum Canonicatum, Cardinal. in Clem. *final. quæſt.* 7. *de præbend.*

Hinc eſt quòd talis Canonicus cum ſola perceptione diſtributionum vſque ad aſſequutionem præbendæ interim eſt verus Canonicus, & debet habere ætatem, & alias habilitates requiſitas in Canonicis, argum. *cap. dilectus, il* 1. *de præbend. & cap.* 15. *ad quem, de inſtit. lib.* 6. *cum ibi not.* per quæ iura Abb. *in cap. præterea, de ætat. & qualitat. ſub num.* 6. & Gemin. *in dicto cap.* 15. ad quem propè fin. *ver. quæ ætas ſufficiat*, tenent quod certa ætas, ſicut in hoc caſu requiritur per Concilium, non ſufficere ſi ſit in tali ætate, vt infrà annum poſſit Ordines ſuſcipere requiſitos; ſed quod fuerit habilis tempore prouiſionis, & ita ſentiunt. Ioann. Andr. & Ancaran. *in d. cap.* 15. ad quem, habet quoque talis Canonicus vocem in Capitulo, quia præſumitur habilis, iuxta *cap.* 4. *ſeſſ.* 22. Concil. Trident. & conſequi poteſt diſtributiones, & alia iura veris Canonicis competentia, iuxta Innoc. *in cap. cum M. colum.* 2. *verſic. ſed quæritur, de Conſtitut.*

Propoſito caſu in Cõgregatione 13. Martij 1603. fuit réſolutũ quod tempore receptionis dicti Canonici poſſunt admitti in anno 14. ſed adueniente tempore præbendæ debent eſſe in ætate integra quam præbenda requirit, nec admittitur in tali ætate, vt infrà annum poſſit promoueri per iura ſupradicta.

z Vt y qui.] Quia Clem. *vt ij de ætat. & qualitat.* habet locum in Cathedralibus & Collegiatis inter Canonicos & alios clericos ſæculares tantùm, viſum eſt Illuſtriſſimis Cardinalibus Congregationis ſacræ Concilij, ſub die calend. Septembris 1570. textum hunc non habere locum in regularibus Monaſteriis, vt niſi ſint in ſacris non habeant vocem in Capitulo, & diſpoſitio huius Capituli reſtringitur tantùm in Cathedralibus, & Collegiatis ſæcularibus, contra ea quæ ſcribit Silueſt. *in ver. electio primo, num.* 3. *in fin.* vbi extendit Clement. vt habeat locum, & in regularibus, licèt aliter ſentiat Tabien. *in ver. elect.* 1. *num.* 5. *verſ.* nota quod eſt magna dubitatio.

Quid ſi ex fundatione non appareat de voluntate diſponendi, tunc in talibus beneficiis nõ requiritur Ordo ſacer, nec ætas ſacris Ordinibus deputata, vt per Roch. de Curt. *de Iurepatronat. in ver. honorificum, num.* 21. cui adde Lap. *alleg.* 5. *num.* 8. & *allegat.* 116. *& ſeq.* Cardin. *conſ.* 3. ſequitur Rebuff. *in prax. benef.* de non promouendo infrà annum, *num.* 17. 61. *&* 62. & ad effectum iſtius text. qui promotus eſt ad ſacros, licèt promotus ſit ante ætatem, debet tamen habere vocem in Capitulo, optare domum, vel præbendam, dummodò ſibi non obuient

uient Eccleſiæ ſtatutum, vel conſuetudo, cùm iſti actus non ſint Collegialis, & competat ex Canonica,non ex voce Capituli, ſicut poteſt delegatus dari, Pauin. *de poteſt.cap.ſed.vacan.prælud.5. num.* 14. & ibi vide quod poteſt alia plura facere.

1 *Nec alius in poſterum.*] Quia Diaconi, Subdiaconi,vel Preſbyteri ſunt, petúntque admitti ad Cathedralis Eccleſiæ Canonicatus, ipſis à Sede Apoſtolica in forma dignum collatis, & cùm Ordinem habent quem dicti Canonicatus requirunt, non opus eſt quod examinentur cauſa explorandi eorum litteraturam. Illi verò qui ſacros nondum ſuſceperunt Ordines examinandi an illam doctrinam habeant quæ ex præcepto Concilij Tridentini neceſſaria eſt ſacro illi Ordini, qui Canonicatui quem conſequi volent, erit annexus. Qui autem ſunt in ſacris & maximè Preſbyteratus ordine, nullo ſtatuto iure prohiberi poſſunt quin vocem in Capitulo habeant. Canonici autem qui Ordines ſacros debitos poſt monitionem ſuſcipere recuſant,ab Ordinario priuari.

Capitulum non poteſt vocem dare ei qui non eſt in ſacris, ex *ver. huius textus etiam hoc ſibi,&c.* Nauarr. *de cleric.non reſident.conſ.7,in fin.*iuxta Clemen. *vt ij qui de ætat.& qualitat.*Silueſt.*in ver. electio num.3. in fin.*

ADDITIO.

1 *Officiis.*] In his qui diuinis officiis non ſunt mancipati, non eſt idem, vt in Religioſis, & Monialibus, Zabar. *in Clem. vt hi,num.5.& 6.de ætat.& qualit.ordin.*

2 *Vocem.*] Hoc videtur intelligendum in alienationibus, & aliis cõmunibus tractatibus, ſecùs in his, quæ non collegialiter, ſed vt à ſingulis expediuntur, vt aliquem facto recipere ad Canonicatum,vel optare domum, vel præbendam, aut delegatione ſibi facta à Papa; Ita enim declarat Clem. vt ij, qui hic Innona. cum Archid. *ibi num. 3.de vit. & honeſt. Clericor.* in Clem.in his enim ſeruatur conſuetudo,vt ibi,vide Abb. *in cap.ſi extirpandæ,§.qui verò num.1.de præbend.*refert Euchar.*lib.1.cap. 3. in fin.ſuarum inſtit.*

3 *Liberè.*] Nota quod inhabilitas vocis prouenićs ex defectu ſacrorum Ordinum non poteſt remitti ab aliis habentibus,Zabarell.*in d.Clem.vt hi,*& hoc quia ſiunt inhabiles ſimpliciter, ſecùs ſi inhabilitarentur fauore habilium, *num.* 14. hîc autem conſtitutio trahitur ad præterita,quia concernit id,quod eſt productiuum plurium effectuum. Zabar.*in d.Clem.vt hi, num.2.in fin.*quod trad.Capr. *in reg.6.num.* 53. Limitat Regulam, quod conſtitutio non trahit ad præterita, quando diſponit ſuper habentibus tractum ſucceſſiuum.

Amplia vt nec etiam poſſit habere vocem, vt Procurator alterius. Zabar. *ibi num.15.*

4 *Obtinent.*] Quando procedat quod Clericis aſperior vita indicatur. Zabar. *in d.Clem.vt hi.*

5 *Impedimento ceſſante.*]Impeditis autem quantum temporis eſt reſtituendum, Nauarr.*conſ.* 1. *de tempor. ordin.* vel quod tantùm quantum, impediti fuerint. Et aduertendum eſt non eſſe iure cautum, neque hoc Conc.intra quod tempus Prælatus Eccleſiæ Collegiatæ debeat fieri Preſbyter, Nauarr.*conſ.3.de temp.ord.*

6 *Infra annum.*] Similis dilatio conceditur Parocho, quæ quidem currit non à die electionis, ſed à die prouiſionis Apoſtolicæ,vt Congregatio cenſuit 13.Nouembris 1597.

De anno Parochis indulto eſt *text. in c. licet, de elect.in 6.* & ibi gloſ.dicit quod ab Epiſcopo prorogari non poteſt.

Notandum tamen eſt, quòd Parochus non ordinatus vniatur triennali,ſecundùm Sarn.*de trien.quæſt.*10.*verſ.ſecundus.*

Maior tamen habilitas requiritur in beneficiis curatis, quàm in præbendis Sacerdotalibus,gloſ.*in c.ei,cui in verbo Sacerdotali,de præbend.in 6.*Mandoſ. *de ſign.grat. tit.de diſpenſ. num. clam etiam*, vbi concludit ad præbendam Sacerdotalem poſſe diſpenſari in 18. anno.

Et de eo, qui obtinuit Beneficium Curatum, quod tenetur intra annum ſe promoueri facere, & quando negligens priuetur ipſo iure, vel monitione præcedente Mileſ. *in verb. Curatum Beneficium obtinens, fol.* 94. & ibi quod non procedit in Cura iuriſdictionali,in quo ſufficit ordo Diaconatus.

7 *Ordines ſuſcipere.*] De diſpenſatione de non promouendo, vide Mandoſ. *de ſignat.grat.tit.de diſpenſ.cir.fin.*

tantùm de diſpenſationibus, non tamùm matrimonialibus, ſed ex alia quacumque cauſa. Vbi autem ageretur de aliis prouiſionibus Apoſtolicis per quas aliqui intendunt ſubterfugere pœnas ab Epiſcopo ſibi infligendas procedit text. *in cap. 5. ſeſſ. 13.* qui text. reſtringitur ad Epiſcopos reſidendi fauore reſidentiæ, quæ poſſunt de ſubreptione, & obreptione reſcriptorum Apoſtolicorum cognoſcere, & gratiam non admittere ad quod vide Theſaur. vbi *ſuprà num. 55.*

β Ordinariis.] Sed quæſitum fuit an poſſint Ordinarij earumdem diſpenſationum cognitionem, ſeu proceſſum faciendum committere Vicariis eorum foraneis, & videtur quod ſic, quia hoc caſu ſunt delegati Principis, ergo poſſunt ſubdelegare, *cap. paſtoralis*, vbi Abb. *num. 6. de offic. deleg.* & hæc facultas tribuitur ipſis à lege etiam in criminalibus. Dec. *in l. 1. num. 84. ff. de offic. eius in manda.* Item Lap. *alleg. 45.* diſtinguit inter Legatum, & Ordinarium, vt ille non poſſit, iſte poſſit; Hoſtien. tamen diſtinguebat dicens quod qui iure ordinario poteſt abſoluere, is etiam poteſt committere abſolutionem, quod ſecùs eſt ſi ex communione ſibi competat, in Summ. *de offic. ordin. §. quid pertinet, propè fin.* ſed Soccinus concludit delegatum etiam Principis non poſſe ſubdelegare, ſed ſibi ſit onerata conſcientia, neque cognitionem quidem Soccin. *conſ. 95. volum. 1. colum. 3.* Sed propoſito hoc dubio in Congregatione Illuſtriſſimorum interpretum Concil. fuit per eos concluſum, quod delegatus poſſit ſubdelegare in omni caſu, qui committatur ipſi in forma dignum, etiamſi eiuſdem conſcientia oneretur per Doct. Abb. *in cap. final. num. 7.* vbi Felin. *num. 6. de offic. deleg.* & fuit allegata deciſio Rotæ 18. *de conceſſ. præbend. in nou.* Sed ſi bene legatur. Felin. diſtinguit quod aut conſcientia oneratur ad tenorem delegationis loco monitionis, & poteſt ſubdelegare, aut ad deciſionem, & non poterit, & vide in dicta deciſ. Rot. in fin. quia multi tenuerunt contrarium.

γ Gratioſè.] Gratioſum eſt reſcriptum Papæ, in quo ſufficit pro ratione voluntas, etiam quando fit ſine cauſa, iuxta gloſ. *in cap. ſi gratioſè, in verb. à Romano, de reſcript. in 6.* ſed non per hoc tollitur clauſula ſi preces veritati nitantur, quæ ſemper ineſt in ventre ſupplicationis, & reſcripti, *cap. 2. eod. tit. de reſcript.* & idcircò in diſpenſatione gratioſè, & ſine cauſa obtenta poterit Epiſcopus examinare an veritas ſit expreſſa in narratione: ſed an Princeps diſpenſando ſine cauſa, ſeu ſubditus petendo diſpenſationem ſine cauſa peccent, & dic quod ſic in foro conſcientiæ, vt per Nauarr. *in ſumm. prælud. 9. num. 11.* licèt ſubditus non peccet faciendo id quod ſuper quo eſt diſpenſatus, & faciendo gratiam cenſetur diſpenſare ſuper inhabilitate, non tamen Epiſcopus, Nauarr. *par. 1. conſ. 59.*

In gratioſis ſubreptio facit actum ipſo iure nullum, Verall. *par. 1.* Dec. *7. num. 2.* & *dec. 135. par. 2. deciſ. 49.* Item clauſula quod actus non poſſit impugnari de ſubreptione eſt odioſa, & ideò reſtringenda. Rot. Verall. *dec. 128.*

Quod ſi Papa committit Ordinario diſpenſationem an ante decretum Ordinarij dicatur quis diſpenſatus, ita vt poſſit beneficium obtinere, & pro negatiua, vide Nauarr. *par. 1. lib. 1. de ætat. & qualitat. conſ. 3. in princ. & de tempor. ordin. conſ. 39.* Sed an incurrat pœnam Extrauag. Pij II. dic etiam negatiuè, vt ibidem.

Item, ex clauſula, *ſi ita eſt mandatum*, redditur conditionale, vel conſideratis conſiderandis, Rot. Verall. *par. 1. deciſ. 273.* ideò narratiua eſt verificanda, ibidem *deciſ. 274.*

δ Subreptionis.] Dummodò ſubreptio fiat circa ea ſuper quibus ſe fundat Papa: nam circa aliam non attenditur falſitas, Lap. *alleg. 3. in fin.* tunc enim ſubreptitiæ litteræ ſunt ipſo iure nullæ, cum id ſupprimitur, quod ſi fuiſſet expreſſum, Papa gratiam veriſimiliter non feciſſet. Abb. *in cap. Conſtitutus*, & *cap. ſuper litteris.* Felin. *in cap. cum ad audientiam 1. 2. num. 22. verſ. amplio, 3.* & *in cap. in noſtra, num. 9. de reſcript.* Oldrad. *conſ. 81.* quando diſpenſatio ſit odioſa, vel fauorabilis, Rot. Aldobrand. *par. 1. deciſ. 240.* & *deciſ. 533.* & quod ſit odioſa, Verall. *par. 1. deciſ. 8. num. 5. & ſeq. & 145. & 372.*

Reſcriptum autem ſubreptitium dicitur quando aliter exponitur quàm ſe habet, Rot. Blar. *par. 1. deciſ. 275.* & ex defectu intentionis Papæ gratia eſt nulla etiamſi motu proprio ſit conceſſa. Rot. *par. 1. diuerſ. dec. 526. per tot.* Ipſum etiam decretum ſubreptitium, vel ex falſa cauſa eſt nullum, *deciſ. 529.* limita *par. 3. lib. 3. deciſ. 622.* Rot. Verall. *par. 1. dec. 310.*

ADDI

CAPVT VII.

In appellationibus, &c. ſeruetur tenor cap. Romana, in 6.

LEgati; & Nuncij Apoſtolici, Patriarchæ, Primates, & *α Metropolitani* in *β appellationibus* ad eos interpoſitis, in quibuſuis cauſis, tam in admittendis appellationibus, quàm in concedendis inhibitionibus poſt appellationem, ſeruare teneantur formam & tenorem ſacrarum [a] conſtitutionum, & præſertim [b] Innocentij IV. quæ incipit, *γ* 1 *Romana* : *δ quacumque conſuetudine*, etiam immemorabili, aut ſtylo, vel priuilegio, in contrarium non obſtantibus: aliter inhibitiones, & proceſſus, & inde ſecuta quæcumque ſint ipſo iure nulla.

a In Concil. Lugdun.
b ca. Romana, de app. in 6.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

C Romanũ de appellatione debet etiam ſeruari in appellationibus ad Sedem Apoſtolicam.

Item, per hoc decretum non intelliguntur ſententiæ latæ ab Ordinariis inferioribus, vt earum appellationes deuoluàrur ad Epiſcopum, ad quem ceſſante exemptione deuoluerentur.

Item, Auditores & Delegati, quibus commiſſum eſt poſſe cognoſcere cauſas appellationum, ab Ordinariis ad Sedem Apoſtolicam debent ſeruare hoc decretum ſuper inhibitionem, iuxta formam, *cap. Rectè de appellat. in 6.*

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α M*Etropolitani.*] In quibuſdam caſibus Archiepiſcopus procedere poteſt contra ſubditos Suffraganeorum ſine appellatione, & tunc non habet locum, *cap. Romana prax. in ver. appellatio, verſ. ad* 13. per gloſ. *paſtoralis, in ver. exceptus de appellationib.* Sed Menoch. *tom. 7. conſ. 5. num. 5.* tenet contrarium, An Archiepiſcopus ſit Iudex competens inter Suffraganeos, & pro affirmatiua, vide Prax. *appellatio, verſ. ad* 16. latè per Quarant. amicum meum *in compend. Bull. de Archiepiſc. auctor. num. 18. fol. 57.*

β Appellationibus.] Quando appellatio excommunicationis exequutionem ſuſpendat, Prax. Epiſcop. *in ver. appellatio verſiculo ad* 14.

γ Romana.] *Cap. Romana, de appellat. in 6.* ſeruari debet in appellationibus ad Sedem Apoſtolicam interpoſitis, & ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum appellatur etiam in temporalibus, niſi pro feudo, Prax. *in ver. Epiſcopus, quæſt. 6.*

δ Quacumque conſuetudine.] Quid ſi derogaſſet conſuetudini cuicumque, non tamen expreſſiſſet de immemorabili, vt infr. *ſeſſ. 24. cap. 20. in fin.* vbi not. dic quod non veniret immemorabilis, quia Concilium quando voluit, expreſſit, vt hic, & per derogationem conſuetudinis de iure non venit immemorabilis, Affiic. *deciſ. 254. propè fin.* Couarr. *lib. 3. var. reſolut. cap. 33. num. 5.* etiamſi per viam legis derogetur, Tiraq. *de retract. conuention.* §. 1. gloſ. 2. *num.* 23. & ita per binas reſolutiones factas in Rot. cenſuit Congregatio ſub die 4. Iunij 1573. vide quæ ſcripſi, *ſeſſ. 24. cap. 4. in fin.*

ADDITIO.

1 *Romana.*] In *cap. Romana de appell. in 6.* habetur, Epiſcopus, & eius Vicarius generalis, ſeu Officialis idem faciunt conſiſtorium, & ideò à Vicario, ſeu Officiali appellatur non ad Epiſcopum, ſed Archiepiſcopum, §. *ab Archidiaconis*, ſed ab inferioribus Epiſcopo appellatur ad Epiſcopum non ad Archiepiſcopum, niſi obſtet priuilegium Metrop. §. *cum autem.* Archiepiſcopus ante diffinitiuam appellationis cauſam non committit, neque partes citet,

niſi exprimatur cauſa appellationis, §. *ſi verò.* ſi auditis potiùs conſtet, aut non fuiſſe appellatum, aut id factum poſt decem dies à lato decreto, vel aliquid ſimile, quare ſi cauſa deuoluta eſt non impediunt executionem iudicis à quo, §. *quod ſi obiiciatur ante ſententiam fuiſſe appellatum*, & ex eo appellantem non eſſe audiendum non inhibuit Archiepiſcopus, niſi incipiat cognoſcere an appellationis cauſa vera ſit, §. *ſi autem*, ſi poſt ſententiam obiiciatur appellatum eſſe à ſententia ſuper notario, & manifeſtò lata poſtquam cognoſcere cœperit Archiepiſcopus. Vtrum appellatio admittenda ſit, poterit Suffraganeo inhibere. §. *in alium*, Archiepiſcopus in aliis cauſis extra eam de qua appellatum eſt, non poteſt cum ſubditis Suffraganei ſe intromittere, §. *debet*, ſi Epiſcopus habeat temporalem iuriſdictionem in his cauſis ab eo appellatur ad Archiepiſcopum, niſi obſtet conſuetudo, aut priuilegium, §. *ſententiarum.* ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, niſi cognita cauſa, & auditis partibus, §. *tum autem*, ſi cauſa cognita videat Archiepiſcopus malè fuiſſe appellatum Suffraganeo cauſam remittere non poſtponat.

CAPVT VIII.

Epiſcopi pleniſſimè videant pias omnes diſpoſitiones, quorumcumque Collegiorum, exceptis iis quæ ſunt ſub immediata regum protectione, non obſtantibus, &c.

1 EPiſcopi [a] etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ α *delegati*, β *in caſibus à iure conceſſis* omnium piarum diſpoſitionum, tam in vltima voluntate, quàm inter viuos, ſint γ *executores*; habeant ius viſitandi δ *Hoſpitalia*, Collegia quæcumque, ac ε 2 *Confraternitates* laïcorum, etiam quas 3 *ſcholas*, ſiue quocumque alio nomine vocant: non tamen, quæ ſub Regum ζ *immediata protectione* ſunt, ſine eorum licentia: eleemoſynas Montis Pietatis, ſiue Charitatis, & 4 *pia loca* omnia, quomodocumque nuncupentur, etiamſi prædictorum locorum cura ad laïcos pertineat, atque eadem pia loca η *exemptionis* priuilegio ſint munita; ac omnia quæ ad Dei cultum, aut animarum ſalutem, ſeu pauperes ſuſtentandos θ *inſtituta* ſunt, ipſi ex officio ſuo [b] iuxta ſacrorum Canonum ſtatuta ι *cognoſcant*, & exequantur: non obſtantibus, κ *quacumque conſuetudine*, etiam immemorabili, priuilegio, aut ſtatuto.

a Clem. quia contingit, de rel. dom.

b ca. tuta, & c. Ioannes de teſtam.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

EPiſcopus eſt executor omnium piarum voluntatum in locis piis, niſi in fundatione confirmata per Sedem Apoſtolicam, aliter diſpenſetur, ſed in caſu negligentiæ ſemper eſt executor, *cap. tua nobis, de teſtam.*

Item, Ordinarius poteſt viſitare, & corrigere Hoſpitalia etiam priuata, in his tantùm, quæ pertinent ad obſeruantiam voluntatis fundatorum.

Item, Ordinarius poteſt viſitare Hoſpitalia, quæ miniſtrantur à laïcis, & ſunt ſub poteſtate Ducum, ſi aliàs erant Eccleſiaſtica, & Epiſcopus poteſt exequi in eis, quæ in hoc cap. dicuntur.

Item, per hoc decretum non eſt denegatum locis piis quæ in eorum ſundatione fuerunt exempta ab Ordinario.

Item, Legatarij poſſunt cogi ab Epiſcopo ad ſoluendum legata relicta à Teſtatoribus, iuxta hoc capit. etiamſi ſint Officiales ſancti Officij, & ob id exempti à iuriſdictione Ordinarij. Idem de aliis exemptis.

Item, per hoc cap. licèt Epiſcopus poſſit viſitare Hoſpitalia, & loca pia, tamen non excluditur, quin iudicationes ſæculares viſitent,

viſitent, ſi hoc eis aliter legitimè competebat.

Item, Epiſcopus non poteſt viſitare Hoſpitalia, Heremitoria, & Confraternitates Religionis Hieroſolymitanæ, niſi occaſione Sacramentorum, quæ ibi miniſtrantur.

Item, Epiſcopus Cappellas Confraternitatis laicorum in Eccleſiis Regularium erectas poteſt viſitare, vt cogat adminiſtratores ad reddendum computum.

Item, Epiſcopus poteſt viſitare loca pia, licèt non ſint inſtituta auctoritate Epiſcopi.

Item, vbi eſt talis conſuetudo, inferiores cum Epiſcopo poſſunt cognoſcere executionem piarum voluntatum.

Item, vbi eſt talis conſuetudo Sacerdos Hoſpitalis poteſt miniſtrare Sacramenta pauperibus ibi degentibus ſi eſt approbatus ab Ordinario, & eoſdem ſepelire abſque interuentu Parochiali.

Nota de Hoſpitalibus ſub poteſtate Regis mediatè, vel immediatè, & Diœceſani ſine auctoritate Epiſcopi an poſſit viſitari ab Epiſcopo. Vide ibi Facchinettum, & an viſitando poſſint condere ſtatuta. Vide ibidem.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α D*Elega. i.*] Vbi viſitatio, vel exequutio competeret iudicibus ſæcularibus, poſſent etiam iſti, vti delegati hoc facere, Prax. *in ver. Hoſpitale, quæſt. 3.* de quo valde dubito.

β *In caſibus à iure conceſſis.*] Nempè ob negligentiam, & dilapidationem bonorum, vtque teſtatoris voluntas ſeruetur, iuxta hoc decretum; poteſt etiam Epiſcopus cogere hæredes ad ſoluendum legata, etiam vt Sedis Apoſtolicæ delegatus, etiamſi ſint Inquiſitores, vel publici Profeſſores, Theſaur. For. Eccleſiaſt. *par. 2. cap. 18. num. 82.*

γ *Exequutores.*] Vt in authent. *de Eccleſ. tit. §. ſi quis autem*, pro redemptione facit Cap. *ad hæc*, & ibi *not. de relig. domi.* Hæc autem facultas exequendi tranſit in Epiſcopum, etiam infra annum quando exequutor bis monitus vltimam defuncti voluntatem exequi diſtulerit, Bart. *conſ. 112. lib. 2.* & quid in relicto alimentorum, vel non ad pias cauſas, vide per Couarr. *tom. 1. cap. 3. num. 4. & ſeq. fol. 44. in cap. ſi hæredes*, & quid ſi Epiſcopus ſit negligens per annum an detur deuolutio ad Archiepiſcopum, & pro affirmatiua, Boer. *par. 1. deciſ. 39. num. 15.*

Epiſcopi ſunt exequutores vltimarum voluntatum, & fundatorum, & iuriſpatronatus, etiamſi inſtitutio ad inferiores pertineat, Bald. *conſ. 35. voluntas teſtatoris, lib. 4.*

Item, mortuo exequutore ſuccedit Epiſcopus, non hæredes, quia eſt electa induſtria perſonæ, Bald. *conſ. 39. lib. 6.* Caſtr. *conſ. 456. lib. 2.* Alex. *conſ. 206. num. 6. lib. 6.*

Teſtatore autem deputante exequutores, & prohibente ne Epiſcopus ſe ingerat in dicta exequutione, verior eſt opinio quod Epiſcopus abſtinebit, gloſ. *in cap. fin. de teſtam. lib. 6. in ver. ſi expreſſerit*, Alex. *conſ. 206. num. 7. & 7.* vide Federic. de Sen. *conſ. 293. factum tale.*

δ *Hoſpitalia.*] Conſtructa, auctoritate Epiſcopi, & ſic religioſæ ſubiiciebantur viſitationi ipſius, vt *in cap. quia Monaſterium de relig. dom.* ſed ſi fuerint ædificata ſine Epiſcopi auctoritate non debet Epiſcopus ſe in his immiſcere, Abb. *in cap. de Xenodochiis, eod. tit.* quia patronorum hoc ius eſt, vt not. Innoc. & alij in *cap. inter dilectos, de donat.* Pariſ. *conſ. 34. num. 37. tom. 4.*

Quod autem limitatur hoc iure, vt hîc dicitur, etiamſi talis cura ad laicos pertineat, ſed eo caſu viſitationis vocabulum refertur ad expreſſa in hoc *text. circa fin.* vt ſcilicet Epiſcopus reformare iubere, exequi, iuxta perſcriptam voluntatem eorum qui Hoſpitalia inſtituerunt, non autem ipſe noua ſtatuta condere, vel eorum quæ à fundatore conſtituta ſunt, aliquid immutare, iuxta *cap. tua nobis, & cap. Ioann. de teſtam.* ad quæ ſe refert Concilium ibi cognoſcant, & exequantur, eſt enim relatum in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, Curt. Iun. *conſ. 115. num. 21.* aliàs vbi hoſpitale eſſet Eccleſiaſticum latiùs pateret viſitationis vocabulum, vt *not. in fin. huius text.* Quædam enim ſigna ſunt ad cognoſcendum quando ſit laicorum, vel Eccleſiaſticorum, puta celebratio Miſſæ, & diuinorum officiorum Altaris, Campanæ, cœmiterij, ſepulturæ, & ſimilia, vide per Federic. de Sen. *conſ. 150.* & in hanc ſententiam ſacra Congregatio reſcripſit ad Illuſtriſſimum Cardinalem ſanctæ memoriæ

Digitized by Google

Borromeum Archiepiſcopum Mediolanenſem volentem pleno iure viſitare Hoſpitale ſanctæ Mariæ Triuilij, quod ex fundatione ad laicos pertinet ſub die 17. Martij 1575. declarando alias litteras eidem datas ſub die 17. Februar. eiuſdem anni.

Iterum Congregatio etiam cenſuit quod Hoſpitalia in quibus ſunt Eccleſiæ, vel aſſiduè diuina officia celebrentur, & bona eorum, vel earum reſpectiuè ſunt implicita, debent ab Ordinariis viſitari.

Iterum Congregatio cenſuit Epiſcopos poſſe viſitare omnia Hoſpitalia, & pia loca quomodo nuncupentur, etiamſi ſint priuata laicorum, corrigere, & reformare, niſi adhuc viuat fundator, quia poteſt eum pœnitere, Prax. Neap. *lib.1.cap.17.* ſed procurationem non exigit, *ibidem fol.*102.

Poteſt etiam Epiſcopus adminiſtratores locorum piorum, ſi malè ſe gerant, etiamſi laici ſint, priuare illo officio, Prax. Neapol. vbi ſuprà, *in fin. fol.* 103. & ſi debitores ſint, poteſt eos compellere ad reddendum rationes, *cap.21. ſub num.*2. Nec obſtant Conſtitutiones Regni, *omnis prædator*, & finis præcepti charitatis, quia procedunt de facto, & non quando Epiſcopus procedit de iure, *ibidem fol.*111.

Poſſet Epiſcopus quandoque pluries in anno rationes adminiſtrationis exigere, quando non fuiſſet facta plena redditio rationum, & reſtitutio, Prax. Neapol. *cap.* 21. *num.*3.

Licèt hoc decretum concedat facultatem Epiſcopis viſitandi Hoſpitalia, & cætera pia loca, non excluditur tamen quin etiam iudices ſæculares ſimul cum ipſis viſitare poſſint, ſi alias hoc eis legitimè competit, per Conſil. Nauarr. *quæſt.1.lib.1. de offic. Ordin. conſ.*1.

ι *Confraternitates.*] De reformatione Archiconfraternitatum, & Confraternitatum Vrbis, & totius Orbis, tam quoad Indulgentias, quàm quoad eorum ſtatuta, & Capitula, Clemens Octauus, Conſtitutionem edidit quam ſequutus eſt poſtea S. D. N. Paulus Papa V. & eum refert Quarantig. *ver. Confraternitates, fol.*201. *& ſeq.*

Epiſcopi poſſunt viſitare Confraternitates laicorum exiſtentium intra Eccleſias regularium, Prax. Neapol. *cap.21. in princip.* Non tamen poſſunt Epiſcopi cogere Confraternitates laicorum accedere ad publicas proceſſiones. Quarantig. ex Congregationis ſententia *in ver. præcedentia, fol.* 398. & de poteſtate quam habent ipſi Epiſcopi viſitandi Confraternitates, & pia loca. Idem Quarantig. *in ver. alieno ſub nu.* 35. *fol.*22. *verſ. & quoniam.* Theſaur. *par.2. cap.* 29. *num.*21. *& ſeq.*

An Confraternitates laicorum ſint Corpora, vel faciant Collegium, & an in temporalibus ſubſint iudici temporali, in ſpiritualibus verò Epiſcopo, vide per Nauarr. *de offic. ordin. conſ.*5. *per tot. in nou. impreſſ.* & dic affirmatiuè quoad actus ſpirituales, & Eccleſiaſticos, ibidem, *num.* 5. *&* 6. & an ſi ſit mixti fori poſſit viſitari in his caſibus, dic quoad Hoſpitale merè laicale poſſe in regno Neapolitano dari locum præuentioni, Prax. *Epiſcop. Hoſpitale, ver. Tertium dubium, fol.*116. ſed Prax. Neapolit. *lib.1. cap.* 21. ſecùs ex hoc text. & bene, & Archiepiſcopum poſſe viſitare Eccleſias Regularium, vt ſuprà dictum eſt, Confraternitatem Roſarij & alias, & non obſtantibus priuilegiis exemptionis, poteſt eas cogere ad reddendum rationes, quibus per Concilium hic derogatur, Prax. Neapol. *lib.1. cap.21. in princ. fol.* 109.

Electio Officialium inter Confratres pertinet ad eoſdem, non autem ad Epiſcopum, prout cenſuit ſacra Congregatio.

ζ *Immediata protectione.*] Per hæc verba cenſuit ſacra Congregatio quod Hoſpitale Mediolanenſe, non eximitur à viſitatione Ordinarij, quia Ducatus Mediolanenſis non eſt ſub immediata protectione Regis, ſed media; ipſe namque Rex illum poſſidet non vt Rex, ſed vt Dux Mediolani.

Iterum fuit reſolutum non comprehendi hoc decreto omnia Hoſpitalia quæ ſunt in eorum ditionibus, & regnis, ſed illa tantùm quæ expreſsè reperiuntur eſſe ſub Regum protectione.

Sacra Congregatio iterum cenſuit ſi Epiſcopo aliquod Hoſpitale viſitare volenti, iuxta hunc textum, apponatur exceptio, quod ſub immediata Regum protectione, exiſtat vtique non ad ſæcularem Iudicem, ſed ad ipſummet Epiſcopum talis exceptionis cognitionem, & definitionem pertinentem. Antonius Cardinalis Caraffa.

η *Exemptionis priuilegio.*] Hinc videtur quod poſſint etiam viſitare Hoſpitalia, & pia loca ſancti Ioannis Hieroſolymitani, vt habetur in *Clem.2.§. præmiſſa de relig. dom.*

θ *Inſtitu*

t Inſtituta.[*Cap. tua nobis,* & *cap. Ioannes, de teſtament.*

s Cognoſcant.] Si poſſunt viſitare, quæritur an poſſint condere ſtatuta ad reformationem dictorum Hoſpitalium, vel laicorum pertinentia, & Congregatio ſub die 11. Februarij 1574. cenſuit, quod ſic, quia præſuppoſita facultate viſitandi venit correctio,& reformatio, & per conſequens venirent ſtatuta,& ordinationes quę fiunt ad corrigendum & reformandum, quoniam principali conceſſo omnia concedi videntur quæ inde neceſſariò ſequuntur,*leg.plerumque,* & *l. acceſſorium, de regul. iur.l.ad rem mobilem, & rem legatam,de procurat.*Viſitator præterea habet Iuriſdictionem, *cap.cenquerente, & cap.dilectus,de offic. Ordinar.*ergo poteſt condere ſtatuta, ſicut poteſt quilibet habens iuriſdictionem, *not. in l.Imperium, de iuriſdict.omn.iudic.* & hoc innuitur ex *verb.Concil.ſeſſ.24.cap.3.*ibi *viſitationum autem omnium, &c.* Cætera prout locus,tempus, & occaſio ferret ex viſitantium prudentia ad fidelium fructum conſtituere.

u Non obſtantibus quacumque conſuetudine.]Fuit dubitatum an Epiſcopi ſie ſint piarum exequutores diſpoſitionum per hunc textum, vt Archidiaconi, & Diaconi, & cæteri inferiores non poſſint de eis cognoſcere, etiam immemorabilem, & reſpondetur negatiuè, quia conſuetudo immemorabilis præſtat iſtis inferioribus vim conſtitutionis Principis, & pacti, ac ſi de conſenſu partium tale ius ſtatutum fuiſſet, Pariſ.*conſ.*101.*num.* 24. *vol.* 1. Rol. *conſil.66. num.*43.Tiraq.*de retract. conuent.*§. 1. *gloſ.*2. *num.*25.Non obſtante modo hęc derogatio immemorabilis, quia textus hic procedit ne Epiſcopus impediatur vti iure ſuo à quacumque etiam immemorabile conſuetudine, ſicut olim de iure communi, nec ab ipſo teſtatore prohiberi poterat,*cap.tua nobis,*vbi *not.de teſtam,* non autem vt tollat priuatiuè ius aliorum ab immemorabili acquiſitum. Bene verum eſt, quod cumulatiuè procedere poterit, ſicut dictum eſt infrà *ſeſſ.*24.*cap.*3.*de viſitatione,*vt per Felin. *in cap.paſtoralis,ſub num.*2. *verſ.* 3. limit. de *offic. deleg.* & ita cenſuit ſacra Congregatio ſub die 16.Iulij 1587.

ADDITIO.

1 *Epiſcopi.*] Vide Anib. Rocch.*de viſit. fol. 66.* Procedit etiam in Abbate habente iuriſdictionem Epiſcopalem, vt per Flor. Diaz. *var.quæſt.lib.*3.*quæſt.*23.*ſub num.*22.vbi allegat Pariſ.*conſ.*34.*lib.* 4.

2 *Confraternitates.*] Confraternitates ergo non videntur Collegia,vel Corpora, & an laicales,vel Eccleſiaſticæ,& quod Confraternitates geſtantes habitum à laicis diſtinctum, ſeparatumque à laicis, cum Cruce in publicis proceſſionibus incidentes quoad perſonas contractus,& delicta, & bona tàm propria quàm Congregationis temporalia ſubiiciantur iudici ſæculari, quantùm verò ad ſpiritualia Epiſcopo.Nauarr.*conſ.*5.*de offic.ordin.*

Et quantùm hic text.nihil addit iuri antiquo, vt in declaratione ſacræ Congregationis, hìc videndus eſt text. in Clem. *quia contingit de relig. domib.* & Dec. Rot. *in ver.viſitatio,* & *in ver. Confraternitas,* & ibi dicit quòd ſunt laicales, non Eccleſiaſticæ, quia Confraternitates maiori ex parte ſunt laicales,quod ſequiturRota *dec.* 574.*par.*1.vbi amplia etiam ſi ſint ſub inuocatione Sancti, etiam ſi habeant Campanile, & Campanam,etiam ſi adhæreat alicui Eccleſiæ, & quantum ad inuocationem alicuius Sancti in Hoſpitalibus, Felin.*in* 4. *de quarta, num.* 14. *de præſcript.*tenuit quod Hoſpitale habens nomen Sancti proprij ſit publicum.Vide latè *in lib.inform.ſuper Conc. fol.*1259. & pro forma, ac modo viſitandi, vide in Manuali viſit. & apud Paul. Fuſch. *de viſit.lib.*2.*cap.*14.

3 *Scholas.*] Eſt nomen Confraternitatis Roch.*de viſit.in num.ſcholas fac.*76.

4 *Pia loca.*] Vide Roch.*vbi* 1.*fac.*78.

CAPVT IX.

Adminiſtratores cuiuſuis fabricæ, Confraternitatis, & quorumcumque piorum locorum ſingulis annis reddant rationem Ordinario, niſi aliter in fundatione ſit cautum.

α 1 A*Dminiſtratores*, tam Eccleſiaſtici, quàm laïci, β *fabricæ cuiuſuis Eccleſiæ*, etiam Cathedralis, Hoſpitalis, Confraternitatis, eleemoſynæ Montis Pietatis, [a] & quorumcumque piorum locorum, γ *ſingulis annis* teneantur reddere rationem adminiſtrationis δ 2 *Ordinario*: ε *conſuetudinibus*, & priuilegiis quibuſcumque in contrarium ſublatis, ζ *niſi ſecus* fortè in conſtitutione, & ordinatione talis Eccleſiæ, ſeu 3 *fabricæ* expreſsè cautum eſſet. Quod ſi ex conſuetudine, aut priuilegio, aut ex conſtitutione aliqua loci, aliis ad id deputatis ratio reddenda eſſet, tunc η *cum iis adhibeatur* etiam Ordinarius: & aliter factæ liberationes dictis adminiſtratoribus minimè ſuffragentur.

a Clem. quia contingit, §. vt autẽ præmiſſa de relig. domi.
b Supr. Seſſ. 7. ca. vlt. & infr. Seſſ. 25. cap. 8. de Reform.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

ADminiſtratores Monaſteriorum de his non tenentur reddere rationem Ordinario.

Item, Epiſcopus ſecundùm hoc, & præcedens decretum debet intimare viſitationem & exactionem rationum à Cõfraternitatibus, & ſi excipiunt ſe non viſitando ex priuilegio, &c. tamen tranſmittantur ad Congregationem, aliàs allegationes de facto, & de iure, & interim ſuperſedeat.

Item, adminiſtratores locorum piorum exemptorum, qui nulli dabant rationem, dent Epiſcopo, ſi aliquibus dabant dent ſimul cum Epiſcopo, in abſolutione, vel condemnatione adminiſtrationis Epiſcopus habeat vnum votum, vt alij Conuiſitatores.

Item, omnia loca pia, ſiue publica, ſiue priuata, & exempta dent rationem Epiſcopo per hoc cap.

Item, quando fuit conuentum, vt in fabrica templi eleemoſynæ oblatæ, & à Papa applicatæ menſæ Epiſcopali expedirentur, Epiſcopus curet, vt id exequatur, cui deferendi ſunt libri rationum, vt ab eo decernatur quid expediet.

Loca pia Vniuerſitatum in reddendam rationem non ſunt obnoxia Ordinario, ſicut nec Monaſteriorum.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α A*Dminiſtratores.*] Nec Epiſcopus, neque Capitulum rationem adminiſtrationis exigere debent tempore quo recitantur horæ Canonicæ, & ita cenſuit ſacra Congregatio in vna Ciuitate die 5. menſis Februarij 1593.

Tenentur Prælati omnes facere inuentarium, præcipuè iſti Prælati temporales qui reddituri ſunt rationem: nam ſimiles ſunt Tutori. Couarruuias poſt multa in *par. 1. cap. 1. num. 9. fol.* 34. licèt quoad Epiſcopos ſit dubium, vt ibi per eum, & vide Felin. *in cap. cum deputati, col. fin. de iudic.*

β *Fabricæ cuius Eccleſiæ.*] Dic quod ratio ſumpta fabricæ Eccleſiæ eſt reddenda Epiſcopis ordinariis, licèt aliter in eiuſdem fabricæ inſtitutione expreſsè ſtatutum ſit, vt cenſuit ſacra Congregatio: hic enim textus concedit exemptionem rationis computorum reddenda. Prax. *Hoſpitale ver. ad Tertium, fol. vlt. in caſu fundationis.*

γ *Singulis annis.*] Ergo ſemel in anno fieri debet plena redditio: aliàs pluries repeti poſſet, vt ſupra dictum eſt, Prax. Neapol. *lib. 1. cap. 21. dub. 4.*

δ *Ordinario.*] Ad quem de iure ſpectat, vt per Card. *in Clem. 2. num. 14. de teſtament.*

Imol.

Imol. *in Clem.2.num.7.de relig.domib.*Pauin. *de viſitat. quaeſt.2.par. num.* 92. Sed ſi alicui alteri ex conſuetudine reddenda ſit ratio eidem adiungi oportet Epiſcopum, quia cumulatiuè datus intelligitur, vt per Felin.*in cap.paſtoralis, limitation.* 3. *&* 5. & in hanc ſententiam reſcripſit ſacra Congregatio ad Illuſtriſſimum ſanctæ memoriæ Cardinalem Borromeum, die ſeptima menſis Februar. 1575. non tamen ſub hoc textu veniunt Abbates,Abbatiſſæ, vel Præpoſiti obtinentes Monaſteria regularia in titulum, vt hi teneantur reddere Ordinario rationem adminiſtrationis facultatum ſuorum Monaſteriorum, tametſi hactenus, nulli vnquam etiam ſupra hominum memoriam reddiderint, ſed iuxta eorum regularia inſtituta, & antiquiſſima,conſuetudinem liberam ſuorum Monaſteriorum adminiſtrationem habuerint,& ipſimet ab œconomis ſuis rationem exegerint, quia Concilium eos ſolos comprehendere videtur, qui ſibi ſubſunt vtraque lege, *arg. cap.conquerente, & cap.dilectus, de offic. ordin.* puta ſæculares, non autem regulares obtinendi, in titulum qui per Concilium, *ſeſſ.21.cap.*8. excipiuntur ab eorum iuriſdictione,accedente præſertim immemorabili, cui per hoc decretum non derogatur,& ita cenſuit Congregatio ſub die 28. menſis Aprilis 1575.

ɛ *Conſuetudinibus.*] Intellige non de immemorabilibus, de quibus dixi infrà *ſeſſ.* 24. *cap.* 4. aliàs repugnaret Clement. *quia contingit, de relig. domib.* vbi gloſſ. & text. iſte videretur ſibi contrarius dum in fine vult,quod non obſtante conſuetudine Epiſcopus debet interuenire ſimul cum aliis ad rationes exigendas ex ſacræ Congregationis ſententia, & intelligi hunc textum, vbi ex priuilegio, & conſuetudine nemini reddebant, reddant Ordini. Vbi autem quibuſdam ad id deputatis reddere conſueuiſſent, tunc cum iis adhibeatur Ordinarius, vt pluries ſupra dictum eſt.

ζ *Niſi ſecus.*] Præter hæc verba procedit iſte textus, etiam in Hoſpitali quod cum tali conſuetudine conſtitutum eſt, vt ſimiliter non teneantur adminiſtratores rationem Ordinario reddere ex ſacræ Congregationis ſententia quaſi à lege,ſuo non noſtro nobis auxilio denegato, argum. gloſ. *magna.circa med.in l.aſſiduus.C.qui pot. pignor.hab.* & exceptio iſta ex inſtitutione, vel fundatione aufert ab Ordinario iuriſdictionem, ſed probandum eſt ab eo qui allegat, vt reſcripſit ſacra Congregatio ad Cardinalem Ferrariæ, & idem eſſet, ſi adhuc viuerent fundatores, Prax.Neapol. *cap.17.poſt princip.*

η *Cum iis adhibeatur.*] Adminiſtratores Hoſpitalium debent rationem reddere Epiſcopo Ordinario adminiſtrationis ſuæ, etſi conſuetudine, priuilegio,vel conſtitutione aliqua aliis perſonis ad id officium electis ratio reddenda eſſet, præfata ratio adminiſtrationis reddenda eſſet Ordinario, cum interuentu dictorum electorum ex Congregationis decreto, & dictio illa quod ſi repetit omnes qualitates præcedentis caſus eundem caſum, & idem thema,vt poſt gloſ.& Bartol. *in l.mariti.§. final.ff.de adult.* dixit Iaſon. *in l.ſi filius heres,num.25. de liber. & poſthum.* & Dec.*in l. bonorum, num.26.in 2.lectura. C. qui admitti.* An autem per hæc verba deputati accedant acceſſoriè ad Epiſcopum cum voce conſultatiua, vel deciſiua, & videtur quod habeant deciſiuam, ſatis enim conſultum videtur Eccleſiis, vt Epiſcopus hodie ex hoc textu interueniat in redditione rationum, qui antea non conſueuiſſet interuenire.Præterea dictio,cum poſita inter perſonas non ſtat acceſſoriè, quia homo hominis acceſſio eſſe non poteſt. *l. Titia textores. §. nihil, de leg. primo.* Bartol. Alber. Bald. & Iaſ.*num. 6.* Alberic. *eod. tit. in l.ſi Ancilla.*

Reſolutiones ſacræ Congregationis ad hoc cap.9.ead. ſeſſ.22.

De menſe Iulij anni 1582. propoſito dubio de Ciuitate mea Thean. an adminiſtratores Hoſpitalis Annunciatæ excommunicati per me in contumaciam ſuper redditione rationum debeant audiri ſuper conſuetudine quam allegant, & Congregatio generalis cenſuit audiendos eſſe, dummodo prius reddant rationes pro annis præteritis pro quibus recipiuntur excommunicati, nec prius audiantur quàm A. Cameræ conſtiterit eos paruiſſe. Hæc autem probatio conſuetudinis facienda eſt coram A.Cameræ,& ſufficit ſi probetur conſuetudo, licèt non ſit immemorabilis: ratio autem ſemel reddita amplius reddi non debet. Menoch. *tom.8.conſ.117. num.53.* niſi conſtet de errore.

Aliæ

Aliæ reſolutiones ſacræ Congregationis ſuper eodem, cap. 9. ead. ſeſſ. 22.

Iterum Congregatio cenſuit hunc textum habere locum extra viſitationem etiam in caſibus à iure non expreſſis, & licere Epiſcopis exigere rationem ab adminiſtratoribus de omnibus locis piis etiam locorum laicorum, & priuatorum, vel publicorum generaliter, ſiue Eccleſiaſtica ſint, ſiue profana, ſine vlla diſtinctione, & quando ex priuilegio, vel conſuetudine, vel aliqua alia conſtitutione aliis reddenda eſſet ratio, eiſdem reddendam eſſe, vt ſuprà dictum eſt, adhibitio cùm illis Ordinario, niſi aliter in fundatione cautum eſſet, nempè quod rationes, nec Ordinario reddendæ eſſent, ſed talis fundatio debet eſſe facta de conſenſu Ordinarij, Prax. *in ver. Hoſpitale, quæſt. 3.*

Item, Congregatio cenſuit Epiſcopum habere votum abſoluendi, & condemnandi cum cæteris deputatis, & ipſius votum connumerari debere cum voto cæterorum, quorum maior pars votorum condemnat, vel abſoluit, nec ſufficit votum partis maioris Epiſcopo contradicente. Prax. Neapol. *lib. 1. cap. 21. fol. 109.*

Item, poſſe Ordinarium ab adminiſtratoribus Hoſpitalium aliorũmque locorum piorum rationem adminiſtrarionis exigere donec coram eodem Ordinario doctum fuerit de Conſtitutione in qua ſecùs expreſsè cautum ſit.

Item, cenſuit Congregatio excommunicationem aduerſus adminiſtratores iuxta hunc textum, ſiue ſoli Ordinario reddita fuerit ratio, ſiue vna cum aliis deputatis ad ipſummet Ordinarium ſpectare. A. Caraffa, Prax. Neapol. *lib. 1. cap. 21. dub. 7.* Soccin. *conſ. 24. num.* 38. *volum.* 1. Iaſon. *conſ. 4. volum. 3. & conſ. 100. vol. 4.*

Loca pia Vniuerſitatum non ſit iſti redditioni rationum Ordinario obnoxio.

Item, cenſuit ſacra Congregatio antiquum Confraternitatis inſtitutum diſpenſandi eleemoſynas, & quandam frumenti quantitatem pauperibus, non debet impediri, & ad Epiſcopum ſpectat ſolùm rationes exigere quod fuerit bene diſpenſata.

Conſultus an Confraternitatibus competat reſtitutio in integrum ſicut Eccleſiis, & Reipublicę, & reſpondetur affirmatiuè per ea quæ trad. Speculat. aur. *quæſt. 4. num. 4.*

ADDITIO.

1 *Adminiſtratores.*] Vide Paul. Fuſch. *de viſitat. lib. 2. cap. 14. in fin.* Thob. Non. *conſ. 61.*

2 *Ordinario.*] Qui veniant appellatione Ordinariorum, vide ſuprà *ſeſſ. 7. cap. 8. de Reformat.*

3 *Fabricæ.*] Vide *decla. S. Congregat. 159.*

CAPVT X.

Quorumcumque Notariorum ſufficientiam ſcrutentur Ordinarij, & non ſufficientes ac delinquentes prohibeant, ac arceant à cauſis Eccleſiaſticis ad arbitrium ſuum.

CVm ex Notariorum imperitia plurima damna, & multarum occaſio litium oriatur: poſſit Epiſcopus quoſcumque Notarios, etiamſi Apoſtolica, Imperiali, aut Regia auctoritate creati fuerint, etiam tanquam delegatus Sedis Apoſtolicæ, examinatione adhibita, eorum ſufficientiam ſcrutari, *a illiſque* non idoneis repertis, aut quandocumque in officio delinquentibus, officij eius in negotiis, litibus, & cauſis Eccleſiaſticis, ac ſpiritualibus exercendi vſum perpetuò, aut ad tempus prohibere, neque eorum appellatio interdictionem Ordinarij ſuſpendat.

DECLA

DECLARATIONES CARDINALIVM.

HOc Caput habet locum etiam reſpectu contractuum, qui ſunt à Notarijs ſuper bonis Hoſpitalium, ac ſuper bonis patrimonialibus Clericorum.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *Llifque.*] Sed in Regno Notarios laïcos cognoſcit Curia ſæcularis, an autem Notarij Apoſtolici ſtipulando in Regno probent, vide per Anan. *ſing.* 247.

CAPVT XI.

Occupator quarumcumque obuentionum pijs locis applicandarum, aut impediens quocumque colore ne fructus percipiantur à quibus debent, anathemati ſubiaceat tamdiu, quamdiu non reſtituerit, ac à ſummo Pontifice abſolutionem non obtinuerit. Adduntur ſpeciales ſpecialibus perſonis pœnæ circa idem negotium.

SI [a] quem Clericorum, *α vel laïcorum*, quacumque is dignitate, etiam Imperiali, aut Regali, præfulgeat, in tantum malorum [b] omnium radix cupiditas occupauerit, vt alicuius Eccleſiæ, ſeu cuiuſuis ſæcularis, vel regularis beneficij, Montium Pietatis, aliorúmque piorum locorum iuriſdictiones, *β bona*, cenſus, ac iura, etiam feudalia, & emphyteutica, *γ fructus*, emolumenta, ſeu quaſcumque obuentiones, quæ in miniſtrorum, & pauperum neceſſitates conuerti debent; per ſe, vel alios, vi, vel timore incuſſo, ſeu etiam per ſuppoſitas perſonas Clericorum, aut laïcorum, ſeu quacumque arte, aut quocumque quæſito colore in proprios vſus conuertere, illóſque *δ vſurpare* præſumpſerit, *ε ſeu impedire*, ne ab iis, ad quos iure pertinent, percipiantur; is anathemati tamdiu ſubiaceat, quamdiu iuriſdictiones, bona, res, iura, fructus, & reditus, quos occupauerit, vel qui ad eum quomodocumque, etiam ex donatione ſuppoſitæ perſonæ, peruenerint; Eccleſiæ, eiuſque adminiſtratori, ſiue beneficiato integrè reſtituerit, ac deinde à Romano Pontifice abſolutionem obtinuerit. *ζ* 1 *Quod ſi eiuſdem Eccleſiæ* patronus fuerit; etiam iure patronatus vltra prædictas pœnas eo ipſo priuatus exiſtat. *η Clericus verò*, qui nefandæ fraudis, & vſurpationis huiuſmodi fabricator, ſeu conſentiens fuerit, eiſdem pœnis ſubiaceat; nec non quibuſcumque beneficiis priuatus ſit, & ad quæcumque alia beneficia inhabilis efficiatur; & à ſuorum Ordinum executione; etiam poſt integram ſatisfactionem, & abſolutionem, ſui Ordinarij arbitrio ſuſpendatur.

a 5. Aurelianenſ. 10.
b 1. Tim. 6. Conc. Triburien. c. 7 Concil. Aurel. 3. c. 22. Conc. Pariſ. 1. c. 1 Concil Turon. 2. c. 29. Cõc. Aurel. 5. cap. 15. Cõc. Magunt. c. 6. & 11. Cõcil. VVormatien. cap. 75. Conc. Aquiſgranenſ c. 88. Concil Later. ſub Leone X. Seſſ. 9. & 10 c. prædia cum ſeq. 12. q. 1.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

LOca pia Vniuerſitatum in reddenda ratione non ſunt obnoxia Ordinario, ſicut nec Monaſteriorum. *Vide paulò ſuprà cap. 9.*

Item, qui bona Eccleſiarum ſine conſenſu Papæ ſcienter in perpetuum locarunt, ſub annuo cenſu conduxerunt, permutauerunt, tamen imperrato dicto aſſenſu ſubiacent pœnis huius cap.

Item, Rectores Pij loci cædentes Arbores fructiferas non incidunt in hunc Canonem, niſi in proprium vſum conuertant.

Item, quæcumque vſurpatio bonorum iurium, Beneficij, vel loci pij inducit excommunicationem, & pœnas huius Canonis.

Item, nullus laïcus ſine ſpirituali facultate Sedis Apoſtolicæ poteſt poſſidere Eccleſias, vel bona Eccleſiaſtica, etiamſi eſſent Iuriſpatronatus proprij, non obſtante quacumque antiqua poſſeſſione.

Nota, occupans fructus Eccleſiæ vacantis, vel ſuſpenditur, & Capitulum interdicitur, Nauarr. *cap.6.num.*150.

Nota, excuſatur patronus, qui non ad fraudem, ſed ad cuſtodiam hoc faciat.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *VEl laïcorum.*] Extenditur *cap. in generali*, vbi gloſ. *de elect. lib.6.* etiam ad laicos, & qui res ſacras occupat, furtum, & ſacrilegium committit, nec quodlibet furtum, ſed peculatus, qui eſt furtum de Republica, vt not. ibi gloſ. *in ver. occupare*, ex Archidiacono & ſtatim poteſt excommunicari. Prax. Neapol. *cap.1.num.*12.

β *Bona.*] An veniant mobilia, & iura, actiones, ac nomina debitorum. Couarr. *in cap. delatum, il* 2. *de teſtament.* Guido Pap. *quæſt.*584. *&* 442. Vinc. de Franch. *deciſion.* 93. *&* 101. Prax. *in ver. bona.*

Si quis autem pro tali cauſa excommunicatur, & poſtea in curſu cauſæ inueniatur, non debuiſſe excommunicari, tunc iudex declarare debet ab initio non incurriſſe, per gloſ. *in cap. licet ver. nunciari, de ſentent. excommunicat. lib. 6.* Prax. Neapol. *Epiſc. excommunic.* 3. *dub.* 2. *fol.* 94.

γ *Fructus.*] Extenditur ad occupantes ſibi fructus Eccleſiæ vacantis ſui beneficij, propter quod Epiſcopus ſuſpenditur, & Capitulum interdicitur, vt ex Conſtitutione Pij Quinti, refert Nauarr. *cap.*27. *num.* 150. Sarn. *de viſitation. & regimin. lib.*1. *cap.* 26. & *lib.*2. *cap.*7. *num.*9. vbi Lapus *allegatione* 64. *num.*24.

δ *Vſurpare præſumpſerit.*] Tenetur tamen Eccleſia probare ſe poſſediſſe res illas occupatas. Maſcard. *de probation. lib.*2. *cap.*580. *num.*3. *&* 5. Theſaur. For. Eccleſ. *par.*3. *cap.*38. *num.* 108. *fol.* 651. vbi vide Prax. ad præcedentem, quando pars dicat iure ad ſe perueniſſe conſtruens domum, vel molendinum in territorio Eccleſiæ ſine licentia debita, incidit in excommunicationem huius textus, nec poteſt abſolui à Pœnitentiariis in foro conſcientiæ, ſed recurrendum eſt ad Papam, & ita cenſuit ſacra Congregatio.

Hic caſus hodie comprehenditur in Bulla Cœnæ Domini, *clauſ.* 17. ſed vt incurratur excommunicatio hic expreſſa quinque requiruntur. Nauarr. *in ſumm. cap.* 27. *nu.*71. & intellige vſurpans qui ſibi vendicat quod ad eum non pertinet per gloſſ. *in cap. multi.* 2. *quæſt.*1. Nec creditor incurrit. Nauarr. *de ſentent. excommunication. conſ.* 31. Quarantig. *de bon. Eccleſ. vſurpan. fol.*126. & in aliis caſibus non incurritur, quos refert Theſaur. For. Eccleſiaſt. *par.* 3. *cap.*38. *num.*104. Nauarr. *dicto cap.*27. *num.* 71. Vgolin. *de immunitat. Eccleſ. cap.*17. *num.*4.

Quæritur an vna Eccleſia vſurpans ſibi bona alterius Eccleſiæ incidat in hanc pœnam, & videtur quod ſic, quia ſicut Eccleſia res ſuas amittere non debet, ita rapacitatis ardore alienas inuadere non oportet 12. *quæſt.*2. *cap. ſicut Eccleſia*: ſed conſiderandum eſt hoc referri poſſe ad miniſtros, vel œconomos dictæ Eccleſiæ, qui eius nomine vſurpant quod Eccleſia pro ſe ſola facere non poteſt.

ε *Seu impedire.*] Hinc eſt quod imponentes collectas ſuper bonis patrimonialibus Clericorum abſque expreſſa licentia Pontificis, incurrunt excommunicationem Bullæ in Cœna Domini, prout expreſsè in Bulla conſtituitur in *cap.* 17. in illis verbis, *eorum, & Eccleſiarum bonis.*

Item, exigentes huiuſmodi taleas collectas, & alia onera impoſita perſonis Eccleſiaſticis abſque expreſſa licentia Pontificis, incurrunt in excommunicationem Bullæ in Cœna Domini, patet euidenter ibidem, *cap.*17. ex illis verbis *diuerſis, & exquiſitis modis*, exigunt etiam à ſponte dantibus, & concedentibus recipiunt.

Item, iudices quomodocumque cooperantes ad ſolutionem collectarum quæ exiguntur à Clericis, incurrunt excommunicationem Bullæ quando collectæ ſunt impoſitæ abſque expreſſa licentia Pontificis ipſis Clericis, aut ipſorum, vel beneficiorum bonis, colligitur euidenter ex illis verbis

verbis *cap.17.* aut in eiſdem auxilium facere rurſus ex aliis verbis, qui per ſe vel alium directè, vel indirectè prædicta facere exequi, vel procurare.

Ex quibus colligitur quòd laïci compellẽtes Clericos per ſequeſtrationes bonorum ad ſolutionem Collectarum, de quibus ſuperiùs, incurrunt excommunicationem Bullæ: compellere enim plus eſt quàm auxiliari, ſed compellitur quis per capturam bonorum. Accorambo. de *Immunitat. Eccleſ. cap. quoniam, num. 2. lib. 6.* & licèt Nauarr. excuſet à tali excommunicatione ob probabilem ignorantiam, vt in *cap.27. num.61.* Conſului tamen quod in iudice non bene loquatur. Hinc ſtatutum quod donans aut vendens, aut cedens aliquid Eccleſiæ teneatur ad Collectas eſt exorbitans, & contra bullam in Cœna Domini, & ita cenſuit ſacra Congregatio.

Nullus laïcus abſque ſpeciali facultate Sedis Apoſtolicæ Eccleſiam, aut bona Eccleſiaſtica, etiamſi eſſent de iurepatronatus proprij, non obſtante etiam quacumque antiqua poſſeſſione poſſidere poteſt. Hinc alienans rem Eccleſiaſticam ſine ſolemnitatibus requiſitis, tenetur ad reſtitutionem. Rota Blanchett. *par.1. deciſ.278. fol. 94.* nec ſufficit ſolemnitas ſine vtilitate, Maſcard. *de probation. volum. 1. concluſ. 74. fol. 91.*

An Epiſcopus non acceptans legatum factum Eccleſiæ ſuæ cui præiudicare non poteſt etiam in acquirendo, vt per Rot. *in cap. aquæ, par. 2. deciſ. 359.* incurrat hanc pœnam, cùm videatur per indirectum occupare bona Eccleſiæ, & per illa verba text. ſeu impedire ne ab aliis ad quos de iure pertineat, percipiantur, tenui affirmatiuam.

ζ *Quod ſi eiuſdem Eccleſiæ.*] *d. cap. in generali*, vbi gloſ. *in ver. alias.* Nauarr. *in ſumm. cap. 27. num. 13.* niſi patronus non ad fraudem, ſed ad cuſtodiam hoc faciat. Lambertin. *de Iurepatronat. lib.1. par.1. quæſt. 7. artic. 2. num. 19.*

η *Clericus verò.*] Eidem excommunicationi ſupponitur Clericus ipſe ſuppoſitus. Card. Tolet. *in ſumm. lib.1. cap.41. ver.4. habetur*, etiam in hoc caſu poteſt Iudex Clericus punire laïcum præueniendo Clem. *2. in gloſ. in ver. excutere*, vbi Abb. *num. 1.* de religioſ. domib. Prax. Epiſcop. *in verſ. Iudex, quæſt.8.* Prax. Neapol. *cap.1. num.17. verſ. indifferenter.*

ADDITIO.

1 *Quod ſi eiuſdem.*] Facit quod notant Doct. *in cap. præterea, il 20. per illum text. de Iurepatronatus.*

Decretum ſuper petitione conceſſionis calicis.

INſuper, cum eadem ſacroſancta Synodus ſuperiori Seſſione duos articulos, aliàs propoſitos, & tum nondum diſcuſſos, videlicet: α *An rationes*, quibus S. Catholica Eccleſia adducta fuit, vt communicaret laïcos, atque etiam non celebrantes Sacerdotes, ſub vna panis ſpecie, ita ſint retinendæ, vt nulla ratione Calicis vſus cuiquam ſit permittendus: &, An, ſi honeſtis, & Chriſtianæ charitati conſentaneis rationibus concedendus alicui, vel nationi, vel regno Calicis vſus videatur, ſub aliquibus conditionibus concedendus ſit, & quænam illæ ſint; in aliud tempus oblata ſibi occaſione, examinandos, atque definiendos reſeruauerit: nunc eorum, pro quibus petitur, ſaluti optimè conſultum volens, decreuit, integrum negotium ad ſanctiſſimum Dominum noſtrum eſſe referendum, prout præſenti decreto refert; qui pro ſua ſingulari prudentia id efficiat, quod vtile Reip. Chriſtianæ, & ſalutare petentibus vſum Calicis, fore iudicauerit. 4. Seſſ. 21. can. 4.

Indictio futuræ Seſſionis.

Inſuper eadem ſacroſancta Tridentina Synodus diem futuræ

Seſſionis ad feriam quintam, poſt octauam feſtiuitatis omnium Sanctorum, quæ erit die XII. menſis Nouembr. indicit; & in ea decernetur de Sacramento Ordinis, & Sacramento Matrimonij, &c.

Prorogata fuit Seſſ. vſque ad diem XV. *Iulij*, M. D. LXIII.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a A*N rationes.*] Quibus autem rationibus id conſtitutum fuerit, vt Sacerdotes non celebrantes, & laici non communicarent ſub vtraque ſpecie, tam in Conciliis Conſtantienſi, & Baſilienſi, quàm hic vide per Stephan. Duran. *de rit. lib.1. cap.7. num.4. fol.* ...

SESSIO VIGESIMA TERTIA,

QVÆ EST SEPTIMA,

SVB PIO IV. PONT. MAX. CELEBRATA, DIE XV. IVLII, M.D. LXIII.

Vera, & Catholica doctrina de Sacramento Ordinis, ad condemnandos errores noſtri temporis, à ſancta Synodo Tridentina decreta, & publicata, Seſſione 7.

CAPVT I.

Chriſtus Dominus Apoſtolis ſuis ac eorum in Sacerdotio ſucceſſoribus dedit poteſtatem conſecrandi, & offerendi viſibile Sacrificium, ac remittendi, & retinendi peccata.

Sacrificium, & Sacerdotium ita Dei ordinatione 1 *coniuncta ſunt*, vt vtrumque in omni lege extiterit. Cùm igitur in nouo Teſtamento ſanctum Euchariſtiæ Sacrificium viſibile ex Domini inſtitutione Catholica Eccleſia acceperit; fateri etiam oportet, in ea nouum eſſe viſibile, & externum Sacerdotium, in quod vetus tranſlatum eſt, hoc autem ab eodem Domino Saluatore noſtro inſtitutum eſſe, atque Apoſtolis, eorúmque ſucceſſoribus in Sacerdotio, poteſtatem traditam conſecrandi, offerendi,[a] & miniſtrandi Corpus & Sanguinem eius, necnon & peccata dimittendi, & retinendi, ſacræ litteræ oſtendunt, & Catholicæ Eccleſiæ traditio ſemper docuit.

[a] Matth. 26. Matth. 18. Ioan. 20.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

De hoc Sacramento, vide quatuor Conſtitutiones Summorum Pontificum, quas refert Quarantag. *in ver. Ordo fol. 370. cum ſequent. vſque ad fin. 395.*

ADDITIO.

1 *Coniuncta ſunt.*] Tria hæc coniunguntur, Lex, Sacerdotium, & Sacrificium eaque

que proportionari debent, vt qualis lex tale Sacerdotium, & Sacrificium ſit, & tranſlato altero, alterum quoque mutari oporteat, D. Paul. ad Hebr. *d. ca. tranſlato, de Conſt.* P. Sot. *de Sacr. Euchar. lect. 7. in inſtit. Sacerdot. fol. 75.*

CAPVT II.

Ad venerationem tanti Sacrificij, ab initio Eccleſiæ fuerunt in vſu ſeptem Ordines; quorum alij ſunt aliis maiores, ita vt Subdiaconatus referatur inter maiores, ſeu ſacros.

CVm autem diuina res ſit tam ſancti Sacerdotij miniſterium; conſentaneum fuit, quo digniùs, & maiori cum veneratione exerceri poſſet, vt in Eccleſiæ ordinatiſſima diſpoſitione plures, & diuerſi eſſent miniſtrorum Ordines, qui Sacerdotio ex officio deſeruirent, ita diſtributi, vt qui iam 1 *clericali Tonſura* inſigniti eſſent, per minores ad maiores aſcenderent. Nam non ſolùm de Sacerdotibus,[a] *α ſed & de Diaconis* ſacræ litteræ apertam mentionem faciunt; & quæ maximè in illorum ordinatione attendenda ſunt, grauiſſimis verbis docent; & ab ipſo Eccleſiæ initio ſequentium *β Ordinum, nomina*, atque vniuſcuiuſque eorum propria miniſteria, Subdiaconi ſcilicet, Acolyti, Exorciſtæ, Lectoris, & Oſtiarij, in vſu fuiſſe cognoſcuntur, quamuis non pari gradu. Nam Subdiaconatus ad maiores ordines[b] à Patribus & ſacris Conciliis refertur, in quibus & de aliis inferioribus frequentiſſimè legimus.

a 1. Tim. 3. & Act. 21. verſ. 8.

b c. Nulli 60. diſt.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *Sed & de Diaconis.*] Contra Lutherum aſſerentem quod Eccleſia ignorat hunc Diaconatus ordinem, vide de *Diacon. Apoſt. 1. ad Timot. 3. & Act. 12.* Item Clem. *in epiſt. ad Iacob. Fratr. Dom.* Cyprian. *lib. 3. epiſt. 9.* Ignat. *ad Hieron. epiſt. 9.* Hieronym. *epiſt. 1. ad Eliod.* & Labetus *in deciſ. fid. cathol. ver. Diaconatus, quæſt. 1. fol. 139.*

β Ordinum nomina.] Sunt ergo diſtincti ordines, & Diaconatus ab aliis eſt diuerſus. Vide *per d. deciſ. fid. Cathol. quæſt. 3. in verb. Subdiaconatus olim erat inter minores ordines.* ſed poſtea acceſſit inter maiores cùm deſeruiat Presbytero in altari, *cap. nullus in Epiſcopum d. 60.* & habetur in *deciſ. fid. Cathol. in ver. Subdiaconatus, fol. 577.* Victor. *de Sacram. ordin. quæſt. 226. & ſeq.* ſed ſi quis ante vſum rationis factus ſit Subdiaconus, an poſtea factus maior teneatur continere, gloſ. *1. 9. cap. pueri*, tenet quod non, tu diſtingue, vt per Cardin. Tolet. *in ſumm. lib. 1. cap. 55. fol. 229.*

ADDITIO.

1 *Clericali Tonſura.*] Et ita Epiſcopatus non eſt ordo, vt Sacramentum à Sacerdotio diſtinctum, ita explicat D. Thom. *in 4. diſt. 24. q. 2. art. 3.* & ibi Sot. *col. 2. & idem* D. Thom. *lib. 4. contra gentes, cap. 79.* & Ioan. Gerſon. *de poteſt. Eccleſ. concl. 2.*

CAPVT III.

Cum ordinatio conferat gratiam, ea indubiè eſt Sacramentum.

CVm Scripturæ teſtimonio, [a] Apoſtolica traditione, & Patrum vnanimi conſenſu perſpicuum ſit, & per ſacram ordinationem, quæ verbis, *a & ſignis exterioribus* perficitur, gratiam conferri; dubitare nemo debet, Ordinem eſſe verè & propriè vnum ex ſeptem ſanctæ Eccleſiæ Sacramentis: inquit enim Apoſtolus: [b] Admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te, per impoſitionem manuum mearum, non [c] enim dedit nobis Deus ſpiritum timoris, ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis.

a 1. Tim. 4.
b 2. Tim. 1. b. 2. Tit. 4. d.
c 2. Tit. 1. b.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a Et ſignis exterioribus.] Conſtat ergo ex materia & forma, *Dec. fid. Cathol. ibidem quæſtion. 2.*

CAPVT IV.

Non omnes Chriſtiani ſunt Sacerdotes, ſed ij ſoli qui legitimè ſunt ordinati ab Epiſcopis, qui ſunt ſummi Sacerdotes, miniſtros Eccleſiæ ordinant, etiam non requiſito laicorum ſuffragio, aut conſenſu. Ordinatis ineſt character indelebilis, ob quem fit, vt numquam iterum laici effici poſſint.

QVoniam verò in Sacramento [a] Ordinis, ſicut & in Baptiſmo, & Confirmatione, character imprimitur, qui nec deleri, nec auferri poteſt; meritò ſancta Synodus damnat eorum ſententiam, qui aſſerunt noui Teſtamenti Sacerdotes, temporariam tantummodò poteſtatem habere; & ſemel ritè ordinatos, iterum laicos effici poſſe, ſi verbi Dei miniſterium non exerceant. Quod ſi quis omnes Chriſtianos promiſcuè noui Teſtamenti Sacerdotes eſſe, aut omnes pari inter ſe poteſtate ſpirituali præditos affirmet; nihil aliud facere videtur, quàm [b] Eccleſiaſticam Hierarchiam, quæ [c] eſt vt caſtrorum acies ordinata, confundere: perinde ac ſi contra B. Pauli [d] doctrinam, omnes Apoſtoli, omnes Prophetæ, omnes Euangeliſtæ, omnes Paſtores, omnes ſint Doctores. Proinde ſacroſancta Synodus declarat, præter cæteros Eccleſiaſticos gradus, Epiſcopos, qui in Apoſtolorum locum ſucceſſerunt, ad hunc hierarchicum Ordinem præcipuè pertinere; & poſitos, [e] ſicut idem Apoſtolus ait, à Spiritu ſancto regere Eccleſiam Dei; [f] eóſque Presbyteris [g] ſuperiores eſſe; *a ac Sacramentum Confirmationis* 1 *conferre*; miniſtros Eccleſiæ ordinare; atque alia pleráque peragere ipſos poſſe: quarum functionum poteſtatem reliqui inferioris Ordinis nullam habent. Docet inſuper ſacroſancta Synodus, in ordinatione Epiſcoporum, Sacerdotum, & cæterorum Ordinum, [h] nec populi,

a Seſſ. 7. de Sacr. in genere can. 9.
b Cant. 6.
c 1. Cor. 12.
d Epheſ. 4.
e Act. 20.
f Cœleſt. 1. ep. ad Epiſ. Galliæ, c. 1.
g Seſſ. 7. de Confir. can. 3. Hiſpal. 2 cap. 7. & alibi.
h Laodic. Cōcil. cap. 13.

puli, nec cuiuſuis ſæcularis poteſtatis, & magiſtratus conſenſum, ſiue vocationem, ſiue auctoritatem ita requiri, vt ſine ea irrita ſit ordinatio: quin potiùs decernit, eos, qui tantummodò à populo, aut ſæculari poteſtate, ac magiſtratu vocati, & inſtituti, ad hæc miniſteria exercenda aſcendunt, & qui ea propria temeritate ſibi ſumunt, omnes non Eccleſiæ miniſtros, [i] ſed fures & latrones, per oſtium non ingreſſos, habendos eſſe. Hæc ſunt, quæ generatim ſacræ Synodo viſum eſt Chriſti fideles de Sacramento Ordinis docere. His autem contraria, certis, & propriis Canonibus in hunc, qui ſequitur, modum damnare conſtituit; vt omnes, adiuuante Chriſto, fidei regula vtentes, in tot errorum tenebris Catholicam veritatem faciliùs agnoſcere, & tenere poſſint. *i Ioann. 10.*

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

IN *cap. ſicut idem Apoſtolus, Lateranen.* 3. *ſeſſ.* 10. in Bulla 2. Leonis, *fol.* 651. *col.* 1. *in fin. tom.* 4. vbi habetur, quòd Apoſtoli per ſingulas Vrbes Epiſcopos conſtituerunt, & onera gradatim diuiſerunt per Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, & Epiſcopos.

a Ac Sacramentum Confirmationis.] De Confirmationis miniſtro ordinario 1. Epiſcopo, dixi ſuprà *ſeſſ.* 7. *de Sacram. Confirm. Can.* 2. ſed an alius quàm Epiſcopus poſſit conferre ſacros ordines, ex Commiſſione Papæ, & reſpondeo negatiuè per doctr. Diui Thom. *in* 4. *diſtinct.* 7. quem ſequitur, ibi Sot. 9. *vnic. art.* 11. & idem probat Nauarr. inter *conſ. lib.* 5. *de priuil. conſ.* 13. *per tot.*

ADDITIO.

1 *Conferre.*] Hoc iure diuino competit ſolis Epiſcopis, & ideò inferiores, neque ex delegatione Papæ, neque ex præſcriptione, vel conſuetudine etiam immemorabili hoc Sacramentum miniſtrare poſſunt, Couarr. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 10. vide ſup. *ſeſſ.* 7. *Can.* 3. *& vlt.* in Apoſt. vbi Congregatio cenſuit Abbates poſſe hoc Sacramentum miniſtrare ex ſpeciali priuilegio.

De hac materia, vide Sbroll. *de offic. Vicarij lib.* 2. *cap.* 5. quia not. ex hoc cap. ea quæ ſunt ordinis Epiſcopalis non poſſe aliis delegare, niſi à Papa. & hoc quando ſunt ordinis Epiſcopalis ex diſpoſitione humana, ſecùs ſi ex diſpoſitione diuina, quia ea, quæ diuini iuris ſunt non poteſt Papa communicare illum ordinem non habenti, & ibi quid de Collatione ordinum, *num.* 8. *&* 9.

Tradit ibidem Sbroll. poſſe hæc, quæ ſunt ordinis ab Epiſcopo aliis Epiſcopis delegari, non Epiſcopis verò ſecùs, *num.* 10. quæ verò dignitatis ſunt, vel iuriſdictionis Epiſcopalis mandari poſſunt Sbroll. vbi *ſuprà lib.* 2. *cap.* 33. *num.* 3. & quæ ſint iſta, *cap.* 3. *&* 4.

DE SACRAMENTO ORDINIS.

CANON I.

SI quis dixerit, [a] non eſſe in nouo Teſtamento Sacerdotium viſibile, & externum; vel non eſſe poteſtatem aliquam conſecrandi, & offerendi verum Corpus, & Sanguinem Domini, & peccata remittendi; ſed officium tantùm, & nudum miniſterium prædicandi Euangelium, vel eos, qui non prædicant, prorſus non eſſe Sacerdotes; anathema ſit. *a Supr. ca.* 1.

CANON II.

Si quis dixerit, præter Sacerdotium non eſſe in Eccleſia Catholica

lica alios ordines, & maiores, & minores, [b] per quos, velut per gradus quoſdam, in Sacerdotium 1 *tendatur*; anathema ſit. *b Supr. c. 2.*

CANON III.

Si quis dixerit, Ordinem, ſiue ſacram Ordinationem [c] non eſſe verè & propriè Sacramentum, à Chriſto Domino inſtitutum, vel eſſe figmentum quoddam humanum, excogitatum à viris rerum Eccleſiaſticarum imperitis; aut eſſe tantùm ritum quendam eligendi miniſtros verbi Dei, & Sacramentorum; anathema ſit. *c Supr. c. 3.*

CANON IV.

Si quis dixerit, per ſacram Ordinationem non dari Spiritum ſanctum; ac proinde fruſtra Epiſcopos dicere, Accipe Spiritum ſanctum; aut per eam non imprimi characterem; vel eum, qui Sacerdos ſemel fuit, [d] laicum rurſus fieri poſſe; anathema ſit. *d 2. Tolet.*

CANON V.

Si quis dixerit, ſacram Vnctionem, qua Eccleſia in ſancta ordinatione vtitur, non tantùm non requiri, ſed contemnendam, & pernicioſam eſſe; ſimiliter *α & alias Ordinis ceremonias*; anathema ſit.

CANON VI.

Si quis dixerit, in Eccleſia Catholica *β non eſſe hierarchiam* diuina ordinatione inſtitutam, quæ conſtat ex Epiſcopis, Presbyteris, & miniſtris; anathema ſit.

CANON VII.

Si quis dixerit, *γ Epiſcopos non eſſe Presbyteris ſuperiores*, vel non habere poteſtatem confirmandi, [e] & ordinandi; vel eam, quam habent illis eſſe cum Presbyteris 2 *communem*; vel Ordines ab ipſis collatos ſine populi, vel poteſtatis ſæcularis conſenſu, aut vocatione, irritos eſſe, aut eos, qui nec ab Eccleſiaſtica & Canonica poteſtate ritè ordinati, nec miſſi ſunt, ſed aliunde veniunt, legitimos eſſe verbi & Sacramentorum miniſtros; anathema ſit. *e Supr. c. 4.*

CANON VIII.

Si quis dixerit, Epiſcopos, qui auctoritate Romani Pontificis aſſumuntur, non eſſe legitimos, & veros Epiſcopos, ſed figmentum humanum; anathema ſit.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

Furioſus, ſi in lucido interuallo fuit ordinatus Subdiaconus, vel ſi ante furorem habuit intentionem, tenetur ſeruare caſtitatem, nec cum eo eſt diſpenſandum, vt contrahat matrimonium, ſed ſi agitabatur, & non præceſſit intentio non tenetur.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

Canon primus defertur, *ad cap. 1. Can. 2. ad cap. 2. Can. 3. ad cap. 3. Can. 4. ad cap. 4.* In *ver. non dari Spiritum ſanctum.* Quod ſi Epiſcopus ore, & mente in ordine decreuerit non intendere ordinare eos qui aliquem defectum patiuntur non imprimeretur character: ſed malè faceret Epiſcopus talia determinans, ex Nauarr. *de temp. ordin. conſ. 6. 7. & 8.*

Ad Can. 2 *α & alias Ordinis caremonias.*] Quidam

Quidam Regulares Sancti Dominici, in promotione ad Sacrum ordinem Preſbyteratus acceperant Calicem cum Hoſtia ſine vino, quod videtur eſſe de ſubſtantia, iuxta Concil. Florent. remiſſi fuerunt ad Cardin. Sabellum, vt iterum eos promoueret ſeruata forma Concilij.

Can. 6. refertur *ad cap. 4. β Non eſſe Hierarchiam.*] habet enim Epiſcopalis ordo multa ſupra Preſbyteros, quæ non poſſunt delegari, niſi habentibus eumdem Ordinem, *cap. à qua*, vbi gloſ. ſingularis, *de conſecrat. Eccleſ. vel altar.*

Can. 7. refertur *ad cap. 4. γ Epiſcopos non eſſe Presbyteris ſuperiores.*] Vualdon. & Vuiteles damnari fuerunt ex hac etiam cauſa, & confutantur Exod. 29. Leuit. 16. & D. Paul. ad Hebr. 9. quod ex traditione Apoſtolorum procedere, & diuino iure refert *Deciſ. fid. Cathol. vel Epiſcopus, quæſt. 1. fol. 264. Can. 8. ad cap. 4.*

ADDITIO.

CANON II.

1 *Tendatur.*] Infrà de reformatione, *ſeſſ. eadem, cap. 13.*

CANON VII.

2 *Communem.* Nauarr. *conſ. 9. de temp. ord. num. 5.* Sbroll. *de offic. Vic. lib. 2. cap. 5.*

Decretum de Reformatione.

EAdem ſacroſancta Tridentina Synodus, reformationis materiam proſequens, hæc, quæ ſequuntur, in præſenti decernenda eſſe ſtatuit, & decernit.

CAPVT I.

Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, ac Cathedralibus præfectus, etiam Cardinalis, numquam abſit à Diœceſi ſua, niſi ad ſummum tres menſes continuos, vel interruptos, exceptis modis infraſcriptis, probandis coram Metropolitano, aut (in caſu) Suffraganeo. Tempore abſentiæ nullum populus damnum ſentiat: Aliter facientes grauiter puniuntur. Eadem ſeruentur in Curatis, in quorum abſentia ponendi Vicarij approbati. Quædam notatu digna ponuntur in hoc Capitulo.

α CVm [a] 1 *præcepto diuino* mandatum ſit omnibus, quibus animarum cura commiſſa eſt, 2 *oues ſuas* cognoſcere, pro his Sacrificium offerre, verbíque diuini prædicatione, Sacramentorum adminiſtratione, ac bonorum omnium operum exemplo paſcere, pauperum, aliarúmque miſerabilium perſonarum, curam paternam gerere, & in cætera munia paſtoralia incumbere; quæ omnia nequaquam ab iis præſtati, & impleri poſſunt, qui gregi ſuo non inuigilant, neque aſſiſtunt, ſed [b] mercenariorum more deſerunt: ſacroſancta Synodus eos admonet, & hortatur, vt diuinorum præceptorum memores, factíque [c] forma gregis, in iudicio, & veritate paſcant, & regant. β *Ne verò ea*, quæ de reſidentia ſanctè, & vtiliter iam [d] antea ſub fel. rec. Paulo III. ſancita fuerunt, in ſenſus à ſacroſanctæ Synodi mente alienos trahantur, ac ſi vigore illius decreti quinque menſibus continuis abeſſe liceat; illis inhærendo, declarat ſacroſancta Synodus, omnes, Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, γ *ac Cathedralibus Eccleſiis* quibuſcum-

[a] Ioann. 21. Actor. 20. Epheſ. 43. di. c. ſicut, 7. q. 1. c. qui Epiſcoporum, 8. q. 1. c. gloria Epiſ. 12. q. 2.

[b] Ioan. 18.

[c] 1. Petr. 5 a.

[d] Supr. Seſſ. 6. de ref. cap. 1.

que, quocumque nomine, & titulo præfectos, etiamſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ δ *Cardinales ſint*, obligari ad perſonalem in ſua Eccleſia, vel Diœceſi reſidentiam, vbi iniuncto ſibi officio defungi teneantur: neque abeſſe poſſe, niſi 3 *ex cauſis*, & modis infraſcriptis.[e] ε *Nam cum Chriſtiana charitas*, vrgens neceſſitas, debita obedientia, ac euidens Eccleſiæ, ζ *vel Reipublicæ vtilitas* aliquos 4 *nonnumquam* abeſſe poſtulent, & exigant; decernit eadem ſacroſancta Synodus, has legitimæ abſentiæ cauſas à Beatiſſimo Romano Pontifice, aut à Metropolitano, vel, eo abſente, η *Suffraganeo Epiſcopo* antiquiori reſidente, qui idem Metropolitani abſentiam probare debebit, in ſcriptis eſſe approbandas; niſi cum abſentia inciderit propter aliquod munus, & Reipubl. officium Epiſcopatibus adiunctum: cuius quoniam cauſæ ſunt notoriæ, & interdum repentinæ, nec eas quidem ſignificari Metropolitano neceſſe erit: 5 *ad eundem* tamen cum Concilio prouinciali ſpectabit iudicare de licentiis à ſe, vel à Suffraganeo, datis; & videre, ne quis eo iure abutatur; & vt pœnis Canonicis errantes puniantur.[f] Interea meminerint diſceſſuri, ita ouibus ſuis prouidendum, vt, quantùm fieri poterit, ex ipſorum abſentia nullum damnum accipiant. Quoniam autem, qui aliquantiſper tantùm abſunt, ex veterum Canonum ſententia non videntur abeſſe, quia ſtatim reuerſuri ſunt: ſacroſancta Synodus vult, illud abſentiæ ſpatium ſingulis annis; ſiue continuum, ſiue interruptum, [g] extra prædictas cauſas, nullo pacto debere duos, aut ad ſummum θ 6 *tres menſes* excedere; & haberi rationem, vt id æqua ex cauſa fiat, & abſque vllo gregis detrimento: quod an ita ſit, abſcedentium conſcientiæ relinquit, quam ſperat religioſam, & timoratam fore, cùm Deo corda pateant; cuius opus non fraudulenter agere, ſuo periculo tenentur. Eoſdem interim admonet, & in Domino hortatur, [h] ne per illius temporis ſpatium, ι *Dominici Aduentus*, Quadrageſimæ, κ *Natiuitatis*, Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes item, & Corporis Chriſti diebus, quibus refici maximè, & in Domino gaudere Paſtoris præſentia oues debeant, ipſi ab Eccleſia ſua Cathedrali vllo pacto abſint, niſi Epiſcopalia munia in ſua Diœceſi eos aliò λ *vocent*.

7 *Si quis autem*, quod vtinam numquam eueniat, 8 *contra huius decreti* diſpoſitionem abfuerit; ſtatuit ſacroſancta Synodus, præter alias pœnas aduerſus μ *non reſidentes*, ſub [i] Paulo III. impoſitas, & innouatas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrit: eum pro rata temporis abſentiæ ν *fructus ſuos* non facere, nec 9 *tuta conſcientia*, alia etiam declaratione non ſecuta, illos ſibi detinere poſſe; ſed teneri aut ipſo ceſſante, per Superiorem Eccleſiaſticum illos ξ *fabricæ* Eccleſiarum, aut pauperibus loci erogare, prohibita quacumque conuentione, vel compoſitionem, quæ pro fructibus malè perceptis appellatur; ex qua etiam prædicti fructus in totum, aut pro parte ο *ei remitterentur*: non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis cuicumque Collegio, aut fabricæ conceſſis. 10 *Eadem omnino*, etiam quoad culpam, amiſſionem fructuum, & pœnas π *de curatis inferioribus*, ρ *& aliis quibuſcumque* qui beneficium aliquod Eccleſiaſticum,

e Cap. de cæter. cap. inter quatuor, cap. tuæ, & c. relatum, de Cleric. non reſid. c. ad ſupplication. de renũc. ca. quorũdam, 74 diſt.

f Cap. cum ex eo, de elect. in 6 c. beneficiũ, de reg. eod. l. & ca. 2. in fin. ſupr. Seſſ. 6. Sardicen. Cõcil. cap. 14.

g Cap. præſentium, 7. q. 1. & infr. Seſſ. 24. de refor. c. 12.

h Cap. ſi quis in clero. 7. q. 1.

i Supr. Seſſ 6. de ref. c. 1. & infr. in Bulla S.D.N. Pij IV. ſuper reſidentia, c. 2. c. conquerente, & ferè per totũ, de cleric. non reſident.

cum, curam animarum habens, obtinent, ſacroſancta Synodus declarat, & decernit; ita tamen, *e vt, quandocumque eos,* cauſa priùs per Epiſcopum *ſ t cognita*, & probata, *τ abeſſe contigerit*, Vicarium idoneum, ab ipſo Ordinario approbandum, cum debita mercedis aſſignatione relinquant. Diſcedendi autē licentiam *υ in ſcriptis*, gratiſque concedendam vltra bimeſtre tempus, *φ niſi ex graui cauſa*, non obtineant. Quod ſi, per edictum citati, etiam non perſonaliter, contumaces fuerint; liberum eſſe vult Ordinariis, *χ per cenſuras Eccleſiaſticas*, & ſequeſtrationem, & ſubtractionem fructuum, aliáque iuris remedia, *ψ etiam vſque ad priuationem* compellere; *ω nec executionem hanc*; quolibet priuilegio, licentia, familiaritate, exemptione, etiam ratione cuiuſcumque beneficij, pactione, ſtatuto, etiam iuramento, vel quacumque auctoritate confirmata, conſuetudine, etiam immemorabili, quæ potiùs corruptela cenſenda eſt, ſine appellatione, aut inhibitione, etiam in Romana Curia, vel vigore [k] Eugenianæ conſtitutionis ſuſpendi poſſe. Poſtremò tam decretum illud ſub [l] Paulo III. quàm hoc ipſum in Conciliis Prouincialibus, & Epiſcopalibus publicari ſancta Synodus præcipit: cupit enim, quæ adeò ex Paſtorum munere, animarúmque ſalute ſunt, frequenter omnium auribus, mentibúſque inſigi, vt in poſterum, Deo iuuante, nulla temporum iniuria, aut hominum obliuione, aut deſuetudine aboleantur.

[k] Inf. Seſſ. 24. cap. 18. ſ. debeat.

[l] Extrau. communium, lib. 5. c. 3. Diuina, de priuileg.

[m] Sup. Seſſ. 6. de refor. c. 1.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

IN Monaſteriis, Abbatiis, quæ Cura, & Conuentu carent, non eſt neceſſaria reſidentia.

Item, abſente Metropolitano Epiſcopus antiquior reſidens inquirat ſuper abſentia Epiſcopi comprouincialis.

Item, Parochus qui obtinuit inſtitui Vicarium perpetuum eo viuente, non tenetur reſidere ſi tota Cura eſt Vicarij.

Item, habens duas Parochiales vnitas, Rector poteſt in qua mauult reſidere, dummodò vna non ſit principalior altera.

Item, perpetui Coadiutores reſidere tenentur, ſicut veri Curati, etiamſi in aliis Beneficiis ſeruiant, etiam in Cathedralibus.

Item, habens Parochialem Eccleſiā cum Canonicatu, debet reſidere in Parochiali, & percipit fructus præbendæ iuxta Bullam Pij Quinti, ſi Canonicatus eſt in eodem loco, vbi eſt Parochialis, poteſt vtrique inſeruire, & habere diſtributiònes quotidianas, ſed ſi Canonicatus diſtet per leguam cum dimidia à Parochia, etiamſi Canonicatus eſſet in Cathedrali, debet reſidere in Parochiali, & procedit non òbſtante quacumque nobilitate Canonicorum, aut Eccleſiæ Cathedralis, aut Metropolitanæ.

Item, habens Parochiam, & Canonicatum ſine præbenda, qui conſiſtit in diſtributionibus; ſi vtrique inſeruire non poteſt, reſidens in Parochia lucratur diſtributiones quotidianas, ſed ſi vtrique poteſt inſeruire, lucrabitur iuxta ſeruitium, quod facit.

Item, non excuſat à reſidentia officium Subcollectoris Apoſtolici, neque lis ſuper eadem Parochiali, nec excuſat licentia ab Epiſcopo obtenta, cùm illam dare nequeat.

Nec exercens officium Inquiſitionis excuſatur à reſidentia.

Item, excuſat à reſidentia aëris intemperies de conſenſu Epiſcopi.

Item, negocia publica Cleri excuſant à reſidentia ad tempus, ſi legitimè ſunt demandata.

Item, aliquando Epiſcopus diſpenſabit à reſidentia ad tempus, vt per octo menſes relicto Vicario idoneo in Parochiali, vt Rector poſſit inſeruire alicui operi pio, v. g. fabricæ Monaſterij.

Item, Parochus habens commodam habitationem in Parochia fuit diſpẽſatus, vt habitet in loco vicino, dummodò ſubſtitutus habitet propè Eccleſiam. Aliquando fuit conceſſum etiamſi ſubſtitutus non habitaret propè Eccleſiam.

Item, Papa aliquando diſpenſauit, vt Parochus abeſſet propter negotia Capituli, donec alius ſubſtitueretur, ſic de Cleri.

Item, licèt odium non excuſet à reſidentia, tamen inimicitia excuſat ad tempus, ſi non fuit contracta culpa Parochi, & poſt obtentum Beneficium orta, & cum his conceditur diſpenſare ad annum, dummodò in Parochia remaneat idoneus Vicarius.

Item, licèt maior pars fructuum, vel omnis ſit reſeruata alteri, tamen Parochus non excuſatur à reſidentia.

Item, diſpenſatus à reſidentia propter inimicitias, debet remanere in aliquo loco vicino ſuæ Parochiæ.

Item, infirmitas excuſat à reſidentia, quando in loco Parochiæ non ſunt Medici, aut Medicinæ, & alibi curari poſſit, & in hoc caſu diſpenſatur per quatuor menſes. Item, non excuſat quod parum diſtet, à Ciuitate Parochia, & quod diebus Dominicis ſit in Parochia.

Item, non excuſat quod ſit Magiſter ſcholæ in Ciuitate vicina.

Item, tempore Epidimiæ Parochi tenentur omninò reſidere, & tali morbo infectis miniſtrare ſacramenta Baptiſmi, pœnitentiæ, & alia per ſeipſos, & alios idoneos, & Epiſcopus puniat ſecundùm Canones, vſque ad priuationem inobedientes, & negligentes, ſeruato iuris ordine.

Item, quando alicui Parocho conceditur facultas ſtudendi, vt fructus percipiat, debet primò ſtudere Theologiæ, vel iuri Canonico: ſecundò, non ſit 30. annorum: tertiò, poſt quinquennium nulla facultas concedenda, & infra annum fiat Diaconus: quartò, Cura animarum exerceatur per idoneum Vicarium, aſſignata ei idonea fructuum portione, & hoc valet in Parochialibus obtentis ante Concilium, quia in poſt obtentis nulla facultas eſt danda Parochis, ſed secùs Canonicis.

Item, Epiſcopus contra Parochos abſentes poteſt procedere, vſque ad priuationem incluſiuè, dummodò præceſſerint tria edicta publica, & ſex menſes, *cap. ex tunc, & cap. tua nobis, de Cleric. non reſident.* ordo non neceſſarius ſeruandus, vt in Epiſcopo, *vt infra.*

Item, per hoc decretum Parochi non poſſunt abeſſe à ſuis Parochiis ſingulis annis per aliquod tempus, niſi cauſa cognita, & licentia in ſcriptis obtenta. Idem dicendum de Curatis inferioribus.

Item, Epiſcopus poteſt compellere Parochos reſidere, non obſtante conſuetudine de non reſidendo in loco diſtanti per ſex milliaria, *cap. 1. ſeſſ. 6.*

Item, Epiſcopus in viſitatione non poteſt vti ope Parochi, niſi pro tempore à Concilio permiſſo, & deputato Vicario idoneo.

Item, licet Parochus poſſit abeſſe per duos menſes, tamen hoc non poteſt propria auctoritate, ſed de licentia Epiſcopi.

Item, Epiſcopus poteſt cogere Rectorem ad reſidentiam, licèt eius Eccleſia Parochialis ſit ad Collationem inferioris Collatoris.

Item, Ordinarius applicet fructus pro rata temporis non reſidentiæ fabricæ Eccleſiæ, Parochis, vel pauperibus, vel ornamentis, etiamſi non indigeat.

Item, Parochus ſeruiens in diuinis ſuæ Parochiæ, licèt non reſideat in ædibus Parochialis, vel intra limites, non tenetur reſtituere fructus: debet tamen cogi ad habitandum in dictis domibus, vel intra limites.

Item, Parochus, cui propter inhabilitatem fuit datus Coadiutor, non poteſt habitare extra ſuam Parochiam, etiam relicto ſibi Coadiutore, *cap. 6. ſeſſ. 21.*

Item, ſi vnus populus diuidatur, & vna pars habitet in Ciuitate, & altera extra, & idem Parochus ex conſuetudine ambas Parochias habet, debet reſidere in Ciuitate.

Item, non eſt danda licentia Parocho cauſa ſtudij, cùm hodie dentur per concurſum dignioribus.

Item, Epiſcopus reſidens in Epiſcopatu, ſi in aliqua Diœceſi habet dignitatem, poteſt habere fructus illius, licèt non reſideat, ſed non diſtributiones, &c. Idem de aliis Beneficiis.

Item, Epiſcopus reſidens in Cathedra-

li ha

li habens Monaſterium cui ſunt Curatæ annexæ, regi ſolitæ per Vicarios, non tenetur reſidere in Monaſterio.

Item, non licet Epiſcopo abſentare ſe ab Epiſcopatu ſuo, etiam propter morbum perpetuum.

Item, Epiſcopus procedens contra Parochos non reſidentes, non tenetur ſeruare interualla, quæ cum Epiſcopis, *cap.1. Reform. ſeſſ.6.*

Item, Parochus cogatur habitare in domo Eccleſiæ, quam ſi non habet, ſaltem in viciniori loco intra Parochiam, ſecùs perdit fructus.

Item, quando repente neceſſitas diſcedendi à Parochia naſcitur, vt non detur dilatio, ad petendam facultatem in ſcriptis, tunc quamprimùm de licentia, & de neceſſitate Ordinarium moneat, vt poſſit cognoſcere de cauſa.

Item, Parochus, qui petit licentiam, & iurat ſe habere grauem cauſam, quam non expedit manifeſtare, ſi Epiſcopus non det licentiam, non eſt tutus diſcedens in conſcientia. Idem ſi cauſam rationabilem iudicio boni viri expreſſit, & rigidus Prælatus minùs æquam iudicat, ſuſpicans confictam, cùm ſit vera, diſcedens non eſt tutus, ſed recurrat ad Superiorem.

Item, non poteſt per hebdomadam abeſſe non petita, vel non obtenta licentia, etiam relato approbato Vicario.

Item, nec excuſat à culpa, vel pœnis bona fides propter euidentiam cauſæ, vt infirmitatis, niſi ſit periculum in mora, *vt ſuprà.*

Item, non ſufficit licentia tacita, ſed detur expreſſa.

Item, non poteſt componi debita reſtitutio fructuum perceptorum vi Cruciatæ, vel aliarum facultatum obtentarum poſt Concilium.

Item, habens Prioratum Curatum, vel Parochiam perpetuò vnitam dignitati, vel Canonicatui, debet reſidere in dignitate, vel Canonicatu.

Item, habens Eccleſiam Baptiſmalem in qua eſt ſola Cura baptizandi, tenetur reſidere, etiamſi alia Sacramenta dentur in alia Eccleſia.

Item, qui non reſidet per aliquod tempus, tenetur reſtituere fructus, etiamſi non fuit monitus per edictum, quia tenetur de iure communi.

Item, ſi in Parochia eſſent tantùm quatuor incolæ, non eſt reſidendum. Item, titulus, & commenda in hoc æquiparantur per omnia. Idem de Coadiutore.

Item, Epiſcopus non debet negare litteras commendatitias Sacerdotibus, & Clericis habentibus Beneficia ſine reſidentia.

Item, ſi ſint duæ Eccleſiæ vnitæ, & vna eſt intrà, altera extrà, reſidendum eſt in ea, quæ eſt intrà Vrbem.

Item, Vicarius amouibilis non excuſat titularem à reſidentia.

Item, Cardinalatus, & Epiſcopatus ſunt incompatibiles, & probatur ibi fuiſſe, & tenetur reſidere.

Item, habentes Curam iuriſdictionalem foro exteriori, vt viſitandi, abſoluendi à cenſuris, non coguntur reſidere, per hoc caput, ſed intelligitur comprehenſus in Bulla Papæ, de reſidentia Parochorum.

Item, eſt ſimonia aliquid accipere pro licentia in ſcriptis non reſidendi.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α CVm præcepto diuino.] Quod reſidentia ſit de iure naturali tenent, Sot. *lib.10.quæſt.31.* & quod de iure diuino etiam præceptum ſit oues paſcere, dixi ſuprà *6. cap.1.* contra Catherinum tenet, *deciſ.fid.Cathol. in ver. Epiſcopus non tenet, quæſt. 11. fol. 266.* vide Nauarr. *de Conſtit. conſ. 1.* & quod ſit de iure poſitiuo diſputat multis, argum. comm. contr. commun. *quæſt. 585. fol.40.*

β *Ne verò ea.*] In his quæ pertinent ad reſidentiam ſeruetur hoc decretum, & in reliquis ſi ſeruari non poſſunt decret. Concil. præſentis, id agendum eſt quod commodius, & meliùs poteſt, & qui non habet propriam domum in loco, vbi reſidere tenetur, aliquam conducere debet ex Congregationis ſententia.

γ *Ac Cathedralibus Eccleſiis.*] Non enim licet Epiſcopis à ſua Eccleſia abeſſe, niſi ob aliquam ex iſtis cauſis, etiam propter perpetuum morbum ex Congregationis ſententia.

δ *Cardinales.*] Quia Cardinalatus cum

Epiſcopatu ſunt incompatibiles, *cap. bon. me.el 1. de poſtul.* vbi DD. Caiet. 22. *quæſtion.* 185. *art.* 5. probatur rei accidentia, quia per aſſumptionem ad Cardinalatum vacat Epiſcopatus. Item, quia ſex tantùm Cardinalibus permiſſum eſt denominari ab Epiſcopatu, qui obtinent vt vocari poſſint Epiſcopi Cardinales cum Hoſt. Portuen. &c. Ergo cæteris non licet ea ratione, quia in iſtis propter vicinitatem Eccleſiarum ſimul, & officio ſeruire poſſunt; ſuadent id etiam, quia ante Boniſac. VIII. tempora pauciſſimis Cardinalibus, idque rarò, & non ſine ex graui cauſa Epiſcopatus cura demandatur, prætextu ſi Cardinali datur titulus Eccleſiæ infrà Vrbem cui deſponſatur; ergo aliam Eccleſiam ſponſam habere non poteſt: eſſet enim impoſſibile reſidere in Epiſcopatu, & in titulo cui tenetur, iuxta *cap. 2. de Cleric. non reſid.* ſecundùm verum intellectum. Hoc amplius ea omnia, quæ de reſidentia Paſtorum ſacris litteris præcipiuntur, vt vadant ante gregem, paſcant eum qui eſt in eis, id eſt, inter eos attendant vniuerſo gregi, cognoſcant vultum pecoris ſui, vocent nominatim, aſſiſtant, aſpiciant: nam Epiſcopus ab inſpiciendo dicitur, generaliter ſunt præcepta in omnibus Paſtoribus: ergo comprehendunt neceſſariò Cardinales Paſtores Eccleſiarum, Vide Franc. Torren. *in tract. de commendatione perpetua adminiſtrationis inter ſuos tract. ad Seripand.*

Non obſtat, quod ait Gregorius *in reg. lib. 2. ep. 13. cap.* 52. ad Agnellum Epiſcopum Fundenſem, quem præfecit Eccleſiæ Terracinen. nec tamen abſoluit ab Eccleſia Fundenſi, quia modus ille commendandi valdè diſtabat à commendis noſtrorum temporum. quæ habentur pro vero titulo, vt dixi ſupra *ſeſſ. 7. cap.* 2. & illa erant loco depoſiti ad tempus, vt idem Gregorius oſtendit, *lib. 2. ep.* 25. Epiſcopo Quilaſino pro Eccleſia Stilicana Paſtoris ſolatio deſtituta & *eodem lib. 2. ep.* 35. eodem Epiſcopo Quilaſino pro Eccleſia trium Tabernenſium, non ob. Extrauag. *execrabilis, Io. 22. de præbend.* in qua excipiuntur Cardinales, quia reuocatur hic per Concilium: ſed quando Extrauag. illa intelligatur, vide Put. *deciſ. 99. lib.* 1. Neque obſtat *cap. cum dilectus, cap. ad audientiam,* & *cap. de cætero, de Cleric. non reſid.* in quibus excipi videntur, qui ſunt in ſeruitio Pontificis; quia iura illa ſunt limitanda per Concilium hîc, niſi in caſibus quando Chriſtiana Charitas, vrgens neceſſitas, debita obedientia, & euidens Eccleſiæ, vel reipublicæ vtilitas id expoſcunt; ſimiliter tollitur fundamentum Doctorum, per quod aſſerunt, Cardinales habentur pro reſident. & facere in abſentia fructus, ſuos quia ſeruiunt Romanæ Eccleſiæ, quæ eſt omnium Mater, & Magiſtra, quia ſunt magis familiares quàm alij, & aſſumunt partem ponderis diei, & æſtus; quia ſunt pars corporis, quinimò capitis Papæ, *cap. ex parte, de Cler. non reſid.* & *in proœm. 6.* & *cap. Bone, de Poſtul. Prælat. cap. fundamenta, de elect. cap. fœlicis, de pœnis, in 6.* Oldrad. *conſ.* 48. Sarn. *de viſitat. lib. 1. cap. 2. n. 5. & ſeq.* vbi de ipſorum prærogatiuis, & Priuilegiis, Martin. Lauden. de Card. *quæſt.* 5. & idem in alio, *tract. de Card. quæſt.* 68. Andr. Barbat. *de præſt. Card. quæſt.* 12. Gundiſalu. Villadiego *de Origin. & degm. &c.* Card. *num. 11. & 12. quæſt. 13. num.* 62. Quandoquidem hæc omnia ceſſant hodie per expreſſionem factam à Concilio, ſed etiam inter Concilium in reformatione per dilectos Cardinales ſub Paulo III. in abuſu octauo concluſum fuit, Cardinalatum cum Epiſcopatu incompatibilē eſſe, idque confirmatur cum alia ratione de iure cōmuni, quod Cardinalis ad Epiſcopatum non eligitur, ſed poſtulatur, vt per Gundiſaluum Villadiego, in *tract. de origin. Cardin. quæſt. 5. num.* 17. Innocentius VI. ſtatim, vt coronatus fuit, omnes à Curia abiecit, & ad Eccleſias ſuas abire coëgit ſub pœna anathematis, quod piæ memoriæ Pius V. & S. D. N. facto probant.

An autem poſſint diſpenſari per Papam vt Romæ maneant, dic quod ſic, & contrarium aſſerere temerarium eſſet: de quo articulo, vide Dec. *fid. Cathol. in cap. Cardinales Epiſcopi, fol.* 126. Innocentius etiam IX. ſtatim vt coronatus fuit, Prælatos ad reſidentiam abire coëgit.

Quantæ autem prærogatiuæ ſint Cardinales, vide per Gomeſ. *in præambul. reg. quæſt. 4. per tot.* & poſt alios, vide Card. Iacob. *de Conc. lib. 1. fol. 34. vſque ad fol.* 50. vbi refert Epiſtolam Eugenij IV. ad fauorem Cardinalium contra Primatem Cantuarienſem, qui nolebat cedere Cardinalibus. Vide Cardin. Bellarminum, *tom. 1. lib. 2. cap. 16. fol.* 1071. & Maſcard. *de probat. vol. 1. concluſ. 168. & ſeq. fol.* 241.

An

An Cardinales comprehendantur, ſub diſpoſitionibus generalibus in vtramque partem. Vide Rot. Pui. *lib.1. deciſ.195.* & Felin. *in cap. cum in iure, num. 7. de offic. deleg.* ipſi tamen æquiparantur Regibus, Menoch. *tom.3. conſ.202. num.136.*

ε Nam cum Christiana charitas.] Iſtæ quatuor cauſæ extenduntur ad ſeptem capita. Primò, ſi Concilio generali intereſſe oporteret. Secundò, ſi Papa velit conſulere, vt Eccleſiæ ſuæ proſit. Tertiò, per ſecutionẽ ſi gregi non noceat: quartò, ſi cogatur ire ad balnea: quintò, ſi mittatur à Papa in Legationem: ſexiò, ſi ex mandato Papæ ei aſſiſtat: ſeptimò, ſi fiat Cardinalis: nam tunc remanet Commendatarius ſuæ Eccleſiæ, vt in *deciſ. fid. Cathol. in ver. Epiſcopalis, quæſt.13. fol.268.* dixi ſuprà *ſeſſ.6. cap.1.* & ſit in ſeruitio Epiſcopi, ſecundùm Menoch, *tom.1. conſ. 99. num. 82.* vel adſit cauſa ſtudiorum, vel publicæ militiæ. Idem *tom. 2. conſ.182. num. 8.* Sed quæritur an Epiſcopi abſentes alia ex iſtis cauſis debeant interim gaudere alternatiua; de iure videtur quod ſic, quia dicuntur legitimè abeſſe, vt per Concilium hic. Tamen quia verba alternatiuæ diſponunt quòd debeat eſſe præſens in Diœceſi, & contrarium videtur verius, & eſt fundata in fauorem reſidentiæ. Præſens autẽ dicitur, qui præbet ſenſibus corporis, ſecundùm gloſſam communiter receptam in Clem. *dudum, in ver. præſentari de ſepulturis.* Roch. de Curt. *in tract. de Iurep. in princ. col.3. verſ. 3. quæro*, ſed quantùm alia Bulla alternatiuæ ſub Pio V. edita, excipit has abſentiæ cauſas, fuit in Congregatione reſolutum quòd gaudere debeant alternatiua, ſub die 9. Iulij 1573. quia abſens ex iuſta cauſa non dicitur abeſſe, *cap. ex parte, il 2. de Cler. non reſid.* & alternatiuæ ſunt Epiſcopis odioſæ, cùm ipſi habeant fundatam intentionem de iure communi, Staphil. *de grat. expect. num.27. fol.5.*

ζ Vel Reipublicæ vtilitas.] Quæ autem dicatur abſentia Reipublicæ cauſa, dic quod ſi mittatur à Papa, vel Principe, vel Republica, Iaſ. *in §. rurſus, num.1. Inſtit. de rer.* & dum opponeretur cuidam, quod non Reipublicæ tantùm, ſed ſua cauſa priuata aberat, dictum fuit inſpici oportere quod perſonaliter intendatur, & in dubio præſumi priuata cauſa. Bald. *in cap. cum dilecti de appell.* Maſcard. *de probat. tom.1. concluſ.11. fol.46.*

η Suffraganeo Epiſcopo.] Suffraganeus antiquior reſidens inquirat de abſentia Epiſcopi Comprouincialis, & etiam debet ipſe Metropolitano abſente conuocare Concilium Prouinciale, & in cæteris vice D. Metropolitani fungi, & non Epiſcopus qui non eſt Suffraganeus: ſed exemptus & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectus, licèt in Concilio Prouinciali per Metropolitanum dum viueret celebrato iuxta formam, *cap.2. ſeſſ.24.* elegerit dictum Metropolitanum, in cuius Synodo intereſſet, etiamſi omnibus Suffraganeis dicti Metropolitani in promotione ſit antiquior, & in Concil. Prouinciali ſederit ſuper omnes Suffraganeos. *in ver. ad eundem*, tamen cenſuit Congregatio, quod Metropolitani prouidere debent, vt Prouinciales eorum Epiſcopi iuxta decreta Concil. Trident. reſideant in eorum Eccleſiis.

θ Tres menſes.] Quoad reſidentiam 9. menſium obſeruetur hoc decretum, & ſi aliquod ſtatutum in contrarium ſit factum irritum ſit & nullum, & liti & cauſæ commiſſæ in Rota, vel alibi cedatur quoad hoc caput.

ι Dominici Aduentus.] Olim de Aduentu non fiebat mentio, *cap. ſi quis in Clero 7. q. 1.* ſed erat præceptum: nunc verò hortatur Theſ. For. Eccleſ. *de pœnit. non reſid. cap.33. num.6. par.3. fol.529.*

κ Natiuitatis.] De Natiuitate & Paſchatis tempore fuerat diſpoſitum olim in Concil. Lugdunenſi, *cap.5. tom.2. fol.681.*

λ Vocent.] Vel niſi neceſſitas cogat, vt habetur in reg. Gregor. *lib. 2. par. 11.* & ita cenſuit ſacra Congregatio.

Ad §. ſi quis autem.

μ Non reſidentes.] *Seſſ. 6. cap. 1.* vbi ipſo facto amittit quartam partem fructuum vnius anni, fabricæ, vel pauperibus erogandi, poſt alios ſex menſes aliam quartam partem, & dic ipſo iure; ſed ad effectum priuandi requiritur trina citatio cum ſpatio ſex menſium. Abb. *lib.1. conſ.67.* Nauarr. *de Cler. non reſiden. conſ.22. num.1.*

ν Fructus ſuos.] Qui debentur fabricæ, vel pauperibus etiam non expectata ſententia, *lib.2. Caſuum conſcien. c.96. num.45.*

ξ Fabricæ.] Ita cenſuit Nauarr. *par.2. in tit. de præbend. conſ.62.* quod fabricæ debent applicari, ſed quatenus ibi negat poſſe erogari pauperibus, habet contrarium, hic dicitur per alternatiuam aut.

o Ei remitterentur.] Remiſſiones quas faciunt in die Cœnæ Domini, ſeu alio de portionibus aliis accreſcentibus ob non reſidẽtiam, non fiant, & facta reuocentur.

π De curatis inferioribus.] Quæ ſit Eccleſia Curata, & quæ Parochialis & Cura pœnitentialis, vel iuriſdictionis. Vide in Rota *par.2.deciſ.52. per tot.*

ρ Et aliis quibuſcumque.] Quæſitum fuit per Illuſtriſſimum Cardinalem Senonenſem, an per iſta verba cogantur ad reſidentiam habentes Curam iuriſdictionalem in foro exteriori, viſitare, excommunicare, ab excommunicatione ſuſpendere, & interdicere; & fuit reſponſum quòd ex verbis Concilij non coguntur, quia *cap. 1. ſeſſ. 6.* iuncto *cap. 2.* & in hoc cap. loquitur de cura animarum propriè & ſtrictè ſumpta, non autem de iuriſdictionali, quod probatur ex eo quòd Concilium, *d.cap.1.ſeſſ.6.* dicit iſtud eſſe onus Angelicis humeris formidandum, ex D. Bernard. in Euang. *Miſſus eſt Angelus.* Item mandat, vt Paſtores attendant, inuigilent, aſſiſtant, pareant in Sacramentorum adminiſtratione, verbi Dei prædicatione, & bonorum operum exemplo. Item, ne per tempus Aduentus, Quadrageſimæ, & quarumdam ſolemnitatum abſint à Cathedrali. Item, quia irrogat pœnam peccati mortalis. Item, quia diuerſa pœna afficit hic Curatos huiuſmodi, & diuerſas obtinentes dignitates cum cura iuriſdictionali, veluti Archidiaconos qui ob non reſidentiam priuantur poſt tertium annum, vt habetur in *cap. 12. ſeſſ. 24.* Quicquid ſit ex Concilio tamen præpoſitura licèt iuriſdictionalis, intelligitur eſſe comprehenſa in Bulla S. D. N. de reſidentia Parochorum edita, & ita cenſuit S. Congregatio.

Iterum fuit inſtatum an teneantur reſidere de iure communi, tàm illi qui obtinent in titulum, quàm qui obtinent in commendam: quoad obtinentes in titulum, fuit reſolutum affirmatiuè, quia cura iuriſdictionalis eſt cura animarum, & in ea verificatur, *cap.de multa de præbend.* vt *not. gloſ. in cap.dudum, el 2.in ver. ſuſpendit, de elect.* Innoc. & Abb. *in cap. cùm ſatis, de offic. Archid.* Staphil. *de qualit. & ſtat. benef.num. 10.fol. 41.* Gomeſ. *in reg. de Idiom.quæſt.11. num. 4.* & per Extrauag. execrabilis propè finem, vbi gloſ. *in ver. viſitare*, æquiparantur hæ duæ curæ, & vna ſicut alia facit incompatibilitatem, vt notat Doct. in Clem. *vnic. de offic. Vicar.* & ex regula quod licèt Beneficium requirit reſidentiam, per *cap. quia nonnulli, de Cler. non reſid.* vbi Doct. excipiuntur de generali mundi conſuetudine beneficia ſimplicia tantùm, de quibus quæ ſint, vide Lap. *alleg. 116.* ergo omnia alia remanent ſub onere reſidentiæ, nec intereſt an beneficium ſit magnum, ſiue paruum, Innoc. & Hoſt. *cap. Clericos, de Cleric. non reſiden. de reſidentia, num. 1. & 2.* dubitatum verò fuit multum an idem ſit de obtinente in commendam: aliquibus enim videbatur, DD. Commendatarios non eſſe obligatos, quia Commenda non facit incompatibilitatem. Poteſt enim vnus obtinere beneficium Curatum in Commendam, in qua poteſt deſeruire per ſubſtitutum, & aliud in titulum in quo teneretur per ſe reſidere, *cap. dudum, il 2.* vbi gloſ. & DD. *de elect. not.* Gomeſ. *in reg. de idiom. quæſt.5. poſt princ.* Rebuff. *de pacif. poſſ. num. 45.* Nec ideò, quia datur hodie Commendatariis ius percipiendi fructus, eſt altera natura Commendæ, vt tenuit Caſſad. *deciſ. 32. num. 6. & 7. ſuper reg.* nec per Commendam dicitur plenè prouiſum, æquè vt per titulum, ſed id factum eſt ad impediendum deuolutionem, & impetrationem, vt tenuit idem Caſſad. *deciſ.2. num. 12. & 13. de vnion.* nec ob *cap. nemo*, vbi gloſſ. & Doct. *de elect. in 6.* per quem text. beneficia Commendantur quatuor concurrentibus, eo conſtituto in Sacerdotio in ætate legitima, vnum, & ex cauſa qua proceditur in Commendis temporalibus quæ fiebant ab Epiſcopis, vt per Archid. Silu. *Commenda n.2.* in aliis ergo remanet ius commune, vt dictum eſt, per *cap. dudum, de elect. & cap. qui plures 21. quæſt. 1.* Æneas de Falcon. *in tract. de reſeruat. quæſt.3. num.11. fol.374. tom.4.* Nec Commendatarius habet titulum Eccleſiæ, licèt habeat legitimam adminiſtrationem ſecundùm Bart. Bellon. *in tract. de Charitat. ſubſid. quæſt.6. tom.4. fol. 390.* non habet ius in beneficio Commendato, nec dicitur Prælatus, Io. de Salic. *in tract. de benef. quæſt. 33. num.3. tom.4. fol. 90.* Dec. *conſ. 140. col.4. verſ. 30.* In tali Commenda præſertim cum Eccleſia debeat habere proprium Prælatum, *cap. cùm ignoſces, de præbend.* Non ob. Concil. *ſeſſ. 6. cap. 2.* ſiue in titulum, ſiue in Commendam, quia loquitur in vera Cura pœnitentiali, vt dictum eſt, quibus accedit

accedit ſtylus Curiæ qui hucuſque inualuit Commendandis paruulis,qui per ætatem reſidere non poſſunt: item quia ea quæ ſunt iuriſdictionis poſſunt demandari, & per alium exerceri vulg. iur. Multi ex Illuſtriſſimis DD. tenentes contrarium, dicebant Commendas antiquo tempore. de quibus loquuntur Can. 21. *quæſt. 1. qui plures,& cap. dudum, il 2. de elect. & cap. nemo,eod. tit. in 6.* habuiſſe naturam depoſiti, fuiſſe temporales, & nihil habuiſſe commune cum Commendis noſtri temporis, quæ quidem hodie habentur pro titulo,& ſunt per omnia æquiparatæ titulo, vt per multas rationes concludit poſt alios quod allegat Gomeſ. *in reg. de idiom. quæſt. 5.* & latius *in reg. de trien. quæſt. 5. per tot.* quem vide ad propoſitum Io. Monach.& Prob. *in cap. nemo, num. 11. 12. 14. & 23. de elect. in 6.* Rebuff. *in tract. nominat. quæſt. 8. num. 24. & de pacif. poſſ. n. 36.* Diſcurrebant per rationes tentatas, quia eadem eſt ratio quoad regimen populi, ſi Cura detur in titulum, ſiue in Commendam,ergo idem ius. Item, quia cap. de multa verificatur in vtraque Cura iuriſdictionali ſunt inuicem incompatibiles Doct. *in d. cap. nemo.* Item,qua ratione cuiuſcumque curæ tenetur quis ad reſidentiam, Doct. *in Clem. 1.* per illum text. *de offic. Vic.* Item, quia etiam in antiquiſſimis Commendis tenebatur reſidere, vt in reg. Greg. videre licet per multas epiſtolas, *lib. 2. cap. 32.* & alibi. Item, quia ſic illudimus legibus capientes earum verba, & nitentes contra eius voluntatem, *cap. non dubium. C. de leg.* Item, propter innumera ſcandala, quæ ob id exorta ſunt, vt hodie patet ad ſenſum de Commendatariis, qui ad colligendum tantùm fructus beneficiorum intendunt, nec curant de ruina Eccleſiarum, vt ait Rebuff. *de Commen. num. 14. & 19.*

Quibus addebant eſſe peccatum mortale ſi Cardinales recuſant vacare reformationi Commendarum ex cupiditate. Syluester. *c. mmend. in fin.* & quam ſint periculoſæ Commendæ non modò curatæ, ſed etiam ſimplices etiam DD. Cardinalibus,vide per Abb. *in c. querela, de elect. & in c. de Monach. de præben.* & Syluest. *vbi ſuprà.* Dubio hoc enim ter hucuſque propoſito nulla capi potuit reſolutio experto quod velint. Iterum poſtea fuit propoſitum an Commendatarij Monaſteriorum teneantur de iure ſuſcipere Sacros Ordines, & per propoſita reſpōdebam affirmatiuè, per *text. in Clem. ne in agro. §. cæterum: de ſtat. Monach.* Ratio eſt ne liberum ſit eis poſt receptos fructus Eccleſiarum eis relinquere,& ad ſæcularia vota tranſire; *argum. cap. Commiſſa, de elect. in 6.* Hinc dicebat Rebuff. *de non promot. infr. an. num. 26. fol. 340.* quod ſi eſſet in Concilio procuraret ſtatui, vt Abbates iſti ipſo iure poſt annum eſſent priuati per non promotionem. Imò quòd deberent eſſe Presbyteri ante adeptam Abbatiam, quia hodie infantibus datur,& ſi ſenibus dantur nolunt promoueri, & ita cenſuit Congregatio die 7. Iulij 1575.

Vt quandocumque eos.] Cauſa priùs ſufficiens cauſa erit, ſi Epiſcopus pro viſitatione ſuę Diœceſis, vti velit opera Parochi, qui tamen ob eam cauſam vltra quadrimeſtre ſingulis annis abeſſe non poteſt à ſua Parochia, & interea debet poni in ea idoneus Vicarius cum congrua portione fructuum dictæ Parochiæ arbitrio ipſius Epiſcopi ſibi aſſignata ex Congregationis ſententia.

Hodie ex hoc text. Parochi non poſſunt abeſſe cauſa ſtudiorum, nec poſſunt obtinere licentiam à ſuo Epiſcōpo. Quantang. *in ver. reſidentia, ſol. 443. ver.* Item, limita, vbi reddit rationem quare id inductum fuerit ex quo Parochi cùm approbantur per concurſum, præſumuntur idonei, & non indigere nouo ſtudio. Item, nec poſſunt etiam in caſu neceſſariò relicta.... cum Vicario idoneo docere in Ciuitate Grammaticam ex Congregationis ſententia, de qua per Quarant. *vbi ſuprà fol.* 445. vbi vide alias declarationes: ſed 24. cāſus quibus Parochus poteſt abeſſe à ſua Eccleſia. Vide per Silu. *de benef. 4. par. cap. 16. comm. contr. Comm. quæſt. 585. num. 13.* vbi etiam habes potuiſſe olim Parochos abeſſe per duos menſes, etiam ſine Ordinarij licentia, quòd hodie ex Congregationis ſententia non licet, *num. 6.*

Per motum proprij S. D. N. Pij V. publicatum 23. Ianu. 1568. ſuper reſidentia Canonicorum habētium Parochiales, non oblata fuit facultas Ordinariis, ita & taliter quod non poſſint iuxta formam Concil. Trident. ex aliquibus iuſtis cauſis nonnullis licentiam reſidentiæ à Parochiali ad aliquod tempus concedere, dummodò ea vtantur intra limites præſcriptos, per

Oo hunc

hunc text. *lib. 4. ep. 51. in fin. & ep. ſeq.*

t Abeſſe contigerit.] Hinc poteſt Epiſcopus prohibere ſub pœna pecuniaria arbitraria,quæ tamen dimidiam decimarũ non excedat, ne Parochi vltra biduum ab Eccleſia ſua abeſſe poſſint,non tamen id prohibere poteſt ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, vt cenſuit Congregatio.

v In ſcriptis.] Gratiſque hinc eſt quòd ſi Epiſcopus hac de cauſa pecuniam accipit, ſymoniam committit. Rebuff. *de diſpenſ. de non reſid. num. 16.*

φ Niſi ex graui cauſa.] Sufficiens cauſa eſſet ſi abeſſet pro rebus Eccleſiæ, vel pro Capitulo, *cap. ex parte, il 2. de Cler. non reſid.* ſecùs ſi abſentia, vel lis ſuper habilitate perſonæ ſuæ, quia tunc non excuſatur,niſi in vtilitatem Eccleſiæ ſuæ, etiamſi diſpenſatur ſuper abſentia cauſa ſtudiorum, non venirent fructus,niſi expreſsè dicatur,ideò curent ſollicitatores poni,*not. in cap. tuæ, de Cler. non reſid.* Lap. *alleg. 57. num. 7.* alias legitimæ abſentiæ cauſas, vide infra *ſeſſ. 24. cap. 12. in ver. ſtatis horis*, quibus adde quod licẽtia, vt quis abeſſe poſſit cauſa ſtudiorũ à ſeruitio ſuæ Eccleſiæ, vel ſui Canonicatus, non ſuffragatur vltra quinquennium, impetrata à die quo cœpit ſtudere iuri, vt voluit ſacra Congregatio; graues quoque inimicitiæ ſunt iuſta cauſa, præterquam quis non teneatur reſidere: præterea quando tempus faciendi itineris eſſe ſolet cum periculo propter nimios calores concedenda eſt dilatio petenti ad proficiſcendũ ad reſidentiam ſui beneficij, & interim dum abeſt de eo quod fructus beneficij habenda eſt ratio eadem, ac ſi ibidem reſideret, ex Congregationis ſententia. Item, infirmitas eſt cauſa ſufficiens, ſed quòd ſi proueniat ex culpa, puta morbus Gallicus, vel vulnus ex inſultu, vide per Couarr. *lib. 3. var. reſol. cap. 13. num. 8.* nouiſſimè per Renetendum Epiſcopum Sarnen. *de viſit. lib. 1. quæſt. 20. num. 10.* & tunc etiam non eſt addenda afflictio afflicto, arg. leg. tàm demeritis, *C. de Epiſc. aud.* & probata in aliquo loco, locus ille non eſt tutus, vt ſuprà diximus; & ideò præſtat excuſationem. Maſcard. *de probat. concl. 19. cum duab. præcedentibus, fol. 50.*

Ad §. quod ſi.

χ Per cenſuras Eccleſiaſticas.] Ergo poteſt Epiſcopus excommunicare abſentem extra ſuam Diœceſim, cum gloſ. *in cap. nouit. de offic. deleg.* Prax. *in ver. excom. 2. quæſt. 1.*

ψ Etiam vſque ad priuationem.] Hinc fuit reſolutum quod Parochus qui non vult in ſua Parochiali reſidere debet ea iuris ordine ſeruato priuari trina citatione, & poſt ſex menſes, nec ſufficit vnica citatio. Abb. *conſ. 67. lib. 1.* Felin. *in cap. conſuluit. de offic. deleg.* Nauarr. *de Cler. non reſid. conſ. 32. num. 1.*

ω Nec executionem hanc.] Rector Parochiæ Illerden. monitus ab Ordinario, vt reſideat, noluit; & propterea factus contumax appellauit: viſum fuit appellatione pendente committendum Auditori, vt Epiſcopo committat, vt Eccleſiæ Vicarium præficiat, ne diuinus cultus & reliqua cura deſeratur; quia à mandato Epiſcopi de non reſidendo, in viſitatione facto datur appellatio ad effectum deuolutiuum tantùm, non ſuſpenſiuum, ex ſacræ Congregationis decreto die 8. Iulij 1595.

Licèt olim reſidentes in Curia non tenerentur ad reſidentiam in beneficiis quæ extra Curiam poſſidebant. Bart. Bellon. *tom. 4. de Charit. ſubſid. quæſt. 66. nu. 20.* Boër. *deciſ. 17. num. 11.* & ſi ſint in ſeruitio Papæ, vel Epiſcopi, percipere poſſunt fructus in abſentia, & ita ſi peregrinentur de licentia. Boër. *ibidem, num. 6. 8. & 12.* tamen per Concilium, *ſeſſ. 24. cap. 11.* colligitur Eugeniana, & ſimiliter in hoc textu.

Aliæ reſolutiones ſacræ Congregationis ad hoc cap. primum.

Detentus Romæ præſtita cautione de non diſcedendo non tenetur reſidere in ſuo beneficio: Congregatio ad Epiſcopum Aretin. Item, obligatus ad reſidendum in Vrbe, non poteſt à ſuo Epiſcopo originis prohiberi ne ex ſua Diœceſi diſcedat. Ad Epiſcopum Ariminenſem Parochus ſi non poſſit recuperare domum Parochiæ coniunctam ad habitandum permittatur habitare in alia domo magis propinqua, ex Congregationis ſententia.

Clericus verò quamdiu ab Eccleſia ſua abeſſe debeat arbitrarium eſt, *cap. cum inter.* vbi gloſſ. *de Cler. non reſid.* Menoch. *de arbitr. iud. caſ. 478.*

Permittitur Vicariis foraneis pro audienda confeſſione monialium Ciuitatis, vel ad deſeruiendum in Cathedrali abeſſe à Parochia, dummodò Vicarium habeant in Parochiali, & ipſi quandocumque poterunt ad eam proficiſcantur. Congregatio

tio Coadiutori Senen.

Item, Preſbytero habenti inimicitias in dominio loci, vbi ſitum eſt beneficium, debet Epiſcopus ſi non poteſt eos reconciliare, eidem dare beneficium extra iuriſdictionem illius dominij, vel permittere eidem Preſbytero, vt abeſſe poſſit à beneficio per annum, conſtituto tamen Vicario idoneo, cum aſſignatione æquæ portionis fructuum beneficij, qui ei inſeruiat donec cauſa inimicitiarũ inter eos ſuberit: debet tamen Epiſcopus curare, vt inimicitiæ illæ extinguantur. Quod ſi non poterit id perficere, debet reſcribere ad Cardinales Congregat. Concil. cuius culpa factum ſit quominùs reconciliatio proceſſerit. Item, cenſuit Congregatio quod infirmitas non excuſat Parochum à reſidentia: ſed ſi ſit curabilis, & in loco Parochiæ non ſit copia Medicorum ac medicinarum, poſſe ab Ordinario dari dilationem trium, vel quatuor menſium ægroto, vt curari poſſit in locis vicinioribus commodioribus. Interim tamen per ipſum Ordinarium deputato Vicario, idcircò ad Curam dictæ Parochialis, cum aſſignatione congruæ portionis ex ipſius Eccleſiæ redditibus. Item, nec ſenectutem excuſare Rectores à reſidentia.

Vbi autem fuit immemorabilis conſuetudo deſeruiendi in Curata Eccleſia per Vicarium ad nutum amouibilem, Rector excuſatur à reſidentia, vel habebit Vicarium perpetuum. Nauarr. *de Clerit. non reſid. conſ. 1. num. 1.*

ADDITIO.

Cum de pœnis non reſidentium, & de modo procedendi contra eos, vide Horad. *de incompatib. Benef. par. 1. quæſt. 18.* & ad hoc decretum, vide Nauarr. *cap. 25. num. 121. in manual.*

1 *Præcepto.*] Hinc decretum hoc vbique ſeruandum eſt etiam, vbi Concilium non eſt receptum. Nauarr. *conſ. 1. de Conſt. num. 43.* Vide Lel. Zacch. *in caſ. Epiſcopo reſeruat. caſ. 3. fol. 552. poſt caſ. conſc.* Paleot. & *fol. 555.*

Ex hoc infertur quod ſuper hoc non diſponat Papa, niſi interpretando.

2 *Oues ſuas.*] Io. 20. ibi. *Paſce oues meas.* gloſ. in proœm. pragmaticæ .... *ver. non ædificans*, & *ver. reſidens.* & vide omninò Sot. *lib. 29. de iuſt. & iur. quæſt. 3. art. 1.* quæ autem reſidentia ſit de iure diuino, quæ autem non, vide Nauarr. *in man. cap. 25. num. 124.*

3 *Ex cauſis.*] Vide Lel. Zecch. *in lib. de caſ. Epiſc. reſer. cap. 13. fol. 508.*

Limita hunc text. vt poſſit abeſſe quis abſque auctoritate ſuperioris gratia implendi votum emiſſum ante Beneficij Curati executionẽ, debent tamen concurrere tria, vt not. Abb. *in cap. tuæ de Cler. non reſident.* Rocch. de Curt. *in cap. fin. de Conuent.* Rebuff. *in prax. benef. tit. de diſpenſ. de non reſid. num. 5.*

4 *Nonnunquam.*] Nota ex hoc text. iuſtas cauſas reperiri propter quas à reſidendo excuſetur, quæ in Epiſcopo ſunt Chriſtiana charitas, publica vtilitas, & quæ hic enumerantur, *ver. nam Chriſtiana.*

5 *Ad eundem.*] Metropolitanum qui Caput Concilij eſt quantùm ad vocationem, & Congregationem ipſius, & præſentem ſedem. Nauarr. *conſ. 7. de offic. ordin.* vide infrà *cap. 18.*

6 *Tres menſes.*] Adde huic text. *cap. 1. ſeſſ. 6. ſupr.* & dic ſex menſes reſtringi ad tres ſub pœna peccati mortalis, vt *ſuprà dicit text.*

7 *Si quis autem.*] hoc decretum procedit etiam in Coadiutoribus cum titulo Curæ animarum adiuuandæ, vt declarauit ſacra Congregatio 23. Iulij 1575. Lel. Zecch. *in caſ. Epiſc. reſer. caſ. 3. num. 2. in fin.*

8 *Contra huius decreti.*] Quid ſi abfuerit ex iuſta cauſa, ſed ſine licentia Epiſcopi. Lel. Zecch. *d. cap. 3. fol. 553. num. 3.*

Horum tamen Parochorũ reſidentiæ inſtitutio, & electio non ſunt de iure diuino, vt tenet Barbat. *de præſtan. Cardin. quæſt. 2.* Silu. *de Benef. par. 1. quæſt. 2. & 4.* Boer. *de auct. mag. Conc. Conſt. 16.* qui ſicuti tenendum eſt, obligari ad reſidentiam, ſaltem Pontificio iure. Barb. *vbi ſuprà par. 12.* Silu. *d. 4 p. quæſt. 1.* Duar. *de ſacr. Eccleſ. miniſtr. cap. 5.* quod primò probatur, quia ad pœnam peccati mortalis, & amiſſionis fructuum præcipit ne Parochus poſſit abeſſe abſque licentia Epiſcopi in ſcriptis redacta, quæ ſemper neceſſaria eſt, vltra duos menſes, niſi ex graui cauſa non eſt.

9 *Tuta conſcientia.*] Præſuppoſita facultate à S. D. N. conceſſa commiſſio Bullæ, quam Cruciatam dicunt, vt componere valeat reſtitutionẽ debitam pro fructibus

Oo 2 malè

malè perceptis in ſummam . . . . . erogendam pro expeditione contra Turcas, An in locis in quibus viget talis Bulla Parochus, qui iuxta Concil. Trident. *in cap.1. ver. ſi quis autem iunƈto. ver.* eandem omninò incidit in pœnam amiſſionis fructuum propter non reſidentiam illos poſſit tuta conſcientia retinere facta compoſitione cum primo Conſiſtorio, & die 28. Martij 1585. Congregatio cenſuit non poſſe.

10 *Eadem omninò.*] Fuit dubitatum an Epiſcopus procedens per ſubſtractionem fructuum aduerſus Parochos non reſidentes, iuxta hunc textum teneatur ſeruare eadem interualla, eandémque rationem quæ contra Epiſcopos non reſidentes ſtatuit, *cap.1.ſeſſ.6.* & Credo quod Congregatio quarta Auguſti 1586. tenuit, quod ſic prout in voto, quia iſte ver. ſe refert ad *d. cap.1.ſeſſ.6.* vnde relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, & dictio omninò præciſam naturam habet, & idem ſonat quod indiſtinctè Reip. *in l. qui te, num. 29. ſi cert. pet.* & intelligitur per omnes partes, Archid. *in cap. ſi Religioſus in princ. de elect. in 6.*

11 *Cognita.*] Hæc omnia committantur etiam Parochialibus, quarum Collatio ad inferiores ſpectat, etiamſi inferiores eſſent Abbates Regulares, Congregatio.

CAPVT II.

Vltra tres menſes conſecrationem differentes quidam, fructibus perceptis reſtituendis ſunt obnoxij, & totidem menſibus abſentes, ſunt ipſis Eccleſiis iure priuati.

α 1 ECcleſiis ª Cathedralibus, ſeu ſuperioribus, quocumque nomine, ac titulo præfecti, etiamſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſint, β *ſi munus conſecrationis* γ 2 *intra tres menſes* non ſuſceperint, ad perceptorum reſtitutionem teneantur. Si intra totidem menſes poſtea id facere neglexerint; Eccleſiis ipſo iure ſint 3 *priuati.* δ *Conſecratio verò*, ſi extra Curiam Romanam, fiat in Eccleſia, ad quam promoti fuerint, aut in prouincia, ſi commodè fieri poterit, celebretur.

ª Seſſ.7. c.9. Concil. Chalced. actio. 16. c. 25. Concil. Vormatien. c. 76. ca. quoniã, 75. diſt. c. quoniam, 100. diſtinct.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

IMpeditis, qui conſecutione facere non poſſunt, non currunt tempora.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α ECcleſiis Cathedralibus.] Quæ pœna fuerit olim, dixi, *ſuprà ſeſſ. 7. cap.9.* quibus adde quod impeditis qui conſecrationem petere non poſſunt, non currunt tempora. Lap. *alleg. 34. in fin.* vbi gloſſ. *in cap. ſi electio. in ver. alias, de elect. lib. 6.* vbi infrà tres menſes tenebatur ſub priuationis pœna, vt per Bertacc. *ibid. de Epiſc. tract. 2. lib. 3. quæſt. 1. fol. 82. pag. 2. de Confirm. Epiſc.*

β *Si munus Conſecrationis.*] Si citra contemptum non ſe conſecrari fecerit intra ſex menſes, non peccat mortaliter, niſi poſt multum tempus poſſet & nollet conſecrari. Tolet. *in ſum. l.5. cap.3. propè fin.*

Beneficia promoti ad Epiſcopi vacan. poſt conſecrationem, vel adeptam poſſeſſionem Epiſcopatus, Rot. Caputaq. *par.2. dec. 400. & ſeq.* vel ſi per ipſum ſteterit, ibidem *num. 3. & 9.* ſed non probatur, quin poſſit alia poſtmodum obtinere. Nauarr. *de elect. conſ. 15. contr. opin.* Abb. *in cap. Eccleſia veſtra, num. 2. de elect.*

γ *Intra tres menſes.*] Poſt tres menſes vacabant alia beneficia promoti, & non conſecrati: ſed hodie ex hoc text. priuatur perceptione fructuum ipſius Canonicatus. Card. Tuſc. *tom. 2. concl. 743. num. 2. de elect.* & ibi vide quod abſenti incipiat. . . . . à die notitiæ, & quod vocatio inducitur ipſo iure.

δ Conſe

¶ *Conſecratio verò.*] Olim Petrus, Iacobus & Ioannes ordinarunt alium Iacobum Apoſtolum, qui erat Epiſcopus ſicuti cæteri Apoſtoli, ſed intromiſerunt in Eccleſiam particularem Hieroſolymitanam, ita gloſ. *in cap.2.ver.ordinatus,diſt.66.*

ADDITIO.

1 *Eccleſiis.*] Vide Lap.*alleg.34. num.1.*

2 *Intra tres menſes.*] De hoc trimeſtri tempore, vide Io.Soteall. *in Summ.Pontific. ver.Epiſcopus,num.13.* Quomodo autem dies menſium computandi ſint, vide M. Ant. Bard. *de vtil. vel contin. cap. 12.* Syluan. *de feud. quæſt.11.*

3 *Priuati.*] Nulla monitione præcedente. Mil.*in reper. in ver.Epiſcopus,verſ.debet.* videtur tamen reſtringendum textum in impeditis, *arg.not.in cap.eum in cunctis, de elect.in 6.* commiſſa eodem.

Reſtringitur etiam in acquiſito ab accuſato, vel denuntiato. Staphil.*de var.mod. vac. num. 52.* Videtur etiam intelligendus text. vt procedat à die adeptæ poſſeſſionis pacificæ. Mil. *vbi ſuprà facit text.in d. cap. commiſſa.*

Tradita per Mil. videntur intelligenda quoad vocationem Beneficiorum, & adde quod poſſeſſio maioris partis ſufficere videtur, vt per Arnulph. *de iur. regal. priuil. 59.* quod ſi habebat Beneficia, quibus ob morum priuatus fuiſſet. Ruin.*conſ.153.num. 7.vol.4.*

CAPVT III.

Breue eſt, non ſummatur.

1 EPiſcopi per ſemetipſos Ordines conferant: *a quòd ſi ægritudine* fuerint impediti; a ſubditos ſuos non aliter, quàm iam probatos, & examinatos, ad alium Epiſcopum ordinandos dimittant.

a Infr. c. 8.& 10 Conc.Carthag.1. cap.22.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

ORdinarij nemini etiam abſenti concedant dimiſſorias pro accipiendis Ordinibus, niſi cùm examinauerint, vel examinare fecerint per delegatum ad hoc ſpecialiter deputatum, quod eſt obſeruandum etiamſi habeant à Sede Apoſtolica facultatem ordinandi à quocumque.

Item, Regulares debent accipere Ordines, ab Epiſcopo Diœceſis in qua eſt Monaſterium, vel cum dimiſſoriis ab aliis.

Item, hoc caput procedit quando Epiſcopus ipſe vult dimittere, ſed *cap. 8.* vbi loquitur ſine exceptione procedit, quando ſubditus petierat dimiſſorias.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a QVòd ſi ægritudine.]Sed *cap.8.* abſque alia exceptione Epiſcopus ordinare, vel dimittere poteſt, & ſi hi duo Canones videntur inuicem repugnare: ſed fortaſſe iſte Canon procedit quando Epiſcopus ipſe vult dimittere; ille verò quando ſubditus petit, vt dimittatur, vel hic loquitur de ægrotis Epiſcopis, ibi generaliter Prax. Neapol. *cap. 81. num. 4.* & talis Epiſcopus dicitur præſentator,& quandocumque malè præſentando, ſimoniam incurrit. Quarant.*in ver.ordo fol.385.ver.ſubſequenter.*

Item, cenſuit Congregatio Epiſcopum poſſe alienos Clericos ordinare ſi habeant litteras dimiſſorias proprij Ordinarij, licèt Epiſcopus litteras dimiſſoriales concedens alia legitima cauſa quàm ægritudinis expreſſa in hoc textu fuerit impeditus in vna Calagata 27. Auguſti 1592. aliàs non recipiet ordinis executionem. Ror. *deciſ. par.1. deciſ. 731. in ver. 1. tonſura.* An hæc prima tonſura ſit ordo diſputat Lap.*alleg.138.* Ego multa ad vtramque partem ſcripſi pro Theologis & Canoniſtis, Canoniſtatum ſententiam ſecutus, per *cap.cum contingat.* vbi Panorm.*num.1. de ætat. & qualitat.* ſecundùm diſtinctionem, D.Thom. *in par.3.*

quæſt.40.ad 2.in fin. non obſtante deciſ. D. mei Vinc.de Franc.Neapol.189.*num.*8.vide Bertaz. *conſ.* 88. *in addit. fin. in fin.*& quod gaudeat priuilegio fori, vide per Luchin. de Curt.*inter conſ. crim.* Zilet. *conſ.*60.*num.* 32. nec illud omittit prædictionem generalem,ibidem *num.*33.Quinimò eius bona gaudent priuilegio exemptionis Delphin.*lib.*1. *deciſ.*105. *fol.*28.nec recedendum exiſtimo ab hac opinione,per *conſ.* 12. Nauarr. *de temp. Ordin. impreſſ. antiq.* & quod gaudeant omnibus priuilegiis Clericorum, Couarr. *pract.quæſt. cap.*31.*ſub num.*9. licet Card. Tolet. *in ſumm.lib.*1.*cap.*49.*ver. quarta habetur*,velit ſub *cap.*8.*infr.eadem ſeſſ.* non includi primam tonſuram, cùm contrarium velit Concilium ſuper *ſeſſ.* 14. *cap.* 2.*propè fin.*& Nauarr. *conſ.* 11. poſtea aliud conſuluit ſecundùm communem vſum loquendi.

ADDITIO.

1 *Epiſcopi per ſemetipſos.*] Huius textus deciſionem refert Euchuſ. *lib.* 1.*tit.*4.*fol.*10. vbi in materia omnes text. Concil. refert *cap.*5.*ſeſſ.*6.*cap.*3.8.*&* 9.*ſeſſ.*23.*cap.*10 *ſeſſ.*7.

CAPVT IV.

Breue eſt, non ſummatur.

1 PRima [a] *tonſura* non initiẽtur, qui *α Sacramentum Confirmationis* non ſuſceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint; quique legere, & ſcribere neſciant; & de quibus probabilis coniectura non ſit, *β eos non ſæcularis* iudicij fugiendi fraude, ſed vt Dei fidelem cultum præſtent, hoc vitæ genus elegiſſe.

[a] Cap. fin. de temp. Ordin. in 6.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

QVi vult primam Tonſuram ſi non poteſt aliter probare ſe Confirmatum, ſaltem iuret.

Item, qui ante Confirmationem accipit Tonſuram, vel Ordinem, non incurrit aliquam cenſuram, nec peccat mortaliter, Nauarr. *cap.* 12. *num.* 9. niſi ex contemptu, ſed ex hoc textu videtur de neceſſitate præcepti, & dubium eſt quòd peccat, & poſſit puniri.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α SAcramentum Confirmationis.] Nauarr. *conſ.* 22. *num.* 9. *ad ſeptem Sacramenta Eccleſ.* tenet nullam cenſuram incurrere, qui ante Confirmationem ordinari ſe fecerit, non peccare mortaliter, niſi ex contemptu, quia de neceſſitate Sacramenti Ordinis eſt, vt ſit baptizatus, non tamen confirmatus, ſed cùm hodie ex hoc textu ſit de neceſſitate præcepti, dubitarem,quod ſcienter hoc faciens puniri poſſet & peccaret.

β Eos non ſæcularis.] Dic perſonaliter non autem ſecundario,caſ. conſc.*lib* 2.*cap.* 106. *num.* 5. nec requiritur intentio aſcendendi ad ſuperiores Ordines. Nauarr. *in manual.cap.*25.*num.*108.*in fin.* & idcircò periculosè Epiſcopi cogunt Clericos ad aſcendendum inuitos.

ADDITIO.

1 *Prima Tonſura.*] Vide Nauarr.in Manual. *cap.* 25. *num.* 68. *&* *ſupr à cap.*11.*&* 17. quando Epiſcopo, & vbi ſibi videbitur dari poſſunt, licet Dominicis, & aliis feſtiuis temporibus conferri debeant, *cap. adeo. de temp. Ordin.* ſecùs eſt in ſacris Ordinibus, vt hoc, *eadem ſeſſ.cap.*8.

Digitized by Google

CAPVT V.

Quibus debeant eſſe muniti, qui volunt ordinari, & dicta ſi non habeant, timeant reiectionem.

AD minores Ordines promouendi bonum à Parocho, & à Magiſtro ſcholæ, in qua educantur, α *teſtimonium* habeant. Hi verò, qui ad ſingulos maiores erunt aſſumendi, per menſem ante ordinationem Epiſcopum adeant, qui Parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat; vt nominibus, ac deſiderio eorum, qui volunt promoueri, β *publicè in Eccleſia* propoſitis, de ipſorum ordinandorum [a] 1 *natalibus*, ætate, moribus, & vita à fide dignis diligenter inquirat; [b] & γ *litteras teſtimoniales*, ipſam inquiſitionem factam continentes, ad ipſum Epiſcopum quamprimùm tranſmittat.

a Cap. quando 24 diſt.
b Vide 3. Carthag. c. 22. & 4. Carthag. 22.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

PRo Regularibus ſufficit teſtimonium Superiorum.

Item, Epiſcopus ſibi cognitum idoneum, ſine alia diligentia poteſt ordinare.

Item, inferiores poſſunt dare litteras teſtimoniales Epiſcopo petente.

Item, ſi Epiſcopus facit fidem de requiſitis, ſatis eſt ſi ordinans examinet de doctrina.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α TEſtimonium.] Et ſi accuſatus de crimine quod infamat, non debet interim ad Ordines promoueri. Franc. *deciſ.* 284. *num.* 10. *&* 12. Sed libellus famoſus contra Clericum punitur pœna capitali, idem *deciſ.* 533. *num.* 6.

β *Publicè in Eccleſia.*] An regulares promouendi ad Ordines inter alia teneantur, etiam nomen ac deſiderium eorum in Eccleſia publicè proponi facere, & teſtimonium deferre, iuxta præſcriptum huius textus, & Congregatio ſub die 12. Iunij 1587. reſpondit negatiuè, cùm Regulares anno quolibet mutent domicilium, nec habeant Parochiam, nec ordinentur à proprio Ordinario, cúmque approbentur à ſuis Superioribus de ætate, vita, & moribus, & natalibus, hæc approbatio ſuccedit loco huius formæ, præſertim cùm in Regularium ordinatione, Concilium infrà *cap.* 11. duo tantùm requirat, ætatem & Epiſcopi examen.

γ *Litteras teſtimoniales.*] An hæc quæ hoc textu diſponuntur de dimiſſoriis concedendis conueniant Ordinariis loci domicilij, vel beneficij; & poſt multa dicendum eſt conuenire ſolùm Epiſcopo, & ab eo dimiſſoriales eſſe concedendas; ſi tamen domicilium quis tranſtulerit per tempus, ſaltem 10. ann. cum propoſito non recedendi, cum tranſlatione etiam bonorum, & quod à loco originis veniant probationes de natalibus, vita & moribus priſtinis: poſſet etiam concedi ab Epiſcopo domicilij, *cap. nullus de temp. Ordin. lib.* 6. *gloſ. in cap. ſtatutum.* §. *Cùm verò, verb. vnam dietam, de reſcript. lib.* 6. Boër. *deciſ.* 13. *num.* 7. Innoc. *in cap.* 1. *num.* 2. *de Cleric. peregr.* has teſtimoniales litteras non deferunt Regulares, quia ſufficit dimiſſoria Superioris regularis. Praxis Neapol. *cap.* 81. *num.* 1. Pœna autem ordinatorum ſine dimiſſoriis proprij Epiſcopi eſt, vt ſit ipſo iure ſuſpenſus, ſi ad ſacros ordinaretur, aliàs non, patet ex *cap.* 8. *infrà eadem ſeſſ.* etiamſi ordinaretur tempore ordinationum generalium, quando conſueuit publicari excommunicatio, tunc eſſet excommunicatus, & irregularis. Sor. 4. *ſent. diſ.* 25. *quæſt.* 1. *art.* 3. *col.* 7. *verb. in ordinatione, cap. cum illorum, de ſent. excomm.* Prax. Epiſcop. *in ver. remiſſoriæ quæſt.* 2. *fol.* 72.

ADDI

ADDITIO.

1 *Natalibus.*] Diſpenſatio Comitis Palatini ad Ordines non extenditur, Nauarr. *conſ.5. de fil. Presbyt.* Pœnitentiaria autem diſpenſat cum illegitimis malè ordinatis, & remouendum vitium ordinationis non eſt neceſſaria expreſſio Beneficij, *nu.1. & 3.*

Ordinati autem præſertim bona fide putantes ſecum diſpenſatum fuiſſe, non incidunt in Extrauag. Pij II. cum ex ſacrorum. Nauarr. *de ætat. & qualitat. conſ.3.* cum ordinatis tamen huiuſmodi ad Subdiaconatum Epiſcopus diſpenſare poteſt, ibi *num.2.*

Per Iubilea autem abſolui poſſunt à ſuſpenſione quoad forum conſcientiæ, non quoad exterius. Ab irregularitate autem diſpenſat Epiſcopus etiam quoad Beneficium ſimplex, & Canonicatum in Cathedrali ſi expreſſerit, *d. conſ.3. num.4.*

Qui verò dubitat, An ſit legitimus per aſſertionem rationis dicentem, puta poſt 14. annum filium adulterio natum, debet deponere dubitationem, aliter ordinari non debet. Nauarr. *conſ.1. de fil. Presbyt.*

Fallit, textus in Regularibus, Nauarr. *de fil. Presbyt. conſ. 3. num. 2.* vbi etiam quoad ordines ſacros per ingreſſum diſpenſatus cenſetur, & quoad Beneficia manualē Curam animarum non habentia, non quoad Prælaturas, & quæ ſint manualia, & quæ Prælaturæ, *conſ.3. per tot.* & ibi quod Collatarius, & Archidiaconus amouibilis.

Ordinatus tamen minoribus ob illegitimitatem non eſt ſupremus. Nauarr. *conſ. 5. de fil. Presbyt.* poteſt tamen ſuſpendi, vt ibi.

CAPVT VI.

Nullus omninò beneficij ſit capax, niſi qui habeat 14. annos: fori priuilegio gaudens quæ habere ac agere debeat, ſiue vnicam habuerit, ſiue nullam.

α 1 NVllus prima tonſura initiatus, aut etiam β *in minoribus* Ordinibus conſtitutus, 2 *ante decimum quartum annum*, beneficium poſſit obtinere. 3 *Is etiam* γ *fori priuilegio* δ 4 *non gaudeat*, niſi 5 *beneficium* Eccleſiaſticum habeat; ε *aut clericalis* ζ *habitum*, &c. Tonſuram deferens, alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſeruiat; vel in ſeminario Clericorum, aut in aliqua ſchola, vel Vniuerſitate, de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores Ordines ſuſcipiendos θ *verſetur*. In ι 6 *Clericis verò coniugatis* ſeruetur conſtitutio Bonifacij IX. quæ incipit, [a] 7 *Clerici*, qui cum vnicis: modò hi Clerici, alicuius Eccleſiæ ſeruitio, vel miniſterio ab Epiſcopo deputati, eidem Eccleſiæ 8 *ſeruiant*, vel miniſtrent, & 9 *Clericali* habitu, & Tonſura vtantur: nemini, quoad hoc, priuilegio, vel conſuetudine, etiam immemorabili, ſuffragante.

a Cap. 1. de Cler. coniug. in 6.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

HOc decretum contra Clericos, qui intendunt declinare forum ſæculare non habet locum, niſi vbi Concilium fuerit publicatum.

Item, annus qui hic requiritur ad obtinendum Beneficium, ſufficit, quod ſit inceptus, licèt non expletus in 13. Collatio non tenet.

Item, Clericus in Tonſura præſentatus ad Cappellam Sacerdotalem, & qui obtinuit prouiſionem à Papa, licèt non habeat poſſeſſionem Beneficij propter intruſum litigantem, tamen gaudet priuilegio fori.

Item, Clericus non beneficiatus, qui incedens in habitu, & Tonſura inſeruit alicui Eccleſiæ, ſi fuerit cum armis deprehenſus diu, noctúque abſque habitu, & Tonſura, caret priuilegio fori.

Item, is cui tanquam Clerico fuit reſeruata penſio, ſi non incedat in habitu,

& Ton

& Tonſura non gaudet foro.

Item, decimus quartus annus requiritur pro Beneficio ſimplici, niſi in fundatione aliter fuerit ſtatutum.

Item, Epiſcopus non poteſt diſpenſare ad Tonſuram, & Beneficium ſimplex cum viro bigamo, licèt cum duabus Virginibus, &c.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a *NVllus.*] Quæritur an habendum ſit pro Clerico, itaut fori priuati gaudeat, qui eſt in poſſeſſione habitus & Tonſuræ: ſed non habet titulum, & communior opinio eſt pro affirmatiua, quæ limitatur non procedere ad beneficium obtinendum. Boër. *deciſ.171.num.13.* Gram. *deciſ.181.num. 16.* Dec. *conſ. 125. col. 2. circa med. num. 5.* limitatur etiamſi deſeruiat alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, &c. vt per Maſcard. *latè lib.1.de probat. concluſ. 302.per tot.*

Sed quomodo Clericatus probetur, & an duo teſtes ſufficiant, dic vt per eumdem Maſcard. vbi ſuprà *& concluſ. 303. per tot.per text.in cap. 2. & 3. de Cleric. peregrin.* poſt Guido Pap. *quæſt.474.* Rot. *diu. par.3. lib.3.deciſ.1126.* Afflict. *in Conſtit. Regin.lib. 1. rubr.3.* Conſt. *de Apoſt.num.12.* Felin. *in cap.licet, il 1.de teſtam.in fin.* Boër. *deciſ. 171. num. 23.* Intellige de iure Canonico, ſed secùs de iure Ciuili quo requiritur ſcriptura, *l. ſi qua per Calumn.C. de Epiſc.& Cler.* Maſcard. *ibidem num.9.* & ibi *concluſ. 304.* vide quod ex antiqua poſſeſſione ſeruitij probetur ordo Eccleſiaſticus. Grauett. *de antiq.temp. num.3.fol.123.3.quæſt. ver.* vidimus in genere, & *conſ.134.num.41.* & quando qui verberaret portantem habitum & Tonſuram, qui verè non erat Clericus, an teneatur, dic quòd non. Maſcard. *de probat.lib. 2. concluſ. 848. num. 6.* & ad probandum Clericatum per teſtes, requiritur quod deponant de communi reputatione non propria. Rot. *diu.par.3.lib.3.deciſ. 350.* & quod in illegitimam non ſufficiat reputatio: ſed requiritur diſpenſatio, & litteræ. vide per Rot. *par.3.diu.lib.3. deciſ. 780.* limita vt per Rot. *ibidem deciſ. 1163. & 1296.* in illegitimo & bigamo, & *deciſ.1336.*

An Clericus primæ Tonſuræ præſentatus ad Cappellam Sacerdotalem, qui ſuper tali poſſeſſione obtinuit à Papa nouam prouiſionem, etiam in vim motus proprij, poſſit in cauſis ſuis ciuilibus gaudere priuilegio fori, ex hoc textu quamuis poſſeſſionem non habeat propter Intruſum contra quem litem mouit. Reſpondeo affirmatiuè, quia ſufficit ſolus Clericatus in habitu & tonſura & adſcriptione, &c. & in hoc textu habetur, ſed præterea ſufficit ſibi titulus beneficij etiam ſine poſſeſſione quam habet de præſenti per ſuas prouiſiones, iuxta *cap.ſanctorum, diſt. 7.* ad quem titulum non poteſt ordinari, niſi haberet vnde viueret, *arg.cap.2.ſeſſ.21.* quia ibi Concilium reſpicit ad victum, propterea poſſeſſio non eſt tanti momenti quanti eſt titulus, vt per Boër. *deciſ.24.num.8.* Card. Zabarell. *in Clem.* vt hi qui *num. 10. & ſeq.de ætat. & qualitat.* Minùs obſtat quod Cappella eſt Sacerdotalis, quia per prouiſiones de præſenti eſt habilitatus, & tolerari etiam conſueuit ex gratia, vt tempore expectato aſcendat Clericus ad ordines requiſitos, quod inductum fuit, vt faciliùs trahantur Clerici ad cultum diuinum. Sarnen. *de viſitat,lib.2. cap.11.num.1.* & ita cenſuit Congregatio ſub die 16. Iulij 1587. an talis Clericus animo ducendi vxorem beneficium vna cum Clericatu renunciauerit: deinde non ſequuto matrimonio Clericalem habitum reaſſumpſerit, & aliud beneficium exequi redditus adeptus fuerit, gaudeat fori priuilegio, & Congregatio cenſuit pro affirmatiua, quia mutatione habitus & ſtatus de Clerico in Clericum mutatur iuriſdictio, prout not. Io. Monach. *in cap.vnic. de Cler. coniug. in 6.* & facit, *cap.ſi Iudex circa fin.de ſent.excom.lib. 6.* de Clerico qui gerebat ſe pro laico, an incedens in habitu & Tonſura ad titulum penſionis gaudeat priuilegio huius textus, & dic negatiuè, quia penſio non dat titulum ad quem ſe exerceat, ſed tantùm ad effectum, vt inde viuat, iuxta *cap.2.ſuper ſeſſ.21.* vt per Gig. *de penſ.reſponſ.8. num.3.& reſponſ.4.per tot.* quod intelligit ſi per ipſum ſteterit, vt alicui Eccleſiæ non ſeruiat, an Clericus qui in ordine primæ Tonſuræ non fuit per Epiſcopum adſcriptus ſeruitio alicuius Eccleſiæ, per obliuionem ipſius Epiſcopi dimittentis, vel ordinantis, cogi poſſit ad ſeruiendum; & Congregatio cenſuit quod non, & an debeat de nouo in

ſuſceptione aliorum Ordinum adſcribi, & videtur quod ſic, præſertim per Epiſcopum ſucceſſorem eius qui contulit primam Tonſuram, patet ex *cap. 11. infrà eadem ſeſſ.* vbi deſeruire debent in ea cui adſcripſerunt Eccleſiæ, vt in ſuſceptis Ordinibus ſe exerceant; ergo in quolibet Ordine adſcribi poſſunt, & ita cenſuit ſacra Congregatio.

β In minoribus.] An Clericus conſtitutus in minoribus non incedens in habitu & Tonſura, licèt habeat beneficium, ſi ſit carceratus à Iudice laico pro delicto, amittat priuilegium fori tanquam priuatus beneficio ſine aliqua declaratione iudicis Eccleſiaſtici, & pro negatiua tenet Prax. Neapol. *lib. 1. cap. 1. num.* 8. quia requiritur ſententia declaratoria ſuper crimine.

Clericus in minoribus qui eſt Penſionarius, debet remitti ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticum, quia penſio habetur loco tituli, & gaudet priuilegio Clericali, Prax. *in ver. Clericus*, §. *verſ. primum dubium pendentem*, tamen iudicio de Clericatu remanet penes iudicem ſæcularem, niſi ſit in Sacris, vel notoriè Clericus, ibidem *ver. ad* 3. Dec. *deciſ.* 103. *num.* 12. Couarr. *pract.* 9. *cap.* 33. *num.* 3. *verſ. fortaſſis.* Vinc. de Franc. *deciſ.* 189. *num.* 6. *&* 10. Vinc. de Anan. *ſing.* 408. quod ſi ſit incorrigibilis, poteſt per iudicem ſæcularem ſine degradatione puniri. Boër. *deciſ.* 69. *num.* 71. niſi ſit in ſacris, quia tunc requiritur degradatio. Prax. *ibidem*, §. 4. *in fin.* & per actum publicum poteſt renunciare priuilegio Clericali dicto ſicut facto. Prax. *ibidem*, §. 12. *ver.* 2. *Concilio fol.* 49. etiam coram iudice laico, & per reaſſumptionem habitus & Tonſuræ reſumit. Iterum priuilegium clericale, gloſ. *in Clem.* 1. *verſ. quamdiu. de vit. & boneſt. Clericarum.* Prax. *ibidem*, §. 13. *in verſ. ante* 4. *annum*, & Collatio facta infrà hanc ætatem nullum tribuit ius, nec poſſeſſionem. Ferret. *conſ.* 93. *in fin.* nec ſufficit quod neceſſitas adſit & ſperetur profectus, & ita contra D. Thom. concludunt Canon. vt per Silu. *ord.* 1111. *num.* 1. *in fin.* & eadem ætas requirebatur de iure communi, per *cap. indecorum, de ætat. & qualitat.* Cald. & Abb. *in cap. ſuper inordinata de præbend.* Silu. *ver. ætas num.* 2. Nauarr. *de præbend. num.* 11. & alleganti ſe habere ætatem legitimam incumbit onus probandi. Rot. Vetall. *p.* 1. *deciſ.* 313.

De ætate, dic pro Eccleſia curata requiri 20. annos, Lap. *alleg.* 36. Item, pro beneficio Sacerdotali, Rom. *conſ.* 925. ſi requirit Sacerdotium, vel alium Ordinem ſacrum, requiritur ætas illius Ordinis, vel quod infrà annum ſuſcipere valeat, Conc. Trident. *Seſſ.* 22. *cap.* 4. *& ſeſſ.* 24. *cap.* 12. Alias erit locus pœnæ, Clem. *vt ij qui de ætat. & qualitat.* quæ pœna augetur in Curato, per *cap. licet Conc. de elect. in* 6. ætas 14. ann. eſt ſufficiens pro beneficio non curato niſi ex qualitate beneficij, vel ex fundatione exigatur maior ætas, Lap. *de alleg.* 36. *num.* 2. & olim ſufficiebat ſeptennium completum. Geminia. *conſ.* 38. Ancar. *conſ.* 355. *in fin.* Ant. de Butr. *conſ.* 29. *in fin.* Hodie ex hoc text. requiruntur 14. anni. Maſcard. *de probat. concluſ.* 302. *num.* 14. eadem ætas ſufficit ad obtinendum Prioratum carentem conuentu cura animarum & perſonatu. Feder. de Sen. *conſ.* 49. *per tot.* & in ſpiritualibus dicitur ætas legitima, puta ad contrahendum matrimonium. Ancar. *conſ.* 355. *in fin.* Ant. de Butr. *conſ.* 29. Patronus quoque in tali ætate legitimè præſentat. Ancar. & Ant. *ibidem* Clericus etiam in tali ętate poteſt ſine Curatore in iudicio teſtare in cauſis ſpiritualibus, *cap. annum, de iud. lib.* 6. eſtque habilis ad teſtandum, & ad vltimam voluntatem. Zabarella *conſ.* 60. *num.* 7. & annus 14. eo ipſo habetur pro completo, *com. contr. com. quæſt.* 524. *num.* 5.

Per hæc verba Concil. Trident. non prohibetur quin ille qui iam 14. ſuæ ætatis annum attigit, quamuis nondum expleuerit poteſt beneficium obtinere, & quãdo dies ceptus habeatur pro completo. vide Rot. *par.* 2. *deciſ.* 75. *num.* 41. ſed ſi non attigit, non facit fructus ſuos, & beneficio priuatur. Sarnen. *de viſitat. lib.* 2. *cap.* 7. *& cap.* 28. *num.* 39. Nauar. *par.* 1. *de ætat. & qualitat. conſ.* 6. licet Burſat. *lib.* 4. *conſ.* 352. *nu.* 18. dicat quod Epiſcopus poſſit ſecum diſpenſare quoad beneficia ſimplicia contra Bullam Sixti Quinti 99.

γ Fori priuilegio.] De iure communi fuit dici dubitatum, An Clericus non deferens habitum, vel Tonſurã, vel ſimul vtramque, vel propter delicta priuetur priuilegio Clericali, tu diſtingue quòd ſi eſt in ſacris retinere Priuilegium, ſed punitur. Innoc. *in cap.* 1. *num.* 3. *de Apoſtat.* & ſi eſt in minoribus Ordinibus & delinquit, non priuatur priuilegio, niſi poſt trinam monitionem, *cap. in audienda de ſent. excom. & cap. de vit. & boneſt.*

honeſt.Cleric. & ibi Scriben. Ferret.*conſ.*145. niſi immiſceat ſe enormitatibus, puta quia ſit ſeditioſus. Innoc.*in d. cap.* 1. *de Apoſt. & in cap.ſi verò,el* 2.& *in cap.perpendimus*,& *in cap.audienda , de ſent. excom.* quo caſu ipſo facto priuatur priuilegio, per gloſ.*in d.cap. perpendimus,vt cogantur.* Idem erit ſi gerat tonſuram & habitum,ſed in reliquis viuat vt laïcus, not.ſingulariter.Innoc.*in d.c.1.de Apoſt.ad fin.* nec ſufficit Corona , ſeu Tonſura ſiniſtro habitu , ſed copulatiuè requiritur vtrumque.Gemin. *in cap. ſi iudex ver. idem,de ſent.excomm.lib.6.*

Non tamen intelligitur fori priuilegio priuari ipſo iure , ſed per ſententiam cùm ſit verbum futuri temporis. Quarant. *de Capitulo ſed. vac. fol.* 139. *verſ.hinc contingit dubitari* , licet ſacra Congregatio aliter cenſuit die 11. Auguſti 1605. Peax. Neapol. *cap. 7. per tot.in ver. quis præſumitur.* Laicus non Clericus,& qui dicit ſe eſſe Clericum debet docere.Rot.*diu.par.2. decis.*122..*num.* 2.Boër.*deciſ.*171.*num.*5. & 18.Hinc infertur neminem propter votum ſe Clericandum, vel propter habitum & Tonſuram,vel propter deputationem , aut inceſſum debere haberi pro Clerico. Feder.de Sen.*conſ.*290. Aym.*conſ.*322 *vol.*2.Franc.*deciſ.* 449. *tom.*4. Clericus ſine habitu & Tonſura inueteratus in aggreſſuris & tyranniis, amittit prilegium clericale , concurrente præſertim temporis diuturnitate.Vinc. de Franc. *lib.* 4.*dec.*463.

Iudex ſæcularis cognoſcens de cauſa ciuili in incidenti Eccleſiaſtico debet abſtinere.Vinc. de Franc. *lib.* 4. *dec.* 512. & 551. Quia ſpiritualia potiora ſunt temporibus. Idem *deciſ.* 532. & idcircò non poteſt exequi ſententiam contra Clericum. Idem Dec.234.& 597.Si tamen Clericus eſſet rebellis Regi , poſſet per Regem expelli de Regno ſuo. Idem *dec.* 691. ſed propter ſolam contumaciam non perdit declaratoriam fori.Ann.*ſing.*121.*fol.* 224. An gaudeat fori priuilegio Clericus incedens in habitu & Tonſura , ſed non reperitur adſcriptus ſeruitio alicuius Eccleſiæ in litteris ordinationis , videtur quod ſic ; quia cùm ſit legitimè ordinatus ab alieno Epiſcopo in litteris ſui Ordinarij , dicitur legitimus Clericus, *cap.1. de temp.Ordin. lib.* 6. Pariſ. *conſ.*125.*vol.*4.*ca.extraneo, diſt.*71.& *not.gloſ. in cap.1. de conſ. lib. 6.* præterea culpa eſt in ordinante non in ordinato , & ideò ordinans ad Sacros ſine titulo ſufficientis beneficij debetur alere de ſuo, *cap.cum ſecundum, de præbend.* corrigendo antiqua iura, *in cap.neminem,& in cap.Sanctorum,diſt.*70. Nauarr.*de temp.Ordin.conſ.*14. & 47.*per tot.* & taliter ordinatus licet non habeat Eccleſiam,eſt tamen de foro Eccleſię,*not.gloſ. in cap.Epiſcopus,in ver.ſubſidium.de præbend.* & dum in hoc text. dicitur de mandato Epiſcopi inuitus culpa mandantis ſi non mandat : nam ſubditus non tenetur mandare , ſed locum cui per Epiſcopum adſcriptus eſt non deſerere , *infrà eadem ſeſſ. cap.* 11. & 16. & nemo ex aliena culpa debet grauari,*cap.quæſiuit.*de his quæ fiunt à maiore parte , *cap. & l.ſi quis in ſuo. C. de inoff.teſtam.*Non obſtat quod dicitur debere hunc Clericum, ſaltem de licentia Epiſcopi , verſari in aliqua Vniuerſitate , vel ſchola, quod reſpicit perſonam & factum ordinati non ordinantis; quia in facto ſupponitur eumdem Clericum eſſe abſentem à ſuo Epiſcopo , & conſtituiſſe ſibi domicilium Romæ per multos,nec eſſe in ætate aut propoſito ſtudendi , & cùm Epiſcopus hoc ei non præſcripſerit, iuxta *d.cap.*11.*infrà eadem ſeſſ.*non videtur teneri, debet tamen adſcribi de mandato Epiſcopi dimittentis, non autem ordinantis , ex Congregationis ſententia.

Hæc verba , *priuilegio fori non gaudeat*, importanr , vt Clericus qui diu habitu & Tonſura incedens alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi , non inſeruit ipſo facto ſine aliqua monitione præcedente, amittat fori priuilegium , attenta mente Concilij quæ ad tollendos penitus abuſus huiuſmodi voluit hoc addere iuri cõmuni,licèt etiam hoc probari iure communi tenet Couarr. *lib.1.pract.quæſt.cap.*33. *num.*2. & ita cenſuit Congregatio 16. Nouembris 1587. Vide Boër.*dec.*69.*num.*12. & *ſeq.par.*1. vbi diſputat an ſufficiat monitio in genere , vel requiratur in ſpecie , & ita concludit Octauian.Vulp.*reſponſ.*110. *per tot.*ſed ad partes diſputat Bertaz. *conſ.*78. *per tot.* & Capic. deciſ.Neapol.*ibi per tot.*Farinac.*de Inquiſit. quæſt.*8.*num.*6.

Per hunc textum Clericus priuatur priuilegio fori , non autem Canonis, ſi quis ſuadente. Nauarr. *de priuil.conſ.*12.ſed non placet : remanet enim ſub poteſtate iudicis ſæcularis. Theſ.For.Eccleſ.*par.*3. *cap.*38. an Clericus poſſit renunciare beneficio

fori, dic quod non. Alex. de Vbald. *inter conſ.crimin.*Zilett.*conſ.* 54. *num.* 2. & Iacob. Butr.*conſ.2.num.2.eod.vol.*

δ *Beneficium.*] Obtinens beneficium etiam tenuis redditus gauder fori priuilegio etiamſi non deferant habitum & Tonſuram, imò etiamſi reaſſumat habitum poſt delictum, Comm.contr.com.*quæſt.*563.

Quæſtio quoque de habitu, An ſic Eccleſiaſticus pertiner ad Iudicem Eccleſiaſticum, ibidem, *num.*1. Epiſcopus conferens beneficium Clerico in ætate 15. annorum, cùm ſit adhuc minoris ætatis, poſſit ei prouidere circa beneficij adminiſtrationem, ne à conſanguineis, vel aliis opprimatur. Concil.Mediol.*lib.*1.*de ætat.& qualit.cap.7.ſol.*12.

An Clericus qui habet beneficium ſine fructibus teneatur ad officium recitandum, & pro affirmatiua, vide Prax. *in ver. beneficium, quæſt.*4. *&* 6. non obſtante quod dicit Gomeſ. *de annat. poſſ. quæſt.* 47. *& de trienn.quæſt.* 53. non licet per hunc textum confetre beneficinm laïco, contra Feder. de Sen. *conſ.*127. caſus talis, Prax.*in ver.beneficia*, §.8.*fol.*37.

ε *Aut Clericalem.*] In alternatiuis ſufficit alterum probari, *cap. inter cæteras*, & ibi DD.*de reſcr.*Rot.*decíſ.* 7. *de reſcript. in nou. prax. in ver. alternatiue.* ſed hîc non cadit circa habitum & Tonſuram quæ requiruntur etiam in beneficiato, vt ſuprà *ſeſſ.* 14.*cap.*6. ſed refertur ad ſeruitium Eccleſiæ. Menoch.*tom.*8.*conſ.*753.*num.*12.

ζ *Habitum.*] Qualis debeat eſſe habitus Clerici non eſt de iure determinatum; debet tamen eſſe honeſtus, & qualitati perſonæ conueniens, talaris, vel propè accedens. gloſ.*in Clem.fin.in ver. videtur, de vit. & honeſt.Cler.*Prax.*in ver.Clericus, quæſt.*14. *fol.*50.

η *Verſetur.*] Qui adſcripti ſunt Eccleſiæ alicuius fruitioni, non antea ad alios Ordines promoueantur quàm fidem attulerint ſe præſtitiſſe functiones ſibi iunctas. Conc. Mediol.*lib.*1.*de ætat. & qualitat.cap.*5.*fol.*11.

θ *Clericis verò coniugatis.*] Clericum coniugatum qui poſt dimiſſum habitum & Tonſuram Clericalem deliquit, quamuis pro eo delicto in Curia laïcali citatus & in contumaciam condemnatus fuerit: ſi deinde reaſſumpto, habitu & Tonſura, modò non in fraudem Eccleſiæ deſeruiat, iuxta hoc decretum non poſſe à iudice laïco propter idem delictum in carcerem coniici, aut perſonaliter diſtingui, facit, *cap.ſi Iudex laicus, de ſent.excom.lib.*6.

Item, quod mutatione ſtatus de laïco in Clericum, mutatur iuriſdictio non præuenta, vt communiter tradunt omnes, & faciunt tradit.per Couarr.*pract. quæſt. cap.* 31.*num.*7.*& ſeq.* Vide Hoſt.*de vit.& honeſt. Cleric. ver. & in quibus lit.* 6. & hic textus non procedit in iis qui dicuntur Clerici Seluatici, quorum vſus eſt in Regno Neapolis.

An Clericus coniugatus debeat deferre ſimul habitum & Tonſuram, & dic affirmatiuè. Clericus verò non coniugatus non amittit priuilegium ſi vel habitum, vel Tonſuram deferat, & quas veſtes debet Clericus deferre, vel an vnica veſtis Clericalis ſufficiat, & poſt quantum temporis non deferendo habitum & Tonſuram, fori priuilegium amittat. Vide omnia latiſſimè per Proſp. Farinac.*lib.*1. *de inquiſit.quæſt.*8. *num.*60.66.*&* 67. & quomodo ex habitu & Tonſura præſumatur Clericus. Maſcard.*de probat.vol.*1.*concluſ.*302.*fol.*228.

An Clericus coniugatus Clericali priuilegio gaudeat, ad iudicem Eccleſiaſticum ſpectat. Marc.*in deciſ.*Delphin.419.*tom.* 2.*fol.* 303. & ibi vide quid ſi incedat ſine Tonſura & veſtibus, *num.*2. & quid ſi exerceat artem vilem, an debeat priùs moneri, *num.*4.

Aliæ reſolutiones Sacræ Congregationis ad hoc cap.6. ſeſſ.eadem.

Congregatio cenſuit, vt Clericus qui fori priuilegio gaudeat, requiri, & ſufficere ea quæ aliquo ex infraſcriptis capitibus ſunt adnotata. Quod obtineat beneficium Eccleſiaſticum, quod Clericalem habitum & Tonſuram deferẽs in aliquo Seminario de licentia Epiſcopi degat. Quod in habitu & Tonſura incedens in aliqua ſchola de licentia Epiſcopi verſetur. Quod habitum & Tonſuram geſtans in aliqua Vniuerſitate de licentia Epiſcopi verſetur. Si verò quæ in aliquo ex capitibus comprehenſa ſunt in Clerico concurrant: ſed aliqua occaſione habitũ à ſe geſtari ſolitum ad breue tempus depoſuerit, non ideò fori priuilegium amittere. An verò habitus ſit Clericalis ad Iudicis Eccleſiaſtici cognitionem pertinere. Quibus autem caſibus Clericus ex hoc decreto Concilij fori priuilegio non gaudet, nullam requiri monitionem,

Digitized by Google

tionem, vt illud amittat, 11. Auguſti 1595. Vide Prax. Neapol. *lib.1.cap.7.per tot.* licèt Clerici in minoribus ordinibus conſtituti, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeant, aut Clericalem habitum & Tonſuram deferentes alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſeruiant, vel in Seminario, aut aliqua alia ſchola, vel Vniuerſitate de licentia Epiſcopi verſentur, forum iudicis laïci declinare non poſſint: non tamen propterea Congregatio Concil. cenſuit obſtare Epiſcopo quominùs iure ſuo in huiuſmodi Clericos delinquentes, ſi adhuc Clerici permanent, poſſit animaduertere die 21. Ianuarij 1594.

Item, cenſuit Clericum prima Tonſura inſignitum, habitum Clericalem & Tonſuram deferentem, nec alicuius Eccleſiæ ſeruitio de mandato Epiſcopi deſcriptum, licèt fori priuilegio non gaudeat, gaudere tamen beneficio, *cap.Odoardus. de ſolut.* die 18. Septembris 1595.

Item, cenſuit ad beneficium ſimplex ſufficere annum incœptum, licèt non completum 16. Martij 1612. Item, Clericum primæ Tonſuræ qui poſt dimiſſum habitum & Tonſuram deliquit, & pro eo delicto in curia ſæculari citatus fuit; deinde reaſſumpto habitu & Tonſura Eccleſiæ ſeruire cœpit. Iuxta hunc text. non poſſe à Iudice laico pro eo delicto in carcerem conijci, aut perſonaliter diſtingui, modò non reaſſumpſerit habitum in fraudem. Iudicem verò laicum poſſe proceſſui finem imponere, & contra illum realiter procedere, die 19. Decembris 1596.

Item, cenſuit Miniſtros Eccleſiæ Scopatores, vel ſonantes campanas gaudere immunitate Eccleſiaſtica.

ADDITIO.

1 *Nullus.*] Hunc text. piè declarat Concil. Prouinc. Valentin. *ſeſſ. 2. cap. 33.* & per hunc text. *& cap.12.ſeſſ.24.in fin.* eſt ſublata gloſ. controuerſa in cap. ex eo, qui in *ver. in tua de elect. in 6.*

Nota, quòd habenti primam Tonſuram confertur Beneficium Eccleſiaſticum non tanquam habenti ordinem Eccleſiaſticum, ſed vt perſonæ Eccleſiaſticæ quoad beneficium Eccleſiaſticum ſufficit, ſicut Abbatiſſa, quæ eſt incapax Ordinis. Sot. *in 4. diſt.25.quæſt.1.art.2.col.3.* eſt tamen perſona Eccleſiaſtica. Abb. *in cap. delicta. de maior. & obed. num.83. & 5.* & poteſt obtinere Beneficium Eccleſiaſticum. Silu. *de Benef. prima par. num.23. & 25.* quod not. contra tenentes ptimam Tonſuram eſſe ordinationē, gloſ. *in auth. de Monach. cap.2.§. ſancimus.* Couarr. *cap.31. num.5. & 6.* ad iſtum text. vide Viu. *com. opin.106. num.1. par.1.*

2 *Ante decimumquartum annum.*] Computandū à die Natiuitatis ex vtero, quamuis in fauorabilibus exiſtens in vtero pro nato habeatur. gloſ. *in reg. Cancell. 17. fol.2.* vbi etiam addit quod in Canonicatibus in Cathedralibus, & Collegiatis Ordinarius diſpenſare poteſt cum minoribus 14. in Cathedralibus, & Collegiatis per ſupradicta regulam.

Fuit dubitatum an prouiſio in 13. ſuæ ætatis anno de Canonicatu in Collegiata Eccleſia vigere ſtatuti Eccleſiæ prouiſi ante realem poſſeſſionem, & fructuum perceptionem tenetur expectare per biennium, obſtet decretum huius *cap. 6. in 1.* & fuit reſolutum in Congregatione quarta Auguſti 1586.

Sed neſcio an pro affirmatiua, vel negatiua, ego verò eram pro opinione quod oſtaret, quia ætas tempore collationis requiſita adeſſe debet, aliter collatio eſt nulla, *cap. ſi eo tempore, de reſcript. in 6.* Nec obſtat quod verbum obtinere intelligitur cum effecta, quia verum eſt, quoad effectum incompatibilitatis, vt declarāt Doct. *in Clem. Gratis, de reſcript.*

3 *Is etiam.*] Fuit dubitatum, An hoc decretum, *cap.6. verſ. 15.* etiam obſtet Epiſcopo, quamuis iure ſuo animaduertere poſſit in Clericum delinquentem, qui aliquo, qui ex eodem decreto fori priuilegio non gaudeat, & die 19. Decembris 1584. Congregatio cenſuit non obſtare, ex quo priuatio priuilegij non debet eſſe inducta ad eius fauorem. *l. ſi ſeruus plurium, §. qui autem, de leg.1.* maximè ſi tempore delicti deferebat habitum, & Tonſuram. Alex. *conſ. 149. num.9. lib. 6.*

4 *Non gaudeat.*] Ex hoc colligimus argumentum, quòd huiuſmodi Clerici ad horarum recitationem non tenentur. Io. Steph. Dura. *de rit. Eccleſ. lib.3. cap.22. num.4.*

5 *Beneficium.*] Secùs in portione, etiam in Cathedrali, gloſ. *Cancell. reg.17. fol.20. in princ.* ibi Beneficium, die etiam ſimplex per

ſe ſtans, & requirens regimen, Nauarr. *conſ.11.de præbend.* ſecùs in eo, qui de per ſe non ſtaret, vt in Cappellania ideò cenſuit Congregatio 9. Maij 1597. valere conditionem qui præſentaretur impubes.

6 *Verſetur.*] His verò concurrentibus etiã ſuſpenſus, & excommunicatus gaudet priuilegio fori, & Canonis, ſi quis ſuadente diabolo 17. *quæſt.* 4. Nauarr. *conſ.7.de ætat. & qualitat.* quamuis hi non gaudeant aliis priuilegiis honoris, & vtilitatis conuenientibus eis ratione Ordinis, veluti capacitati Beneficiorũ dignitatis & honorum, *cap.2.cap.ſi celebrat. de Cler.excom. min.* vide Couarr. *lib.pract.quæſt.31.ante num. 6. vſque ad fin.*

7 *Clerici.*] In *cap.Clerici.de Cleric. coniug. in 6.* diſponitur, vt Clerici qui cum vnica, & virgine contraxerint gaudeant priuilegio Canonis, ſi quis ſuadente diabolo 17. *quæſt.*4. & pro criminibus, ſeu delictis ab ipſis commiſſis, neque criminaliter, neque ciuiliter conueniri poſſunt coram iudice laico, aut ab eo damnari, neque peculiariter, neque perſonaliter, ſed ſuis priuilegiis gaudeant tales Clerici coniugati ſi in habitu, & Tonſura incedant Clericali.

8 *Seruiant.*] Fuit dubitatum an Clericus coniugatus, qui poſt dimiſſum habitum, & Tonſuram Clericalem deliquit, & pro delicto in Curia laicali citatus, & in contumaciam condemnatus fuit, ſe deinde reaſſumpto habitu, & tonſura Eccleſiæ deſeruiat, iuxta hoc decretum poſſit à iudice laico propter idem delictum in carcerem conici, ac puniri. Congregatio die 19. Decembris 1584. cenſuit non poſſe, niſi reaſſumptio habitus, & tonſuræ eſſet in fraudem facta, vt videtur in voto, vt *in fol. A.*

Fuit etiam dubitatum, An vxor Clerici coniugati gaudeat priuilegio fori, prout eius maritus, & fuit in voto, quod ſic, vt in folio littera B. fuit pariter dubitatum.

9 *Clericali habitu.*] Quæ ſit tonſura, qui habitus, quæ ſeruitia Eccleſiæ declarat Concil. Valentinum, *ſeſſ. 22. cap. 2.* & nota quod antea de iure gaudebant priuilegio Clericali, iſti tonſura, & ſi habitum non deferrent, nec tonſuram modò moniti non eſſent, vt not. Trouis *de ver. & perfect. Cler. lib.1.cap.5.* Lamber. *de iurepatr. fol. 214. num. 6.col.4.* & etiam gaudebant in criminibus, quod tempore commiſſi criminis, & quatuor proximis ante menſibus tonſura, & veſtitu Cleric. vſus fuerit.

CAPVT VII.

Tempore congruo diſpiciatur de cuiuſlibet ordinandi qualitatibus, per exercitatas in Eccleſiaſticis perſonas.

SAncta Synodus, [a] antiquorum Canonum veſtigiis inhærendo, decernit, vt quando Epiſcopus ordinationem facere diſpoſuerit; omnes, *α qui ad ſacrum miniſterium* accedere voluerint, feria quarta ante ipſam ordinationem, vel quando Epiſcopo videbitur, ad ciuitatem euocentur. Epiſcopus autẽ Sacerdotibus, & aliis prudentibus viris, peritis diuinæ legis, ac in Eccleſiaſticis ſanctionibus exercitatis, ſibi aſcitis, ordinandorum *β genus*, *γ perſonam*, ætatem, inſtitutionem, mores, doctrinam, & fidem diligenter *δ inueſtiget*, & examinet.

[a] Cap. quãdo, 14 diſt.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

QVi Diaconi, Subdiaconi, Preſbyteri ſunt, & petunt admitti ad Canonicatus Cathedralis Eccleſiæ ipſis collatos in forma dignum à Sede Apoſtolica, non opus eſt, vt examinentur ad explorandum litteraturam, qui verò nondum ſuſceperunt ſacrum Ordinem, ſunt examinandi, an habeant doctrinam requiſitam pro ordinatione annexo Canonicatui ſecundùm Concilium Tridentinum; Excluditur filius Nephit.

OBSER

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α QVi ad ſacrum miniſterium.] Sactos Ordines ſine venalitate celebrandos eſſe, & nonniſi probatos admitti præcipit Greg. *in regn. ep.*48. *pag.* 107. Catec. Neapol.*lib.*3.*cap.*6.*num.*18.*ſol.* 183. vbi allegat multa iura etiam contra mediatores.

β *Genus.*] Non comprehenduntur deſcendentes à Iudicis, vel ab hæreticis qui emendati fuerint, & incorporati fuerint Eccleſiæ vnitati, iuxta *cap.ſtatutum, de hæret.lib.*6.niſi aliquo priuilegio prohiberentur prout cenſuit ſacra Congregatio conſ. in vna Pacen.11.Iunij 1591.

γ *Perſonam.*] Ne ſit corpore vitiatus, ſed quid ſi ſit Surdus, & dic quod poterit ordinati ad Preſbyteratum. Maiol.*lib.*1.*cap.*25. de irregul. Surdus autem excluditur cùm non audiat reſpondentem: nec poſſet ſine vno ſaltem reſpondente celebrare. Nauarr. *par.*1.*lib.*1.*de temp.Ordin.conſ.*37. Item, ne ſit hermafrodita, & præualeat in ſexu muliebri, quia profeſſio talis eſt nulla. Nauarr. *p.*1.*lib.*1.*de ætat.& qualit.conſ.*8. Et Epiſcopus in primis cauere debet ne aliquem ordinet inuitum, vel ob metum cadentem in conſtantem virum, *argum. cap. maiores, de bapt.* ſed quid ſi verè conſentit; ſed fortè ob reuerentiam Patris, vel Regis, & dico eſſe verè ordinatum, quia ea acta voluntas eſt, *cap.merito* 15.*quæſt.*1. D.Thom.12.*qu.*6.*art.*6.*ſequeretur*.Nauarr.*par.*1.*lib.*1. *de tempor.Ordin.conſ.*41.

δ *Inueſtiget.*] Ad hunc text. de ritu procedendi contra Clericos, vide Bouium, *in reſponſ.contra Clericos,fol.*75.

CAPVT VIII.

Vnuſquiſque à proprio Epiſcopo, aut alio, ſed de proprij licentia & teſtimonio, ſub graui pœna ordinandus ad Cathedralem, aut ex Diœceſi inuentam conuenientiorem conueniat.

1 ORdinationes [a] ſacrorum Ordinum, &c. α *ſtatutis* à iure 2 *temporibus*, ac 3 *in Cathedrali* Eccleſia, vocatis præſentibúſque ad id Eccleſiæ Canonicis, publicè celebrentur, ſi autem in alio Diœceſis loco, 4 *præſente Clero* loci, dignior, quantum fieri poterit, Eccleſia ſemper adeatur,[b] &c. Vnuſquiſque autem à 5 *proprio*, 6 *Epiſcopo* ordinetur. Quod ſi [c] quis ab alio promoueri petat, nullatenus id ei, etiam cuiuſuis generalis, aut ſpecialis, reſcripti, vel 7 *priuilegij* prætextu, etiam ſtatutis temporibus [d] permittatur; niſi β *eius probitas*, ac mores Ordinarij ſui γ *teſtimonio* 8 *commendentur*, ſi ſecús fiat, δ *ordinans* à collatione Ordinum per annum, & ordinatus à ſuſceptorum Ordinum 9 *executione*, quamdiu proprio Ordinatio videbitur expedire, ſit 10 *ſuſpenſus*.

a Gelaſ. 1. in ep. 1. c. 13. ca. vlt. 75. diſt. c. 1. cum ſeq de temp. Ordin.
b Concil. Carthag. 4. c. 22.
c Sup. Seſſ. 14. de Reform. c. 2. & 3.
d Hic ſup. c. 3. Conc. Carth. 3. 21. Concil. Aurel. 3. c. 15. ca 1. 21. q. 29. qu. 2. per totam, & c. 1. cũ ſeqq. de temp. Ordin in 6.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

PRoprius Epiſcopus ad hunc finem dicitur ille in cuius Diœc. habet Beneficium.

Item, Epiſcopus ordinans aliquem prima tonſura, quem parentes dicebant eſſe in Diœceſi natum, & pro tali habetur non incurrit irregularitatem, licèt ſit alterius Diœceſis.

Item, An per incolatum triennij contrahatur domicilium, vt poſſit à non ſuo ordinari, Congregatio noluit determinare.

Item, qui à Sede Apoſtolica obtinuit, vt poſſit ordinari à quocumque, debet habere teſtimonium de vita, & moribus ſui Ordinarij.

Item, quando quis plures annos fuit abſens, ita vt Ordinarius non poſſit commendare de vita, & moribus, ſufficit, ſi in dimiſſo

dimiſſoriis dicatur, quod non eſt excommunicatus, vel contumax, ſed legitimus, informatio verò de vita, & moribus eſt habenda ex loco in quo fuit moratus.

Item, abſoluere à ſuſpenſione ordinatum ſine dimiſſoriis, qui eſt nullius, ſpectat ad Epiſcopum, qui debet dare dimiſſorias.

Item, hoc cap. habet locum tàm in maioribus, quàm in minoribus Ordinibus.

Item, ordinatus ſine dimiſſoriis ab alieno, ſi exercet, fit irregularis.

Item, per hoc decretum non tollitur priuilegium ſuſcipiendi Ordines extra tempora.

Item, Regulares ordinentur ab eo Epiſcopo in cuius Diœceſi eſt Monaſterium, in quo degunt, quod ſi abſit, vel tunc nolit habere ordinationes, hoc ipſum explicetur in dimiſſoriis, & ordinans eos examinet quoad doctrinam.

Item, Epiſcopus poteſt dare dimiſſorias abſentibus, & abſentes poteſt ad ſe vocare, vt examinet, ſed ſi incommodum eſt, poteſt committere rerum examen Ordinario loci, vbi degunt, etiamſi ad titulum patrimonij, vel penſionis.

Item, Vicarij generales non poſſunt, niſi habeant ſpeciale mandatum concedendi dimiſſorias.

Item, ordinatus in minoribus ſine dimiſſoriis, vel contra hoc cap. ſunt ſuſpenſi in hoc cap.

Item, ſuſpenſus hic ſi miniſtrat, fit irregularis, à quo non poteſt Epiſcopus diſpenſare, ſed Papa.

Item, Epiſcopus ordinans alienos miſſos examinatos, & approbatos ab Ordinario, poteſt, ſi vult, examinare, eſt enim arbitrarium.

Item, Commendatarius cum plena iuriſdictione & poteſtate habens facultatem à Sede Apoſtolica, poteſt dare dimiſſorias Monachis ſuis.

Item, Bagulus Hieroſolymitanus non poteſt dare fidem de vita, & moribus, ſed vicinus Epiſcopus, qui petat ab incolis.

Item, exter qui habet Beneficium ab ordinante non eſt ſub hoc capt. quia ſit ſubditus.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a STatutis.] Quare ſtatutis temporibus fieri præcipiatur Sacr. ordin. datio. Vide per Quarant. *in ver. ordo, fol.* 372. Catec. Rom. *fol.* 206. *in ver.* à proprio Epiſcopo, intellige etiam originarium, *cap. cum nullus, de temp. ordin. in* 6. Diaz. *in prax. crim. cap.* 8. *in fin.* & intellige de Clerico, non laicus poteſt ordinari à quocumque. Cardin. Tolet. *lib.* 1. *cap.* 48. *verſ.* 2. *habetur.* Gemin. *in cap. eos de temp. ordin. in* 6. nec patitur pœnam alius quàm conferens ibidem, & quis dicatur proprius Prælatus. Vide *per gloſ. in Clem.* 1. *de reb. Eccl. non alienan. in ver. propriꝫ.* Barbat. *conſ.* 40. *col.* 3. *vol.* 1. Franc. *in cap.* 1. *col.* 7. *ver. ſi vero bona. eod. tit. in* 6. & quot modis dicatur proprius. Rebuff. *in concord. fol.* 145. *in ver. proprium.* & regularium eſt ſuperior Nauarr. *de temp. ordin. conſ.* 22. *in ver. quod ſi ad caſum mihi propoſitum.* an is qui obtinuit dimiſſorias ab Ordinario, & ex tempore iuris, ſi Papa id ſibi concederet, & à quocumque malit ordinaretur, & à Papa obtinuit, vt extra tempora ordinaretur, ſed ab Ordinario tantùm ſuo, poſſit ab alio ordinari iuxta dimiſſorias prius obtentas à ſuo Epiſcopo. Nauarr. conſuluit quod ſic, *de temp. ordin. conſ.* 25. mihi viſum fuit contrarium per rationes quas ſcripſi, & ita eſt tenendum, eo quòd Papa elegit induſtriam perſonæ proprij Epiſcopi. Item, ex authoritate huius text. qui à Sede Apoſtolica obtinuerit, vt poſſit ordinari ab alio quàm à ſuo Ordinario, debet nihilominùs probitatem ſuam, & mores Ordinarij ſui teſtimonio comprobare. Et ideò inoleuit clam illam, vt à ſuo Ordinario, vel de eius licentia cuius teſtimonio mores & probitas Oratoris commendentur à quocumque alio Catholico, &c. & ita fuit reſolutum die 28. Aprilis 1575. an qui ſe ordinari fecit ſine licentia ab alieno Epiſcopo, vel de laico ad Clericatum, vel ad minores Ordines incurrat ſuſpenſionem, vel pœnam huius Canonis, & per gloſ. *in cap.* 1. *in ver. Clericum, de temp. ordin. lib.* 6. videtur quod ſic, punctando illum textũ poſt verbum Vltramontanum: ſed contrarium cenſuit Nauarr. *par.* 1. *lib.* 1. *de temp. ordin. conſ.* 25. qui punctat text. illum poſt verbum Clericum

ricum, cùm longè grauius ſit ordinare Clericum ad Sacros ordines quàm laicum ad Clericatum. Nec ob. Bulla Pij Secundi, quia loquitur de ordinatis ad Sacros, & iſte text. loquitur, & de ord. ad Sacr

β Eius probitas.] Sed in caſu vbi quis ſit abſens per plures annos ab Ordinario, quia tunc non poteſt Ordinarius commendare ipſum de vita & moribus, credo quòd ſufficiant eius litteræ dimiſſoriæ: ſed informatio de vita & moribus ſit habenda in loco incolatus, & ita obſeruatur. Dimiſſoriæ verò continebunt quòd non ſit excommunicatus, vel contumax, ſed legitimis natalibus ortus, & ita cenſuit Congregatio 28. Aprilis 1575.

γ Teſtimonio.] Litteris Epiſcopi non ſui aſſerentis ſe ordinaſſe de licentia proprij Epiſcopi cred tur, ex Rot. *par. 3. lib. 3. decis.* 1064. *diu. & 1067.* Vicarius autem Epiſcopi poteſt concedere dimiſſorias, ſi hoc habet de ſpeciali mandato Epiſcopi, *cap. cum nullus, de temp. ord. lib. 6.* Idem cenſuit Congregatio Epiſcoporum, *per cap. 15.* cui cum gloſ. *de elect. lib. 6.* tenet Rebuff. *in form. Vicar. num. 47. fol. 47.* & litteris teſtimonialibus Epiſcopi in leu bus creditur. Rot. *par. 3. lib. 3. decis. 35. & decis. 63.*

δ Ordinans.] De pœna Epiſcopi ordinantis non ſubditum ſine licentia. Vide Quarant. *in ver. ordo fol. 376.* & ibidem extende ad Regulares; ordinatus autem exercens Ordinem illum, efficitur irregularis, & priuatur beneficio, à Papa abſoluendus. Dec. *caſ. conſc. lib. 4. conſ. 26. num.* 18.

Aliæ reſolutiones ſacræ Congregationis ad hoc cap. 8.

Stante declaratione Sacræ Congregationis Trident Concil. ex mente fel. recor. Sixti V. facta, videlicet quòd Superiores regulares poſſint ſuis ſubditis itidem regularibus, qui habentes qualitates requiſitas Ordines ſuſcipere voluerint, litteras concedere, ad Epiſcopum tamen Diœceſanum; & ſi is adfuit, ad quemcumque alium Epiſcopum, dummodò tamen ab ipſo Epiſcopo qui Ordines contulerit examinentur quoad doctrinam Quæſitum fuit quid eſſet obſeruandum ſi Epiſcopus quidem adfuerit, ſed ordinationes minimè habere voluerit. Eadem Congregatio Concil. re ad S.D.N. Clem. VIII. relata, cenſuit in caſu quo Epiſcopus fuerit præſens, & noluit habere ordinationes, id prorſus obſeruandum eſſe, quod declaratum fuerit ſeruari debere ſi Epiſcopus fuerit abſens: ita tamen ſi ſuſceptio Ordinum data opera non fuerit dilata in id tempus quo Epiſcopus Diœceſanus nullas eſſet habiturus ordinationes.

An ſufficiat aliquem obtinere in aliena Diœceſi beneficium ſimplex, vt ab Epiſcopo loci beneficij ordinari poſſit, vel potiùs requiratur, vt tale beneficium non ſit ſimplex; & S. Congregatio cenſuit ſufficere quod beneficium ſit ſimplex, die 26. Maij, 1594.

Congregatio Concil. cenſuit orantem pro obtinendis dimiſſoriis poſſe adire etiam eum Epiſcopum in cuius Diœc. beneficium obtinet Eccleſiaſticum. Iſernien. 24. Maij. 1591. Item, cenſuit Vicarium habentem generale mandatum in forma, poſſe abſente Epiſcopo concedere dimiſſorias ad Ordines, atque item remittere interſtitia, ideóque quantum pertinet ad Ordines, niſi aliud obſtet, eſſe ritè promotos; ſed ex eo quod eodem die Ordines minores, Ordines omnes ſimul ſuſceperint. Ita demum malè promotos ſi Regionis conſuetudine receptum non ſit, vt ipſis minores Ordines eodem die conferantur, die 5. Maij, 1597.

ADDITIO.

1 *Ordinationis.*] Nota ad declarationem huius cap. quod habens litteras ad ſuſcipiendum Ordines etiam extra tempora, dummodò id à Papa obtinuerit, à quocumque ordinari poteſt, obtentis litteris à Papa de ordinibus ſuſcipier dis extra tempora ab Ordinario tantùm, Nauar. *de temp. ordin. conſ. 34. & conſ. 1 piſcopos malè ordinantes,* vide Conſt. Sixti Quinti, editam anno 1588. de qua Alphon. de Madrig. *in inſtruct. ordin. tit. de ordin. ant. ætat. fol.* 89.

2 *Temporis.*] Rationes autem quare potiùs temporibus à iure ſtatutis, quam alijs Ordines ſacros miniſtrent, duas adducit Lopez. *ad pract.* Diaz. *cap. 28. fol... verſ. Ratio vero temporr.* à iure ſtatuta ſunt Sabbata quatuor temporum, Sabbatum ante Dominicam Paſſionis, & Dominicam Paſchatis Reſurrectionis, *cap. de eo, de temp. ord.*

3 *In Cathedrali Eccleſia.*] Vnde non valeret conſuetudo, quod Epiſcopus Ordines

nes ſacros,vbi ei placebit conferre , quam validam eſſe ſcribit.Floren. *in 3.par.cap.14.* §.17.& ita Lopez.*ad d.pract.*Diaz.*cap.26.*

4 *Præſente Clero.*] An Canonici teneantur aſſiſtere ſi Epiſcopus alteri Suffraganeo demandauerit ordinationem , vide quod ſic in libro inform. ſuper Concilio, *fol.171.*

5 *Proprio.*]Proprius autem dicitur Epiſcopus tribus modis,*cap.cum nullus,de temp. ordin.in 6.*Euch.*lib.1. tit.4. fol. 5.* vbi refert text. omnes Canones in hac materia loquentes , quos retuli *in cap.3. ſuprà eod.* & nota quòd de iure ordinatus à non ſuo Epiſcopo , priuilegio Clericali non gaudet,*cap.1. de temp. ordin. in 6.* vide Caſſan. *in conſuet. Burgund. rub. 1. §. 6. verſ. ſeu, num.13.*

6 *Epiſcopo.*] Proprius ratione domicilij quando dicatur, Nauarr. *de temp. ordin. conſ.10.& ÿ.*Diœceſanus autem ordinarius ordinabit ad Sacerdotium etiam Regularem eiectum propter crimen , & habitu priuatum, niſi aliud obſiſtat,quod ab Epiſcopo tolli nequeat , & ſublatum non fuerit,& ſi de aliis Ordinibus ritè in Religione ſuſceptis conſtiterit. Nauarr. *conſ.9. de ætat.& qualit.ordin.*

7 *Priuilegij.*] Etiam ante Concilium impetrati , quia lex noua traditur ad præterita quando agitur de effectu futuro,qui ſtare poteſt ſine effectu præterito, Nauarr. *de Conſt. conſ.2.*

An hoc decretum comprehendat Regulares,& quod non,videndum.*in lib.inform. ſuper Concil.fol.1062.*

8 *Commendetur.*] Cum licentia ſuſcipiendi ordinationes, quia ſolæ teſtimoniales litteræ non ſufficiunt. Nauarr. *de temp. ordin.conſ.19.num.2.*

Quis ſit Ordinarius,*infrà cap.10.*cum his ergo poteſt, etiamſi poſt eas cóceſſas Ordinarius dixerit ordinando quod ab alio non ordinaretur, quia ipſe volebat tenere Ordines,*eod.tit.conſ. 29.*

9 *Executione.*] Extrauagans Pij II. quæ ſuſpendit ordinatos ſine dimiſſoriis non pertinet ad maiores Ordines,& ideò taliter ordinato vtiliter penſio confertur,Nauarr.*conſ.19.de temp. ordin. num. 5. conſ. 24. num.5.conſ.25.num.5.*

Hæc ampliantur in eo, qui ſuſcepit primam tonſuram cum falſis dimiſſoriis , & obtinuit Beneficium,*conſ.20.eod.tit.*

10 *Suſpenſus.*] Non ergo Ordines ſunt illi , ſed approbandi. Nauarr. *conſ. 24. de temp. ordin.* & quantùm ad hoc ſuſpenſus dici poteſt , vt qui vtitur eo incurrat irregularitatem.*conſ.30.eod.tit.* aliter ſecùs exceptis ſacris Ordinibus , in quibus habet locum Extrauag. Pij II. de qua plura,*conſ. 33.eod.tit.*

Limita , quod dictum eſt de minoribus in Vltramontano ordinato in Italia. Nauarr.*conſ.33.eod.tit.* de ſuſpenſione ordinatorum extra tempora.Nauarr.*conſ.40.& de appellatione prædicta.* & quomodo differt à ratificatione,*conſ.43.de temp.ordin.*

CAPVT IX.

Epiſcopus familiarem ordinans , conferat ſtatim ei beneficium re ipſa.

α EPiſcopus β *familiarem* 1 *ſuum* non ſubditum ordinare non poſſit , niſi per 2 *triennium* ſecum fuerit 3 *commoratus*, & γ *beneficium* quacumque fraude ceſſante , 4 *ſtatim reipſa* illi conferat : conſuetudine quacumque , etiam immemorabili,in contrarium non obſtante.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

SVfficit quòd ſeruierit per triennium, licèt non toto triennio fuerit Epiſcopus.

Item, hoc cap. habet locum in minoribus,& maioribus Ordinibus,& in vtroque caſu requiritur collatio Beneficij.

Item , familiaris Epiſcopi poteſt ordinari etiam cum titulo patrimonij ſufficientis,vel Penſionis,ſed adſcribatur certæ Eccleſiæ,*cap.16.ſeſſ.23.*

Item,Epiſcopus cum ſuo familiari triennali

nali illegitimo poteſt diſpenſare, vt ordinetur ad minores Ordines.

Item, licèt Epiſcopus poſſit ordinare ſuum familiarem triennalem, & dare illi dimiſſorias, vt ordinetur à quocumque, tamen non poteſt diſpenſare ſuper interſtitiis de quibus, *ſeſſ.23.cap.12.c.14.* niſi pro ſuæ Eccleſiæ vtilitate.

Item, familiares Cardinalium per triennium poſſunt ordinari de licentia ipſorum à Vicario Sanctiſſimi, ſi habent requiſita, vide contrarium, ſuprà *ſeſſ.21.cap. 2. de Reform.* ſub hoc ſigno †.

Item, Epiſcopus dans primam tonſuram ſuo familiari triennali, & infra annum dat Beneficium, non ſatisfacit huic decreto, ſed det ſtatim.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

ª E*piſcopus.*] Quærebatur an Preſbyter Cardinalis poſſit ordinare familiarem ſuum non ſubditum, & videtur quod ſic quoad minores Ordines, quia ſi eos poteſt conferre cui voluerit, vt not. Hoſt. & Io. Andr. *in cap. 1. de ſupplen. negl. Prælat.* Martin. Lauden. *in primo tract. de Card. quæſt.32. & in tract.29.19. & ſeq. tom.2. fol.* 152. ergo multò faciliùs familiaribus ſuis; ſubditus dicitur quis ratione originis, beneficij, & domicilij Quarant. *in verb. ordo, fol.* 373.

β *Familiarem.*] Intellige hunc text. procedere in familiaribus præſentibus, quorum vitam & mores Epiſcopi diſcernere poſſunt, & per hoc Epiſcoporum Procuratores & negociorum geſtores, vel in remotis agentes non poſſunt ordinari. Maiol. *de irregul. lib.4. cap.2. num.* 5. & procedit etiam in filio familiaris qui ſequitur domicilium Patris, quia ibi cenſetur velle habitare, & mori vbi Pater habitat, ſecluſa quauis alia certiori habitatione. Nauarr. *p. 1. de temp. ordin. conſ.11.*

An Epiſcopus qui poteſt familiarem ſuum ex hoc text. ordinare, poſſit etiam eum diſpenſare circa temporum interſtitia, vel circa illegitimitatem, & videtur quod ſic, quia factus eſt ſibi ſubditus ex cauſa huius triennalis familiaritatis, & ſic poteſt cum eo fieri ſicut cum ſubditis; ſed contrarium in vtroque caſu conſuluit Nauarr. *par.1. lib.1. de temp. ordin. conſ.27. & 28. par. prima.* cenſuit Congregatio die 26. Maij. 1594.

An Epiſcopus poſſit huiuſmodi familiarem ſuum dimittere, vt ab alio ordinetur, dic quod ſic, quia qui poteſt ordinare, multò magis poteſt dimittere, & ita fuit reſolutum 5. Martij 1573. de quo autem familiari intelligat hic text. vide per Quarant. *in ver. ordo, fol.* 374. & quis dicatur verus familiaris, vide per Rot. *par.2. diu. deciſ.*303. *num.2. & par.3. deciſ.54. lib. 1. & 2. deciſ.*145. *& lib.3. deciſ.95.*

γ *Beneficium, &c.*] Quid ſi hic familiaris haberet ſufficiens Patrimonium abſque beneficio, numquid ad titulum patrimonij ordinari poſſit, iuxta *cap.2. ſeſſ.21.* & reſpondeo affirmatiuè, quia per hoc non tollitur ratio finalis illius text. quæ eſt, vt nemo cogatur per ſordes mendicare, aliter deterioris conditionis eſſet familiaris non familiari, & ita cenſuit Congregatio die 14. Aprilis, 1575.

ADDITIO.

1 *Suum.*] Aliàs habilem, neque enim in inhabili diſpenſare poteſt. Nauarr. *conſ.28. de temp. ordin.* neque poteſt cum eo ſuper interſtitiis, de quibus, vide infrà *cap.11.13. & 14.* diſpenſare. Idem Nauarr. *conſ.23.* præſupponit tamen quòd litteras dimiſſorias ad Ordines ei dare poſſit.

Declarat hic text. dum dicit ordinare, vt etiam primam tonſuram comprehendat, Nauarr. *conſ.24. num. 1. de temp. ord.* Rot. *diu. dec.731. num.2. par.1. & num.12.* Cantuc. in vna Cremon. Penſionis 3. Decembris 1582. *num.*253.

Et aliter ordinatus eſt ſuſpenſus ipſo iure, quia Concilium habet decretum irritans, Rot. *d. dec.731. in princ. & in fin.* Collatio autem Beneficij requiritur, vt ordinatus fiat de foro, & ſubditus Epiſcopi, non vt non egeat ordinatus, Rota *dec.* 731. *num.15.* & loquitur de Epiſcopo Cardinali, & habet locum hoc decretum tam in minoribus Ordinibus, & vtroque caſu opus eſt Collatione Beneficij, vt cenſuit Congregatio Cardinalium Concil. interp. in vna Aieracen. 6. Decembris, 1581. quàm reſolutionem refert, & ſequitur Rota coram Cancellario in vna Cremonen. Penſio-

nis 3. Decembris, 1582. *num.* 253.

2 *Triennium.*] Vide *text. in cap. cum nullus, de temp. ordin. in* 6.

3 *Commoratus.*] Limita in titularibus, *argum. text. in cap.* 7. *ſuprà de Reform. ſeſſ.* 14.

4 *Statim reipſa.*] Vnde ordinatio facta de familiari non valet ſi poſt aliquot menſes eidem Beneficium conferret, vide in libro informat. ſuper Conc. in Cremonen. Penſionis, *fol.* 784.

CAPVT X.

Abbates exempti, etiam nullius Diœceſis, nulli ſæculari, aut Regulari ſibi non ſubdito dent dimiſſorias, nec quæcumque Capitula etiam Cathedralium Eccleſiarum. Extenditur pœna impetrantium litteras dimiſſorias à Capitulo Sede vacante.

α 1 A*Bbatibus*, ac aliis quibuſcumque, quantumuis exemptis, non liceat in poſterum, 2 *intra fines* alicuius Diœceſis conſiſtentibus, etiamſi nullius Diœceſis, vel exempti eſſe dicantur, cuiquam, qui Regularis 3 *ſubditus* ſibi non ſit, Tonſuram, vel minores Ordines conferre: β *nec ipſi Abbates*, γ *& alij exempti*, aut Collegia, vel 4 *Capitula* quæcumque, etiam Eccleſiarum Cathedralium, litteras dimiſſorias aliquibus Clericis ſæcularibus, vt ab aliis ordinentur, concedant, [a] ſed horum omnium ordinatio, ſeruatis omnibus, quæ in huius ſanctæ Synodi decretis continentur, ad Epiſcopos, intra quorum Diœceſis fines exiſtant, pertineat: non obſtantibus quibuſuis priuilegiis, præſcriptionibus, δ *aut conſuetudinibus*, etiam immemorabilibus. 5 *Pœnam quoque* impoſitam iis, qui contra huius ſanctæ Synodi ſub Paulo [b] III. decretum à Capitulo Epiſcopali, Sede vacante, litteras dimiſſorias impetrant; ad illos, qui eaſdem litteras non ε *à Capitulo*, ſed ab aliis quibuſuis, in iuriſdictione Epiſcopi loco Capituli, Sede vacante, ſuccedentibus, obtinerent, mandat extendi. Concedentes autem dimiſſorias contra formam decreti, ζ *ab officio, & beneficio* per annum ſint ipſo iure 6 *ſuſpenſi.*

a Supr. c. 5. cum ſe. & infr. c. 11. cum ſeq.

b Supr. Seſſ. 7. de ref. c. 10.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

ABbates primã Tonſuram, & minores nonniſi ſuis ſubditis Regularibus dare poſſunt, non obſtante quacumque conſuetudine.

Item, Abbates Sacerdotes, & benedicti poſſunt ordinare extraneos de licentia Ordinariorum, & de licentia Epiſcopi loci, vbi exercent Pontificalia.

Item, litteræ dimiſſoriæ, vt quis ab aliquo ordinetur, non poſſunt dari à Capitulo.

Item, litteræ dimiſſoriæ non poſſunt dari à Militibus Hieroſolymitanis Clericis ſæcularibus.

Item, Abbas non poteſt dare litteras dimiſſorias Clericis nullius, ſed debet Epiſcopus intrà cuius fines ſunt ordinandi, & ſi non conſtat de finibus det Epiſcopus vicinior, aliàs promotus eſt ſuſpenſus, & exercens irregularis.

Item, Commendatarius Abbatiæ habens iura Epiſcopalia non poteſt concedere litteras dimiſſorias ſuis ſubditis ſæcularibus, etiamſi ſit nullius, nec intra fines alicuius, & habeat iura Epiſcopalia, etiamſi ſui prædeceſſores poſt Concilium dederint.

Item, Commendatarius perpetuus ſi eſt Epiſcopus poteſt per ſeipſum dare ordinationes & Chriſma ſuis populis, ſine licentia vicinioris.

Item,

Item, Abbas habens iura quaſi Epiſcopalia poteſt concedere litteras dimiſſorias ſuis ſubditis Regularibus, ſed non poteſt facere concurſum, niſi probet habere ius congregandi Synodum, & aliàs legitimè congregaſſe, *ſeſſ.24.cap.12.*

Item, Superiores Religionis Hieroſolymitanæ, qui ſunt Milites, non poſſunt dare litteras dimiſſorias ſuis Regularibus, vt ordinentur à non ſuo Epiſcopo.

Item, Capitulum Sede vacante poteſt creare Vicarium, ſi aliàs ad illud ſpectat.

Item, Priores Militiarum, qui habent facultatem dandi primam tonſuram, non poſſunt dare, niſi ſuis ſubditis.

Item, Epiſcopus extra ſuam Diœceſim in Abbatia nullius Diœceſis, & de licentia Abbatis poteſt conferre Ordines ſacros, & ſi Abbatia non eſt exempta de ſententia Epiſcopi, in cuius Diœceſi eſt.

Item, Superior Regularis licèt poſſit dare dimiſſorias ſuis ſubditis ad Diœceſanum, tamen non poteſt dare ad omnes Ordines, ſed poſſunt dari pro omnibus Ordinibus.

Item, Capitulum non poteſt dare dimiſſorias, licèt habeat territorium diſtinctum, & exemptum, & immemorabilem poſſeſſionem, & ſint iudices Ordinarij.

Item, Abbas vtens baculo, & mitra poteſt conferre tonſuram, & Minores ſæcularibus ſubiectis Epiſcopo, cum licentia Epiſcopi, & cum litteris, & conceſſione ſingulari, non ſufficit generalis.

Item, Abbas poteſt eoſdem Ordines dare Regularibus qui habent dimiſſorias ſpeciales Superiorum, non ſufficit generalis, & ſpecialem conſenſum Epiſcopi loci, in quo volunt ordinari, idem poſſunt cum ſæcularibus ſubiectis aliis Epiſcopis cum eiſdem licentiis.

Item, non licet Abbati priuilegiato dare dimiſſorias ſæculari, etiam directas ad ordinationem eius.

Item, eadem pœna extenditur ad impetrantes dimiſſorias ab Abbatibus, & ſimilibus, quos à ſuccedente Epiſcopo in Capitulis.

Item, Abbas non benedictus poteſt ſuis ſubditis dare minores Ordines, ſi habet priuilegium.

Item, Abbas benedictus, vel qui ex priuilegio poteſt Pontificalia, vt benedictus, poteſt omnia ſacra benedicere, exceptis iis, in quibus requiritur vnctio.

Item, qui recipit tonſuram, vel minores ab Abbate non benedicto, vel non habente priuilegium, debet iterum tonſurari, & ordinari.

Item, in hoc decreto comprehenditur Archidiaconus in diſtrictu ſuæ iuriſdictionis.

Item, ſuſpenſus ab officio, & Beneficio eſt ſuſpenſus à iuriſdictione ſpirituali, & à Collatione Beneficij ab eligendo, & in hoc non poteſt Epiſcopus diſpenſare.

Item, pœna ſuſpenſionis ab officio, & beneficio non habet locum in ordinante contra formam huius Canonis, quia loquitur contra concedentes dimiſſorias, ſed incurrunt pœnas ſuſpenſionis ab exercitio Pontificalium, per annum, vt habetur *ſeſſ.6.cap.5.ſeſſ.14.cap.2.ſeſſ.23.cap.8.*

Item, pœna huius Cap. extenditur ad impetrantes dimiſſorias ab Abbatibus, & ſimilibus.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a *Abbatibus.*] Olim id erat permiſſum Abbatibus benedictis, non benedictione ſimplici, ſed ſolemni, idque ex conſuetudine, vel indulto Apoſtolico, *not. in cap.quoniam, diſt.69. in cap.cùm contingat, de ætat.& qualit.* & *in cap.Abbates de priuil. in 6.* Refert Lap. *alleg.*138. *num.*6. poſt Innoc. *in cap.1.num 2.de ſupplen.negl. Prælat.* Hinc fuit quæſitum, an poſſit Abbas conferre ſupraſcriptos Ordines ſaltem de conſenſu Epiſcopi loci, & reſpondi affirmatiuè exemplo Epiſcopi qui alienos ſubditos ordinat; tunc enim Ordo confertur, ſed executio ſuſpenditur ex defectu iuriſdictionis, verùm vbi adeſt cõſenſus Epiſcopi loci non eſt defectus in iuriſdictione, & ſic neque executio ſuſpenditur. Vide Archid. *in d.cap.quantùm, diſt.69.* & Lap. *alleg.* 138. *num. 6. & per tot.* Idcircò ſi ordinet Abbas ſubditos vnius Diœceſis in Diœceſi alterius, ſuſpenditur executio, niſi faciat de conſenſu Epiſcopi loci, & cum litteris dimiſſoriis Epiſcopi, cui perſonæ illæ ſubiectæ ſunt, & ita cenſuit Congregatio die 26. Iunij, 1572.

Abbates Regulares habentes ius deſe-

rendi baculum & mitram, poſtquam benedictionis munus & Sacerdotalem ordinem ſuſceperint, poſſunt tonſuram & Ordines minores ſæcularibus Epiſcopi iuriſdictioni ſubiectis conferre, vt ſuprà dictum eſt, ſi modò ipſius Epiſcopi conſenſus accedat, & à dicto Epiſcopo quiſque litteras impetrarit, itaut non ſatis ſit id generatim ab Epiſcopo conceſſum eſſe, ſed hac ſemper conceſſione ſingulis opus ſit: poſſunt itidem eoſdem Ordines conferre alijs regularibus qui dimiſſorias ſpeciales Superiorum ſuorum, necnon ſpecialem conſenſum Epiſcopi loci habuerint. In quibus autem caſibus poſſint Abbates concedere litteras dimiſſorias ſuis, vel alienis ſubditis regularibus, vide Quaran. *in ver. ordo, fol. 393.*

β Nec ipſi Abbates.] Sed de iure communi Abbates exempti poterant dare litteras dimiſſorias quibuſcumque ſubditis, vt per Innoc. *in cap. 1. de Cler. peregr.* Hodie verò nulli Abbati quibuſuis munito priuilegiis licet concedere dimiſſorias cuique Clerico ſæculari, etiam ad Ordinarium ipſius directas, & ita cenſuit ſacra Congregatio. Item, fuit reſolutum non licere Illuſtriſſimo D. Cardinali de Medices, vti Præpoſito Terræ Prati dimiſſorias concedere priuilegio per eum allegato, non obſtante; & idem fuit denegatū Archipreſbytero Terræ Collis qui eſt exemptus, & habet iuriſdictionem ordinariam, de menſe Iunij 1576. Idem in vna Barenſi pro Archiepiſcopo, de anno 1579.

γ Et alij exempti.] Iſti exempti intelliguntur inferiores, aut ſaltem non Superiores Abbatibus. Tolet. *in ſumm. lib. 1. cap. 49. verſ. quinto.*

δ Aut conſuetudinibus.] Niſi reuocaret conſuetudinem expreſsè, non cenſerentur reuocatæ, per gloſ. *in cap. cum nullus, in verb. indultum, de temp. ordin. lib. 6.*

ε à Capitulo.] Non licet Capitulo litteras dimiſſorias concedere ex hoc decreto, quamuis habeat Territorium diſtinctum & exemptum, ac immemorabilem poſſeſſionem, & ſint iudices ordinarij, & ita cenſuit ſacra Congregatio die 5. Iulij, 1575. Quarant. *fol. 138. ver. 14.*

An Vicarius Sede Epiſcopali vacante poſſit ſuo loco quempiam ſubſtituere minimè præditum qualitatibus quas decretum Concil. *ſeſſ. 24. cap. 16.* in ipſo Vicario Capituli requirit. Videtur reſpondendum negatiuè, quia Vicario etiam generali Epiſcopo non licet alium ſubſtituere. Hoſt. *in cap. Clericos, de offic. Vicar.* & licèt gloſ. *in Clem. prima ver. locum, il 2. de reg.* quam ſequitur Guido Pap. *deciſ. 374. num. 6.* dicat quod ad modicum tempus & ex cauſa neceſſaria poſſit; tamen intelligitur dummodò habeat poteſtatem ſubſtituendi, per ea quæ congerit Rebuf. in Prax. benef. de offic. Vicar. *num. 73.* & Ancar. *in cap. 1. de offic. Vic. lib. 6. num. 2.*

Item, quia faceret contra formam præſcriptam à Capitulo; forma autem dat eſſe rei, & irritat aliter factum, *cap. cum dilecta, de reſcr.* Capitulum autem etiam viuente Epiſcopo ex eius ſcientia & patientia poteſt ſibi acquirere quaſi poſſeſſionem conferendi beneficia, quæ ex pluribus actibus probatur Rot. D. Seraph. *par. 1. deciſ. 166. cum deciſ. ſeq.* Idem iuris eſt in Capitulo & Vicario electo Sede vacante, vt ſuprà *ſeſſ. 7. cap. 10.* ne infra annum concedant dimiſſorias; ſed bene poſſunt concedere Commendatitias veluti litteras volentium ire ad ſtudium. Prax. *in ver. Capitulum, quæſt. 1. & 2. fol. 57.* Prax. Neapol. *cap. 85. num. 15.*

ζ Ab officio & beneficio.] Cenſetur per hæc ſuſpenſus à iuriſdictione ſpirituali & conferēdi beneficia, & eligendi poſt alios, vide Silu. *in ſumma ſuſpenſ. num. 5. per tot.* vide gloſ. & Doct. *in cap. cum dilectus, de conſuet.* & in caſu huius Canonis, quia ſuſpenſio eſt ad tempus, nec poteſt Epiſcopus diſpenſare, per gloſ. *in cap. cupientes, de elect. in 6.* & in Clem. *prima de hæret.* Silu. *ibidem num. 8. verb. hoc 3.* fallit propterea par. vide Ant. *in 3. per. tit. 27. cap. 4. de ſuſpenſ.* ſed an hæc pœna ſuſpenſionis ab officio & beneficio per annum, habeat locum contra ordinantes, videlicet ſuſpenſionis ab exercitio Pontificalium per annum; ergo illa habebit locum, vt *ſeſſ. 6. cap. 5. ſeſſ. 14. cap. 2. & ſeſſ. 23. ca. 8.* quæ pœna erat etiam iuri communi cognita, per *text. in cap. eos*, vbi gloſ. *in ver. ordinum. & cap. fin.* cum gloſ. & ſcriben. *in ver. dumtaxat, de temp. ordin. lib. 6.* & ita obtinui declarare pro Abbate Beatæ Mariæ de ſuccurſu Aquilan. per S. Congregationem, 1575.

Abbates habentes vſum mitræ & baculi poſſunt reconciliare Eccleſiā aqua priùs per Epiſcopum benedicta, quibus caſibus

Abba

Abbates nullius poſſint conferre minores Ordines ſubditis ſuis, Card. Tuſc. *tom.* 1. *concl.* 9. *ſol.* 9.

Item, cenſuit Congregatio in vna Aſtoricen. 1591. quòd facultas remittendi interſtitia Epiſcopo competens ex cauſis comprehenſis, *cap.* 11. 13. *&* 14. *ſeſſ.* 23. Conc. Trid. tranſit in Vicarium Capituli Sede vacante, iterum ſacra Congregatio de menſe Aprilis, 1602.

Item, Congregatio cenſuit licere Vicario Capituli, Sede Epiſcopali vacante, quamuis adhuc intra annum vacante, concedere oratori, vtpote arctato dimiſſorias ad Ordines, 27. Auguſti, 1592. & 16. Decembris, 1599. Prax. Neapol. *cap.* 85. *num.* 15. *& ſeq. fol.* 465. Quarant. *in compend. Bullæ, fol.* 131. *verſ. ſubnectitur, & fol.* 138. *quæſt.* 10.

ADDITIO.

1 *Abbatibus.*] Vide declarationem ſacræ Congregationis, & quæ docet Sot. *in* 4. *diſtinct.* 25. *quæſt.* 1. *art.* 1. *col.* 3. Couarr. *in cap. Alma mater.* 2. *par.* §. 3. *num.* 4. Pariſ. *conſ.* 125. *col.* 1. Rebuff. *in pract. tit. de Cleric. num.* 14. *cap. Abbates de priuil. in* 6. Doct. *in cap. cum contingat, de ætat. & qualit. & in d. cap. Abbates,* not. Rect. nouitios infrà annum profeſſionis primã tonſuram ab Abbatibus accipere poſſe, hoc non obſtante præſenti decreto tenuit S.C. de anno 1604. menſe Aprilis, ad hunc text. vide latè Flor. Diaz. *var. quæſt. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 32.

2 *Intra fines.*] Vide Flor. Diaz. *lib.* 3. *var. quæſt. quæſtione* 24. *num.* 32. *vſque ad* 34. vbi latè de intellectu horum verborum, intra fines, dum diſputat an Abbas exemptus habens iuriſdictionem Epiſcopalem in Parochos, & Parochianos, priuatiuè ad Epiſcopum in cuius Diœceſi ſua loco ſita ſunt, & qui facit Synodum, poſſit dare dimiſſorias ſuis ſubditis, vt alius Epiſcopus eos ordinet, & dicit quòd pars affirmatiua pro Abbate verior videtur, licèt fateatur quod iſte text. non ſinit animum quieſcere, & opus eſſet declaratione Pontificis, vel ſacræ Congregationis Cardinalium.

3 *Subditus.*] Ex regulari ergo ſibi ſubdito aliud eſt à Commiſſario ſenſu, ex quo infertur quòd ſi ſint ordinarij regularium. Nauarr. *conſ.* 22. *de temp. Ordin.*

4 *Capitula.*] Sede vacante non poſſunt huiuſmodi litteras dare, Nauarr. *conſ.* 19. *de temp. ord.* vbi etiam quod ad Ordines non ſufficerent teſtimoniales Capituli, & dimiſſoriæ ad ordines legati, vide *ſuprà de Reform. cap.* 10. *ſeſſ.* 7. *& ſup. eod. cap.* 8.

5 *Pœnam quoque.*] An hæc pœna habeat locum ſi Vicarius Collegiatæ Sede vacante daret litteras pro ordinatione, credo quòd ſic per dictionem etiam Cathedralium, licèt in contrarium adſint informationes in lib. ſuper *Conc. fol.* 345. *& ſeqq.*

6 *Suſpenſi.*] Hanc pœnam tulit Abbas, qui famulo ſuo litteras dedit dimiſſorias ad Ordines, quamuis ille iuriſdictioni ſæculari, & Eccleſiæ ſubditus fuerit, cum famulus Religioſus non eſſet, & durante ſuſpenſione miniſter ſit irregularis, & fructus Eccleſiæ reſtituere tenetur, Nauarr. *conſ.* 23. *de temp. ordin.*

CAPVT XI.

Minoribus ordinandis ſeruent interſtitia, exerceant Ordinis ſuſcepti officium, revereantur Superiores in Ordine, frequenter communionem ſumant, ſintque tales quos ſcientiæ ſpes maioribus Ordinibus dignos oſtendat, annus ſit medius à poſtremo minorum ad primum maiorum Ordinum.

MInores Ordines *α iis, qui ſaltem* [a] 1 *Latinam* linguam intelligant, *β per* 2 *temporum interſtitia*, 3 *niſi aliud* 4 *Epiſcopo expedire* magis videretur, conferantur; vt eo accuratiùs, quantùm ſit huius diſciplinæ pondus, poſſint edoceri; [b] ac in vnoquoque munere, iuxta præſcriptum Epiſcopi, ſe exerceant; idque in ea, cui adſcripti erunt Eccleſia, niſi fortè ex cauſa ſtudiorum abſint: atque

a c. in ſingulis 77. diſt. & infrà. cap. 13.

b Infr. c. 13. & cap. 1. 25. diſt. cap. 1. B:accar.

Digitized by Google

atque ita de gradu in gradum aſcendant, vt in eis cum ætate vitæ meritum & doctrina maior accreſcat, quod & bonorum morum exemplum, & aſſiduum in Eccleſia miniſterium, atque maior erga Presbyteros, & Superiores Ordines reuerentia, & crebrior, quàm antea, Corporis Chriſti Communio maximè comprobabunt. Cúmque hinc ad altiores gradus, & ſacratiſſima myſteria ſit ingreſſus, nemò iis initietur, quem non ſcientiæ ſpes maioribus Ordinibus dignum oſtendat. γ *Hi verò non niſi* 5 *poſt annum* à ſuſceptione poſtremi gradus minorum Ordinum ad ſacros Ordines promoueantur: δ *niſi neceſſitas*, aut Eccleſiæ vtilitas ε 6 *iudicio Epiſcopi*, aliud expoſcat.

c 38. vide 1. Nic.ca.2.Sardic. cap. 12 & Caium Papam.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

VT ſint verſati in Ordine ſuſcepto ordinandi, comprehenduntur Canonici Regulares, & alij.

Item, de vtilitate Eccleſiæ non poteſt iudicare Epiſcopus ad quem ordinandus eſt dimiſſus.

Item, Vicarius generalis abſente Epiſcopo ſuo poteſt vti facultate conceſſa Epiſcopis in hoc decreto, & in aliis infrà *cap.13.& cap.14.* circa reſtrictionem temporis ordinandi ſi habet generale mandatum in forma.

Item, quando quis prouidetur de Beneficio Curato, non eſt neceſſe, vt ſit in Ordine ſacro, ſed in anno.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *Is qui ſaltem Latinam linguam.*] Viſum tamen fuit Congregationi homines Regionis Illyricæ quamuis Latini idiomatis rudes, ſi tamen linguam Illyricam intelligāt, poſſe ad Ordines promoueri, non obſtante hoc decreto, niſi aliud Canoni cum obſter impedimentum, ac non obſtante cōſtitutione Fœlicis recordationis Sixti V. Sibericen. 20. Septembris 1591. Quid autem facere debet Epiſcopus cum Clerico ad minores Ordines, qui Latinam linguam non intelligit, ſed eſt bonæ indolis, Vide per Menoch. *de arbitr. Iud. lib.2. cent.5. caſ.420. num.57.*

Item, Congregatio reſpondit nullam eſſe à Concilio Tridentino præſtitam ætatem tonſuræ, & quatuor minoribus Ordinibus; ſed eſſe attendendum quod à iuris Canonibus præſcribitur, 20. Maij 1592. quot autem ſint ætates, & qui anni cuiuſque ætatis, & quàm difficilis probatio ætatis, Maſcard. *de probat. vol.2. concl.665.*

β *Niſi aliud.*] An per hanc litteram poſſit Epiſcopus hodie conferre ſimul omnes minores Ordines, ſicut poterat de iure communi, per gloſ. *in d. cap. de eo, de temp. ordin.* Nauarr. *in ſumm. cap.25. num. 71.* tenet quod ſic, de quo valdè dubito, quia Concilium dat facultatem Epiſcopo diſpenſandi circa temporis interſtitia, non cauſa numerum Ordinum; propterea hoc videtur repugnare menti ſacri huius Concil. *infrà cap.16.* vbi mandat reſtitui functiones ſingulorum Ordinum in Eccleſia, & ita obſeruari per Hiſpanias refert Nauarr. *par. 1. lib.1. de ætat. & qualit. conſ.2. poſt num.1.* ſed Romæ non ſeruatur, quinimò omni die conferri poterant Ordines minores. Zabarell. *in Clem. attendentes. §. ſtatuimus, quæſt.9. de ſtat. Monach.*

γ *Hi verò non niſi poſt annum.*] Congregatio cenſuit eos, qui ad Subdiaconatus ordinem quatuor temporibus, Quadrageſimæ ad Diaconatum promoueri, licèt annus naturalis non integer tunc lapſus fuerit, cùm futuro anno Paſchæ feſtum celerius, quàm Superiori celebretur. Valentina die 5. Febr. 1593.

δ *Niſi neceſſitas.*] Hæ cauſæ non requiruntur in ordinatione Diaconi, ſed ea remittitur ſimpliciter Epiſcopi arbitrio, vt infrà eadem, *ſeſſ. cap.13.* & in Presbyteris bus non obſeruatur hoc decretum, vt infrà, *cap. 14.* quia requiritur vtrumque copulatiuè, id eſt, neceſſitas, & vtilitas, Prax. Neap. *cap. 81. fol.435. num.7.*

ε *Iudicio Epiſcopi.*] Hinc Congregatio cenſuit

cenſuit remiſſionem interſtitiorum etiam quoad regulares ex cauſis tantùm à Concil. expreſſis faciendum pertinere ad Epiſcopum ordinantem, cùm tamen hac de re deberet quoad cauſas ſtare iudicio & atteſtationi Superioris regularis ordinandi, die 31. Maij. 1597. Prax. Neapol. *cap.* 81. *ſub num. primo.*

ADDITIO.

1 *Latinam.*] Not. quod debet pronunciare benè Latinè, & Hiſpanicè promouendum in Hiſpania, Sot. *in* 4. *diſt.* 25. *art.* 4. Vide Conc. Bacaren. *art.* 2.

2 *Temporum interſtitia.*] Et ſic minores ordines non vna die, ſed diuerſis ſunt conferendi, id eſt, diuerſis quatuor temporibus, quod erat etiam ſtatutum de iure antiquo, *cap.* 2. *& fin. de eo, quod ord. furt. ſuſtip.* Diaz. *in prax. in ver. furtiuè*, & ibi Lopez. *Cap.* 25. *fol. mihi*, 113.

3 *Niſi aliud.*] Vide hæc exceptio ad totum contextum referenda videtur, vt Epiſcopi arbitrio commiſſa cenſeatur facultas diſpenſandi ſuper interſtitiis, & ſuper litteratura de interſtitiis. Nauarr. infrà relatus de litteratura, Menoch. *de arbitrar. caſ.* 425. *num.* 58. *& ſeq.* vbi diſpenſari poſſe arbitratur cum puero, qui Latinè non intelligat, dummodò ſit bonæ indolis, & pro ætate docilis.

4 *Epiſcopo expedire.*] Poteſt ergo Epiſcopus ſuper his interſtitiis diſpenſare, Nau. *de temp. ordin. conſ.* 48. & in Manual. *cap.* 25. *num.* 71.

5 *Poſt annum.*] Poſſet tamen minores, & Subdiaconatum, ac eodem die in loco, vbi vigeret conſuetudo, cui Concil. non derogat, Nauarr. *in manual. cap.* 25. *num.* 7. & cum ordinato per ſaltum diſpenſat Epiſcopus antequam miniſtraret. Nauar. *d. cap.* 25. *num.* 71. Vide Lap. *alleg.* 28. Contrarium videtur tenere. Simon Maior. *de irregul. lib.* 4. *cap.* 11. & Lopez ad Diaz. *in pract. Can. cap.* 25. *in addit. in ver. vna eadem die, fol.* 116.

6 *Iudicio Epiſcopi.*] Et ſic eſt data facultas Epiſcopo diſponendi ſuper interſtitiis; ſed dubium, an ſi tacitè eum promoueat, qui non expectauit tempora annua, quæ de vno ad alium Ordinè deſiderantur, cenſeatur diſpenſare, & Lopez ad Diaz. *in pract. c.* 25. *col. pen. fol.* 117. diſtinguit an ſi Epiſcopus ignorans facit, & non cenſetur diſpenſare, aut ſciens Ordines contulit, & cenſetur voluiſſe diſpenſare, idem dicendum eſt ſi ipſum non conferat, ſed dimiſſorias litteras conferat, quia hæc à pari procedunt, idem Lopez, *vbi ſuprà.* Vide etiam Maiol. *de irregul. lib.* 3. *cap.* 24. *nu.* 13. Menoch. *de arbitr. caſ.* 564. Nauarr. *conſ.* 27. *de temp. Ordin.*

Ex ſupradictis inferri videtur, quòd diſpenſatio eſt facienda ab Epiſcopo, qui concedit dimiſſorias, & non ab ordinante alienum Clericum cum dimiſſoriis ſui Ordinarij.

CAPVT XII.

Aetas ordinandorum ad Subdiaconatum, Diaconatum, Presbyteratum, ſeruanda etiam per Regulares examinandos ab Epiſcopis.

1 *Nullus* in poſterum ad Subdiaconatus Ordinem *α* 2 *ante vigeſimum ſecundum*, ad Diaconatus ante[a] vigeſimum tertium, ad Preſbyteratus, [b] ante vigeſimum quintum ætatis ſuæ annum 3 *promoueatur.* Sciant tamen Epiſcopi non ſingulos in ea ætate conſtitutos, debere ad hos Ordines aſſumi, *β ſed dignos* dumtaxat, & quorum probata vita ſenectus ſit. *γ Regulares* quoque nec in minori ætate, nec ſine diligenti Epiſcopi examine 4 *ordinentur*, priuilegiis quibuſcumque, quoad hoc, penitus excluſis.

a Sup. c. 5. cum ſeq. & infr. ca. 11. cum ſeq. 2. Tolet. ca. 1. & 3. Carthag. c. 4. & Agathen. c. 16. anno 25. requirebant.
b Annum 30. requirit Fabi. di. 78. Si quis, & Bonifa. I. Conc. 4. Toleta. cap. 18.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *ANte vigeſimum ſecundum.*] Circa ætatem Epiſcopus non poteſt diſpenſare,gloſ.*in Clem.generalem, in ver.anno de ætat.& qualit.*Silu.*ætas,num.*2.quid ſi ad 25. annum deeſſent tantùm 4. dies an taliter ordinatus ad Sacerdotium incurreret ſuſpenſionem,& pro affirmatiua conſuluit Nauarr.*de ætat.& qualit.conſ.6.in antiq.*

β *Sed dignos.*] Et indigni ad Sacros aſſumpti ſunt ipſo iure ſuſpenſi per conſtitutionem Pij Secundi , cùm ex Sacrorum addita Bulla Sixti V.*par.*2.Nauarr.*de temp. ordin.conſ.*35.& pluries Cardin. Toletan.*in ſum.lib.*1.*cap.*48. *ver.* 4. *habetur de his.* Vide Bernard.*ep.*78. *ad Suggerium* 46.*Sancti Dionyſij, col.* 8. vbi explorat quemdam Diaconum Regis Baſſiferum , & ita miſit Congregatio ad Epiſcopum Caſtellanenſem.

γ *Regulares.*] Hinc infertur non poſſe aliquem præter Epiſcopum conferre ſacros Ordines, vt per Nauarr.*lib.* 5. *de priuil.conſ.*11.*num.* 4. nam quoad minores Ordines, iſte textus nõ præiudicat Regularibus, vt dixi ſuprà *in cap.* 10. *hac eadem ſeſſ.* Superiores autem Regularium non poſſunt diſpenſare ſuper interſtitiis ſuorum ſubditorum, ſed ad Epiſcopos pertinet. Quarant.*in ver.Ordo in fin.fol.*387.

ADDITIO.

1 *Nullus.*]Aliter ordinatus,toties ſuſpenſus eſt,quoties ordinari ſe paſſus fuerit,& vtens Ordinibus incurrit irregularitatem, etiamſi fuerit vſus Preſbyteratus ordine poſt irregularitatem , in cæteris incurſam per textũ abſolutionis Cruciatæ Pœnitentiarij , quia non poteſt abſoluere ab irregularitate huiuſmodi, & Collatio ei facta poſt irregularitatem non valet, Nauarr. *de temp.ordin.conſ.* 36. poteſt tamen iuuari ex diſpoſitione Pœnitentiæ ſecretæ, quòd ſic ſuſpenſus.Idem *conſ.*40. *eodem de ſuſpenſ.& irregul.vt ſuprà* , ad obtinend. ipſo iure, & fructuum perceptione ad obtenta non ipſo iure,& ceſſante Extrauag.Pij Secundi,cùm ex ſacrorum ſuſpenſio non habet locum ipſo iure,propter aſſumptionem Ordinum ante legitimam ætatem, vel extra tempora,Nauarr.*conſ.*38.*de temp.ordin.*

Amplia,vt ſit ſuſpenſus etiam celebrando irregularis ordinatus iubente Prælato. . . & nihil æquiparari in defectu ætatis,Nauarr.*conſ.6.de ætat.& qualit.*

De actibus , aut deputatis ad officium, quæ circa irregularitatem expediri non poſſit, vide Nauarr.*conſ.*7. *de ætat. & qualit.*vbi, quòd actus nulli debent eſſe actus officij Diuini.

De Ordinibus in legitima ætate , vide Mandoſ.*ad reg.Canc.de mal.promot.& de malè promouendis* , Nauarr. *in manual. cap.* 23. *num.*155.

2 *Ante.*]De Extrauag.licèt ex ſacrorum Pij II. de qua dixi in Apoſtill.incip.aliter, vide *deciſ.caſ.conſc.* Paleot. *in Congr.* 12. 19. Decembris 1580. caſ. primo , vbi quòd eſt ſuſpenſus,niſi ſimplicitate id fecerit,quod ſcire faciens poſt confeſſionem huius peccati non ſit irregularis, quaſi bona fide id fecerit , quod non teneatur ad fructuum reſtitutionem cùm ſuſpenditur ab officio, & an teneatur ſeruire,& ſupradictam Extrauag. Pij II. refert Diaz. *in pract. Crim. Can.cap.*26.*fol.*118. vbi Lopez. an promotus ad ſacros Ordines ante 14.annum cogatur continere,ſi poſtquam peruenit ad ætatem legitimam non vult continere , vide Diaz. & ibi Lopez *in cap.*26.*num.*4.*fol.*120.*&* 135.

3 *Promoueatur.*] 24. Ergo debent eſſe completi, nec ſufficit ordinando , quod in vltimo die ſit conſtitutus,Nauarr.*conſ.*6.*de ætat. & qualit.* quòd ſufficit attingere 25. Nauarr.*in manu.cap.*25.*num.*116.

4 *Ordinetur.*] Cùm eo tamen pro quo Prælatus Papam ſupplicauit,vt poſſit habilitare illum ad Ordines diſpenſatum,videtur ſi Prælatus reuerentialiter ei dederit ad quatuor Minores ordines , & Subdiaconatum,Nauarr.*conſ.*1.*de ætat. & qualit.*

Vide *ſuprà cap.*5.*& cap.*1.*ſeſſ.*22.illud quod hic tangit de Regular.

CAPVT

CAPVT XIII.

Subdiaconi Ordinentur ſperantes ſe continere poſſe, diebus feſtiuis, quibus miniſtrauerint communionem ſumant, annus ſit Eccleſiaſticus ante promotionem ad Diaconatum. Ordines ſacri duo nulli conferantur eodem die.

SVbdiaconi, & Diaconi ordinentur, ᵃ vt habentes bonum teſtimonium, & in minoribus ᵇ 1 *Ordinibus* iam probati, 2 α *ac litteris*, & iis, quæ β *ad Ordinem exercendum* pertinent, inſtructi. γ *Qui ſperant*, Deo auctore, ſe 3 *continere* poſſe, δ *Eccleſiis, quibus adſcribentur*, inſeruiant; ſciántque maximè decere, ε *ſi ſaltem diebus Dominicis*, & ſolemnibus, cùm altari miniſtrauerint, ſacram Communionem perceperint. Promoti ad ſacrum Subdiaconatus Ordinem, ζ *ſi per annum* ſaltem in eo non ſint verſati, ad altiorem gradum, niſi aliud Epiſcopo videatur, aſcendere non permittantur. η 4 *Duo ſacri Ordines* non eodem die, etiam Regularibus, conferantur: priuilegiis, ac indultis quibuſuis conceſſis, non obſtantibus quibuſcumque.

a 1. Tim. 3.
b 4. Tolet. 19.
c Hic ſuprà cap. 11.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

SI Diaconi, & Subdiaconi miniſtrantes Miſſæ ſolemni ſunt Sacerdotes, meliùs eſt vt priuatim celebrent, quàm vt Communicent in Miſſa ſolemni.

Item, qui ex conſuetudine illius Religionis quatuor Ordines minores, & Subdiaconatum eodem die ſuſceperunt, non ſunt ſuſpenſi.

Item, pro interſtitiis annus computatur à temporibus ad tempora.

Item, Subdiaconi, vt infrà proximè.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α LItteris.] Fuit quæſitum an debet examinari ab Epiſcopo pro beneficio ſimplici, qui ab eo fuerat examinatus in ſuſceptione huius Sacri Ordinis, & reſpondi negatiuè, per *cap. accepimus, de ætat. & qualit.* prout tenuit Rota Verall. *par. 2. deciſ. 367.*

β *Ad Ordinem exercendum.*] Debet enim recitare officium Romanum, iuxta Concilium Lateranen. ſub Leone X. & Bulla Pij V. infrà ſex menſes à die collationis, vel poſſeſſionis, etiamſi modicos fructus percipiant, etiam ratione tituli ſolius. Prax. *in ver. beneficia, §. ad quartum, fol. 30.*

γ *Qui ſperant.*] Ex decreto Legatorum Sedis Apoſtolicæ apud Dalmatiam, vt habetur in Ep. Innoc. III. *cap. 2. fol. 375.* Quid ſi ordinati ſint per vim, vel metum ad ſacrum hunc Ordinem, diſtingui poteſt inter vim & metum abſolutum, vel cauſatiuum, iuxta *text. in cap. maiores. §. Item, quæritur de bapt.* vt in primo caſu nulla ſit voluntas, & ſic non teneatur. In ſecundo verò, conditionali teneatur, quia coacta voluntas eſt is, *quæſt. 1. cap.* merito Domini de Rota diſputarunt hunc articulum bis, & non concluſerunt referente Domino de Graff. *vt tom. 1. diu. deciſ. 560. & ſeq.* licèt multum diúque dubitaſſent per rationes ab eis adductas, cùm eis videtur concordare Nauarr. *de vot. conſ. 7.* dum tenet votum continentiæ eſſe accidentaliter annexum Ordini ſacro, ad differentiam voti annexi Ordini Monachali, de quo habetur in *cap. cum ad Monaſterium, in fin. de ſtat. Monach.* adde bonum gloſ. *in cap. vbi iſta, diſt. 74. in ver. bonorum.*

δ *Eccleſiis quibus adſcribentur.*] Clericus, qui certo loco non eſt adſcriptus ab Epiſcopo ſuo non poteſt inuitus retineri, ne ex ſua Diœceſi abeat. Item, certæ Eccleſiæ

adſcriptus à nullo Epiſcopo eſt recipiendus ſine Ordinarij licentia, ſecùs ſi nullo beneficio ſit adſcriptus, vel nullum beneficium habeat; quia tunc ab omnibus Epiſcopis recipi poteſt, & eius Ordinarius dimiſſorias ei concedere debet.

ε *Si ſaltem diebus Dominicis.*] Adde quod etiam tunc quando ſacrum Ordinem recipiunt communicare debent, vt per Nauar. *in ſumm. ca. 2. de confeſſ. num. 7.* poſt D. Thom. quod *lib. 1. art. 11.* ſed ſi iſti Subdiaconi, & Diaconi in Miſſa ſolemni miniſtrantes eſſent Sacerdotes, meliùs eſt, vt ipſi poſt vel ante Miſſam maiorem celebrent, quàm Euchariſtiam ſolàm recipere de manu Sacerdotis cui ipſi miniſtrauerint.

ζ *Si per annum.*] Item, ex decreto pacto Legatorum, nec ordinetur Diaconus, niſi per annum in ſuo Subdiaconatu ſeruierit, nec Epiſcopus poterit diſpenſare, *cap. non confidat, diſt.* 50. quia interuallum debet eſſe inter Ordinē & Ordinem, gloſ. *in d. text. in ver. congruentis, & ibi in addit.* ſed hodie ex hoc text. remittitur ſimpliciter Epiſcopi arbitrio abſque Eccleſiæ vtilitate, vel neceſſitate.

η *Duo ſacri.*] Ex eodem decreto Legatorum Sedis Apoſtolicæ, an plures minores ſimul, vel minor cum ſacro conferri poſſint, vide per gloſ. *in cap. quicumque. In ver. Accolitus, diſt. 77.* Specul. de diſpenſ. §. *iuxta. ver. Item recipiens, cap. cum G.* Lator de eo qui furt. ord. ſuſc. *cap. in ſingulis, & cap. quicumque, diſt. 57.* & de temp. ordin. *cap. litteras, & cap. cum dilectus*, & an Epiſcopus poſſit diſpenſare hodie ſicut olim poterat, dic vt per Maiol. *de irregul. lib. 4. cap. 11. per tot.* Diaz. *in prax. Can. Crim. cap. 21.* vbi diſtinguit ſi excommunicatio præcedat, vel non, & ſolus Papa diſpenſat, Nauar. *cap. 25. num. 71. in ſumm.*

ADDITIO.

1 *Ordinibus.*] Hi enim gradus per quod ad Sacerdotium peruenitur, ſuprà. *eodem de ſacr. ordin. Can. 2.* ad ſacros autem per ſaltum promotus omiſſis 5. minoribus non eſt irregularis, ſeu ſuſpenſus. Nauarr. *de temp. ordin. conſ. 36.* remitteret ad Manual. *cap. 25. num. 71. cap. 27. num. 242. idem conſ. 40. num. 8.*

Prorogato autem Sacerdotio alij Ordines probantur ſi de antiqua ordinatione agatur, & conſtet ordinatum probum virum, facit. Nauarr. *conſ. 2. de ætat. & qualit.* & idem etiam in minoribus, vt probato Accolitatu probatur prima tonſura.

2 *Ac litteris.*] Amplia, vt neſciente ea, quæ neceſſaria ſunt ad Beneficium quod habent in vtroque ſoro illud dimittere tenetur, & hinc inferebat, Nauarr. quod Epiſcopus poteſt monere Beneficiatum, qui tenetur recitare Horas, vt diſcat modum eas recitandi ſub pœna priuationis, *conſ. 46. num. 5. de temp. ordin.*

De illiteratis, vide ſuprà *ſeſſ. 21. cap. 6. & ſuprà eodem, cap. 11.*

3 *Continere.*] De Continentia quatenus ſit annexa Ordini, & an ſit de ſubſtantia, vel vitietur votum illius propter metum factum, Caſ. de Graſ. *dec. 19. & 20.* Vide in meo repert. dec. Rot. *in ver. continentia.*

4 *Duo ſacri Ordines.*] *cap. 2. & fin. de eo, qui ord. furt. ſuſcep.* & Not. Hoſt. *in ſum.* §. 1. *eod. tit.* Diaz. *in prax. in ver. furtiuè*, vbi Lopez *cap. 25. ſol.*

CAPVT XIV.

Ordinandi Presbyteri annum egerint in exercitio Diaconali, ſint tales qui nouerint docere cæteros, & miniſtrare Sacramenta, caſtis moribus bonorum operum dent exemplum, & vita monita. Ordinati frequenter Miſſam celebrent. Quidam promoti per ſaltum diſpenſabiles ab Epiſcopo.

QVi piè & fideliter in miniſteriis antè actis ſe geſſerint, & ad Preſbyteratus Ordinem aſſumuntur, bonum habeant teſtimonium; & hi ſint, qui non modò in Diaconatu ad minùs annum integrum, niſi ob Eccleſiæ *a vtilitatem, ac neceſſitatem* aliud Epiſco

Epiſcopo videretur, miniſtrauerint, ſed etiam ad populum docendum ea, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, ad adminiſtranda Sacramenta, diligenti examine præcedente, idonei comprobentur: atque ita pietate, ac caſtis moribus conſpicui, vt præclarum bonorum operum exemplum, & vitæ monita ab eis poſſint expectari, *β Curet Epiſcopus*, vt ij ſaltem diebus Dominicis, & feſtis ſolemnibus, ſi autem curam habuerint animarum, tam frequenter, vt ſuo muneri ſatisfaciant, Miſſas celebrent. *γ Cum promotis per ſaltum, & ſi non miniſtrauerint*, Epiſcopus ex legitima cauſa poſſit diſpenſare.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

Epiſcopus cum ſuis Preſbyteris agat exhortationibus,& monitionibus, vt celebrent diebus Dominicis,& Feſtis, non cenſuris Eccleſiaſticis, quia non Curati non tenentur, nec agat pœnis.

Item,per annum integrum intellige Eccleſiaſticum.

Item, Diaconi, & Subdiaconi, qui carent doctrina pro Sacerdotio non ſunt promouendi, niſi maximus eſſet defectus Sacerdotum, & nulla ſpes habendi externos, tenuitate præbendæ, tunc Epiſcopus diligenter curet, vt diſcantur, & prout profecerint, ordinet ſecundùm ſuam conſcientiam, & interim vtatur Regularibus, & dei Parochus promotis,ſi non habet literatiores.

Item, Bulla Sixti V. contra malè promotos, non abſtulit potentiam Epiſcopis diſpenſandi in interſtitiis, *cap.11.13.& 14.*

Item, promotus per ſaltum ſi ſcienter miniſtrat,fit irregularis, & ſolus Papa diſpenſat.

Item, in promotis per ſaltum hoc decretum habet locum in minoribus, omiſſis,vel vno,vel etiam prima tonſura.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *Vtilitatem, ac neceſſitatem.*] Hic copulatiuè requiritur vtilitas, & neceſſitas, dixi ſuprà *cap.11.*

β Curet Epiſcopus.] Tenentur enim Dominico die, & aliis Feſtis celebrare, ac aliàs ſecundùm rationem Decimarum & ſtipendij. Nauarr.*cap. 25. num.* 88. Petr. de Sot. *in Inſtit. Sacerd.lect.13.in fin.de Sacram. Euchariſt.* & Domin.Sot. *in 4.diſt.13. quæſt. 2. art. 2. verſ. dubium autem.* Debet autem Epiſcopus adhortationibus, & monitionibus cum ſuis Preſbyteris agere,non cenſuris Eccleſiaſticis,vt diebus Dominicis,& Feſtis ſolemnibus celebrent.

γ Cum promotis per ſaltum.] Quid ſi ordinatus ſit aliquis ante legitimam ætatem, & non miniſtrauerit vſque quò peruenit ad ætatem perfectam; dic non indigere diſpenſatione, nec abſolutione. Card. Tolet. *lib.1.cap. 55. quæſt.* 4. poſt gloſ.*in Clem. vnic. in fin.de ætat. & qualit.* Silueſ. *in ver. ætat. num.* 2. niſi in ordinatione generali fuerit facta excommunicatio latæ ſententiæ.Tolet.*ibidem.*

An ex hoc textu promotus per ſaltum ſit ipſo iure ſuſpenſus, vel veniat ſuſpendendus; nam ſi venit ſuſpendendus & miniſtret ante diſpenſationem, non fieret irregularis, ſed peccaret.Doct. *in cap.ſollicitudo,diſt.52.* Silu.tamen in *ver.irregularitas.* §.13. tenet eſſe ipſo iure ſuſpenſum, & ita ſequitur Cardin. Tolet.*in ſum. lib.1.cap.50. ver. duo ſunt.* in loco fundans ſe ex hoc textu, vbi conceditur facultas Epiſcopo ſi non miniſtrauerit: ergo ſi miniſtrauerit ortum eſt nouum impedimentum, & Epiſcopus non poteſt,& ratio eſt, quia Clericus per illud miniſterium contraxit irregularitatem; ſi autem non miniſtrauerit, Epiſcopus poteſt diſpenſare.

Ad quæſtionem illam an minori Ordine non ſuſcepto, teneat maior etiam Sacer & Preſbyteratus, etiamſi ex laico fiat Preſbyter concluſiuè, reſpondimus affirmatiuè, *cap. vn. de Cler.per ſalt.promot.*quia ſeruare Ordinem in Ordinibus nec prædis non eſt de neceſſitate Sacramenti, ſed de neceſſitate præcepti. D.Thom.*in 4.diſt.24.*

quæſt. 1. *art.* 2. Bonauent. *in* 4. *d.*24.*quæſt.*3. gloſ.*in cap.ſollicitudo,diſt.*32. Card. Toleta. *in ſum.lib.*1 *cap.*50. *ver.alterum eſt.* Sed Epiſcopus nequit, qui non ſit Presbyter, vbi idem Card.Tolet.

δ *Si non miniſtrauerit.*] Nam ſi miniſtrauerit ſcienter, contra talem irregularitatem ſolus Papa diſpenſare poſſet,*cap.ſi celebrat.*vbi Cald *de Cler. excom. miniſt.* Lap. *alleg.* 28. *num.*1. Doct. *in cap.* 1. *de Cleric.per ſalt. promot.* Silu. *irregularitas, quæſt.* 11. & *quæſt.*27.Diaz.*in prax.Can.quæſt.*12.& 20.vbi vide quod non eſt ſuſpenſus ipſo iure, ſed venit ſuſpendendus. Hoc autem intelligitur in foro exteriori; nam in interiori poteſt Epiſcopus diſpenſare,etiamſi miniſtrauerit. Tolet.*in ſumm.lib.*1.*cap.*50. *ver. quoad ſuſpenſionem.*

Sed ſi quis ordinatus per ſaltum iterum ſuſcipiat ſacros, quos acceperat, eſt irregularis, quia bis ſuſcepit ſactum imprimentem characterem, quod non eſt iterabile,*cap.*1. *d.* 68. & *cap. dictum de conſecrat. diſt.* 5. ſcias tamen quod ſuſpenſus, vt incurrat irregularitatem neceſſe eſt vt miniſtret exercendo actus deputatos ſuis Ordinibus, nec ſufficit quemlibet actum exercere,niſi ſit diuinum Officium, vt latè diſputat Nauarr.*par.*1.*lib.* 1. *de ætat.* & *qualit. conſ.*7.

CAPVT XV.

Præter poteſtatem abſoluendi acceptam in ordinatione, debent etiam Regulares antea idonei ab Ordinario reputari, & approbati eſſe, vt ſæcularium audiant Confeſſiones.

α QVamuis Presbyteri in ſua ordinatione à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant; decernit tamen ſancta Synodus, nullum ª etiam β *Regularem*, poſſe Confeſſiones γ 1 *ſæcularium*,etiam Sacerdotum, audire, nec ad id 2 *idoneum reputari*; niſi aut Parochiale beneficium, aut, &c. δ 3 *ab Epiſcopis* per examen ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut, &c. ε *aliàs* 4 *idoneus iudicetur*, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat: ζ *priuilegiis*, & conſuetudine quacumque, etiam immemorabili, non obſtantibus.

ª Clemen.dudũ, §. ac deinde,de ſepult.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

NVllus poteſt audire Confeſſiones ſæcularium,niſi ſit approbatus ab Epiſcopo, etiam in locis exemptis, ſi illa ſint intra Diœceſim. Item, nec alia ſacramenta miniſtrare ſine licentia, *ſeſſ.* 21. *cap.*8.*de Reform.*

Item, Confeſſores Regulares approbati ab Epiſcopo ad audiendum Confeſſiones, poſſunt illas audire extra Clauſtra, præſertim infirmos.

Item, Abbas etiam Regularis habens iuriſdictionẽ in Rectores, & Curatos Parochialis, non poteſt dare licentiam audiendi Confeſſiones, ſed debet peti,& obtineri ab Epiſcopo.

Item, Abbas habens iuriſdictionem in ſuo territorio priuatiuè ad Epiſcopum eos,qui volunt obtinere licentiam ad prædicandum, & eos qui ſunt approbandi ad Confeſſiones in Eccleſiis ſubiectis ipſi Abbati, debet præſentare Epiſcopo, *ſeſſ.*5.*cap.* 2.*de Reformat.*

Item, Confeſſor approbatus ab alio etiam Epiſcopo, non cenſetur approbatus ab Ordinario in aliena Diœceſi.

Item, hoc cap. habet locum in Presbyteris ſæcularibus ſubiectis Prælatis etiam exemptis,ſi ſunt in Diœceſi.

Item, Sacerdotes Hieroſolymitanæ militiæ ſi non ſunt Parochi, & non ſunt approbati ab Epiſcopo, non poſſunt Confeſſiones,vel alia Sacramenta miniſtrare.

Item,Confeſſus etiam ignoranter coram non approbato ab Ordinario,vbi ſciuerit, tenetur repetere Confeſſionem,quia nulla.

Item,

Item, Mendicantes ſemel examinati, & idonei approbati pro Confeſſionibus, non debent iterum ab eodem Ordinario, nec etiam à ſucceſſore eius examinari, tamen ſucceſſor pro maiori quiete ſuæ conſcientiæ poteſt illos de nouo examinare.

Item, Regulares Prælati, vel Confeſſarij non poſſunt audire ſæculares, qui ſunt de familia, vel ſeruiunt eorum Monaſteriis ſine approbatione, vel licentia Epiſcopi, ſed ſi ſunt de familia etiam communes commenſales poſſunt.

Item, Epiſcopi, *cap. fin. de pœnitentia, & remiſſ.* non poſſunt ſibi eligere Confeſſorem Sacerdotem ſibi non ſubditum, qui à proprio Ordine non ſit approbatus ad for. huius decreti.

Obiectio contra poſſunt, quia Concilium aufert priuilegia Confeſſorum non Prælatorum. Reſpondetur non poſſunt.

Item, tempore Iubilei Regulares poſſunt confiteri cuique Sacerdoti approbato ab Ordinario.

Item, Concilium Prouinciale, vel Metropolitanum non poteſt aliquid ſtatuere contra hoc decretum.

Item, vnus Parochus non eſt cenſendus vbique idoneus, ſine alia approbatione, & qui habet priuilegiũ ad eligendũ idoneum non poteſt eligere, nec alios ex Parochorum conſenſu, ſed Parochus cenſetur idoneus in illa Ciuitate, vel oppido, vbi ſita eſt Parochia, non autem paſſim per totam Diœceſim.

Item, Parochus dimittens Beneficium Curatum non habetur amplius idoneus.

Nota, Bulla Pij V. in fauorem Mendicantium fuit reducta ad triennium iuris, & Concilij à Gregorio XIII.

Item, Cardinales non poſſunt ſibi eligere Confeſſarios non approbatos per hoc decretum, ſicut nec Epiſcopi non poſſunt, ſecundùm *cap. fin. de pœnit. vt ſuprà dixi*, Nec obiectiones valent, quia Gregorius XIII. ſic dixit.

Item, inferior Epiſcopo exemptus ſi pleno iure habet in ſubditos temporalem, & ſpiritualem iuriſdictionem ordinariam, & nullius Diœceſi poteſt approbare Confeſſores ex ſuis.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

QVamuis Presbyteri.] An habens poteſtatem eligendi ſibi Confeſſorem, poſſit ſibi eligere ſimplicem Sacerdotem nondum approbatum ad Confeſſiones audiendas, videtur hodie quod non, per hunc textum, ſecundùm quem nullus idoneus ad hoc munus, niſi beneficium Parochiale habeat, aut ab Epiſcopo fuerit approbatus, & ſic facultas eligendi Confeſſarium non poteſt tribuere materiam ei, qui per ſe eſt inhabilis, non obſeruata forma huius text. ſicut poterat ante Concilium, vt voluit Caiet. *in ſumm. cap. 4. de confeſſ. & poteſt. poſt princ.* & idcirco Epiſcopi, qui priùs poterant ſibi eligere Confeſſarium pro libito, videtur ex hoc text. prohiberi, *cap. ne pro dilatione, de pœnit. & remiſſ.* Sot. *in 4. diſt. 18. quæſt. 4. art. 2. poſt med.* Silu. *Confeſſ. 1. num. 2. quæſt. 2.*

Illiteratus autem approbatus ab Ordinario excuſat pœnitentem qui ei confitetur, & aggrauat Epiſcopum approbantem. Candel. aur. *de Confeſſ. cap. 26. verſ. 7. fol. 68.*

Quid ſi Sacerdos approbatus fuerit ab Ordinario ad Eccleſiam Parochialem, an poſt dimiſſam dictam Eccleſiam poſſit Confeſſiones audire ſicut priùs audiebat, ſine Epiſcopi approbatione; & reſpondeo, quòd non, quia de ſubſtãtia iuriſdictionis ad abſoluendum, eſt, vt habeat ſubditos, ſed ſine beneficio deficiunt ſubditi; ergo & iuriſdictio, Summ. Vict. *de Confeſſ. concl. 146.* verba Concil. hic requirunt quod habeat beneficium, & non ſufficiat habuiſſe. Tolet. *in Summ. lib. 3. cap. 13.* & ita cenſuit Congregatio ad hunc text. & habens facultatem ſibi eligendi Confeſſarium ab Ordinario approbatum, an intelligatur de proprio, vel de eo vbi moratur, dic quòd debet approbari à ſuo proprio. Quarant. *in ver. Confeſſor. fol. 195. Presbyteri Oratorij.* Romæ autem exiſtentes approbati gaudent priuilegio ne poſſint vlterius ab eorum Ordinariis etiam in propriis Diœceſibus examinari, & approbari Quaran. *ibidem*, ex conſtitutione Sixti V. *fol. 199.* accedente etiam declaratione Cong. Concil. ſi Epiſcopus Confeſſarium ſine iuſta cauſa nollet admittere, ad Metropolitanum appella

pellabitur, & à Metropolitano ad Papam. Couarr.*pract. quæſt.cap.*10.*num.*1. *ver.eadem ratione.*Prax.*in ver.Confeſſores,quæſt.*1.*fol.*58.

β Regularem.] Amplia hunc text. ex Conſtitutione Pij V. anno 1571. ad omnes Mendicantes,etiam Doctores & Magiſtros & expoſitos à ſuis Superioribus,ſed ſemel ab vno Epiſcopo excommunicatus non debet ab eodem iterum excommunicari,pro maiori autem conſcientiæ quiete à ſucceſſore poſſe excommunicari, ex Congregationis ſententia relata,per Quarant.*in ver. Confeſſor.fol.*195.

Quòd ſi Regularis ſemel examinatus approbatus fuerit ab Epiſcopo, an comprehendatur ſub hac regula,dubitari ſolet ſi pro prima vice approbationis id contingat. Cæterùm ſi pluries fuerit eodem modo approbatus ad tempus, non debet vlterius ab Epiſcopo approbari,quia ſufficit continuata approbatio, cum Epiſcopi ſcientia,& patientia obtinuit in Cõgregatione Epiſcoporum contra Archiepiſcopum Neapolitanum pro Fratre Petro Hiſpano,anno 1597.Regulares à ſuis Superioribus expoſiti abſoluere nequeunt laicos à ſententiis ab homine latis,ex Bulla Leonis X. in Concilio Lateranenſi, eo minùs dare poſſunt Sacramenta Euchariſtiæ, vel extremæ Vnctionis, etiam iis quorum Confeſſiones audiunt, niſi conſtet quòd à proprio Parocho denegata fuerit, & inſtet neceſſitas.Quarant.*Confeſſ fol.*194.

An Frater ſancti Auguſtini ſuorum priuilegiorum poſſit audire Confeſſiones in exitu vitæ pœnitentis, qui domi ſuæ manet, & corrigiam defert à quo puniri poſſit. Reſp. Frater, niſi oſtendat priuilegium à Sede Apoſtolica obtẽtum,vel confirmatum poſt Concilium Tridentinum quo ei licuerit horum corrigiatorum Confeſſiones audire, vel aliàs non fuerit ab Epiſcopo approbatus ad Confeſſiones ſæcularium audiendas, iuxta hunc textum, puniri debet: an autem locus ſit pœnis ſtatus in Clem.1.*de priuileg.* vel aliis de iure communi, & an punitio ad Epiſcopum ſpectet dubium eſt, quia Concil. Trid. nil de eis diſponit, neque horum definitio ad Congregationem ſpectat.

γ Sæcularium.]Hinc refertur non prohiberi Regulares audire Confeſſiones Regularium, etiamſi ab Epiſcopo non approbentur,quia nõn ſunt ita diſtracti ſicut ſæculares, vt per Nauarr.*in ſumm. cap. de poteſt.confeſſ.* poſſunt etiam audire confeſſiones Epiſcoporum, qui eos eligunt, licèt non ſint approbati ab Epiſcopo, quia ſatis eſt ſi habeant iuriſdictionem in genere à ſuo Superiori Regulari.

δ Ab Epiſcopis.] Semel autem admiſſus, vt dictum eſt ſuprà, ſemper in eadem Diœceſi habeatur pro admiſſo, nec ibi amplius examinari,nec præſentari debeat, tàm quoad prædicationes faciendas,quàm quoad confeſſiones audiendas. Vide Bulla Pij V. & Concil. Lateranen. 3. ſub Leone X.*ſeſſ.*21.*tom.*4.*fol.*685.in Bulla dum intra.

Sed quæſitum fuit an Cardinales poſſint ſibi eligere Confeſſorem, nec requiratur approbatio Epiſcopi: videtur quod ſic, per text. *in cap. fin. de pœnit. & remiſſ.* cum ipſi ſint Papæ tantùm ſubditi; vnde & familia ipſorum de eorum licentia videntur ſibi per ſe eligere Confeſſorem non approbatum, per ea quæ refert Silu. *Confeſſ.*1.*num.*3. Quod hodie non habet locum ex hoc decreto in quo decernitur quod Confeſſarius ſit approbatus ab Epiſcopo, & ita Romę paſſim obſeruata conſuetudo, vt nemo niſi approbatus poſſit confeſſiones audire,& ad *cap.fin.* reſpondetur quod illud ex cauſa neceſſitate imminente conceditur,quod aliàs regulariter non concederetur,vide Sot.*in* 4.*diſtinct.*18.*quæſt.*4.*art.* 2 *poſt med.*& Caietan.*in ſumm.abſolutio.*poſt Hoſtien.*in ſumm.de pœnit. & remiſſ.num.*16. *& ſeq.*

ε Alias idoneus.] Puta ſi ſit Doctor, vel Licentiatus,vel aliàs notoriè doctus,*Comm. contr.comm.quæſt.*302.*fol.*210.

Et ſic nota quod aliud eſt Parochus, aliud idoneus Confeſſor, Candel. aur. *de Confeſſ.cap.*27.*fol.*69.

ζ Priuilegiis.] Hinc eſt quòd exemptus habens ſubditos non poteſt approbare ad Confeſſiones audiendas, ſed Epiſcopus in cuius eſt territorio approbabit; ſecùs ſi inferior ab Epiſcopo non exemptus ſit,ſed pleno iure habeat in ſubditos Imperialem & ſpiritualem iuriſdictionem ordinariam, & ſit nullius Diœceſis, quia tunc approbabit aliquem ex ſuis qui audiat inter ſubditos Confeſſionem, & ita cenſuit Congregatio.

Aliæ reſolutiones ſacræ Congregationis ad hoc cap. 15. *ſeſſ.* 23.

Congregatio Concilij cenſuit in Monaſteriis,

ſteriis, ac etiam Collegiis Regularium, vbi iuxta regularia inſtituta viuatur, poſſe Prælatos Regulares, ſiue aliorum Religioſorum Confeſſores abſque licentia Epiſcopi Confeſſiones eorum ſecularium audire qui ſunt verè de familia & continui commenſales, non autem illorum qui tantùm deſeruiunt in Monaſteriis, die 30. Martij 1594.

Item, Regularem ab Epiſcopo audiendas Confeſſiones abſolutè & ſimpliciter quòd idoneus repertus fuerit, non autem ad tempus approbari debere, atque ſemel ab eo ad id muneris præuio examine approbatum, non poſſe ab eodem iterum examinari, niſi noua cauſa ſuperuenerit, die 21. Iáuarij 1598. Epiſcopus nõ debet admittere Regularẽ ad Confeſſiones audiendas, niſi videat eius approbationẽ, & licentiam à ſuo Superiori regulari ex ſententia bon. me. Illuſtriſſimi D. mei Cardinalis Paleotti.

Propoſito dubio in Congregatione de quo ſuprà: An Epiſcopi poſſiut ſibi eligere Confeſſorem cum vota eſſent diuiſa, S. D. N. cenſuit adhærendum potius verbis Concilij contra Epiſcopos, ea in primis ratione, quia nullus Confeſſarius eſt aptus ad audiendam Confeſsionem, niſi priùs fuerit approbatus à ſuo Superiore.

Item, cenſuit, nullus præterquam Epiſcopus poteſt ſe interponere in his quæ ſpectant ad approbandum Sacerdotes ſacræ Confeſsionis miniſtros.

ADDITIO.

1 *Sæcularium.*] Fuit dubium, an Prælati Regulares, ſiue alij Religioſorum Confeſſores poſſint audire Confeſſiones ſæcularium, qui ſunt de familia, aut aliter deſeruiant in eorum Monaſteriis abſque licentia, & approbatione Epiſcoporum, de qua in hoc text. & videiur dicendum, quòd non per ea, quæ not. Hoſt. *in ſumm. de pœnit. num.* 44. & hoc dubium fuit propoſitum in Congregatione habita 4. Auguſti 1586. ſed neſcio quid fuerit reſolutum.

2 *Idoneum reputari.*] Fuit dubitatum an Sacerdos alioquin idoneus non tamen approbatus ad audiendas Confeſſiones validè poſſit à peccatis mortalibus abſoluere pœnitentem in articulo mortis conſtitutum, ſi citra mortis periculum haberi copia poſſit Sacerdotis approbati. Et quid ſi ipſemet Parochus id prohibeat, paratúſque ſit infirmi Confeſſionem audire, illúmque abſoluere ne vlla ſubſit cauſa illum recuſandi, vt fuit 19. Decembris 1584. tentum per Congregationem, vt in voto ſub *num.* 4.

3 *Ab Epiſcopis.*] Qui veniant approbatione Epiſcoporum colliges ex Anch. *in Clem. dudum. §. ſtatuimus, num.* 11. *&* 16. *de ſepult.* Zabar. *ibidem.* Silu. *in ſumm. in num. Confeſſor, il* 2. *num.* 2.

Idoneus iudicetur.] Per Epiſcopum ſi ſine examine, vt puta ſi Doctor, vel probata perſona fuerit, quæ non indiget ſubiici examini, non autem intelligas, quod ex quo fuerit Doctor idoneus iudicatur: nam hæc facultas conferendi ab Epiſcopo debet emanare, vt voluit hæc ſancta Synodus.

CAPVT XVI.

Quiſque Ordinandus vtilis ſit Eccleſiæ, & in ea adſcribatur, functurus ſuis ibidem muneribus. Deſertor punitur. Nemo peregrinus ſine litteris commendatitiis ſui Ordinarij celebret.

CVm [a] nullus debeat ordinari, qui iudicio ſui Epiſcopi non ſit 1 *vtilis*, aut neceſſarius ſuis Eccleſiis. ſancta Synodus, veſtigiis ſexti Canonis Concilij [b] Chalcedonenſis inhærendo, ſtatuit, vt nullus in poſterum ordinetur, qui illi Eccleſiæ, aut pio loco, pro cuius neceſſitate, aut vtilitate aſſumitur, non adſcribatur, vbi ſuis fungatur muneribus, *α nec incertis* vagetur ſedibus. [c] Quòd ſi locum in conſulto Epiſcopo deſeruerit; ei ſacrorum exercitium interdicatur. *β Nullus præterea* Clericus peregrinus ſine

[a] Cap. nomine, 70. diſt.
[b] Ex Canonũ citatorum Seſſ. 24. c. 17.
[c] Concil. Nicænum. c. 15. & 16. ca. Sanctorum, 70. di. c. tua de Cleric. pereg. Cõcil. Antiochẽ

commendatitiis ſui Ordinarij litteris ab vllo Epiſcopo ad diuina celebranda, & Sacramenta adminiſtranda admittatur. cap.7.Concil. Chalced. cap. 13. Concil. Aquiſgran.ca. 59. & 61. Concil. Epaunen. cap.6.Concil Aurelian 3.c.15.d.1.Cart.c ſi Laodicen.41.3 Carthag cap.28.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

CLericus ab Epiſcopo non deſcriptus à nullo Epiſcopo eſt recipiendus ſine Ordinarij licentia, ſecùs ſi non eſt adſcriptus, nec habet Beneficium cum reſidentia, quia tunc poteſt accipi à quolibet Epiſcopo, & eius Ordinario detur concedere dimiſſorias.

Item, Ordinatus ad titulum Patrimonij, & tempore Ordinationis nulli Eccleſiæ adſcriptus non poteſt poſtea cogi ad inſeruiendum alicui Eccleſiæ, aut adſcribi.

Item, Abbas poteſt concedere huiuſmodi litteras commendatitias.

Item, Clericus non poteſt cogi, vt gratis inſeruiat illi Eccleſiæ pro cuius neceſſitate, vel vtilitate aſſumitur.

Item, ſubditi exemptorum ſi ſunt in Diœceſi Epiſcopi, & non in locis exemptis, ſunt comprehenſi in hoc decreto.

Item, qui non fuit adſcriptus in ſuſceptione vnius Ordinis, poterit adſcribi in ſuſceptione alterius.

Item, quando quis ordinatur cum dimiſſoriis ſui Ordinarij, adſcriptio debet fieri ab Epiſcopo dimittente, & non ab ordinante.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

* NEc incertis.] Requiruntur ergo quoad ſacros Ordines duo tituli, vnus ratione victus, iuxta *cap. 1.* ſuper *ſeſſ. 21.* alter ratione exercitij in aliqua Eccleſia faciendi, ne incertis vagetur ſedibus, ex hoc text. ſed titulus quoad victum requiritur tantùm quoad ſacros Ordines, hic verò etiam quoad minores. Quod parum eſt in vſu etiam apud Apoſtolicam Sedem, vndecumque confluentibus indulta ad ſe promouendum concedit abſque hac clauſula. *Et hinc apparet Clericum,* ſeruitio Eccleſiæ alicuius adſcriptum deuinctum eſſe. Quarant. *in ver. Ordo, fol. 386. ver. Accepi*, ex declaratione Sixti Quinti, vt ibi.

β *Nullus præterea.*] Nec celebrandi permittuntur, ſuprà *de obſeru. & euitand. in celebrat. Miſſ. ſeſſ.* 22. Nec prædicare poſſunt, *ſeſſ. 5. cap. 2. in fine*, nec publicè, nec ſecretè. Maiol. *de irregul. lib. 4. cap. 16. num. 3. per text. in cap. de Cleric.* Peregrin. debet autem apparere quod ipſe Peregrinus ſit legitimus, non criminoſus, irregularis, ſuſpenſus, excommunicatus, inquiſitus, vel de fide ſuſpectus, & quos Ordines habeat. Sed quid de Cappellanis Triremium, Peregrini an ſubiaceant Viſitationi Epiſcopi loci, vbi degunt, diſtingue, vt per Nauarr. *par. 1. lib. 1. de Cleric. Peregr. conſ. 1.*

ADDITIO.

1 *Vtilis.*] Valdè ergo deformes ordinandi non ſunt qui Eccleſiæ ſcandala eſſe poſſunt, & ſi Ordinariis committatur diſpenſatio, & ordinatis non eſt Beneficium Curatum conferendum, quamuis obtinuerit mandatum à Papa de prouidendo in forma dignum, vt ei quatenus idoneus ſit conferatur, & ſi ei Prælatus contulerit peccat, etiam eum non eiiciendum, & qua ratione, & ex quibus nominibus ipſe idem qui contulit eum expellere poſſit. Nauarr. *conſ. vnic. per tot. de corp. vit.*

CAPVT XVII.

Exercitia minorum Ordinum reſtitui debent, aſsignatione facta fructuum ſimplicium beneficiorum, vel fabricæ. Deficientibus tamen Clericis cælibatum colentibus, ſufficiantur coniugati monogami tonſurati, & induti Clericaliter in Eccleſia.

VT ſanctorum Ordinum à Diaconatu ad Oſtiariatum *α functiones*, ab Apoſtolorum temporibus in Eccleſia laudabiliter receptæ, & pluribus in locis aliquamdiu intermiſſæ, in vſum iuxta ſacros [a] Canones reuocentur; nec ab hæreticis, tamquam otioſæ, traducantur; illius priſtini moris reſtituendi deſiderio flagrans ſancta Synodus, decernit, vt in poſterum huiuſcemodi miniſteria non niſi *β per conſtitutos* in dictis Ordinibus exerceantur; omnéſque & ſingulos Prælatos Eccleſiarum in Domino hortatur, & illis præcipit, vt, quantùm fieri commodè poterit, in Eccleſiis Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus ſuæ Diœceſis, ſi populus frequens, & Eccleſiæ prouentus id ferre queant; huiuſmodi functiones curent reſtituendas, & ex aliqua parte redituum aliquorum ſimplicium beneficiorum, vel fabricæ Eccleſiæ, ſi prouentus ſuppetant, aut vtriſque illorum, eas functiones exercentibus ſtipendia aſſignent: quibus, ſi negligentes fuerint Ordinarij iudicio, aux ex parte mulctari, aut in totum priuari poſſint. Quòd ſi miniſteriis quatuor minorum Ordinum exercendis Clerici cælibes præſtò non erunt, ſuffici poſſint etiam coniugati vitæ probatæ, *γ dummodò 1 non bigami*, ad ea munia obeunda idonei, & qui Tonſuram, & habitum Clericalem in Eccleſia geſtent.

[a] Cap. 1. 29. diſt. cap. acolythus, c. exorciſta, c. lector, c. oſtiarius, & ca. Pſalmiſta, 23. diſt. ſuprà, cap. 11. Innoc. in Epiſt. 4. ca. 5.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

MVnus Accolyti, & Thuribularij, & his ſimilia, non poſſunt exerceri, niſi a conſtitutis in ſuis Ordinibus.

Item, Epiſcopi ſi ſint negligentes in reſtituendis functionibus Ordinum indigent abſolutione.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α FVnctiones.] Munus Accolyti, aut Thuribularij, & his ſimilia non poſſunt exerceri, niſi à Conſtitutis in his Ordinibus, quòd eſt notandum, cùm iſtud paſsim non ſeruetur, & Congregatio cenſuit non licere Fratribus Laicis, vel Nouitiis alicuius Ordinis in minoribus Ordinibus conſtitutis exercere officia Accolytorũ, Thuribulariorum, niſi ſint conſtituti in eodem Ordine, cuius miniſterio funguntur, ex hoc text.

β Per conſtitutos.] Erunt ergo irregulares tàm laici, qui pro Clericis ſe publicè ingerunt, quàm Clerici, qui ordine, quem non habent ſe exerceant. Nicephor. Hiſtor. *lib. 8. cap. 48. & ſeq. & lib. 9. cap. 4. cap. Subdiaconus, diſt.* 34. Refert Maiol. *de irregul. lib. 4. cap. 13. num. 5. ver. ſunt tamen, fol. 339.* ſed hoc credo de iure antiquo, hodie namque Clerici minorum Ordinum multoties funguntur officio Subdiaconatus, vt ſupremum eſt.

γ Dummodò non Bigami.] Bigamus enim non eſt capax exercitij ſpiritualis, *diſt. 34. cap.* Subdiaconus; & admiſſus ſit deiicitur, *diſt. 50. cap. ſi quis Viduam.* Maiol. *lib. 1. cap. 39. num.* 4. ſi tamen ordinatus ſit ſine præuia diſpenſatione character imprimitur, vt

per Archid. *in cap. lector, diſt.* 4. Rot. *deciſ.* 447. *in nou. cir. fin.* ſed non poteſt miniſtrare, aliàs ad Ordines minores non poterit aſcendere, *cap. quicumque pœnitens, diſtinct.* 50. vbi gloſ. & ad dubium, an Epiſcopus ſua authoritate ordinaria poſſit diſpenſare cum vero bigamo, vt poſſit primam Tonſuram, & ſimplicia beneficia accipere, hæcque eidem conferre.

Reſpondeo negatiuè, quia cum bigamo ſolus Papa diſpenſat, Rot. *d. deciſ.* 447. *in nou.* Maiol. *de irregul. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 14. & Franch. *in cap. vnic. de bigam. lib.* 6. *vt not.* ibi in add. poſt Io. Andr. dicit Epiſcopum etiam in minoribus Ordinibus diſpenſare non poſſe cum bigamo gloſ. *in ea. At ſi Clericus, in add. ad iud.* etſi per *d. cap. vnic. lib.* 6. bigami exuti ſunt omni priuilegio Clericali, & nec habitum, nec Tonſuram deferre poſſunt, ſequitur quod nec beneficium poſſint obtinere. Et ad dubium ſecundum, an Epiſcopus ordinans, vel conferens aliquas pœnas patiatur; Reſpondetur quod ſic, ſaltem, quia fecerat contra legem prohibentem *in cap.* 2. *de bigam.* vbi gloſ. *in verb. & officio.* priuatur enim facultate ordinandi ad ſimiles Ordines. Nauarr. *de bigam. conſ.* 3. Congregatio autem cenſuit ob [illegible]lationem factam bigamo non incurrere Epiſcopum ipſo iure aliquam certam pœnam, contrarium tamen refert Cardin. Tolet. *in ſumm. lib.* 1. *cap.* 61. *ver.* 3. & 4. *Concil.* vbi refert Epiſcopum eſſe ſuſpenſum in prædicto caſu ex ſententia Sixti V. ipſe quoque ordinatus non ſolùm poteſt excommunicari propter pœnam, ſed extraordinariè puniri, vt not. gloſ. *in add. fin. d. cap. vnico eod. tit. lib.* 6. ſed de hoc articulo an cum bigamis diſpenſari poſſit, per Papam, vel Epiſcopum. Vide Sot. *in* 4. *ſent. diſt.* 27. *quæſt.* 3. *art.* 3.

ADDITIO.

1 *Non bigami.*] Cum laïco bigamo Epiſcopus diſpenſare poteſt ſecundùm Henric. Bic. cui Nauarr. non aſſentitur. *conſ.* 4. *de bigam.* Bigamiæ autem nulla eſt in iure mentio, & ideò valeret diſpenſatio S. Pont. ſuper bigamia, non obſtante oppoſitione trigamiam, vt ibi *in fin.* Epiſcopus autem ordinans bigamum eſt ſuſpenſus per annum à collatione illius Ordinis, & ipſo iure ſuſpenſus à miſſando, & poteſt deponi ab Ordine, *cap. & ſi, cap. vltimo. de temp. ord. in* 6. *cap. nullus pœnitentem*, §. . . . . *in num. ſucceſſores*, & collatio quaſi facta irregulari non valet. Nauarr. *de bigam. conſ.* 31. Bigami quidem ergo ad minorum Ordinum miniſteria exercenda idonei ſunt.

De triplici bigamiæ ſpecie, & quod laici, & Clerici minorum Ordinum nulliter cum corrupta contrahentes non ſunt bigami, Nauarr. *de bigam. conſ.* 1. contra Rot. tamen quatènus de Clericis loquitur, quàm ipſe damnat in ſacris autem exiſtentes, & Monachi nulliter exiſtentes, vt ibi ſecùs.

CAPVT XVIII.

Datur forma erigendi Seminarium Clericorum præcipuè tenuiorum, in cuius erectione plurima veniunt obſeruanda pro educatione promouendorum in Cathedralibus & maioribus Eccleſiis.

CVm adoleſcentium ætas, [a] niſi rectè inſtituatur, prona ſit ad mundi voluptates ſequendas, & niſi à teneris annis ad pietatem, & religionem informetur, antequam vitiorum habitus totos homines poſſideat, numquam perfectè, ac ſine maximo, ac ſingulari propemodum Dei omnipotentis auxilio in diſciplina Eccleſiaſtica perſeueret: ſancta Synodus ſtatuit, [b] vt ſingulæ Cathedrales, Metropolitanæ, atque his maiores Eccleſiæ, pro modo facultatum, & Diœceſis amplitudine certum puerorum ipſius ciuitatis, & Diœceſis, vel eius prouinciæ, ſi ibi non reperiantur, numerum in Collegio ad hoc propè ipſas Eccleſias, vel alio in loco conue

a 4. Tolet. ca 23. in eundem finem conſtituit, Geneſ. 8. Conc. Aquiſgran. cap. 135. Concil. Later. ſub Leone X. Seſſ. 9. de Reforma. Curiæ. & aliorum.

b Conſti. Alexandri 3. p. 1. ca. 18 & in 3. Lateran. c. 11.

conuenienti, ab Epiſcopo, *α eligendo*, alere, ac religioſè educare, & Eccleſiaſticis diſciplinis inſtituere teneantur. In hoc verò Collegio recipiantur, qui ad minimùm duodecim annos, & ex legitimo matrimonio nati ſint; ac legere, & ſcribere competenter nouerint; & quorum indoles, & voluntas ſpem afferat, eos Eccleſiaſticis miniſteriis perpetuò inſeruituros. [c] Pauperum autem filios præcipuè eligi vult; nec tamen ditiorum excludit; modò ſuo ſumptu alantur, & ſtudium præ ſe ferant Deo & Eccleſiæ inſeruiendi. Hos pueros Epiſcopus in tot claſſes, quot ei videbitur, diuiſos, iuxta eorum numerum, ætatem, ac in diſciplina Eccleſiaſtica progreſſum, partim cùm ei opportunum videbitur, Eccleſiarum miniſterio addicet; partim in Collegio erudiendos retinebit, alióſque in locum eductorum ſufficiet: ita vt hoc Collegium Dei miniſtrorum *β perpetuum Seminarium* ſit. Vt verò in eadem diſciplina Eccleſiaſtica commodiùs inſtituantur; Tonſura ſtatim, atque habitu Clericali ſemper vtentur: Grammatices, cantus, computi Eccleſiaſtici, aliarúmque bonarum artium diſciplinam diſcent: ſacram Scripturam, libros Eccleſiaſticos, homilias Sanctorum, atque Sacramentorum tradendorum, maximè quæ ad Confeſſiones audiendas videbuntur opportuna, & rituum, ac ceremoniarum formas ediſcent. Curet Epiſcopus, vt ſingulis diebus Miſſæ ſacrificio interſint; ac ſaltem ſingulis menſibus confiteantur peccata, & iuxta Confeſſoris iudicium ſumant Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti; Cathedrali, & aliis locis Eccleſiæ diebus feſtis inſeruiant. *γ Quæ omnia*, atque alia ad hanc rem opportuna, & neceſſaria Epiſcopi ſinguli cum conſilio duorum Canonicorum ſeniorum, & grauiorum, quos ipſi elegerint, prout Spiritus ſanctus ſuggeſſerit, conſtituent, eáque vt ſemper obſeruentur, *δ ſæpiùs viſitando* operam dabunt. Dyſcolos, & incorrigibiles, ac malorum morum Seminatores acriter punient; eos etiam ſi opus fuerit, expellendo: omniáque impedimenta auferentes, quæcumque ad conſeruandum, & augendum tam pium, & ſanctum inſtitutum pertinere videbuntur, diligenter curabunt. 1 *Et quia* ad Collegij fabricam inſtituendam, & ad mercedem præceptoribus & miniſtris ſoluendam, & ad alendam iuuentutem, & ad alios ſumptus certi reditus erunt neceſſarij; *ι vltra ea*, quæ ad inſtituendos, vel alendos pueros ſunt in aliquibus Eccleſiis, & locis deſtinata, quæ eo ipſo huic Seminario ſub eadem Epiſcopi cura applicata cenſeantur: *ζ iidem Epiſcopi η cum 2 conſilio* duorum de Capitulo, quorum alter ab Epiſcopo, alter ab ipſo Capitulo eligatur; itémque duorum de Clero ciuitatis, quorum quidem alterius electio ſimiliter ad Epiſcopum, alterius verò ad Clerum pertineant; *θ ex fructibus* integris menſæ Epiſcopalis, & Capituli quarumcumque dignitatum, perſonatuum, officiorum, præbendarum, portionum, Abbatiarum, & Prioratuum, cuiuſcumque Ordinis, etiam Regularis, aut qualitatis, vel conditionis fuerint, & 3 *Hoſpitalium*, quæ dantur in titulum, vel adminiſtrationem Concilij Viennenſis, quæ incipit, [d] 4 *Quia contingit*: & beneficiorum quorumcumque, etiam Regularium, *κ etiam ſi iuris patronatus* cuiuſcumque fuerint,

c Cap. quia de mag. cum alleg. in mea tractat de priuil. ſch priuil. 88.

d Cap. quia contingit, de relig. domib.

rint, etiam ſi exempta, etiamſi nullius Diœceſis, vel aliis Eccleſiis, monaſteriis, & hoſpitalibus, & aliis quibuſuis locis piis, etiam exemptis, annexa, & ex fabricis Eccleſiarum, & aliorum locorum, etiam ex quibuſcumque aliis Eccleſiaſticis reditibus, ſeu prouentibus, etiam aliorum Collegiorum: 4 *in quibus tamen Seminaria* diſcentium, vel docentium [c] ad commune Eccleſiæ bonum promouendum actu non habentur: hæc enim exempta eſſe voluit: præterquam ratione redituum, qui ſuperflui eſſent vltra conuenientem ipſorum Seminariorum ſuſtentationem, ſeu corporum, vel confraternitatum, quæ in nonnullis locis ſcholæ appellantur, & omnium λ *monaſteriorum*, μ *non tamen Mendicantium*, ν *etiam ex decimis* quacumque ratione ad laicos, ex quibus ſubſidia Eccleſiaſtica ſolui ſolent, & Militiæ cuiuſcumque militiæ, aut Ordinis, pertinentibus, fratribus ſancti Ioannis Hieroſolymitani dumtaxat exceptis.[f] partem aliquam, vel portionem detrahent: & eam portionem ξ *ſic detractam*, ο, *necnon* beneficia aliquot ſimplicia, cuiuſcúmque qualitatis, & dignitatis fuerint, & etiam 5 *præſtimonia*, vel præſtimoniales, portiones, nuncupatas etiam ante vacationem, ſine cultus diuini, & illa obtinentium, præiudicio, huic Collegio applicabunt, & incorporabunt, quod locum habeat, etiam ſi beneficia ſint reſeruata, vel affecta; π *per reſignationem ipſorum* beneficiorum, vniones & applicationes ſuſpendi, vel nullo modo impediri poſſint: ſed omninò quacumque vacatione, etiam ſi in Curia effectum ſuum ſortiantur; & quacumque conſtitutione non obſtante; Ad hanc autem portionem ſoluendam, beneficiorum, dignitatum, perſonatuum, & omnium, & ſingulorum ſuprà commemoratorum poſſeſſores, non modò pro ſe, ſed pro penſionibus, quas aliis forſan ex dictis fructibus ſoluerent, retinendo tamen pro rata, quidquid pro dictis penſionibus illis erit ſoluendum, ab Epiſcopo loci per cenſuras Eccleſiaſticas; ac alia iuris remedia compellantur, etiam vocato ad hoc, ſi videbitur, auxilio brachij ſæcularis: quibuſuis, quoad omnia & ſingula ſupradicta, priuilegiis, exemptionibus, etiamſi ſpecialem derogationem requirerent, conſuetudine, etiam immemorabili, quauis appellatione, & allegatione, quæ executionem impediat, non obſtantibus. Succedente verò caſu, quo per vniones effectum ſuum ſortientes, vel aliter, Seminarium ipſum in totum, vel in partem dotatum reperiatur; tunc portio ex ſingulis beneficiis, vt ſuprà, detracta, & incorporata ab Epiſcopo, prout res ipſa exegerit in totum vel pro parte ρ *remittatur*. Quòd ſi Cathedralium, & aliarum maiorum Eccleſiarum Prælati in hoc Seminarij erectione, eiúſque conſeruatione negligentes fuerint, ac ſuam portionem ſoluere detrectauerint; Epiſcopum Archiepiſcopus, 6 *Archiepiſcopum*, & Superiores 7 *Synodus Prouincialis* acriter corripere, eóſque ad omnia ſupradicta cogere debeat; & vt quamprimum hoc ſanctum, & pium opus, vbicumque fieri poterit, promoueatur, ſtudioſè curabit. Rationes autem redituum huius Seminarij Epiſcopus annis ſingulis accipiat, præſentibus duobus à Capitulo, & totidem à Clerico ciuitatis deputatis.

Deinde,

in Clem. lib. 3. tit. 11. cap. 2. ſup. Seſſ. 7. ca. 5. de reform.

c Cap. fin. de mag. &c. cum ex eo, de elect. in 6.

f Supr. Seſſ. 5. cap. 1. de Reformat.

Digitized by Google

Deinde, vt cum minori impenſa huiuſmodi ſcholis inſtituendis prouideatur; ſtatuit ſancta Synodus, vt Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates, & alij locorum Ordinarij ſcholaſterias obtinentes, & alios, quibus eſt lectionis, vel doctrinæ munus annexum, ad docendum in ipſis ſcholis inſtituendos, per ſe ipſos, ſi idonei fuerint; alioquin per idoneos ſuſtitutos, ab eiſdem 8 *ſcholaſticis* eligendos, & ab Ordinariis approbandos, etiam per ſubtractionem fructuum, cogant, & compellant.

Quòd ſi iudicio Epiſcopi digni non fuerint; alium, qui dignus ſit, nominent, omni appellatione remota, quod ſi neglexerint, Epiſcopus ipſe deputet. Docebunt autem prædicti, quæ videbuntur Epiſcopo expedire. De cætero verò officia, vel dignitates illæ, quæ ſcholaſteriæ dicuntur, nonniſi Doctoribus, vel Magiſtris, aut Licentiatis in ſacra pagina, aut in iure Canonico, & aliis perſonis idoneis, & qui per ſeipſos id munus explere poſſint, conferantur: & aliter facta prouiſio nulla ſit, & inualida: non obſtantibus quibuſuis priuilegiis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus.

Si verò in aliqua prouincia, Eccleſiæ tanta paupertate laborent, vt Collegium in aliquibus erigi non poſſit, Synodus Prouincialis, vel Metropolitanus, cum duobus antiquioribus Suffraganeis in Eccleſia Metropolitana, vel alia prouinciæ Eccleſia commodiori vnum, aut plura Collegia, prout opportunum iudicabit, ex fructibus duarum, aut plurium Eccleſiarum, in quibus ſingulis Collegium commodè inſtitui non poteſt, erigenda curabit, vbi pueri illarum Eccleſiarum educentur.

In Eccleſiis autem, amplas Diœceſes habentibus poſſit Epiſcopus, vnum vel plura in Diœceſi, prout ſibi opportunum videbitur, habere Seminaria: quæ tamen ab illo vno, quod in ciuitate erectum & conſtitutum fuerit, in omnibus dependeant.

Poſtremò, ſi vel pro vnionibus, ſeu proportionum taxatione, vel aſſignatione, & incorporatione, aut qualibet alia ratione difficultatem aliquam oriri contigerit, ob quam huius Seminarij inſtitutio, vel conſeruatio impediretur, aut perturbaretur: Epiſcopus cum ſuprà deputatis, vel Synodus prouincialis pro regionis more, pro Eccleſiarum, & beneficiorum qualitate, etiam ſuprà ſcripta, ſi opus fuerit, moderando, aut augendo, omnia & ſingula, quæ ad felicem huius Seminarij profectum neceſſaria, & opportuna videbuntur, decernere, ac prouidere valeat.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

Epiſcopus cum duobus Canonicis ſenioribus, curet vt pueri Seminarij diebus Feſtis cum ſuperpelliceo, & in gradibus inferioribus Chori ſeruiant.

Item, Epiſcopus pro fabrica, & inſtauratione domus Seminarij poteſt taxam exigere, licèt adhuc non ſint introducti iuuenes.

Item, ante electionem factam Seminarij, nihil eo nomine ſoluendum eſt.

Item, illi duo de Capitulo eligendi erunt perpetui poſt electionem, nec ſine legitima cauſa amouendi.

Item, Epiſcopus cum Conſilio Deputatorum poteſt ſtatuere in Seminario quod expedire iudicauerit, & moderari ſtatuta huius decreti, poteſt idem facere circa mores

mores Clericorum, & res temporales audito Conſilio, ſed exactio taxæ ſpectat ad ſolum Epiſcopum.

Item, Seminario nil ſoluendum de diſtributionibus,& de certis, tùm à ſæcularibus,tùm à Regularibus.

Item, antequam taxentur fructus pro rata Seminarij ſunt deducendæ expenſæ, quæ fiunt in Beneficiis, & in colligendis fructibus.

Item, Beneficium quod non reperitur taxatum in libris decimarum, non contribuit Seminario poſt diem 11. Iulij 1567.

Item, Epiſcopus Modernus non debet exigere pecunias debitas Seminario, & à ſuo Prædeceſſore non exactas.

Item, Mendicantes non debent contribuere Seminario, niſi de beneficiis vnitis Monaſterio.

Item, in ſolutione taxæ pro Seminario debent extrahi expenſæ, quæ fiunt in colligendis fructibus, & onera poſita ante Canonem.

Item,quando Eccleſia eſt in vna Diœceſi,& bona in alia, contributio fit Seminario loci, vbi eſt Eccleſia, ſecùs ſi non ſunt datæ Eccleſiæ quæ eſt membrum.

Item,exempta Monaſteria contribuunt, niſi alant ſcholares. Item, hoſpitalia non tenentur.

Item, Monaſteria in quibus aluntur actu ſcholares, vel contribuunt alio Monaſterio pro ſcholaribus, vel ſalatiant Magiſtros pro docendis Monachis ſunt exempta,ſic hoſpitalia laicorum, quæ non dantur in titulum, vel adminiſtrationem perpetuam.

Item, Confraternitates habentes redditus, ſi non habent Beneficium non tenentur contribuere.

Item, Milites Hierosolymitani ſi habent Beneficia alterius Ordinis, vel qualitatis tenentur contribuere.

Item, Epiſcopus non applicans Seminario Beneficia ſimplicia detrahat de taxa, & tantundem ſoluat de ſua,vide ibi.

Item, ſi in libris Decimarum non eſt portio taxæ, licèt ſint beneficia, nihil eſt ſoluendum, nec pro tenui Beneficio immuni à decimis.

Item, Beneficia vnita Monaſteriis, an ſint per vnionem acquiſita,ſpectat ad Epiſcopum probare,ſecùs ſunt exempta.

Item, ſi Papa antiquitùs certum quid taxauit pro Seminario,non poteſt Epiſcopus taxam augere.

Item, portio detrahenda, & Beneficia applicanda ſi non fiant cum conſilio Deputatorum ſunt irrita.

Item, Epiſcopus non poteſt vnire Seminario Beneficia, quorum collatio ſpectat ad inferiores Prælatos.

Item, non poteſt vnire illi Regularia, nec Canonicatus, nec iuriſpatronatus etiam Eccleſiaſtic.

Item, non eſt petenda confirmatio à Papa pro vnione.

Item,poteſt vnire non vacantia,ſed non poteſt vacantia reſeruare.

Item, Epiſcopus non poteſt vnire Beneficia vacantia in menſibus reſeruatis, ſi in ſuis vacantia non vniuit.

Item, Beneficiatus in ſoluenda taxa Seminario retinebit de penſione pro rata quam ſoluebat.

Item, qui ſoluit plus Seminario quàm debebat, poteſt ſibi illud retinere in ſecunda ſolutione, vel ei ſatisfaciat.

Item, contra recuſantes ſoluere taxam ſeminario, Epiſcopus poteſt vſque ad interdicta,& alias pœnas.

Item, vbi ſunt tenues redditus,vt Seminarium erigi non poſſit, prouideatur expenſis Beneficiatorum de duobus Magiſtris, vno Grammaticæ,altero Muſicæ.

Item, ſi in duabus Ciuitatibus erigenda eſſent Seminaria, & non ſunt redditus, Epiſcopus prouideat de Magiſtris Grammaticæ,& Muſicæ in vtriſque.

Item, etiam Cardinales poſſunt cogi ſoluere taxam de Beneficiis, quæ habent in locis, vbi ſunt Seminaria.

Item, Epiſcopus non poteſt exigere plus dimidia decimam pro taxa danda Seminario.

Item, vnio omnium Beneficiorum ſimplicium facta Seminario non valet, & alicuius, & huius vnio ſi fiat ſine conſilio Deputatorum non valet, ſiue vacet per obitum,ſiue per reſignationem.

Item, ſi vniuit aliqua beneficia Seminario detrahat de taxa,tantumdem etiam de perceptis.

Item, vniones Beneficiorum factæ ante vacationem ſunt validæ, etiamſi quando vacant ſunt reſeruatæ Papæ.

Item, qui exempti ſunt à ſoluenda portione,

tione, pro Seminario, vt per Pium Quintum Mendicantes, & Societas IESV, ſi illis vniantur Beneficia perpetuò, non tenentur ex his ſoluere quicquid Seminario. Reliqui Regulares non Mendicantes exempti, etiamſi domi legant Grammaticam,& Caſus ſoluāt, ſuam ratam,deductis ex rata expenſis pro Magiſtris.

Item, Beneficia vnius Diœceſis, ſed à Papa Seminario alterius Diœceſis iuncta, ſoluant ratam Seminario ſuæ Diœceſis.

Item, Clemens VIII. conceſſit Epiſcopos poſſe taxare Beneficia pro Seminario plus medietate decimarum, non obſtante Bulla Pij Quinti, prout expedire iudicauerint.

Item, Epiſcopus priùs debet ex ſua, & Epiſcopatus menſa, ſoluere taxam Seminario, mox cogere alios.

OBSERVATIONES
DOCTRINÆ.

α Eligendo.] In hanc ſententiam reſcriptum fuit Archiepiſcopo Salernitano, qui Sacrum quemdam locum Seminario aſſignauerat, vt id ſibi factum licuiſſe ſciat,quod de ſententia Ciuitatis,& eorum quorum priuatim intereſſe agatur, 14. Octobris,1569.

β Perpetuum Seminarium.] Debent in eo collocari pueri, qui ſint procliuiores ad vitam Eccleſiaſticam,& dùm in eo manent debent Eccleſiaſticis præceptis,& moribus imbui. Et ante omnia in Seminario conducendus eſt Grammaticus, Muſicúſque peritus, qui pueros inſtituant, quorum ſi reperiantur Ieſuitæ, cæteris anteponendi ſunt; Et pueri qui in Seminario collocabuntur ſint tales, qui in ſeruitutem Dei ſe dicare velint, atque pauperes,vt in text.

Congregatio cenſuit quòd taxatio non poteſt fieri,niſi Seminario legitimè erecto, & iuxta taxationem antiquam Epiſcopo Melphen. Item, quando ſunt in diuerſis Diœceſibus, contributio Seminarij fiat in Eccleſia cui ſubiicitur, niſi Eccleſia loci particularis conſtructa fuerit ante adeptionem bonorum illorum Epiſcopo Nolano.

Item, Seminario poſſunt vniri beneficia etiam reſeruata & affecta, niſi alia vacaſſent, & ea Epiſcopus aliis contuliſſet,Epiſcopo Aquilan. Item, ex incertis non detrahitur portio pro Seminario Archiepiſcopi Vlixbonen. Contributio debet fieri ſeminario, deductis oneribus Priori Vlixbonen. Item, Prioratus Regulares non vniantur Seminario Archiepiſcopi Taurinen. Item, cenſuit de cætero, ad obuiandum fraudibus oportere decerni, vt non poſſint etiam ante vacationem vnire Seminario beneficia quæ obtineant perſonæ, quæ ob familiaritatem Cardinalium, vel aliam rationem tales ſint, vt quocumque tempore decedant certum ſit ea fore affecta Sedi Apoſtolicæ,die 22.Febr.1601.Item, portio ex Decanatu debetur Seminario, non obſtante quacumque exemptione Epiſcopo Lucano. Item,cenſuit titularem occaſionem contributionis per eum factæ Seminario non poſſe detrahere ex penſione quàm ſoluit, niſi pro rata penſionis, & ad eam rationem ad quam ipſe Titularis cōtribuit,die 30.Martij,1594. Itē,cenſuit,ſi Epiſcopus beneficia ſimplicia ſeruata forma Concilij Seminario vniuerit ante eorū vacationem, eueniente poſtea eorum vacatione,etiam in menſe reſeruato vnionem debere effectum ſortiri,die 18.Decembris, 1597.Item,Mendicantes non tenentur contribuere Seminario, niſi ratione alicuius beneficij vniti Epiſcopo Burgen.Item,propter tenuitatem fructuum nō tenetur Epiſcopus Seminarium erigere,ſed conſtituat duos Magiſtros Grammaticæ, & Muſicæ cum contributione Diœceſis, Epiſcopo Melphien. Item, Parochiales quæ ſunt intra Diœceſim, licèt ab alio quàm ab Ordinario illius loci collatæ ſint,debent contribuere Seminario illius Diœceſis in qua ſitæ ſunt. Item, Sodalitas,quæ nullum obtinet beneficium, non tenetur contribuere Seminario Epiſcopi Squillaten. Item, Epiſcopus loci Seminarij non poteſt ordinare Scholares alterius Diœceſis, nec eos admittere ſine dimiſſoriis proprij Epiſcopi. De Magiſtris diſcentes pueros, deque indulgentiis conceſſis per Papam huiuſmodi inſtituendi. Vide Bull. Leo X. & ampliat Gregor.XIII. quas refert Quarant. *in ſuo compend* Bull.*in ver.Magiſt.fol.*195.

γ Quæ omnia.] Hi Canonici electi ad conſtituendum educationem puerorum in Seminariis, non poſſunt per eum mutari, niſi ex iuſta & legitima cauſa, vt cenſuit Cōgregatio, adhibebit quiſque Epiſcopus

Tt con

conſilium præfatorum in conſtituendis regulis vniuerſalibus Seminarij loci & ſimilibus, & adeſſe in ſingulis rebus, vt puta electione puerorum introducendorum, electione Magiſtrorum, librorum legendorum, ipſorum punitione, diſcipulorum expulſione, viſitatione, & ſimilibus. Papien. 7. Iunij, 1591.

ꝺ *Sæpius viſitando.*] Dic ad effectum exequendi præmiſſa, ſed in reliquis poteſt ſolus Epiſcopus viſitare, adhibitis, ſi ei videbitur, aliis doctis, & piis viris. Concil. Mediol. *de ætat. & qualit. lib. 1. cap. 6. fol. 11.*

ε *Vltra ea.*] Ne verba hæc videantur aduerſari iis quæ infrà *eod. cap.* dicuntur, cùm excipiuntur Collegia in quibus Seminaria diſcentium ad commune bonum actu habentur, intellige quod hic dicitur habere locum, vbi actu erectum non eſt Collegium, nec Seminarium actu habetur, quia tunc redditus, eo ipſo applicari Seminario cenſebuntur; ſecùs verò, vbi actu diſciplina puerorum exercetur, quia illud non tollitur, ſed tantùm ex ſuperexcreſcentibus fructibus portio detrahitur, vt infrà, & ita in vna Vercellenſi cenſuit maior pars Illuſtriſſimorum pro Capitulo, ſub die 27. Iulij, 1570.

ζ *Iidem Epiſcopi.*] Sicut Epiſcopus cum conſilio duorum de Capitulo, & duorum de Clero debet portiones indicendas detrahere, ita eas debet applicare Seminario. Solus autem hoc non poteſt facere, & ita fuit reſolutum in vna Burgenſi pro Societate I E S V, de menſe Iulij, 1569.

η *Cum conſilio.*] Cùm requiratur conſilium ſolùm, non autem conſenſus, ſatisfactum videtur ex ſola expectatione . . . cùm non teneatur conſilium ſequi. Abb. *in cap. Quanto de his, quæ fiunt à Prælat.* Silueſt. *excomm. 1. num. 5.* ſed idem Silueſt. *in ver. conſilium, num. 6. verſ. Quartò quæritur*, concludit, quod ſi lex à principio actus, mandat requiri conſilium, non valet actus aliter factus ex defectu poteſtatis, quam habet limitatam, & modicatam. Quod bene facit ad propoſitum huius text. in quo Concilium in principio actus, per quem Epiſcopus ſolus per ſe facere non potuiſſet, dedit hanc poteſtatem Epiſcopo cum conſilio iſtorum. Quod ſatis oſtenditur infrà eodem textu, vbi dicit in plurali numero *applicabunt, & incorporabunt*, refertur enim ad omnes, non ad ſolum Epiſcopum.

An autem Cōſilium huiuſmodi ex iſto decreto requiratur ad expreſſa omnia. An etiam ad ea quæ neceſſaria, vel inhærentia, vel dependentia ſunt ab expreſſis, & ſic quod in omnibus, etiamſi in text. non exprimantur, quia data huiuſmodi facultate cenſentur data omnia per quæ talis facultas exerceri poſſit, *arg. l. 2. de iuriſd. min. omn. iud. & de procur. lib. ad rem mobilem*, & quæ cum conſilio fiunt, maturiùs fiunt, quia vbi multa conſilia, ibi multæ labes. Congregatio die 11. Decembris, 1572. & die 13. Ianuarij, 1594. cenſuit vnionem ab Epiſcopo factam Seminario abſque conſilio quatuor Deputatorum iuxta hoc decretum minimè valere.

θ *Ex fructibus.*] Ex hoc fit, vt ex Canonicatibus, ſeu Dignitatibus in quibus nullæ ſunt Præbendæ, ſed omnes ſunt quotidianæ diſtributiones, non debeatur portio Seminario, quia diſtributiones computarentur in fructibus; & ita Congregatio Illuſtriſſimorum in vna Neapolitana. Debet tamen Epiſcopus primùm ex ſua, & ſui Capituli menſa contribuere, & poſteà cogere alios ſuo exemplo contribuere, prout cenſuit Congregatio.

ι *Quia contingit.*] De Relig. domib. Hoſpitalia, quæ non fuerunt data, nec in Titulum, nec in adminiſtrationem, dummodò beneficia annexa redditus, aut prouentus Eccleſiaſticos non habeant, Seminario contribuere non tenentur aliquo modo, vt Cōgregatio cenſuit die 18. Maij, 1594. contra conſ. Tobiæ 61. *num.* 7. qui volebat includere omnia Hoſpitalia, & contra eum, vide Sarn. *de viſitat. cap. 16. num.* 10.

κ *Etiamſi iuriſpatronatus.*] Non tamen Eccleſiaſtici, & vniones hactenus factæ ſunt nullæ. Iſpalen. 26. Aprilis, 1591.

λ *Monaſteriorum.*] Poſtea edita fuit Conſtitutio Pij V. ad declarationem taxæ ad quam tenentur Monaſteria; ſed quia ex ratione huius text. & illius Conſtitutionis multæ oriebantur difficultates, re iterum propoſita in Congregatione Sacri Concilij, ita fuit tandem abſolutum negocium, 23. Vt Epiſcopus qui ante 11. diem Iulij, 1567. Seminarium re ipſa non erexit, quandocumque illud erigere inſtituerit ab ipſa reali erectione, nihil eius nomine vltra dimidiam decimam relatam ad antiquam taxam exigat; Et ſi quid amplius exegerit, vel reſtituat, vel cum eo compenſet,

quod

quod in poſterum poſt ipſam erectionem ad eamdem rationem exigendum erit, niſi tàm clarè appareret totum illud, quod amplius exactum eſſet iam fuiſſe verè conuerſum in præparamenta neceſſaria, aut aliam ſimilem operam Seminarij. Antiqua autem taxa decimarum in toto Dominio Veneto ea erit accipienda, quæ in vſu fuit antequam alia nouiſſimè ibidem fieret. Quicumque verò Epiſcopus ante eam 11. diem Iulij re ipſa Seminarium erexit, & ſeruata forma Concilij certam taxam ſtabiliuit, eámque à maiori parte taxatorum ratione ſummæ exigere cœpit, ſeu illi ſponte, ſeu ex conuentione, aut metu exequutionis factæ, vel faciendæ ſoluerint, dummodò Epiſcopus in hac quaſi poſſeſſione ſic exigendi ſit, eáque taxa ſic exacta in vſum Seminarij verſa ſit, & quotidie vertatur in exactione huiuſmodi ita perſeueret, & omnes qui detractauerint ſoluere eam taxam ſtabilitam, cogere poſſit iuris remediis.

Si aliqua tamen beneficia ſimplicia poſt erectionē Seminarij vacaſſent in ſua Diœceſi, quæ Epiſcopus non applicaſſet Seminario, ſed familiaribus ſuis, vel conſanguineis contuliſſet, detrahat taxæ Seminarij tantam ſummam, quantam redditus illorum beneficiorum capit, & tantundem de ſua menſa Epiſcopali aſſignet Seminario quoad vixerit, vel donec alia beneficia vacantia ſaltem eiuſdem valoris, & ad eius collationem ſpectantia eidem Seminario vniuerit, & eorum fructus cum effectu applicauerit; Si verò beneficia aliqua Seminario iam vniuiſſet, & nihil propterea taxæ iam ſtabilitæ detraxiſſet, cogatur omninò tantum inde detrahere, quantum eſt redditus illorum beneficiorum vnitorum à Seminario perceptus. Declaratum poſtea fuit in vna Bononien. pro Illuſtriſſimo Cardinali Paleotto. Quòd dicitur dimidia decima ad antiquam taxam relata referri ad eam taxationem quæ ad annum circiter 1539. facta fuit, & vſu recepta, vbique extra Dominium Venetum. Additum prætereà in alia Catacenſi fuit aduerſus Epiſcopos illos, qui non obtemperantes primis litteris ſacræ Congregationis, poſtea exigebant, & in neceſſariam operam Seminarij expendiſſe aſſerebant, & totum id quod poſt primas litteras exegerint, etiamſi verè in neceſſaria præparamenta impenderint, reſtituere teneantur.

µ *Non tamen Mendicantium.*] Mendicantes ad aliquorum operum contributionem non teneutur pro Seminario, & decimis eorúmque bona quomodocumque acquiſita à primitiis, quartis, mediis ſubſidiis charitatiuis, & aliis oneribus ordinariis, & extraordinariis, ex quacumque etiam neceſſaria cauſa impoſitis, exempta ſunt ex Bulla Pij V.

ν *Etiam ex decimis.*] Quæſitum fuit, An per hoc decretum teneantur Militiæ ad portionem ex decimis tantum, an etiam ex aliis fructibus, & redditibus beneficiorum; & ſtante dictione etiam quæ implicit non expreſſa, cenſuit ſacra Congregatio, ſub die 7. Auguſti, 1572. Militias teneri, excepta Militia S. Io. Hieroſolymitani, quæ ad neutrum tenetur, de dictione, etiam, vide *conſ. 166. num. 17. vol. 4. & conſ. 696. vol. 5. num. 13.*

ξ *Sic detractam.*] Intellige niſi portio illa ſit ex fructibus, ſeu relicta aliqua re ad vſum pium quæ adminiſtratur à Laïcis, quia cùm non veniant appellatione beneficiorum, ſeu reddituum Eccleſiaſticorum, non comprehenduntur à Concilio; & ita fuit reſolutum in Congregatione pro ſtatutis Neapolitanis.

ο *Necnon.*] Quæritur, An poſſint vniri Seminario beneficia ſimplicia Regularia commendata, quæ cura & conuentu carent; videtur quod ſic, quia verba legis comprehendunt quamcumque qualitatem; & ſic etiam Regularium quæ quidem qualitas eſt; prætereà, *ſeſſ. 24. cap.* 15. permiſit Epiſcopis quod poſſint vnire beneficia menſæ, & excipit expreſsè regularia, ergo quando Concilium voluit, expreſſit, incluſit ſub hac generali comprehenſione. Et quod hæc fuerit mens Legiſlatoris teſtatus eſt mihi Reuerendiſſimus Iachinettus Epiſcopus Neocaſtrenſis huius decreti compilator, nunc ampliſſimus Cardinalis SS. Quatuor Coronatorum, poſtea Pontifex Optimus Maximus Innocentius IX. qui ſibi multum, mihi autem parum vixit.

π *Nec reſignationem.*] Hinc dubitatur, quid dicendum ſit in reſignationibus in fauorem certæ perſonæ factis, cùm clam, & non aliter, nec alio modo, cùm ſint conditionales, & non ante abdicant ius à reſignante quàm habeant effectum in perſonam reſignatarij. Rot. Io. Pau. *dec.* 202. Ve-

rall. *dec.* 82. Caſſad. *deciſ.* 3. de renunciat. Congregatio tamen cenſuit beneficium vnitum non poſſe reſignari, & reſignationes etiam admiſſas non habere effectum, & idcircò remanere adhuc beneficium penes reſignantem, expectarique euentum ſimplicis vacationis.

Remittatur.] Quid ſi ex aliquo beneficio portio ſit detracta & incorporata Seminario vnius Diœceſis. Et perſolui côſueta per plures annos, an ceſſare debeat per vnionem eiuſdem beneficij Seminario alterius Diœceſis vniti; & dic quod non, quia non poteſt portio illa perſolui ſolita remitti, niſi illud Seminarium competenter dotatum reperiatur, vt hic. Nec obſtat *ſuprà eod. cap.* ibidem in quibus Seminaria diſcentium, vel docentium ad commune bonum Eccleſiæ promouendum actu non habentur, hæc enim exempta eſſe voluit, præterquam, &c.

Nam illud procedit in illis Collegiis, ſeu Seminariis ante Concilium erectis & dotatis, ex quibus prohibetur detrahi portio pro nouo Seminario. Nos verò loquimur de portione detracta ante vnionem, quæ non debeat à Seminario auferri, niſi vt hic dicit littera.

Ad §. Deinde. In ver. Scholaſterias. Cardinales cenſuerunt obtinētem ſcholaſteriam cogi omninò debere ab Epiſcopo ad obeundum munus ſuum, iuxta hoc Decretum die vltima Auguſti, 1574.

Item, die 14. Auguſti, 1597. cenſuit Congregatio non comprehendi hoc decreto ſcholaſterias exiſtẽtes in loco in quo minimè erigendum eſt Seminarium. Item, qui obtinet Scholaſteriam ad obeundum munus ſuum cogi debet, Epiſcopo Iperen.

Ad §. In Eccleſiis. In ver. Quæ tamen. Hinc decretum fuit in vna Burgen. Seminarium aliud quod non dependet à Seminario Cathedralis non gaudere priuilegiis à Concilio Seminario conceſſis.

ADDITIO.

1 *Et quia.*] Iſte, §. non iungitur, vt priùs domus ædificata poſtea Collegium inſtituitur hoc enim fuiſſet in longum negocium protrahere, ſed Concilium vult, poſtquam Collegium fuerit inſtitutum, & erectum in domo, ſeu conductitia, ſeu alio modo obtenta, quia non poteſt ab initio eſſe præparata ad vſum Collegij, fiat pro conſtruenda fabrica, & ſubminiſtrandis alimentis, & aliis neceſſariis contributio ex fructibus Beneficiorum, & ſubſequenter vniantur Beneficia, vt per Blandett. in vna Giennen. Præſtimoniorum 2. Febr. 1594. aliter 15. Febr. 1593.

2 *Conſilio.*] Hoc conſilium non ſolùm in deputatione fructuum, ſed etiam in vnione requiritur. Cæſ. de Graſſ. *dec.* 132. *num.* 4.

Præterea periculoſa Doctrina gloſ. *in Clem. 1. in ver. iubibentes, de iurepatron.* videtur quod hæc ſolemnitas non ſit ſeruanda quando Epiſcopus veniret iure ſuo, vel quando poſſet venire, ſed eligere viam huius Capituli per auctoritatem eorum, qui tenent contrarium, *d. dec.* 132. *num. 6. & 7.* Hæc tamen diſputatio probaretur aſſertione Epiſcopi, & verbis enunciatiuis vnionis, *d. dec. 132. num. 15. vſque in fin.*

3 *Hoſpitalium.*] Vide Thob. *non. conſ. 61. num. 8.*

4 *In quibus tamen Seminaria.*] Non comprehendit Regulares non Mendicantes, in quorum Monaſteriis lectiones Grammaticales, & Caſuū conſcientiæ quotidie habentur pro audiendis Confeſſionibus; ſed ſalaria Præceptorum, quæ ante Concilium ſoluebantur, detractis quaſi ære alieno de reliquis redditibus pro rata contribuere tenerentur, Congregatio.

Idem dicendum à fortiori videretur, ſi electiones pro ipſis Regularibus eſſent, quia non verificatur ratio, & mens Conc. quæ ex hoc cap. in princ. colligitur.

5 *Præſtimonia.*] Præſtimonia an veniant appellatione Beneficij, & cadant ſub expectatina, Creſc. *dec. 8. de conceſſ. præbend.* vide Oldr. *conſ.* 81.

6 *Archiepiſcopum.*] Concilium ergo Prouinciale iudicet de geſtis ab Archiepiſcopo; ratio eſt, quia Concilium eſt Superior ſingulis omnibus qui illud conſtituunt, & Archiepiſcopus eſt vnus ex illis, qui habetur reſpectu Concilij, non quaſi Epiſcopus ad Capitulum, ſed vt Decanus, vel Canonicus ſenior ad Capitulum, & ideò à Concilio mulctari, & excommunicari poterit. Nauarr. *de offic. ordin. conſ.* 7. & ab Archiepiſcopo ad Concilium appellari poterit, vt ibi, vide *ſup. eod. c. 1. & infrà, ſeſſ. 24. de reform. c. 5.* Steph. Quarant. *de conſ. Prouinc. q.* 33.

7 *Synodus Prouincialis.*] Inter hos Prælatos iuriſdictio gradatim defertur, vnde argumentum ſumere poſſumus ad quæſtionem, aliàs in Congregatione propoſitam; An ab Epiſcopo appellari poſſit ad Concilium, videtur enim negaodum per hunc text. & quia gradatim etiam iure Pontificio eſt appellandum, *cap. dilecti, il 3. de appell. cap. Romana, eod. tit. in 6.* Ab Archiepiſcopo autem appellatur ad Concilium Prouinciale, ſecundùm, Nauarr. *conſ. 7. de offic. ord.* de quo videnda eſt declaratio Congregationis, & à Concilio ad Papam, Quarant. *de auctorit. Conc. Prouinc. quæſt.* 34. de qua etiam videnda declaratio Congregatioois, quia alias fuit dubitatum an à Concilio appelletur ad Archiepiſcopum, vel eius Officialem generalem.

8 *Scholaſteriæ.*] Dubitatum fuit, An hic textus in illis quoque Scholaſteriis locum habeat, quæ ſunt in locis, in quibus non eſt erigendum Seminarium; pro affirmatiua fuit *text. in cap. 1. §. de cætero, ſuprà de Reform. ſeſſ. 5.* Congregatio cootrarium cenſuit 9. Maij, 1597.

Indictio futuræ Seſſionis.

Inſuper, eadem ſacroſancta Tridentina Synodus proximam futuram Seſſionem in diem decimam ſextam menſis Septembris indicit: in qua agetur de Sacramento Matrimonij, & de aliis, ſi qua erunt ad doctrinam fidei pertinentia, quæ expediri poſſint; item de prouiſionibus Epiſcopatuum, Dignitatum, aliorúmque beneficiorum Eccleſiaſticorum, ac de diuerſis reformationis articulis.

Prorogata fuit Seſſio ad diem IX. Nouemb. M. D. LXIII.

SESSIO VIGESIMA QVARTA,

QVÆ EST OCTAVA,

SVB PIO IV. PONT. MAX. CELEBRATA, DIE IX. NOVEMB. M. D. LXIII.

Doctrina de Sacramento Matrimonij.

Matrimonij *a perpetuum*, indiſſolubilémque nexum primus humani generis parens diuini Spiritus inſtinctu *β pronunciauit*, cùm dixit: Hoc[a] nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea, quamobrem[b] relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.

Hoc autem vinculo *1 duos* tantummodò copulari, & coniungi, Chriſtus Dominus apertiùs docuit, cùm poſtrema illa verba, tanquam à Deo prolata, referens dixit: [c] Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro, ſtatímque eiuſdem nexus firmitatem, ab Adamo tanto antè pronunciatam, his verbis confirmauit: [d] Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet.

2 *Gratiam verò*, quæ naturalem illum amorem perficeret, & indiſſolubilem vnitatem confirmaret, coniugéſque ſanctificaret, ipſe Chriſtus, venerabilium Sacramentorum inſtitutor, atque perfector, ſua nobis paſſione promeruit. Quod Paulus Apoſtolus innuit, dicens: [e] Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea: mox ſubiungens: Sacra-

a Gen. 2. 3. Eſdr. 4. Eph. 5. 1. Cor. 6. cap. fraternitatis. qu. 35. c. debitum, de big. c. 1. in prin. de coniug. lepr.
b Matth. 19.
c Matth. 19. Marc. 10. 1. Cor. 6. Epheſ. 5. cap. ſunt qui. 27. q. 2. cap. de infidel. de conſang. & affin. c. Martinus, de cognat. ſpirit.
d Ibidem.
e Cap. nemo, in fin. 32. q. 4. Epheſ. 5. in fi. cap. debitum, de biga.

Digitized by Google

mentum hoc magnum eſt: ego autem [f] dico in Chriſto, & in Eccleſia. *f Ibidem.*

Cum igitur Matrimonium in lege [g] Euangelica veteribus connubiis per Chriſtum gratia præſtet; meritò inter 3 *noua legis* Sacramenta annumerandum, ſancti Patres noſtri, [h] Concilia, & vniuerſalis Eccleſiæ traditio ſemper docuerunt: aduerſus quam impij homines huius ſæculi inſanientes, non ſolùm perperam de hoc venerabili Sacramento ſenſerunt, ſed de more ſuo prætextu Euangelij libertatem carnis introducentes, multa ab Eccleſiæ Catholicæ ſenſu, & ab Apoſtolorum temporibus probata conſuetudine aliena, ſcripto, & verbo aſſeruerunt, non ſine magna Chriſti fidelium iactura: quorum temeritati ſancta, & vniuerſalis Synodus cupiens occurrere, inſigniores prædictorum ſchiſmaticorum hæreſes, & errores, ne plures ad ſe trahat pernicioſa eorum contagio, exterminandos duxit, hos in ipſos hæreticos, eorúmque errores decernens anathematiſmos.

g Epheſ. 5.

h Concil. Florentin. ſub Eugen. 4. cap. ad abolendam, de hæret.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

Matrimonij primus finis generatio, & educatio prolis: ſecundus, Societas in officio generandi, & tota vita ſimul viuendi: tertius, perpetuitas matrimonij, vt Sacramenti, ſignificans Chriſtum cum Eccleſia, quod ſemel aſſumpſit, numquam dimiſit.

Inſtitutio Matrimonij duplex, prima in ſtatu Innocentiæ, ad prolem procreandam: ſecunda poſt peccatum, ad euitandum fornicationem.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a Perpetuum.] Huius Sacramenti primarius finis eſt prolis generatio & educatio. Secundarius eſt communicatio actionum, & officiorum, quæ ſunt tùm officio generandi: tùm totæ tranſigendæ ſimul vitæ humanæ. Tertius congruit Matrimonio, vt Sacramentum, & repreſentat coniunctionẽ Chriſti & Eccleſiæ videlicet aſſumptionem humanitatis, cuius partes numquam dimiſit, qua ratione non dicitur eſſe perpetuum, & indiſſolubilem nexum. Sot. *in 4. diſt. 33. quæſt. 1.*

β Pronunciauit.] Duplex fuit Matrimonij inſtitutio, prima in ſtatu Innocentiæ ad Sobolem procreandam: ſecunda poſt peccatum ad fornicarionem vitandam, gloſ. *in rubr. de voto in 6. in ver. Nota quod Matrimonium.* Io. Andr. *in cap. ſine culpa, col. 3. de reg. iur.* Polid. Vrbinat. *de inuent. rer. lib. 1. cap. 4.*

ADDITIO.

1 *Duos.*] Vide infrà *Can. 2.*

2 *Gratiam verò.*] Triplex eſt finis Matrimonij: Procreatio, & educatio prolis, & hoc reſpectu matrimonium conuenit homini, & animali: communicatio coniugum in operibus ad domeſticam vitam ſpectantibus, & inſpecto hoc fine conuenit homini ſecundùm ſuam ſpeciem: denique ſignificationis Chriſti, & Eccleſiæ, & hoc reſpectu conuenit Chriſtianis. Dionyſ. Carthuſ. *in ſum. orthodo. fid. lib. 4. art. 171.*

Ex hoc text. videmus Matrimonium gratiam conferre, & coniuges ſanctificare: præterea ſignificare vnionem Chriſti, & Eccleſiæ; hoc vltimum in ſecundis nuptiis locum non habet, & ideò ſecundæ nuptiæ patiuntur aliquem defectum Sacramenti, vt dixi infrà *ſeſſ. eadem de Reform. matrim. cap. 1. § præterea*, ſed adhuc clariùs hæc exprimi poſſunt ex Couarr. *in epit. de ſponſ. par. 2. cap. 1. in prin. num. 9. & quæſt. vn. ver. 1. & 2.* ibi, cùm matrimonium ſit Sacramentum, & Sacramentum ſit ſacræ rei ſignum, *cap. ſacrificium de conſecrat. & diſtinct. 2.* hoc eſt ſignum viſibile ſacræ rei inuiſibilis, quid matrimonium ipſum ſignificet; Reſpondit plura ſignificare. Primò dilectio-

nem

nem inter ipſos coniuges futuram, quam Deus per gratiam ipſis cōiugibus nuptis, quod huic conuenit, ibi naturalem amorem perficeret: Secundò, ſpiritualem vnionem Chriſti, & Eccleſiæ, hoc eſt animarum fidelium: Tertiò, vnionem Chriſti cum vnica ſponſa Eccleſia per carnis aſſumptionem, atque ita coniunctionem Diuinitatis cum humanitate. Graff. *in deciſ. aur. par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 33. gloſ. *c. auctius* 26. *diſt.* Hoc vltimum ſignificat poſt carnis commiſtionem, non ante, *cap. cum Societas* 27. *quæſt.* 2. Graff. *vbi ſuprà* dixit vnionem Chriſti, vel Eccleſiæ ſignificare per copulam: ex quibus plura colliguntur. Primò, matrimonium ratum non conſummatum, eſſe verum matrimonium, & perfectum vinculo, & ſanctitate Sacramenti; licèt ſit imperfectum quoad plenam ſignificationem. Secundò, quando ſit intelligendum quod de ſecundis nuptiis ſuperiùs traditum eſt ex Carthuſ. ſecundæ enim nuptiæ perfectæ ſunt quoad Sacramentum, licèt non quoad ſignificationem, cum non poſſint ſignificare omnia quæ ſignificant primæ, eandem etiam rationem attulit Viguer. *in inſtit. cap.* 16. §. 7. *num.* 53. *in fin.* ibique concludit ſecundas nuptias eſſe Sacramentum, & explicat Ambroſ. duplex matrimonium non eſt bonum, vide Viu. *lib.* 2. *opin.* 808. *num.* 21. *fol.* 288.

Quando autem gratiam confert explicat P.Sot. *in inſtit. Sacerd. lib.* 2. vbi diluit argumenta contra.

3 *Nouæ legis.*] Couarr. *de ſponſ. par.* 2. *cap.* 1. *in* §. *vnic. num.* 2.

DE SACRAMENTO MATRIMONII.

CANON I.

SI quis dixerit, Matrimonium non eſſe verè, & propriè vnum ex ſeptem legis Euangelicæ 1 *Sacramentis*, [a] à Chriſto Domino inſtitutum, ſed ab hominibus in Eccleſia inuentum, neque gratiam conferre; anathema ſit.

a Matth. 19. Marc. 10. Epheſ. 5. c. ad abolentiam, de hæret.

CANON II.

2 *Si quis dixerit*, [b] licere Chriſtianis plures ſimul habere vxores, & hoc nulla lege diuina eſſe prohibitum; anathema ſit.

b Matth. 19. c. ſi quis, 32. q. 7. toto tit. de ſponſa. duorũ, ca. gaudemus, de diuor.

CANON III.

Si quis dixerit, [c] eos tantùm conſanguinitatis, & affinitatis gradus, qui Leuitico exprimuntur, poſſe 3 *impedire* matrimonium contrahendum, & dirimere contractum; nec poſſe Eccleſiam in nonnullis illorum diſpenſare, aut conſtituere, vt plures impediant, & dirimant; anathema ſit.

c Leuit. 18. ca. pyſtacium, 30. q. 3. Conc. Tolet. 2. ca. 5. 35. qu. 2. & 3. per totam, ca. non debet de conſang. & affin.

CANON IV.

Si quis dixerit, Eccleſiam non potuiſſe conſtituere impedimenta matrimonium dirimentia, vel in iis conſtituendis erraſſe; anathema ſit.

CANON V.

Si quis dixerit, [d] propter hæreſim, aut moleſtam cohabitationem, aut affectatam abſentiam à coniuge, 4 *diſſolui poſſe* matrimonij vinculum; anathema ſit.

d Cap. de illa, cum ſeq. de diuor. c. de Infidel. de conſang. & affin.

CANON VI.

Si quis dixerit, [e] matrimonium ratum, non conſummatum, per ſolemnem Religionis profeſſionem alterius coniugum 5 *non dirimi*; anathema ſit.

e Ca commiſſum, de ſponſ.

CANON VII.

Si quis dixerit, [f] Eccleſiam errare, cùm docuit, & docet, iuxta

f Matth. 19. Luc. 16.

Euange

Euangelicam, & Apoſtolicam doctrinam, propter adulterium alterius coniugum, matrimonij vinculum non poſſe diſſolui; & vtrúmque, vel etiam innocentem, qui cauſam adulterio non dedit, non poſſe, altero coniuge viuente, aliud matrimonium contrahere; mœcharíque eum, qui dimiſſa adultera, aliam duxerit; & eam, quæ, dimiſſo adultero, alij nupſerit; anathema ſit.

1. Cor. 7. cap. placuit cum multis ſeq 32. q. 7. ca. gaudemus, de diuor. Conc. Mileuitanum, ca. 17. Conc. Africanum, c 69.

CANON VIII.

6 *Si quis dixerit*, Eccleſiam errare, cùm ob multas cauſas ſeparationem inter coniuges; quoad thorum, ſeu quoad cohabitationem, ad certum, incertúmve tempus fieri poſſe decernit; anathema ſit.

CANON IX.

Si quis dixerit, [g] Clericos in ſacris Ordinibus 7 *conſtitutos*, vel Regulares, caſtitatem ſolemniter 8 *profeſſos*, poſſe matrimonium contrahere, contractúmque validum eſſe, non obſtante lege Eccleſiaſtica, vel voto; & oppoſitum nil aliud eſſe, quàm damnare matrimonium, poſſéque omnes contrahere matrimonium, qui non ſentiunt ſe caſtitatis, etiamſi eam vouerint, habere donum; anathema ſit: cùm Deus id rectè petentibus non deneget, nec [h] patiatur nos ſuprà id quod poſſumus, tentari.

g Diſt. 27. cap. Presbyter. & per totam. 27. q. 1. per totam extra. qui cler. vel vouen. per totum, Conc. Carthag. 4. ca. 104. Concil. Matiſcon. cap. 4. cum ſimp. h 1. Cor. 10.

CANON X.

Si quis dixerit, [i] ſtatum coniugalem anteponendum eſſe ſtatui virginitatis, vel cœlibatus, & non eſſe 9 *melius*, ac beatiùs manere in virginitate, aut cœlibatu, quàm iungi matrimonio [k]; anathema ſit.

i Matth. 19. 1. Cor. 7. in ſi. ca nuptiæ, 32. q 2. c. quæ ſunt 33. quæſt 5. c. commiſſum, de ſponſal. k 1. Cor. 7.

CANON XI.

Si quis dixerit, prohibitionem ſolemnitatis nuptiarum certis anni temporibus ſuperſtitionem eſſe tyrannicam, ab Ethnicorum ſuperſtitione profectam; aut benedictiones, & alias ceremonias, quibus Eccleſia in illis vtitur, damnauerit; anathema ſit.

CANON XII.

Si quis dixerit, [l] cauſas matrimoniales non ſpectare *a ad iudices Eccleſiaſticos*; anathema ſit.

l Cap. multorum, 35. q. 6 c. de in fin. de conſang & affin. c. accedentib de exceſ. Prælat.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

CAN. 2. habens duas vxores poteſt inquiri quomodo ſentit de fide, vel Sacramento Matrimonij & ſi offert aliquam excuſationem ſubditur iuri ordinario, *ſeſſ. 24. cap. 7.*

Can. 6. *cap. 5. eadem ſeſſ.* & gloſ. & confirmatum, *cap. ex publico, de conſen. coniug.*

Can. 7. vide *cap. 7. quæſt. 1. cap. ſicut citò.* gloſ. 7. *fornicatus*, & in hoc caſu eſt procedendum ordine iudiciario, quia de diſſolutione Matrimonij, ſic Innoc. I. in Epiſtola ad Abbatem Sancti Proculi.

Can. 9. Sacerdotibus germanis petentibus poſſe ducere vxorem, Concilium negauit, & reſpondit obiectionibus.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

AD Can. 1. cap ad abolendam. de hæret. Concil. Flor. in Bulla Eugenij & Trident. *ſuprà ſeſſ. 7. de Sacram. in genere.*

Ad Can. 2. *infrà eadem ſeſſ. 7. cap. 7* & habens duas vxores poteſt citari, quomodo ſentit de fide, vel de Sacramento Matrimonij. Arnal. Alberic. *de agnoſc. aſſert. Cath. quæſt. 23.* Franc. Squilitenus *de hæret. ver. & quod ſupr.* Gemin. *in cap. Accuſatus*, §. *ſanè*,

cod.

eod. tit. Alex. *conſ.* 165. *vol.* 7. Simanc. *de Violat. Relig. tit.* 12. *num.* 5. ſed ſi aliquam affect excuſationem Ordinario iuri ſubdetur, idem Simanch. *de Cath. inſtit. tit.* 40. *num.* 12. *lib. de fid. Cath. in ver. vxores, fol.* 601. latiſſimè Menoch. *de arbitr. iud. cent.* 4. *caſu* 420. *num.* 45. *& per tot. fol.* 33.

Ad Canon. 3. *de conſang. & affinit.* vide Burſat. *conſ.* 461. *num.* 37. *tom.* 4. Cardin. Bellarm. *tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 29. *de matrim.* & Nauar. *de ſponſal. conſ.* 14. *num.* 8.

Ad Can. 4. cap. Meminimus, qui Cleric. vel vouen. Hinc eſt quod Eccleſia potuit declarare matrimonium eſſe clandeſtinum etiamſi conſtet de mutuo conſenſu inter ſponſum & ſponſam, niſi factum ſit in præſentia proprij Parochi cum duobus, vel tribus teſtibus, quia ſumus in hoc Sacramento. Quòd habet annexum coniunctum, de quo vide Couarr. & Sot. Item Summ. Vict. *concluſ.* 305.

Ad Can. 5. de diuortio. *cap. quanto, & cap. de illa.* Nam licèt non debeat Catholicus contrahere cum hæretica, ſi tamen contrahit tenet matrimonium. Nauarr. *in ſumm. cap.* 22. *à num.* 48. *& de conſtitut. conſ.* 1. *num.* 63. *& 66. & de clandeſt. deſponſ. conſ.* 3. *num.* 16. *per cap. caue, cum ſeq.* 28. *quæſt.* 1. Sot. *in* 4. *diſtinct.* 39. *quæſt.* 1. *art.* 1. *facit text. in cap. cum decret. de hæret. lib.* 6. licèt videatur obſtare huic propoſitioni Can. 2. Concilij Conſtantinop. aliàs ſextæ Synodi in Trullo, ſed dic Canones in Trullo non fuiſſe Concilij vniuerſalis, ſed factos in Palatio, *tom.* 2. *Conc. fol.* 1050. quod repugnat opinioni Surij, vt in eodem Conc. *fol.* 1036. vide D. Tho. *in* 4. *diſt.* 39. *quæſt.* 1. *art.* 1. *ad* 2.

Ad Can. 6. cap. verum, & cap. ex publico vbi gloſ. *in ver. conſummatum, de conuerſ. coniug.* vide quæ not. *infr. in cap.* 5. *ad fin. eadem ſeſſ. de matrim.*

Ad Can. 7. Idem fuerat deciſum per cap. ſicut Vir, vbi gloſ. *in ver. fornicatus,* 7. *quæſt.* 1. *& per text. in cap. Dixit Dominus* 32. *quæſt.* 1. & ad declarationem & confirmationem huius Canonis contra hæreticos recentiores, & aliquos ex Catholicis, vide Bellarm. *tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 16. *de matrim.* Card. Tolet. *in ſumm. lib.* 7. *cap.* 21. *ver. Primus eſt,* contra Caietan. & pleniſſimè per Tarſen. *in concord. Euang. ad cap.* 19. *Matth. fol.* 543. *col.* 2. vbi reſpondet ad *cap. vxor à viro,* 32. *quæſt.* 7.

Ad Can. 8. De diuortiis cap. Porrò. Et plures eſſe de iure cauſas ſeparationis refert Prax. Neapol. *lib.* 1. *cap. vigeſimo ſeptimo, fol.* 188. *num.* 12.

Ad Can. 9. cap. Meminimus, qui Cleric. vel vouen. poſt hoc decretum ſupplicarunt Germani concedi ſibi, vt Sacramenta miniſtrare, & vxorem ducere poſſint, & adducebant ſibi. Primò, quòd ſi hoc eis concedatur ad fidem omnes conuerterentur. Secundò, quia impoſſibile ipſis videtur obſeruatio præcepti continentiæ. Tertiò, quia hoc idem aliàs ipſis fuerat conceſſum ſub Paulo III. Quartò, quia ſi ex veteri lege, *Leuit. cap.* 21. *& nu.* 3. permiſſum fuit Leuiticis Sacerdotibus vxorem ducere, non videri, cur noſtri temporis Sacerdotibus denegetur contractum. Tamen cenſuit & reſpondit Eccleſia ex vniuerſo Catholicorum vſu, & antiquorum conſenſione, ac ſacrorum Canonum inſtitutione in *Can. Apoſt. cap.* 25. ex his qui cælibes in Clerum venerint, Lectoribus & Cantoribus tantùm ducere vxorem permittebatur, cæteris ergo in ſacris conſtitutis fuit denegatum, vt habetur in Conſtantinop. 3. *cap.* 6. & Libert. *Can.* 30. *&* 33. clarius, & antiquius id conſtitutum fuit in Carthag. 2. *cap.* 2. *diſtinct.* 84. *cap. cum de præterito,* in quo fit mentio de antiquiori tempore, & Apoſtolica traditione. Idem legitur in Toletan. 8. *cap.* 5. Agath. *cap.* 9. *diſtinct.* 82. *cap. propoſuiſti.* Taurinat. *cap.* 7. *& vltim.* Arauſic. 1. *cap.* 22. *& ſeqq.* Non obſtant quæ opponuntur. Primò, quia falſum aſſumptum. Secundò, quia Miniſtri, & fundatores Eccleſiarum fuerint, & ſint quamplurimi cælibes & continentiſſimi; ergo ſequitur, quod tale præceptum non eſt impoſſibile ad obſeruandum. Tertiò, non impedit conceſſio Pauli III. quin hodie pro varietate temporum & cauſarum liceat Eccleſiæ diuerſum ſentire. Quartò, ad doctrinam veteris legis reſpōdetur, quòd illud fuit ideò permiſſum, propterea quòd ex aliena Tribu à Leuitica nemo poterat ad Sacerdotium aſcendere, neceſſe ergo erat, ne Tribus illa extingueretur, permittere vxoris vſum, *cap. propoſuiſti, diſt.* 82. Sum. Vict. *de matrim. concluſ.* 310.

Ad Can. 10. Summ. Vict. *De matrim. quæſt.* 246. D. Hier. contra oblatrantes aduerſus eius ſcripturas. Cardin. Toletan. *in ſum. lib.* 7. *cap.* 2.

Ad Can. 11. De feriis, *cap. Capellanus,* & de

ctoribus qui in vſu matrimoniorum ſunt, vide Cardin. Bellarmin. *tom. 2. lib. 1. cap. 33. fol. 1255.*

Ad Can. 12. *De foro compet. cap. ex tenore*, & ibi gloſ. *in ver. iudicem Eccleſiaſticum.* Amplia etiamſi agatur incidenter de matrimonio, & conſuluit Iacob. Perret. *conſ. 8. num. 1.* & Feder. de Sen. *quæſt. 275. num. 7.* & quoties agitur materia peccati. Idem Feder. *conſ. 278. num. 1.* Roland. à Vall. *tom. 3. conſ. 93. num. 13. & 17.* Ad hoc diſtingue, vt per Card. Bellarm. *tom. 2. lib. 1. cap. 32.* Nauarr. *de priuil. conſ. 9. num. 2.* & iudex Eccleſiaſticus poteſt cognoſcere de dote, etiam quando eſt annexa cum matrimonio, vel ab eo dependet. Vinc. de Franch. *dec. 187. num. 3.* Prax. *in ver. Dos. quæſt. 5.*

a Ad iudices Eccleſiaſticos.] cenſuerunt per Papam committi Epiſcopis & perſonis Eccleſiaſticis, *cap. cum locum, de ſponſ. cap. ſignificauit.* de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adult. ideò dicit hic text. ſpectare ad iudices ne ſe reſtringat ad ſolos Epiſcopos. Michaël de Milliar. *conſ. 18. num. 8. inter conſ. Zilet.* Nec Imperator poteſt diſponere circa validitatem matrimonij. Specul. aur. *quæſt. 58. num. 10.*

ADDITIO.

CANON I.

1 *Sacrificiis.*] Infertur quòd ſerui etiam inuitis Dominis illud contrahere poſſunt, *cap. 1. de coniug. ſeru.*

CANON II.

2 *Si quis dixerit.*] Vide Menoch. *de arbitr. caſ. 420. num. 45.* cum duab. contraxiſſe dicitur, qui cum prima per Procuratorem, cum ſecunda per ſe contraxit, & quomodo pœnam cum duabus contrahentium effugere poſſit, & quod cum ſecunda habitare debeat. Nauarr. *de ſponſ. conſ. 16. de concluſ. huius text.* vide quæ ſcripſi in §. *ſocium, inſtit. de nupt.* & quòd pluralitas vxorum iure naturæ prohibita ſit, dixi *in d. §. ſocium*, & in compendio meo de matrimon. cap. de perſonis, idem de pluribus viris Dionyſ. Carolus *in ſumm. ſid. orthodox. lib. 4. art. 171.*

CANON III.

3 *Impedire.*] Vide per Couarr. quæ impedimenta *in quarto decret. ſecundæ part. cap. 6. §. 10. num. 1.* Sot. *in 4. diſt. 34. q. 1. art. 2.*

CANON V.

4 *Diſſolui poſſe.*] Idem probatur *in cap. quanto. §. ſi verò*, ibi non credimus de diuortio, quod idem tuetur, Sot. *in 4. diſtinct. 39. quæſt. 7. art. 4.* Couarr. *in 4. decret. 2. part. cap. 6. §. . . . num. 4.*

CANON VI.

5 *Non dirimi.*] Carolus Tapia *in auth. ingreſſi, C. de Sacr. Eccleſ. cap. 11. num. 3. 11. & 12.* vbi etiam de tempore aſſignando ad declarandum, an velit perficere, ad hunc Can. vide quæ ſcripſi de matrimonio, *cap. qui contrahere non poſſunt, num. 13.*

CANON VII.

6 *Si quis dixerit.*] De quæſt. huius Can. & eius interpretatione latè P. Ledeſma de matrim. ſum. *art. 5. quæſt. 57.* præſertim, *col. 5.* & quæ ſcripſi de matrimonio, *cap. quomod. matr. diſſolu.* Vide Viu. *opin. 533. ſub num 6. par. 2. fol. 83.*

CANON IX.

7 *Conſtitutos.*] De his vide quæ ſcripſi in materia matrimonij, *in cap. qui matrimon. contrab. poſſunt.* & not. quod conditio adiecta Conſtitutioni, vel fidecommiſſo, quod Clericus in ſacris conſtitutus obtineat diſpenſationem, & contrahat Matrimonium, eſt contra ius, & impoſſibilis, & ideò reiecta conditione Clericus hæreditatem conſequi poteſt, nec illam conſtituere teneretur. Mohed. *dec. 3. de teſtam.*

8 *Profeſſos.*] Regularis ſolemniter profeſſus deſerens clauſtrum, & clam contrahens matrimonium incidit in excommunicationem Palat. Rub. *in cap. per veſtras, §. ex quibus omnibus 18. num. 26. fol. 104.*

CANON X.

9 *Melius.*] Hinc vita contemplatiua impediri non poteſt, & ſi teſtator reliquerit puellæ 200. ſi nupſerit, & 100. ſi Monaſterium ingreſſa fuerit, 200. debentur ſi Monaſterium ingreſſa fuerit, Mohed. *dec. 3. de teſtam. in fin.* de quo Marſil. *in l. vnica num. 27. C. de rapt. Virg.* Cordub. *in l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his, num. 174. de lib. agnoſ.* Bero. *conſ. 27. num. 28. lib. 1.* Hipp. Ruin. *conſ. 85. vol. 1. & conſ. 215. vol. 2.*

CAPVT

CAPVT I.

Decretum de Reformatione Matrimonij.

TAmetſi dubitandum non eſt: α 1 *clandeſtina* matrimonia, β 2 *libero* 3 *contrahentium* conſenſu facta, rata & vera eſſe matrimonia, quamdiu Eccleſia ea irrita non fecit, & proinde iure damnandi ſint illi, vt eos ſancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera, ac rata eſſe negant, quique 4 *falsò* affirmant, 5 *matrimonia* à filiisfamilias ſine conſenſu parentum contracta, 6 *irrita eſſe*, & parentes ea rata, vel irrita facere poſſe: nihilominùs ſancta Dei Eccleſia ex iuſtiſſimis cauſis illa ſemper [a] deteſtata eſt, atque prohibuit. Verùm, cùm ſancta Synodus animaduertat, prohibitiones illas propter hominum inobedientiam iam non prodeſſe, & grauia peccata perpendat, quæ ex eiſdem clandeſtinis coniugiis ortum habent; præſertim verò eorum, qui in ſtatu damnationis permanent, dum, priore vxore, cum qua clàm contraxerant, relicta, cum alia palàm contrahunt, & cum ea in perpetuò adulterio viuunt. Cui malo cùm ab Eccleſia, quæ de occultis non iudicat, ſuccurri non poſſit, niſi efficacius aliquod remedium adhibeatur: [b] idcircò ſacri Lateranenſis Concilij, ſub Innocentio III. celebrati veſtigiis inhærendo præcipit, vt in poſterum, γ *antequam* 7 *matrimonium contrahatur*, ter à proprio contrahentium Parocho δ *tribus continuis diebus* feſtiuis in Eccleſia inter Miſſarum ſolemnia, publicè ε 8 *denuncietur*, ζ *inter quos matrimonium* ſit contrahendum: quibus denunciationibus factis, ſi nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij η 9 *in facie Eccleſiæ* procedatur: 10 *vbi Parochus*, θ *viro & muliere interrogatis*, & eorum ι *mutuo conſenſu* intellecto, vel dicat, *Ego vos in matrimonium coniungo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*: vel aliis vtatur verbis, iuxta receptum vniuſcuiuſque prouinciæ ritum. κ *Quòd ſi aliquando* probabilis fuerit 11 *ſuſpicio*, matrimonium malitioſè impediri poſſe, ſi tot proceſſerint denunciationes; tunc vel vna tantùm denunciatio fiat, λ *vel ſaltem* 12 *Parocho*, & duobus, vel tribus 13 *teſtibus* præſentibus matrimonium 14 *celebretur*. Deinde ante illius conſummationem 15 *denunciationes* in Eccleſia fiant; vt, ſi aliqua ſubſunt impedimenta, faciliùs detegantur: niſi 16 *Ordinarius* ipſe expedire iudicauerit, vt prædictæ denunciationes remittantur: quod illius 17 *prudentiæ*, & iudicio ſancta Synodus relinquit. 18 *Qui aliter*, quàm μ *præſente Parocho*, vel alio ſacerdote, de ipſius 19 *Parochi*, ſeu Ordinarij, &c. 20 *licentia*, & duobus, vel 21 *tribus teſtibus* matrimonium contrahere attentabunt, eos ſancta Synodus, &c. ν *ad ſic* contrahendum omninò 22 *inhabiles* reddit: & huiuſmodi contractus irritos, & nullos eſſe decernit, prout eos præſenti decreto irritos facit, & 23 *annullat*. Inſuper Parochum, vel alium ſacerdotem, qui cum minore teſtium numero, & teſtes, qui ſine Parocho, vel ſacerdote huiuſmodi contractui interfuerint, nec ξ *non ipſos contrahentes* grauiter arbi-

[a] Ca non omnis, cap. honorantur, & cap. fin. 32. qu. 2. c. aliter, & c. noſtrates, 39. qu. 5. ca. videtur, qui matr. acc. poſ. Concil. Toletanum 3. cap. 10.

[b] Conc. Later. 2. in Can. 31. & in cum inhibitio. de Cland. deſp.

trio Ordinarij puniri præcipit. Præterea eadem ſancta Synodus ο 24 *hortatur*, vt, &c. coniuges ante 25 *benedictionem* ſacerdotalem, in templo ſuſcipiendam, in eadem domo π *non cohabitent*; [c] ſtatuítque benedictionem ρ *à proprio* Parocho fieri, neque à quoquam, niſi ab ipſo Parocho, vel ab Ordinario licentiam ad prædictam benedictionem faciendam, σ *alij ſacerdoti* concedi poſſe; quacumque conſuetudine, etiam immemorabili, quæ potiùs corruptela dicenda eſt, vel priuilegio non obſtante. Quod ſi quis Parochus, vel alius Sacerdos, ſiue regularis, ſiue ſecularis ſit, etiamſi id ſibi ex priuilegio, vel immemorabili conſuetudine licere contendat, alterius Parochiæ ſponſos ſine illorum Parochi licentia matrimonio coniungere, aut benedicere [d] auſus fuerit; ipſo iure tamdiu τ *ſuſpenſus maneat*, quamdiu ab Ordinario eius Parochi, qui matrimonio intereſſe debebat, ſeu à quo benedictio ſuſcipienda erat, abſoluatur, υ *Habeat Parochus* 26 *librum*, in quo coniugum, & teſtium nomina, diémque & locum contracti matrimonij deſcribat, quem diligenter apud ſe cuſtodiat. Poſtremò ſancta Synodus coniuges hortatur, vt antequam contrahant, vel ſaltem triduo ante matrimonij conſummationem ſua peccata diligenter confiteantur, & ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum piè accedant. Si quæ prouinciæ aliis, vltra prædictas, laudabilibus conſuetudinibus, & ceremoniis hac in re vtuntur, eas omninò retineri ſancta Synodus vehementer optat. φ *Ne verò* hæc tam ſalubria præcepta quemquam lateant, Ordinariis omnibus præcipit, vt, χ *cùm primùm* potuerint, curent hoc decretum populo publicari ac explicari in ſingulis ſuarum Diœceſum Parochialibus Eccleſiis; idque in primo anno quàm ſæpiſſimè fiat; deinde verò quoties expedire viderint. ψ *Decernit* inſuper, vt huiuſmodi decretum in vnaquaque Parochia ſuum robur poſt triginta dies habere incipiat, à die primæ 27 *publicationis*, in eadem Parochia factæ, numerandos.

c Cap. 1. cum multis ſeq. 30. quæſt. 5. & ca. nulli. 35. q. 2.

d Gratis benedictio detur, Alexand. 3. Conſt. ſua p. 1. c. 7. & Innoc. III. in 2. Concil Lat. c. 66.

DECLARATIONES
CARDINALIVM.

SI omittantur denunciationes per hoc Matrimonium non eſt irritum, ſi fuerunt ſeruata cætera requiſita.

Item, ſi facta ſecunda denunciatione ſequatur copula non eſt Matrimonium, etiamſi vocatunt Parochum, vt veniat ad Matrimonium celebrandum, etiamſi fuerit mutuus conſenſus, & multæ promiſſiones, tamen ſi vna pars inſtat, altera eſt cogenda ad matrimonium, *cap. ex literis de ſponſalib.*

Item, mulier habitans per 8. annos in loco vbi contraxit ſponſalia, poteſt permitti, vt contrahat matrimonium in loco originis, abſque publicationibus, etſi priùs copulam habuiſſet cum ſponſo.

Item, licèt non proprius Parochus, ſed alius de conſenſu Epiſcopi interſit, matrimonium tenet, etiamſi Epiſcopus credat fuiſſe vocatum Parochum.

Item, Matrimonia poſſunt celebrari in priuatis domibus coram Parocho, tamen ſunt inducẽdi, vt in Eccleſia celebrent, ſed Ordinarius non poteſt illos compellere ad hoc, nec poteſt procedere, ſed hortari, nec prohibere.

Item, conſuetudo celebrandi matrimonia ante portam Eccleſiæ, non eſt ſublata à Concilio, nec cogit ad illius obſeruantiam, ſed hortatur.

Item, Parochus eſt ita neceſſarius, vt ſine eo matrimonia non teneant, licèt ſint cum denunciationibus, & copula.

Item, ſi contrahentes ſint diuerſarum Parochiarum, ſufficit ſi ſit Parochus ſiue viri,

viri, ſiue mulieris.

Item, talis contractus ſine Parocho non habet vim ſponſalium de futuro, & ſi mox vnus renuit iterum contrahere, non poteſt per Epiſcopum compelli.

Item, qui daret ſibi fidem de contrahendo matrimonio Epiſcopus poteſt illos ritè cogere (quomodo vide Doctores) ad contrahendum, *c. ex litteris, de ſponſalib.* 20. Idem de illis, qui coram Notario & teſtibus contrahunt abſque Parocho, nam ſi poſtea ritè contraxerint cum alio, matrimonium ſecundum erit validum, non primum.

Item, qui contrahunt coram teſtibus ſine Parocho, grauiter ſunt puniendi, & proles illegitimant, niſi denuò contrahant.

Item, ſi impuberes contrahant coram Parocho & teſtibus, matrimonium non tenet, & ſi poſtea facti puberes ſimul cohabitent, debent denuò contrahere coram Parocho, & teſtibus, id eſt ſtruent formam, quia erant incapaces.

Item, denunciationes poſſunt omitti non ſolùm ex cauſis hic expreſſis, ſed ex aliis benè viſis Epiſcopo, qui has denunciationes poteſt remittere, etiam poſt matrimonium contractum, & ante communicationem.

Item, Epiſcopus poteſt has omnes denunciationes remittere, etiamſi non ſit rationabilis ſuſpicio quod matrimonium poſſit impediri, quia relinquitur ſuæ prudentiæ.

Item, Abbas & Commendatarij, non poſſunt remittere denunciationes. Hoc fuit ſpecialiter conceſſum Cardinali Farneſio in Farſa.

Item, ſi coram Parocho, & teſtibus contrahant ſponſalia, & poſtea ſequatur copula, non tamen eſt matrimonium, poſſunt tamen de nouo contrahere ſeruatis ſeruandis.

Item, ſi Parochus haberi non poſſit, vel eſſet Hæreticus, vel diſtaret longè, vel Eccleſia vacaret, ſi contrahatur matrimonium non tenet, ſed Epiſcopus deputet alium, coram quo iterum contrahant.

Item, ſponſalia ante ætatem contracta per verba de præſenti, ſeruata forma Concilij, non tranſeant in matrimonium ſeruata copula, ſed in ætate ſeruetur iterum eadem forma Concilij.

Item, matrimonium contractum coram Clerico deputato à Parocho eſt nullum.

Item, matrimonium contractum coram Preſbytero, qui ſe Parochum putabat ex cauſa vicinitatis, vel alio veriſimili valet, etiamſi non fuerint factæ denunciationes in propria Parochia.

Item, ſponſalia per verba de futuro ſunt relicta à Concilio vt erant in iure antiquo.

Item, matrimonium factum coram Parocho notoriè fornicatore, vel interdicto ab Epiſcopo, ne interſit matrimonio, tenet; ſimiliter eſt validum ſi Parochus accedat inuitus, vel non adhibitus ad eum actum, & præſentia Parochi ſufficit quomodocumque.

Item, matrimonium factum coram Parocho, qui non intellexit verba contrahentium non ſubſiſtit, niſi tamen affectaſſet non intelligere verba.

Item, Vicarius Epiſcopi poteſt concedere licentiam alicui Sacerdoti, non Parocho, vt interſit matrimonio, & matrimonium ſic contractum tenet, etiam omiſſa denunciatione.

Item, matrimonium factum coram Sacerdote deputato à Coadiutore Vicarij conſtituti ab eo qui habet curam animarum, eſt validum.

Item, qui clandeſtinè contrahunt, ſi non valeat matrimonium tamen non ſunt inhabiles ad contrahendum, ſeruata forma.

Item, vbi Concilium fuit celebratum, matrimonia contracta inter hæreticos non ſeruata forma, ſunt nulla, ſecùs valent.

Item, vbi Concilium Tridentinum non fuit publicatum, matrimonia clandeſtina valent.

Item, inter puberem, & impuberem matrimonia clandeſtina reſoluuntur, in ſponſalia de futuro, *cap. vnic.* §. 2. *de ſponſ. impub. in 6.*

Item, matrimonium contractum coram teſtibus, ſed ſine Parocho, non valet, nec habet vim ſponſalium, nec cogi poſſunt.

Item, promiſſa alia ſicut ſponſalia habent vim vt antè Concilium; ſolùm enim clandeſtina matrimonia prohibentur.

Item, vbi mos eſt ſtatim poſt trinam denunciationem ſe coniungendi, Epiſcopus prouideat, vt ſubitò eos coniungant poſt trinam.

Item, contrahentes de præſenti clandeſtinè non ſeruata forma, etiamſi cohabi-

tent,tamen de communi conſenſu poſſunt recedere, & licèt ſint puniendi,ſic contrahentes, tamen non ſunt inhabiles ad contrahendum cum aliis.

Item, proprius Parochus debet benedicere ſponſos, non obſtante quacumque contraria immemorabili.

Item, hoc decretum in Parochia propria publicari ad hoc, vt habeat vim, ne æquipollet publicatio facta in Synodo Diœceſana.

Item, matrimoninm contractum in Parochia mulieris coram Parocho viri, & è conuerſo valet, etiamſi Parochia viri, & mulieris ſint in diuerſis Diœceſibus.

Item, poteſt Epiſcopus, non Parochus remittere aliquas denunciationes ex cauſa rationabili, vt quia propè eſt tempus claudendi nuptias, ſed non poteſt iubere fieri in diebus non feſtis.

Item, poteſt illos remittere poſt contractum, ſed ante copulam pro ſua prudentia.

Item, quando contrahentes ſunt diuerſarum Parochiarum, denunciationes ſunt faciendæ in ambabus Parochiis.

Item, quando contrahatur ſecundùm formam Concilij; & omittantur ea, quæ præcipiuntur Synodalia, vel conſuetudo immemorabilis,matrimonium tenet.

Item, Concilium non tollit conſuetudinem dandi aliquid pro ſubſtentatione Clericorum in tempore benedictionis,vel Annuli.

Item,qui malè contrahunt ſunt puniendi ab Ordinario loci,vbi contraxerunt, quia eſt locus delicti.

Item, generalis licentia in ſcriptis exercendi etiam, quæ ſpectant ad officium Parochi, facta à Parocho alicui ſacerdoti ſufficit, vt matrimonium valeat coram illo celebratum.

Item, ſponſus ſtuprans ſponſam ante matrimonium de præſenti, non poteſt puniri pœna ſtuprantis, ſed alia,vt ſponſa.

Item, ſuſpenſus maneat, & eis ſublata pœna excõmunicationis, de qua in Clem. 1.*in fin.de priuil.* debet abſolui ab Epiſcopo in cuius Parochia erant contrahentes.

Item, non eſt de ſubſtantia matrimonij, vt Parochus loquatur, ſuus conſenſus ſufficit, ſi adhibitus à contrahentibus ſit præſens, & intelligat id, quod agitur: licet diſſentiat, & contradicat, licèt ſit ex alia cauſa vocatus, ſatis eſt ſi adhibetur ad hunc actum.

Item, ſufficit Coadiutor Parochi in adminiſtrandis Sacramentis, vel Vicarius perpetuus ad contrahendum.

Item, matrimonium contractum coram Parocho notoriè fornicante, ſed non in iudicio condemnato, vel confeſſo.

Item, ſi Epiſcopus prohibet, ſuſpendit, tollit iuriſdictionem à Parocho ne quos iungat in matrimonium,ſi quos iungit,matrimonium tenet.Idem ſi prohibitio fiat Rectori Parochiali amouibili,ſi contra prohibitionem coniungit, tenet; immò ſi inuitus, & compulſus, & per vim adſit, dùm contrahitur matrimonium, tenet, ſi intellexit, ſecùs non.

Item, ſi peractis denunciationibus intra quatuor menſes non contrahunt, mox non poſſunt contrahere, ſi de nouo non fiant denunciationes arbitrio Epiſcopi.

Item, qui ſeruata forma contrahit cum muliere decem, vel vndecim annorum de præſenti,etiamſi poſt multos annos cohabitent, matrimonium eſt nullum,& denuò ſeruanda forma, & contrahendum de præſenti. Immò etiamſi circa duodecimum annum.

Item, quando matrimonium eſt nullum ob impedimentum ſecretum, ſatis eſt ſecretus conſenſus ſine noua forma; ſed ſi eſt publicus,eſt ſeruanda forma Concilij.

Item, Vicarius generalis poteſt dare licentiam ſacerdoti, vt interſit, nec ſufficit licentia tacita, quæ reſultat ex tolerantia, ſed debet eſſe expreſſa, & ſpecialis, vel generalis miniſtrandi Sacramenta.

Item, Vicarius temporalis ad nutum amouibilis, qui eſt præſens matrimoniis, poteſt dare licentiam alicui, vt interſit. Rota.

Item, ſi contrahatur coram Parocho non adhibito ad talem actum,ſed præſente cauſa conuiuij, vel confabulationis, non tenet.

Item, qui ſeruata forma contrahit, ſub conditione ſi fieri poteſt ſaluo honore, & ſi placuerit ſuis fratribus, ſi mox non expectata conditione affectu maritali illam cognoſcit,matrimonium tenet.

Item, Parochus ſufficit, etiamſi non ſit ſacerdos, dum expectatur annus.

OBSER

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *Clandeſtina.*] Quod de iure Canonico matrimonium clandeſtinum fuerat nullum, & quæ requirebantur ad probandam huiuſmodi clandeſtinitatem, refert Ferrett. *in conſ. 51. fol. 12.*

β *Libero.*] Non enim quilibet conſenſus ſufficit, ſed debet eſſe liber, & ideò metus reuerentialis ſufficit ad impediendum. Ita conſuluit Nauarr. *lib. 4. in tit. de ſponſ. conſ. 20. num. 1.* vide quæ not. *infrà ad cap. 19. infr. de regul. comm. contr. comm. quæſt. 604.*

γ *Antequam Matrimonium contrahatur.*] Dic quod ſi matrimonium antequam fiant publicæ denunciationes conſummatum ſit, ſeu factis denunciationibus conſummatum itidem ſit, antequam coram Parocho, & teſtibus celebretur, eſt verum matrimonium, ſi poſtea contractum ſit coram Parocho & teſtibus, & nullum adſit impedimentum: ſed vbi eſt talis abuſus, videlicet quòd matrimonium conſummetur antequam factæ ſint publicæ denunciationes, eſt omninò tollendus, & qui commiſerunt, & in poſterum committent puniri debent, & ita cenſuit Congregatio.

δ *Tribus continuis diebus.*] Epiſcopus poteſt ob vicinitatem temporis quo prohibitæ ſunt nuptiæ remittere aliquas denunciationes, ſecundùm eius prudentiam & iudicium: non poteſt tamen iubere vt fiant diebus ferialibus, ex Congregationis ſententia.

ε *Denuncietur.*] Licèt textus non exprimat quòd denunciationes ſint faciendæ in propria Parochia, ſed quòd fiant à proprio Parocho: tamen credo nihil impedire ſi à proprio Parocho, vel de eius licentia fiant partim in propria Parochia, partim locis, vbi veriſimiliter poſſent peruenire in notitiam eorum qui ſunt informati de impedimentis, & hoc eſſet committendum iudicio Parochi, aliter ſecùs per ea, quæ dicit Abb. *in cap. fin. num. 7. de clandeſtin. deſponſat.* Item, ſi vir ſit de vna Parochia, & mulier de alia, credo quòd denunciationes debeant fieri in vtraque. Abb. *ibidem.*

ζ *Inter quos matrimonium.*] An matrimonium contractum per verba de præſenti Parocho, & teſtibus, ſub conditione ſi ſuis affinibus placuerit, dicatur verum matrimonium, & an per copulam affectu maritali ſecutam, ante euentum conditionis purificetur. Quæſtio eſt notabilis & diſputabilis valdè, maior pars Illuſtriſſimorum DD. Cardinalium Congregationis Concilij, ſed in primis Illuſtriſſimus D. Card. Matheius tuebatur partem affirmatiuam, videlicet quod eſt matrimonium, & per copulam videtur receſſum à conditione. Primò, quia conditio eſt honeſta, & ſuſpendit actum vſque ad aduentum conditionis ſuper eo, *& cap. per tuas, de cond. appoſ.* Nauarr. poſt alios quos refert *conſ. 1. eod. tit. 2.* quia per copulam coniugalem iſti videntur receſſiſſe a conditione, & quaſi nouo conſenſu purè, & de præſenti contrahere, ſicut ſi ab initio purè contraxiſſent, *d. cap. per tuas,* vbi Doct. Non obſt. Concil. Trident. in hoc *cap. 1.* quia ſufficit quòd Parochus ſemel interuenerit in contractu matrimonij pro ipſius forma, & verbis, & conſenſu publicè habitis, nec eſt opus nouo contractu, vel noua Parochi præſentia, ſed tantùm ſublata conditione, per copulam quæ præſupponit nouum, & purum conſenſum, iuxta *cap. tuæ fraternitati, de ſponſal.* remanet matrimonium purum, & legitimè contractum, minùs obſtat, quod matrimonium ſub conditione contractum tranſit in vim ſponſalium, quæ ſponſalia ex Decreto Concilij non tranſeunt per copulam in vim matrimonij, *cap. 15. qui fidem, de ſponſ.* Ferret. *conſ. .... num. 11.* Nauarr. *de ſponſal. conſ. 21. num. 2.* ergo, &c. quia tale matrimonium pręſente Parocho, & teſtibus contractum non tranſit in vim ſponſalium, quia in ſponſalibus non requiritur forma à Concilio præſcripta; ſed tantùm in matrimonio per verba de pręſenti; ergo tale matrimonium remanet ſuſpenſum: tamen ab euentu conditionis, qua ceſſante, adueniente, vel ſublata, remanet matrimonium purum, & ſolemniter ſeruata forma Concilij factum, & quod per copulam purificatur conditio conſuluit Thomeus inter conſ. Zilett. *conſ. 64. num. 18.* & Couar. *2. par. cap. 3. num. 13.* Et aliter Congregatio die 20. Octobris 1592. in vna Venetiarum tenuit pro matrimonio. Credo tamen quòd Parochus malefaciat coniungendo tales contrahentes ſub conditione tali, quæ actum ſuſpendat propter illa

verba

verba appoſita in text. Viro & muliere interrogatis, & eorum mutuo conſenſu intellectis, quæ verba innuunt conſenſum de præſenti, iuxta *d. cap. fraternitati. de ſponſal.*

ꝗ In facie Eccleſiæ.] Quid ſi à proprio Parocho, & teſtibus opportunis extra Parochiam, necnon ante fores Sacriſtiæ oſtio clauſo contractum ſit matrimonium, & Parochus indixerit teſtibus ſilentium. An dicatur contr ctum in facie Eccleſiæ, & iuxta formam huius decreti, & Illuſtriſſimi Domini reſponderunt affirmatiuè; quia Concilium non requirit quòd fiat in propria Parochia, ſed à proprio Parocho, & teſtibus, capitur enim in hac materia Eccleſia pro collectione fidelium ſecundùm Abb. *in cap. cum inhibitio, num.* 10. *de clandeſt. ſponſal.* Silueſt. *Matr.* 2. *num.* 17. Præterea ea, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis poſſunt vbique fieri, nec obſtat doctrina. Bart. *in l.* non intelligitur, §. *tacite, ff. de iur. fiſc.* Tiraq. *de pœnit. quæſt.* 11. *num.* 14. quod inſtrumentum quantumuis publicum dicitur clandeſtinum quando teſtibus imponatur ſilentium, quia in illo caſu res debebat deduci ad notitiã Adminiſtratoris, hic non. Item, ibi præſumitur fraus, hic ceſſat, quia iam matrimonium erat contractum, & non poterat reſcindi, etiam per ipſummet Parochum, & ita fuit reſolutum ſub die 4. Martij, 1574. Et quæ dicatur facies Eccleſiæ, vide per Nauarr. *in ſumm. cap.* 22. *num.* 70.

ϑ Viro, & muliere interrogatis.] Quærebatur, An per hoc requirantur verba in contrahentibus, vel ſufficiat expreſſio conſenſus quomodocumque fiat, etiam in valentibus loqui, & magis communis eſt non requiri verba, ita concludit Specul. aur. *in quæſt.* 406. *num.* 5. *fol.* 264. poſt Pariſ. *conſ.* 43. *vol.* 4. Alex. *conſ.* 54. *vol.* 5. Barbat. *conſ.* 6. *vol.* 1. *colum.* 12. & quod vnus communis verborum conſenſus attenditur in matrimonio. Specul. aur. *quæſt.* 130. *num.* 5.

ι Mutuo conſenſu.] An conſenſus iſte debeat intelligi per verba expreſſa, vel ſufficiãt ſigna, iuxta *cap. tuæ, de ſponſ.* Vide per Lap. *alleg.* 56. *per tot.* licèt matrimonium ſpirituale non poſſit contrahi, ſine verbis. Lap. *ibidem, num.* 11. rationem differentiæ, vide per Doct. per eum ibi alleg. Quid autem ſi interius diſſentiat, dic quod non eſt matrimonium quoad Deum, ſed quoad Eccleſiam ſufficit forma obſeruata. D. Tho. *quæſt.* 27. *art.* 2. *quæſt.* 4. Scot. *in* 4. *diſtinct.* 30. *quæſt.* 2. Summ. Sacram. *quæſt.* 254. *de matrim.*

κ Quòd ſi aliquando.] Cenſuit Congregatio, quòd Epiſcopus poteſt ſecundùm eius prudentiam, & iudicium ex alia cauſa arbitrio ſuo remittere denunciationes. Menoch. *de arbitr. iud. caſ.* 453. *num.* 5. Etſi non ſit ſuſpicio quòd matrimonium malitioſè impediatur, vbi autem ſit talis ſuſpicio illis omiſſis, corã Parocho, vel alio Sacerdote, de ipſius Parochi, vel Epiſcopi Ordinarij licentia, duobus, vel tribus adhibitis teſtibus, per verba de præſenti cõtrahenda ſunt matrimonia, quo facto antequam deueniant ad conſummationem, ſemel vel bis erunt faciendæ denunciationes, prout eadem Congregatio declarauit. Vide Nauar. *in ſum. cap.* 22. *num.* 70. omiſſio autem denunciationum non reddit matrimonium nullum, quia non eſt de ſubſtantia, contra Menoch. *conſ.* 69. *vol.* 1. *Can. contr. com. quæſt.* 697. *num.* 12.

λ Vel ſaltem Parocho.] Dubitatum fuit de quo Parocho ſit intelligendus iſte text. originis; an domicilij, & dic de eo intelligi apud quem perpetuò quis habitare propoſuerit. Io. Andr. *in cap.* 15. qui in princ. *de ſepult. in* 6. Abb. *in cap. extirpandæ*, §. *qui vero, num.* 11. *de præbend.* Afflict. *dec.* 384. Archid. *in cap. vbicumque, num.* 813. *quæſt.* 2. ſed quando dicatur animus perpetuò habitandi, declarat Abb. *in cap. ſignificauit. num.* 8. *de Paroch.* Vbi concludit eſſe arbitrarium, & pendere ex declaratione voluntatis eius qui vult habere domicilium, non expectato aliquo tempore quod not. & vide Lap. *alleg.* 62. & ita nuper tenuit Rota, *par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 105. *& deciſ.* 150. *ibidem.*

μ Præſente Parocho.] Licèt paulò ſuperiùs Concilium appoſuerit verba, quibus Parochus vti poterit in coniunctione matrimoniali: tamen ſi ſit adhibitus & præſens, & taceat, etiamſi vocetur ad alium finem, adhuc propter ſilentium, matrimonium erit nullum. Nauarr. *conſ.* 2. *de ſponſ.* Requirit enim Concilium hic præſentiam eius, & teſtium, non autem, & ea verba, & ita aliàs fuit in Congregatione reſolutum, & publicè diſputatum. Vaſconcell. *cap.* 10. *fol.* 164.

ν Ad ſic.] Id eſt ea forma non ſeruata, ſed poſteaquàm fuerit, matrimonium contrahere; ſecùs eſſet ſi in gradu prohibito

etiam

Digitized by Google

etiam ignoranter contraxiſſent, vt infrà *ead.ſeſſ.cap.5.* Vbi not. *in ver. nullos & irritos.* Hæc verba ſunt de forma cum decreto irritanti,& irritant matrimonium,etiãſi ſit cum iuramento, Comm. contr. comm. *quæſt.727.num.15.*etiam ipſo iure, Theſ.for. Eccleſ.*par.2.cap.24.num.42.*Et ſic matrimonium contractum coram ſacerdote, qui non habuit licentiam ab Ordinario,neque à proprio contrahentium Parocho, non debet per Ordinarium irritari,ſed tantùm declarari irritum eſſe, quia Concilium cùm illud irritum fecerit non eſt aliàs irritandum, ſed opus eſt ſola declaratione, quod irritum ſit, vt Congregatio cenſuit. Et hæc forma hodie in tantùm eſt neceſſaria, vt etiam cum iſta cauſa non poſſet matrimonium aliter contrahi ſicut olim poterat.Rol.*lib.3.conſ.72.* & per Caietan.*in opuſc.tom.1.tract.12.quæſt.* 2 .Nauarr.*in ſum. cap.220.*

ʒ *Non ipſos contrahentes.*]Et per hæc verba,& alia huiuſmodi ſuprà appoſita, videbatur quòd matrimonium non poſſit hodie contrahi per Procuratorem,iuxta text. *in cap.Procurator.*vbi gloſ. *in ver.idoneus, de Procur. lib. 6.* quia Concilium hîc requirit præſentiam contrahentium, & verba illa: *Ego vos coniungo*, non poſſunt aptari ad Procuratores, ſed contrarium eſt verius, quia iſte caſus qui omittitur à Concilio remanet ſub iuris diſpoſitione, iuxta *d.cap. Procurator.* Præterea ſatis eſt ſi conſenſus oſtendatur per mandatum, & adhibeatur forma præſcripta in hoc text.Nec me mouet, quòd Concilium exprimat per quæ verba ſit contrahendum, quia remittit ſe ad receptum,cuiuſque Prouinciæ ritum. Et verba Parochi non ſunt neceſſaria,vt alibi dictum eſt, ſed licèt per Procuratorem contrahatur matrimonium, non contrahitur tamen Sacramentum. Summ. Sacram. de matrim. *quæſt.246.* contrahens matrimonium poſt votum ſimplex,peccat mortaliter exigendo debitum, ſaltem pro prima vice, Comm. contr.commun.

a Hortatur.] Eſt ergo conſilium, non præceptum, & ſic non obligat ad mortale, niſi ex contemptu,Summ.Sacram.*quæſt.270.*Nauarr.*de pœnit.& remiſſ.conſ.* 18. *num.* 15. *cap. Noſtrates, & cap. ſponſus* 30. *quæſt.5.* Caiet.*tom.* 1. *tract.* 13. ſecùs ſi ſint ſecundæ nuptię,ſiue ex parte vtriuſque,ſiue ex parte alterius tantùm, quia tunc ſecundùm veriorem ſententiam non ſunt benedicendæ,*cap.22.num.83.*per gloſ.*d.cap.Vir, in fine*, quam dicit eſſe communiter receptam Præpoſit. *ibidem.*Quando verò vtrique eſſent corrupti, primæ eorum nuptiæ ſunt benedicendæ, quia ceſſat in eis ratio iteratæ benedictionis:de qua *in d.cap. vir,habetur*, vt ſentit Nauarr. *ibidem in fin.* Nec quia fornicatur etiam cum pluribus dicitur bigamus. Nauarr. *de frigid. & malef. conſ.5.*

π Non cohabitent.] Sed ſi cohabitarent non eſſet peccatum mortale,contra *text.in cap.Noſtrates,30.quæſt.5.*Silu.*in ver. Debitum coniugale, num.9.*Innoc. & Hoſtien.*in cap.1. de ſponſ.*quia talis vtitur re ſua. Hodie autem dubium eſſet ex his verbis Concilij. Summ.Sacram.de matrimon. *num.* 267. ſed dic, vt in prima opinione, Comm. contr. Comm. *quæſt.604. num.132.*

ρ A proprio.] Sumpto argumento ex hoc textu quidam Parochi inſtabant contra Archidiaconum Eccleſiæ Siracuſanæ, negantes ei amplius deberi decimam illam auri partem,quam percipiebat ex annulorum nubentium benedictionibus. Si enim per hunc textũ non licet alicui, niſi Parocho benedicere,ergo non licet alicui emolumentum percipere;ſed contrariũ cenſuit Congregatio,quia denarius ille non debebatur Archidiacono ratione myſterij per eum in benedictionibus adhiberi ſoliti; ſed loco præbendæ ad ſuſtentationem ſuæ dignitatis, & cùm ab immemorabili tempore ita fieri conſueuerit, non eſt tollenda hæc laudabilis conſuetudo, iuxta *cap. ad Apoſtolicam,de Symon.* Greg. *in regiſtr. lib.1. ep.41.ver. Peruenit, ſub par.1.cap.17.*

σ Alij Sacerdoti.] Etiamſi licentia ſit generalis ad miniſtranda Sacramenta Parochi nomine. Nauarr. *de ſponſal. conſ.* 2. ſed non prodeſt extra Parochiam, niſi ſit ab Ordinario. Nauarr. *de clandeſt. deſponſat. conſ.9. num.* 4. & hæc licentia data à Parocho alteri Sacerdoti ad intereſſendum matrimonio eius nomine, ſufficit ſi ſit verbalis. Nauarr. *ibidem conſ.* 12. ſed debet eſſe expreſſa. Menoch.*de arbitr.iud.caſ.453.num.* 14.& non ſufficit tacita,Rot.*diu.par.1.deciſ.* 750. licentiam autem proprij Parochi non interueniſſe onus probandi aſſerenti, incumbit.Cephal.*conſ.47.vol.1.vol.1.*Maſcar. *de probat.vol.2.concluſ.983.fol.323.*

τ Ipſo iure tamdiu ſuſpenſus maneat.]Olim

Xx con

contra Regulares fuerat inflicta pœna excommunicationis ipſo facto. Clem. 1. *de priuil.*Hinc quæritur,An vtraque hodie maneat?Nauarr.*de conſtit.* tenet quod ſic,*conſ.* 10.*Comm.contr.commun. quæſt.* 604. *num.*135. Sed ego quoad ſeculares non puto eos puniri,niſi pœna ſuſpenſionis,ex hoc *text. quoniam, Clem.* 1. reſtringitur ad Regulares tantùm. Item quæritur,An hæc pœna differat à pœna paulò ſuperiùs indicta per Concilium arbitraria contra eos qui matrimonio aſſiſtunt,& dic differre; ibi enim text. punit Parochos, & alios Sacerdotes, qui ſine numero teſtium, & teſtes qui ſine Parocho proprio matrimoniis aſſiſtunt, & ſimiliter ipſos contrahentes pœna arbitraria: hic autem punit pœna ſuſpenſionis eos ſacerdotes, qui ſine Parochi licentia aſſiſtunt benedictioni. An ſoli Epiſcopo competat hoc ius infligendi,& exigendi pœnas prædictas à Parochis Sacerdotibus ſponſis, & teſtibus in præmiſſis caſibus; dic quod ipſi & cuicumque Ordinario, quia Concilium exprimit Ordinarios, non Epiſcopos, & ſic in danda licentia ad contrahendum. Nauarr.*de clandeſt.deſponſ. conſ.*6. à quo autem ſint puniendi ipſi contrahentes ſponſi, & teſtes ſæculares, dic quòd eſt locus præuentioni,Comm.contr. comm.*d.quæſt.*604.

v Habeat Parochus librum.]Parochi libro præſertim in antiquis ad probationem matrimonij fides habeatur.Ror.*par.*2. *diſt. deciſ.* 340. & probatur ætas, Rot. Verall. *par.* 1. *deciſ.* 314. Maſcard. *de probat. concluſ.* 671.*lib.*2.

φ Ne verò.] Publicatio Decreti Concil. Trident.huius facta in Synodo Diœceſana non æquipollet illi publicationi, quam idem Concilium præcipit fieri in ſingulis Eccleſiis Parochialibus, nec ſufficit generalis publicatio ex Bulla Pij IV. Rot.*deciſ. diu.*424.*par.*1.Quod ſi Concilium ſit publicatum in vno Regno, & contrahentes recedunt antequam contrahant, & vadunt ad partes, vbi non fuit publicatum, & diſtingue,vt per Ledeſman.*Comm.contr.comm. quæſt.*604.*num.* 143. & hoc tempus cùm ſit expreſſum attenditur,aliàs non,argum.*cap. cum ſingula,de præbend.lib.*6. & *cap.cum magnopere,* & *cap.fin.ne Cler. vel Monach.* Abb. & Felin.*in cap.cognoſcentes de Conſtitut.*

χ Cùm primùm.]Hic factum eſt,quoniam in aliquibus locis non publicabatur Concilium, vt S. D. N. præſcripſerit tempus vſque ad Kalen. Ianuarij, 1564. poſt quod tempus præſumitur deueniſſe ad notitiam, & ſic nemo excuſetur, etiamſi in ſua Parochia nondum fuerit publicatum Concilium,vide Bullam.

ψ Decreuit.]Requiritur enim quod Concilium publicetur, & recipiatur; & tunc ligat, vide *Comm.contr.comm.quæſt.*604.*num.* 142.Nauarr.*de clandeſt.deſponſ.conſ.* 8. quod ſi adhuc non fuerit receptum, non propterea intelligitur reuocatum, ſed ſuſpenditur, vſque quò publicetur, & tunc incipiet habere vires. Nauarr. *de Conſtit. conſ.* 1.*num.*23.*&* 29.& ita cenſuit ſacr.Congregatio in vna Treueren.

An vbi hoc Decretum eſt quidem publicatum, ſed eius publicationis memoria apud populum eſt obliterata, licèt libro Parochi, vel alia ratione probari legitimè poſſit, forma prædicta debeat obſeruari. Dubium indiget maiori explicatione. An videlicet cum obliteratione concurrat non vſus, ſiue contraria conſuetudo, vt eſt veriſimile concurrere in materia matrimoniorum, quæ apud omnes Parochias eſt frequens, nam tali caſu reſponderem negatiuè, ratione non obſeruantiæ toleratæ per longum tempus,ſaltem eſt decem annorum,dict.4.§. *erit autem tex.* §. *in iſtis.* Habet enim quilibet implicitam conditionem (ſi obſeruetur.) Felin. poſt Calder. Butr.& Imol.*in cap.*1.*ſub num.*22. *de treg.& pac.*Nauarr.*de Conſtit.conſ.*1.*quæſt.*5. *num.*23. & *de clandeſt. deſponſ. conſ.* 8. Si verò poſt publicationē,& receptionē, & tunc affirmatiuè reſponderem,quia ſi homines non ſunt vſi lege, tamen non fecerunt actum contrarium.Ita Io.Andr.*in cap.Ioann.ad fin. de Cleric.coniug.*quem ſeq. Felin. *in d. cap.*1. *num.*14.*de treg. & pac.* Sed his non obſtantibus contrarium conſuluit Nau. *de conſtit. conſ.*1.*quæſt.*6.*num.* 25. *& ſeq.*aſſerens legem ſine contradictione per ſolum non vſum aboleri, cùm vſus requiratur ad eam introducendam; ergo non requiritur actus contrarius,ſed ſufficit non vſus.

Congregatio Concil. cenſuit & declarauit ſponſalibus per verb.de futuro contrahendis nullam formam præſcripſiſſe Concilium; ideóque eo modo contrahi poſſe quo poterant ante ipſum Concilium die 19.Decembris 1590. Plures differentias inter matrimonium & ſponſalia, vide per Card.

Card.Tolet.*in ſum.lib.7.c.17.*& ibidè ponit 17. cauſas, quibus ſponſalia ſolui poſſunt, vbi vide notabile dubium, an ſponſalia contracta præſente Parocho, & teſtibus ſequuta poſtmodum copula tranſeant in matrimoniũ, iuxta *c.15* qui fidem de ſponſ. ipſe per verbum *credo*, renet negatiuam: ſed niſi ætas repugnet valdè dubito. Item, cenſuit ſponſo & ſponſæ, licèt corrupto, vel corruptæ in primis nuptiis impertiendam eſſe benedictionem die 13. Ianuarij, 1594. Item conſuetudinem ab his quorum nuptiæ benedicuntur aliquid recipiendi, ita demum eſſe obſeruandum ſi ab initio pia fidelium voluntate nulla exactione, aut compulſione fuerit introducta, & nec etiam à ſponte dantibus quoque recipiantur antequam benedictionem Sacerdos liberè impertitus ſit, die 11. Aug. 1595. Item, ſi matrimonium contrahitur in Parochia viri, ſufficit Parochus viri ſi contrahitur in Parochia mulieris, ex ſententia Gregor. X I I I. & Congreg. contra. Nauarr. *in ſumm. cap.25.num.*144.

Congregatio Illuſtriſſimorum cenſuit matrimonia contracta ab hæreticis non ſeruata forma Concil. Trident. eſſe nulla, ſi contracta ſunt poſt 30. dies, à die prima publicatione huius decreti facta in Eccleſia eius Parochiæ, infrà cuius limites habitant hæretici qui ſic contraxerunt. Item, declarauit quòd ſponſus, qui ſponſam ſtuprauit antequam matrimonium inter eos per verba de præſenti, & iuxta formam Concil. Trident. contraheretur, non poteſt puniri ab Epiſcopo pœna contra ſtupratores à ſacr. Canon. inflicta, & maximè ſi ipſa ſponſa ante matrimonij celebrationem id petierit, ſed ambo ſunt arbitrio Ordinarij grauiter puniendi per ſtatuta in hoc text. qui Ordinarius curare debet, vt factis ſponſalibus quamprimùm contrahant matrimonium per verba de præſenti coram Parocho, & teſtibus, ne ſponſi hoc periculum ſubeant.

A D D I T I O.

1 *Clandeſtina.*] Quibus modis accipiatur matrimonium clandeſtinum, tract. Hoſtien. *in ſumm. num.1.& in cap. vol.1. de clandeſt. diſpenſ.* Panor. *num.6.* *Butr. num.19.* Præpoſ. *num.4. cap. fin. eod. tit.* Caſtell. *in l.49.* Taur. *in num. clandeſtinè.* Palud. *in 4. diſt.28. quæſt.2.* Ledeſm. *in ſecundum, 4. quæſt.47. art.5.* Sot. verò, *in 4. diſt.24. art.1. col.2.* tenet duo, ſ. tantùm ad rem pertinere, videl. quando ſine teſtibus contrahitur, *c.1. & 2. de cland. diſpenſ.* & quando contrahitur omiſſis ſolemnitatibus requiſitue, *cap. fin. de diſpenſ. impub.*

Vide Pancirol. *conſ.70. num. 1.* vbi quod tribus modis dicitur clandeſtinum, *& conſ. 113. num.2.* vbi an poſt Concilium valeanr.

2 *Libero.*] Matrimonia libero conſenſu contrahenda ſunt, infertur, quòd metu contracta ſint nulla, quia in his, quæ requirunt conſenſum, cum hac qualitate, quòd ſi liber, non valent actus metu facti, Rot. *diu. par.1. deciſ.561. num.2. & 3.* & ſignificauit de eo, qui duxit in matrimonium, gloſ. communiter approbata in *cap. venien*, *de ſponſal.* & *in cap. Abbas, in gloſ. vnica ante med.* de his, quæ vi.

Ampliatur etiam quando metu patris filius contraheret, arg. *l. non cogitur, de rit. nupt.* & per reg. præſentem, *cap. non locum, cap. veniens, de ſponſ.*

Declaratur quando metus eſſet talis, qui caderet in conſtantem virum, veluti quia procederet ex verberibus, vel minis, ſecùs ſi eſſet metus reuerentialis, argum. *l. patre cogente, de ritu nuptia. l.1. §. quæ oneranda, ff. quar. rer. act. non det. & cap.1. de ſponſ. in 6. cap. Hortantur 33. quæſt.2.* Graff. *lib.1. dec. aur. cap. 55. num.* 17. licèt aliud ſit in matrimonio ſpirituali, gloſ. *in cap. præſens, 20. qu. 3. per cap. cum vinum, de regul. cap. puellæ 20. quæſt.1.* Graff. *d. cap.55. num.*18.

De libertate matrimonij Fabius ſenior declarationem, 257. & 376. Petr. Godof. *in l. 10. facie. C. de hæret.*

Amplia etiam ad effectum conſequendi legatum relictum filię ſi nupſerit cum conſenſu parentum, nam ſi hoc caſu relicta eſſent 400. centum verò ſi nupſerit ſine conſenſu parentum, nubendo ſine conſenſu etiam 400. debētur, & illa conſequatur. Viu. *lib.1. opin.327. num.7. & 8.*

3 *Contrahentium.*] De contrahentibus, vide infrà *eod. cap.9.*

4 *Falsò.*] *cap. vult. de ſecund. nupt.* de quo plura Petr. Godof. *d. l.10. fac. 137. & ſeq. C. de hæret.* vbi infert, quòd non poſſet filia ob id exhæredari, quòd ſine Patris conſenſu contraxerit, & quòd ſit dotanda, & quòd lex municipalis contra hoc non valeret ex

Vin. Hercul. *quæſtion. 3.*

In contrarium eſt text. Euariſti Papæ *Epi.1.* ad omnes Epiſcopos Aphricæ, relata *in cap.aliter 3.quæſt.5.* Tertul. *lib.2.* ad vxorem, de quibus P.Godof. *d.l.10.C.de hæret. fac.* 134. vbi in id alios citat, de quibus etiam P.Sot. *de inſtit.Sacerd.de Sacram.matrim.lec.1.fol.* 316. & pluribus exemplis Teſtamenti veteris comprobat. *lect. 3. fol.*325. quibus reſpondet antiquiores Canones in hoc correctos eſſe.

Contra hanc determinationem obiiciunt hæretici, quòd doceamus filios Parentibus obedientiam denegare, ſed reſpõdet Sot. *d.fol.*325.docere nos filios iuxta parentum conſilia,quæ à meliori bonorum retrahant ſequi oportere, & peccare eos, qui hæc ſpreuerint, non tamen matrimonia imitanda eſſe in quibus filiorum voluntas præponderetur.

An ſit dotanda filia,quæ ſine Patris conſenſu nupſit, Andr.Facchin. *lib.3.controuerſ. cap.*45.an ob id filius exhæredari poſſit,*cap.*44.ad vtrumque P. Godofr.negatiuè, quia per indirectum libertas matrimonij tolleretur.

5 *Matrimonia.*] Quid in ſponſalibus.Viu. *lib.1.opin.327.num.8.fol.*304.

6 *Irrita eſſe.*] An Papa diſpenſare debeat ex iuſta cauſa, quòd filiusfamil. per annum,puta ſine conſenſu Patris non contrahat,Nauarr.*conſ.24.de ſponſal.*& an Papa poſſit interdicere, ne matrimonium contrahatur, & inhibere Epiſcopo, vel Parocho,Nauarr. *d. conſ.* 24. fuit etiam dubitatum an matrimonium contractum cum muliere, quæ conſenſit ſub conditione, ſi Parentibus placuiſſet, ſecuta copula ante conſenſum valeret, ſacra Congregatio cenſuit valere 38. Octobris, 1596. non ſequuta copula contrarium ſcripſit. Ferret. *conſ.197.num.14.vol.1. per cap.ſuper eo,& cap. ſeq.de Conc.expoſ.*

7 *Matrimonium.*] Hic matrimonij appellatione ſponſalia non continentur, Petr. Mollin. *in tract.de appellat. verb. vtriuſque iur.ſignif.in ver. matrimonij, appellatione,nu.*715.Daual.*in direct.iudic. Eccleſ.par.2.cap.*15. *num.* 1. ex decreto Congregationis, & ibi afferunt argumenta contraria, & quòd in prohibitiuis Matrimonij appellatione non veniant ſponſalia de futuro,*d.num.*715. Claud.Seyſel.*in l.* . . .

8 *Denuncietur.*] Hæ denunciationes omitti poſſunt quando iterum eſt contrahendum intra eos, qui in ætate illegitima contraxerunt,Nauarr. *conſ.31.de ſponſ.* vide infrà *in §.qui aliter*, & Philiarc.*in manual. de impedimento matr. fol.* 213. & I. Ludou. Lopez.*in inſtr. conſ. par.1. cap.85. col. 557. & cap.ſeq.*vbi plura de matrimonio cland.

9 *In facie Eccleſiæ.*] Vide Cæphal. *conſ.* 421.*num.55.vol.*30.

10 *Vbi Parochus.*] Hæc interrogatio cum prolatione illorum verborum,*Ego vos coniungo, &c.* non eſt de ſubſtantia matrimonij, alioquin matrimonium non contraheretur ſolo conſenſu; ſed expreſſa ſunt ad inſtructionem Parochorum.Io.Sigum Dauelos in Direct. iud. Eccleſ. *quæſt.2.cap.*15. *num.*12.

Sine tamen Parocho, & teſtibus matrimonium contrahi non poſſet, etiam ex diſpenſatione Epiſcopi, & vrgenti cauſa. Direct.iud.Eccleſ.*d.cap.15.num.*44. ſecùs ex diſpenſatione Papæ,*num.*45.

Parochus, vel alius ab eo deputatus etiam generaliter ad curam adminiſtrandi, ſed & alium ad id deputare poteſt. Nauarr.*conſ.27.de ſponſ.*ſufficit autem quòd interueniat Parochus fœminæ ſi in eius Parochia maſculi matrimonium fiat, Nauarr.*conſ.1.num.1. de ſponſ.* ex declaratione habita in Congregatione; ſufficit etiam quòd Parochus, licèt non ſit Sacerdos, deputatus autem eſſe debet Sacerdos,Nauarr.*conſ.30.de ſponſ.*dum autem dixi Parochum non Sacerdotem ſufficere,aduertendum eſt,quòd Concil.hoc eodem *cap.§.inſuper Parochum,*ibi, vel alium Sacerdotem, contrarium probare videtur,in quam partem negatiuam inclinaſſe videtur,Nauarr. *conſ.1.de offic. ordin.* vbi propterea non fuit auſus firmare priorem opinionem,& conſuluit quòd Vicarius Epiſcopi non Sacerdos, non interſit matrimoniis, ſed alium Sacerdotem deleget, ſufficit præterea quòd pro Parocho habeatur. Gonzal.*lib.1.* diu.iuris argumentum,*cap.10.num.6.*& eius Vicarius amouibilis.

Præſentia Parochi neceſſaria eſt igitur, vt Eccleſia ſciat matrimonia, ex quo infertur,quòd quando impedimentum primum dirimeret, eo ſublato, ſufficeret mutuus conſenſus ſine ſolemnitatibus huius, *cap.Philarc. in manual.de matr.fac.*218.

11 *Suſpicio.*] Quæ ſit probabilis Menoch. *d.conſ.69.& ſeq.& 63.*

12 *Parocho.*] Etiam non ad id vocato, ſatis enim eſt quòd ipſo præſente,& teſtibus, & non negatis iſtis etiam ignorantibus ad quid vocarentur, coniuges mutuo ſe accipiant per verba de præſenti, Nauarr. *conſ.20.de ſponſ.*

Et quis dicatur proprius Parochus, vide *in lib.infor.ſuper Concil.fol.915.*etiam tracto, & inuito. Gonzal.*lib.1.diu.iur.argum.cap.*10. *num.*1.Congregatio.

Et limita hunc text.in matrimonio infidelium ad fidem conſeruorum, quòd non eſt iterum poſt conuerſionem contrahendum cum ſolemnitatibus huius cap. cum ante in infidelitate fuerit verum matrimonium,& an Princeps infidelis poſſit addere qualitatem, qua non ſeruata matrimonium ſit inualidum, vt hic addit hoc cap. Nauarr. *conſ. 4. de Pact.* & an hoc poſſit Concil. Prouinc. Nauarr. *conſ. 5. de regul. num.5.*

Quid de prohibitione iudicis, vide Couarr.*in 4.decret.par.2. in cap.de ſponſ. cap. 6. num.*8.

Limita etiam quando Parochus data opera nollet audire, vel intelligere, argum. *l.cum filia,ff.ſol. ma.r. l. cum ita 33. de leg.*2. Gonzal.*d.lib.*1.*cap.*10.*num.*4. qui cenſeatur, ita cenſuiſſe Congregationem, vide Anchar.*in cap. 1. de matr. Contr. cont.rit. Eccleſ. num.*4.& Segur.Paccel.*vbi infrà cap.*16.

13 *Teſtibus.*] Intellige de teſtibus omni exceptione maioribus, quales ſecundùm ſubiectam materiam,& in cauſa matrimoniali requiruntur, argum. *cap.1.de conſang. & affinis.*cum multis alleg.& Couarr.*in 4. 3 partis,cap.*8.§.17.*num.7. &* 8. Adeò quòd ſi fiat matrimonium ſine Parocho, & teſtibus, erit nullum, *d.cap.qui aliter probat,* latè Euchuſ.*lib.3.inſtit.can.tit.*1.*fol.*110.

14 *Celebretur.*] Non tamen poterit Parochus ex ſe denunciationes omittere, cùm id Epiſcopi arbitrio relinquatur, vt ibi Ordinarius ipſe, &c. quæ verba ad totum hunc §. referuntur. Menoch. *dicto conſ.69. num.*61.

15 *Denunciationes, &c.*] Quibus tamen omiſſis matrimonium non infirmatur. Direct.iud.Eccleſ.*par.2.cap.16. num.* 116. & de iſtis, vide *in lib.inform.ſuper Conc.fol.915.*

16 *Ordinarius.*] Ordinarij appellatione hic venit etiam inferior Epiſcopo, quia non dicit Diœceſanus, ſed Ordinarius generaliter, poterit ergo Abbas, qui habet iura Epiſcopalia, & is quoque, cui fuerit huiuſmodi Abbatia commendata, Nau.*conſ.5. de ſponſ.*& ita Flor.Diaz.*var.reſol.lib. 3. qu. 23.num.26.* vbi alios citat. Vicarius Epiſcopi generalis poteſt relaxare monitiones de quibus hic, quemadmodum Epiſcopus Salred.ad pract. Diaz. *cap. 24. littera D.* & Segur.*in ſuo Direct.iud.Eccleſ.2. par. cap. 16. num. 1. & 20.* Veracrux *in appendic. ad ſpecul. coniugior. fol.* 4. P.Henriq. *in ſua ſumma lib.11.cap.5.num.* . . Flor.Diaz. *var.quæſt.lib. 3.cap.23.num.26.* vbi dicit, quòd hæc opinio practicatur,& dicit fuiſſe ita à Congregatione declaratum de anno 1591.

Contrarium tenet Menoch.*conſ.69.num. 35.lib.*1. Cæphal.*conſ.422.num.72.lib.*3. Suarez.de Paz.*in ſua prax. tom.2.prælud.3. num. 51.ſeu* 11. Aliqui requirunt ſpeciale mandatum, vt P.Henriq.

17 *Prudentia, &c.*]Eſt ergo arbitrarium quando omittendæ ſint. Menoch. *conſ. 69. num.3. & ſeq. vol.*1.

18 *Qui aliter; &c.*] Regulariter fauore matrimonij contractus factus contra formam conſtitutionis non eſt nullus, niſi cõſtitutio habeat clauſulam annullatiuam, præſertim quando datur forma aliàs poteſtatem habenti. Rota *diuer.par.1.dec.750. num.* 3. ſed in conſtitutione Conciliari non cadit hæc dubitatio, quia ſemper habet decretum irritans, peccat tamen mortaliter, qui eas omittit ex contemptu. Graff. *dec.aur.caſ.conſc. lib. 2. cap.82. num.1.fol.*112. 209.

19 *Parochi.*] Et ſufficit licentia generalis ad exercendum officium Parochi, non obſtant. conſtit. Synod. quæ dat formam dandi licentiam, & in dubio præſumitur proceſſiſſe matrimonium, Rota *dec. 750. in nou.par.1.* & non obſtan. quod Conſtitutio Synodalis dans formam ſit pœnalis, ſi Parochus ratum habuerit, *ibidem.*

20 *Licentia, &c.*]Scilicèt ſecundùm Rot. teſti vnico de facto proprio deponenti, non creditur Parocho, cùm ſit de pertinentibus ad eius officium,& quid de libro Parochi.Rot.*d.dec.750.num.8.vſque ad fin.*

21 *Tribus teſtibus, &c.*] Parochus,& teſtes interuenire debent in ſecundo matrimonio quando primum contractum eſſet, nullum ob impedimentum notorium, quando verò impedimentum eſſet occultum, ſublato impedimento mutuus conſenſus coniugum ſufficeret. Philiarc. *in*

Xx 3 *ma*

manual. in imped. matrimon. fat. 217.

22 *Inhabiles,&c.*]Sequitur quòd ſi quis in Diœceſi in qua publicatū eſt Cōcilium clandeſtinè contrahat, qui factus eſt inhabilis propterea in alia Diœceſi, in qua non fuit publicatum, iterum clandeſtinè contrahat, qui eſt omninò inhabilis ad tale matrimonium contrahendum, per not. *in cap. tua, de iur. vir. per* Felin. *num.* 8. & vide not, *in cap. Poſtulaſti, de for. comp.*

23 *Annullat,&c.*]Ipſo iure, itaut alteri ab altero, propria auctoritate diſcedere liceat, & aliam ducere. Nau. *conſ.* 1. *num.* 2. *de ſponſ.* nec valet in vim ſponſaliorum, ibidem *num.* 3. ex his etiam licet colligere, quòd poſt Concilium ſponſalia per copulam non tranſeant in matrimonium, quod indicat Nauarr. *de ſponſ. conſ.* 6. *num.* 3.

Intellige etiam text. quando contrahitur ſine Parocho, & teſtibus, nam iis interuenientibus valeret ſine aliis ſolemnitatibus, licèt contrahentes puniri poſſent, Nauarr. *conſ. de ſponſ. conſ.* 22. *num.* 5. de his fortè intelligen. eſt. Rota *diu. dec.* 429. *par.* 1. dum dicit decretum Concil. non annullare matrimonium,

24 *Hortatur,&c.*]Non præcipit, ſed hortatur, & ſic eſt de conſilio, & ita non eſt peccatum ante illam conſummare, nec exigendo, nec petendo, nec vbi eſt conſuetudo benedicendi, nec vbi non eſt, *cap. noſtratis ad fin.* 30. *quæſt.* 3. docet Caietan. 1. *tom. tract.* 13. *& quæſt.* 2. *de vſu matrim.* Ledeſm. *in* 2. 4. *quæſt.* 47. *act.* 5. *col.* 4. Nauar. *in manual. cap.* 22. *num.* 83. *& cap.* 26. *num.* 38. & latè Sot. *in* 4. *diſt.* 28. *quæſt.* 1. *art.* 2. *Conc.* tamen Carthaginen. de quo *in cap. vlt.* 23. *diſt. & in aliter*, & *in cap. ſponſus* 30. *quæſt.* Hortabatur coniuges, vt biduo, vel triduo abſtineant etiam poſt benedictionem à coitu, ex quo ſi conſtiterit coniuges benedictionem accepiſſe, & dubitetur an intra triduum illud matrimonium fuerit conſummatum, ſumi poteſt coniectura, quod potuerint abſtinere ob cōſilium præteritum, Rot. *diu. deciſ.* 101. *num.* 8. quandoque neceſſe fuiſſet probatur ex *cap. aliter* 30. *quæſt.* 5. & Tertul. *ad vxorem lib.* 2. de quibus Sot. *de inſtit. Sacerd. de Sacram. matrim. lect.* 1. *fol.* 316.

25 *Benedictionem.*] Hæc benedictio non non fit in ſecundis nuptiis, & quare Menoch. *de arbitr. caſ.* 417. *num.* 2. *& ſeq. lib.* 2. *fol. mihi* 20. de quo dixi in *tract. matrim.* Adde Dionyſ. Carthuſ. *in ſumm. fid. orthodox. lib.* 4. *art.* 189. *fol.* 318. vbi ſecundæ ex vtraque parte, vel ex parte vxoris inſunt Benedictiones, secùs ſi ſecundæ fuerint ex parte viri tantùm, quia tunc ſaluatur ſignificatio, quoad nomen, & in ordine ad primas nuptias; non benedicantur autem, quia habent aliquid imperfectionis reſpectu primi matrimonij cùm in eis plenè non ſeruetur ſignificatio vnionis Chriſti cum Eccleſia, & ſic propter defectum Sacramenti, quod vnionem cum Chriſto ſignificat, vide *ſuprà in doctr. de Sacramento matrim.* §. *gratiam.* Ita intelligendum videtur quod tradit Bart. Vgolinus *de Sacram. tit. de matrim. cap.* 27. dùm negat nuptias benedicendas, ſi vel alter coniugum eſſe aliàs habuerit per *cap.* 1. *de ſecundis nupt.* de effectu benedictionis multiplici, vide *cap. eandem d. cap.* 27. Hæc benedictio non eſt Sacramentum, licèt in illis perficiatur ſi quid defuit in priori contractu, ideò ſi non in ipſo contractu matrimonij, coniuges Sacramentalem Confeſſionem fecerint, ante benedictionem confiteri deberent, P. Sot. *in inſtit. Sacerd. de Sacram. matrim. licet* 2. *fol.* 325.

26 *Librum.*] Hic liber probabit matrimonium, qui conficitur à Parocho ad cuius officium pertinet contrahentibus matrimonia adeſſe, & ea adnotare, vt hic per not. *in cap. cum inhibitio, de clandeſt. diſpenſat.* Rota *diuerſ. deciſ.* 340. *num.* 2. præſertim quando agitur de matrimon. incidenter, vt *ibi par.* 2.

27 *Publicationis, &c.*] Hoc ergo decretum parochialem requirit publicationem, Nauarr. *conſ.* 1. *de Conſt. num.* 9. Rot. *diu. par.* 1. *deciſ.* 429. vide *declar.* 64.

CAPVT

CAPVT II.

Determinantur perſonæ inter quas ſolas contrahitur cognatio ſpiritualis orta ex Baptiſmo, aut Confirmatione.

1 DOcet 2 *experientia*, propter multitudinem prohibitionum, multoties in caſibus prohibitis ignoranter contrahi matrimonia: in quibus, vel non ſine magno peccato perſeueratur, vel ea non ſine magno ſcandalo dirimuntur. Volens itaque ſancta Synodus huic incommodo prouidere, & *α à cognationis ſpiritualis* impedimento incipiens, ſtatuit *β vt vnus* tantùm ſiue vir, ſiue mulier, iuxta ſacrorum[a] Canonum inſtituta, vel ad ſummum vnus, 3 *& vna* baptizatum, de Baptiſmo ſuſcipiant; *γ* 4 *inter quos*, ac baptizatum ipſum, & illius patrem, & matrem; nec non inter baptizantem, & baptizatum, baptizatique patrem, ac matrem tantùm[b] 5 *ſpiritualis cognatio* contrahatur. Parochus, antequam ad baptiſmum conferendum accedat, diligenter ab iis, ad quos ſpectabit, ſciſcitetur, quem vel quos elegerint, vt baptizatum de ſacro fonte 6 *ſuſcipiant*; & eum, vel eos tantùm ad illum ſuſcipiendum admittat; & in *δ libro eorum nomina* deſcribat; doceatque eos quam cognationem contraxerint, ne ignorantia vlla excuſari valeant. *ε Quòd ſi alij*, vltra deſignatos, baptizatum tetigerint, cognationem nullo pacto 7 *contrahant*:[c] conſtitutionibus, in contrarium facientibus, non obſtantibus. Si Parochi culpa, vel negligentia ſecùs factum fuerit, arbitrio Ordinarij puniantur.[d] Ea quoque cognatio, quæ ex Confirmatione contrahitur, confirmantem, & confirmatum, *ζ illiúſque patrem*, & matrem, ac tenentem non ingrediatur: omnibus inter alias perſonas huius ſpiritualis cognationis impedimentis omninò 8 *ſublatis*.

a Ca. non plures de conſ. di. 4. & c. quãuis de cognat. & ſpir in 6.

b Cap. 1 ſuper quibus, ca. pyttacium, & ca. fin. 10. q. 1. ca. 1. c. ſuper eo, ferè tot. de cogn.

c Cap. quamuis de cogn. ſpir. in 6.

d Cap. Conc. Moguntiacum ca. 55 c. 2. 30. quæſt. 1. cap. 1. de cogn. ſpir. in 6.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

QVi ante Concilium contraxerunt in gradibus tunc prohibitis, & nunc ſublatis, indigent diſpenſatione, & non tenet matrimonium, licèt fortaſſe ſi denuò contraherent matrimonium teneret, quia nunc non eſt impedimentum, & ab inceſtu Epiſcopus abſoluet; & matrimonium in inceſtu contractum tenet, licèt ſit prohibitum.

Item, tertius Patrinus numquam eſt adhibendus, non obſtante quacumque conſuetudine, ſeu corruptela.

Item, duo viri poſſunt ſuſcipere puerum vnus per ſe, alter, vt Presbyter mulieris, ſed cognationem acquirit mandans.

Item, non ſint Patrini duo viri, vel duæ mulieres, ſed vnus, & vna.

Item, poſt Concilium ſi duo deſignentur ad ſuſcipiendum puerum, & vnus aſter, & non tangit, hic non contrahit cognationem ſpiritualem, ſed alter tantùm, licèt ambo reperiantur ſcripti pro Patrinis.

Item, quando conſtat quòd fuit domi baptizatus, & in Eccleſia ſuppletur ritus, qui ritibus aſtat pro Parrino non contrahit cognationem ſpiritualem cum matre pueri, & poſſunt inuicem contrahere.

Item, ſi plures ſint electi, & plures ſuſcipiant, ſi non conſtat, qui primus tetigerit omnes contrahunt cognationem ſpiritualem, ſi vnus eſt electus, ille tantùm contrahit, Nota duo requiruntur pro compaternitate. Primò, ſit electus. Secundò, ſuſcipiat, leuet, vel teneat. Sylu. *v. matrimonium*, 8. *quæſt.* 3.

Item.

Item, inter perſonas non expreſſas à Concilio licitè contrahitur matrimonium, vt inter vxorem ſuſcipientis, & Baptizatum, vel eius Patrem.

Item, hæc affinitas ſpiritualis impedit contrahenda, non diſſoluit contracta iam.

Item, Parochus, vel Epiſcopus non poteſt concedere licentiam, vt duo viri, id eſt vnus loco mulieris ſuſcipiant.

Item, quando plures ſuſcipiunt nullis certis, dignitates omnes contrahunt, eſt probabile, Nauarr. *cap. 22. num. 39.*

Item, Procurator nullam contrahit affinitatem.

Item, compater ſi commodè fieri poteſt ſit doctus, vt puerum doceat, ſecus poteſt eſſe ſimplex, & indoctus, verbi gratia, quando adeſt peritus.

Item, Parochus debet habere librum baptizatorum, & Confirmatorum, & librum pro matrimoniis, & defunctorum, & viuorum.

Item, ſicut reſtringitur cognatio ſpiritualis ex baptiſmo, ſic etiam illa ex Catecheſi.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *Cognationis ſpiritualis.*] Impedimentum cognationis ſpiritualis eſt triplex; ſpiritualis, legalis, & naturalis: ſpiritualis contrahitur in Baptiſmo, & Confirmatione, hæc erat paternitatis, compaternitatis, & confraternitatis, *cap. 1. de cognat. ſpirit.* prima eſt inter baptizantem, & baptizatum, & inter filios ſimiles ſuſcepturos, & ipſum Baptizatum, quæ per hunc text. Bulla Pij V. eſt ſublata. Cardin. Tolet. *in ſumm. lib. 7. cap. 4.* Prax. Epiſc. *in ver. baptiſmus, verſ. 6.*

β *Vt vnus.*] Illuſtriſſimus Cardinalis Sanct. mem. Borromeus in ſuo Concilio Prouinciali Mediolanenſi 2. hunc compatrem debere eſſe doctum in diuinis, vt poſſit poſtea infantem, quem leuat de ſacro fonte, erudire, & docere rudimenta fidei, vt in *cap. vos ante omnia, de conſecrat. diſt. 4.* & ex Dionyſio refert Io. à Turrecremat. *in cap. in Catech. eadem diſtinct.* quem ſenſum ſequuti ſunt Patres in *Rom. Catech. fol.* 117. hoc autem videbatur Illuſtriſſimis, DD. Cardinalibus Congregationis moderandum, ſi fieri commodè poſſit; nam vbi periculum vrgeret, vel fidei, vel mortis naturalis, etiam ſimplex & indoctus poteſt admitti in compatrem, vt notat Turrecrem. *in d. cap. in Catech.* & *cap. vos ante omnia*, & cùm ex decreto huius Concilij Triden. admittatur mulier in communionem, quæ mulieres docere ſacram Scripturam non norunt, ceſſat omnis dubitatio. Nauarr. *de cognat. ſpirit. conſ. 1. num. 2. ſeq.* 1. Epiſcopus non poteſt concedere licentiam, vt duo viri, & mulieres ſuſcipiant aliquem baptizatum de ſacro fonte baptiſmi.

γ *Inter quos.*] Per hæc verba videtur ſublata controuerſia antiquorum, quæ dubitabatur, an poſſit contrahi cognatio ſpiritualis per procuratorem, quòd inter magnos viros, & in aliquibus locis ex conſuetudine fuerat introductum, vt not. Abb. *in cap. veniens*, & ibi *in addi. de cognat. ſpirit.* Rom. *ſing.* 54. *lib.* 1. & mihi videtur hodie amplius hoc dicere, cùm verba huius text. referantur ad eos qui leuant de ſacro fonte, & puerum batizatum tangunt, vt per Rot. Verall. *par. 1. deciſ. 164.* & Catech. Neap. *de baptiſm. fol. 14. in fin.* Rot. *deciſ. Accoram. fol. 541. 545. & 560.* Fed. de Sen. *quæſt.* 15. ſed Congregatio cenſuit affirmatiuè conſ. Nauarr. 6. *de cognat. ſpirit. lib. 4.* & contra deciſ. Rot. Caputaq. *par. 3. deciſ. 246.* vbi requiritur tactus, & ibidem 786. Ad hanc quæſtionem add. Comm. contr. comm. pro vtraque parte *quæſt. 369. fol. 240.*

Non tamen contrahitur hæc ſpiritualis cognatio inter virũ & vxorem baptizando filium in caſu neceſſitatis. Comm. contr. comm. *quæſt.* 271. Neque contrahitur cum concubina leuando puerum de ſacro fonte, ibidem *quæſt.* 271. Præterea ſi multi leuant, tenent, vel tangunt, cum omnibus contrahi impedimentum. Nauarr. *in ſumm. cap. 22. num.* 39. ſed puniri poteſt Parochus id permittens. Prax. Epiſc. *in ver. baptiſmus, ver. ſeptimo*, quinimò non tenet. Card. Tolet. *lib. 2. cap. 43. verſ. præter has*, & *lib. 7. cap. 4.* etiamſi hæreticus, & ſchiſmaticus admiſſus ſit, licèt admitti non debeat, contrahit hoc impedimentum. Nauarr. *de conſt. conſ. 1. quæſt. 29. num. 67.*

δ *Et in libro eorum nomina.*] Debet Parochus habere librum baptizatorum, & Confirmatorum, qui prodeſt ad multa, vt per Sarnen. *de viſit. lib. 2. cap. 3. num. 25.* Item, librum de matrimoniis, *vt ſuprà ead. ſeſſ.*

Digitized by Google

cap.1. Item, librum viuorum & defunctorum in ſua Parochia, iuxta Petr. Rebuff. *de ſepult.ar.2.per tot.*Sarn.*num.27.*vbi *ſuprà arg. cap.baptizandi,el 2. de conſecrat. diſt. 4. cap. legum.2.quæſt.1.& cap.paſſus,de conſecrat. dilect.Siric.*PP.*Ep.1.*Duran. *de ritib. Eccleſ.lib. 1.num.19.*& Catech.Rom.*de baptiſmo.*

ε *Quòd ſi alij.*] Quæritur an cognatio ſpiritualis contracta ſit ab eo qui non tetigit leuatum, licèt fuerit præſens in Baptiſmo vnà cum aliis compatribus, & inter eos quoque reperiatur deſcriptus in libro Parentum leuati, & de iure communi ad effectum contrahendi cognationem, non ſufficit tetigiſſe puerum, niſi ſit à principio inuitatus, & aduocatus pro compatre. Aretin. *conſ.15.col.14.*Rot. Caput. *lib. 1. deciſ.171.*Put.*lib.1.deciſ.170.arg.text. cap. de his 30.quæſt.1. & cap.veniens de cognat.ſpirit. in 6.* in quibus ponderat verbum leuatio, & ſuſceptio per quæ dicebat. Abb.poſt Card. *in cap.veniens,de cognat.ſpir.nu.* 4. quod non ſufficit eſſe præſens, niſi qui futurus eſt compater puerúmque ſuſtentet, ſeu tangat tempore Sacramenti; namque baptizans repræſentat Patrem generantem, & ſuſceptor matrem, qui nomine Eccleſiæ ſuo gremio baptizatum ſuſcipit. Sot. *in 4. diſt.42. art.1.& 2. prop. fin.* addens non ſufficere, ſi quis reſpondeat ad interrogationẽ, niſi etiã ſuſcipiat, vt nomen illud ſuſceptoris oſtendit. Quibus conueniunt verba Conc. quod duo copulatiuè requirit, alterum quod ad hoc fuerit electus, alterum quod ſuſcipiat, & leuet, & teneat. Silueſt. *matrimonium* 8. *quæſt.7. num.* 7. & ita cenſuit Congregatio Illuſtriſſimorum, ſub die 9. Iulij, 1573. an ſi nemo ex culpa Parochi deſignetur in primum omnes quotquot tetigerint infantem ſint patrini, iuxta ius antiquum. Nauarr. dicit quod ſic, vt per eum *in ſumm. de Sacram. Eccleſ. cap. 22. & ſeq. & de clandeſt. deſponſ.conſ.* 4. ſed contrarium tenet Card. Tolet. *lib.7. cap.8. fol. 916.* vbi duo tantùm admittuntur, qui ſint nominati à Parentibus baptizati, qui etiam debent in libro ſcribi, & hi contrahunt cognationem.

ζ *Illiúſque Patrem.*] Non dixit Parentes, quia de iure ad alios conſanguineos referri poterat. Tiraquell. *de retract*, §. 1.*gloſ.*8. *num.2.lignag.* iure ergo reprehendi meruit Archiepiſcopus in Synodo Florentino, qui parentum verbo vtebatur, in hoc caſu. Quæritur an puer quinquennis poſſit tenere in Confirmatione, vel leuare puerum de ſacro fonte, & Congregatio cenſuit quod nõ, quia non habet vſum rationis, vt intelligat quid agat. Item, ſi non ſit confirmatus, non poteſt tenere in confirmatione, *de conſecr. Eccleſ.cap.omnes fideles, & cap.vt ieiun. diſt. 5. & cap. in baptiſmate, de conſecrat.diſt.*4. Summ. Vict. *de confirm.qu.* 48. & ſi verò eſſet ita doli capax, vt intelligeret quid ageret, ætas non attenditur. Nauarr. *de cogn. ſpir. conſ.3.in ver.tenentem*, eſt ergo eadem lex quæ in baptiſmo, vt vnus, & vna tantùm teneant confirmatum, & nõ plures, nec inter alios quàm præſentes ſpiritualis cognatio contrahebatur, quæ eſt triplex, vt per Card. Tolet. *in ſum. lib.7.cap.4. ver. 2.* ſtatuit, licèt contrarium teneat Nauarr. *de cognat. ſpirit.conſ.* 7. pro Cardinali facit decretum Congregationis die 27. Septembris, 1593. Terraconen. quamuis vir, & vxor ſimul alienum puerum teneant in baptiſmo, nulla tamen inter eos contrahitur compaternitas, cùm ſint vna Caro per copulam coniugalem, & ideò reddere ſibi debitum minimè prohibentur, ex Innoc. III. ad Archiepiſcopum Roſſan. *fol.425.in ſuo regr.*

An per Capitulum ſicut eſt reſtricta cognatio ſpiritualis ex Baptiſmo, ita etiam reſtringitur ex Catech. *cap. per Catech.de cognat. ſpirit. lib. 6.* & reſpondeo affirmatiuè per ea quæ notat per Domin. *in cap.1. de temp.ordin.lib.6.col. 3. verſ. ſed fallit,5.*& Petrus.*col.3. ver.fallit*, 4. ad gloſ.*in cap.non debet,de conſang.& affinit.*quæ habet ſublata fuiſſe quædam genera honeſtatis, quia ſublata fuerant quædam genera affinitatis, vt correcto meliente cenſeatur corrigi etiam menſum, de quo vide Nauarr.*in ſum. cap.22.num.72.*

η Spirituales autem affinitates, ex hoc decreto pertinent ad matrimonia contrahenda, non ad diſſoluendum contracta.

Epiſcopus non poteſt concedere licentiam, vt duo viri, loci viri & mulieris ſuſcipiant aliquem baptizatum de ſacro fonte baptiſmi.

Cognatio Ciuilis impedit matrimonium inter fratres adoptiuos, ſed non dirimit. Comm.contr.commun. *quæſt.* 250. nec Concil. mutat cognationem legalem, ibidem *quæſt.278.num.*8.

Diſpoſitio huius cap. reſtringitur ad ſponſalia de futuro: nam in matrimoniis

contractis per verbum de præſenti durat impedimentum, prout de iure olim fuerat ſtatutum ex Bulla 24. Pij V. ad Rom. Kal. Iunij,1568.anno 3. Præterea ex matrimonio per verba de præſenti contracto oritur affinitas, non autem impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis,contr.Tolet.*in ſumm.lib.7.cap.10.in princip.* & quid ſi inter impuberes contrahatur per verba de præſenti, dic vt in *cap. à nobis*, cum gloſ. *de ſponſ.impub.* & multa ad propoſitũ, vide per Silu.*in ver.matrimonium*, 8. *num.* 14. & *matrimonium* 1. *num.* 4. & Nauarr. *de ſponſ. conſ.* 11. Sponſalia autem contracta inter impuberes ſunt nulla, tanquam ex defectu conſenſus, Theſ.For. Eccleſ.*par.2. cap.* 24. *num.* 89. Reſtrictionem huius impedimenti publicæ honeſtatis, vide per Quarant. ex Bulla Pij V. quam refert in ver. *matrimonij impedimenta*, *fol.* 295. & ibidem de impedimento cognationis ſpiritualis,& ex fornicatione,*fol.* 296. cum declaratione quod Caſtrati,& ſpadones non poſſunt contrahere, & ſi de facto contraxerint ſeparantur ex breuì Sixti V. ad Nuncium Hiſpaniarum,*fol.*297. olim ſponſalia valida erant ex quocumque defectu, niſi ex conſenſu ad effectum iuſtitiæ publicæ honeſtatis,hodie ſecùs,ex hoc Card. Tolet.*in ſumm.lib.7.cap.*10. Victor. *de matr. concluſ.* 305. & extendebatur hoc impedimentum vſque ad quartum gradum,iuxta *cap.non debet,de conſang.& affinit.*& de tertio gradu,vide Rot.Verall.*par.1. deciſ.* 208. Sponſalia per verba de futuro contracta mutuo contrahentium conſenſu, diſſolui poſſunt,& poſt diſſolutionem nullum præſtant impedimentum; hodie ex Congregationis ſententia die 29. Maij, 1601. An contrahens ſciente in hoc gradu publicæ honeſtatis incurrat pœnam. Clem. 1. *de conſang. & affinit.* dic negatiuè etiamſi copula ſubſequatur,quia Clemẽtina illa procedit in tractu matrimonij, non autem ſponſalium. Card. Toleran. *in ſumm. lib.*1. *cap.*39.*ver.*2.excommunicatur, licèt *lib.*10. *cap.*10. *in primo*, videatur ſibi contrarius. Boër.*deciſ.* 263. *num.* 28. ſi concurrunt duo impedimenta debet fieri mentio de vtroque.Prax.Neapol.*lib.1.cap.25.num.*10.*in ver. iam non poteſt.* Ex hac loquutione quando negatiua præcedit verbum poteſt, inducitur nullitas actus. Comm. contr. comm. *quæſt.*404.*num.* 5.

ADDITIO.

1 *Docet.*] Per hunc text. corrigitur, *cap. ſuper eo,de conſang. & affinit.*& hoc decretum eſt fauorabile, & ampliandum ſecundùm Ledeſm. *de matrim.quæſt.*56.*art.*3. *verſ. concluſio mihi.*

2 *Experientia.*] Quid ſit cognatio ſpiritualis, tradit *ſumm. Sacram. num.* 302. *fol.* 188.6. Viguer. *cap.* 16. §. 6.*num.*9. *in inſtit. fac.*674.

3 *Et vna.*] Per hoc non tollitur cognatio ſpiritualis cum pluribus contracta, non obſtante eo, quòd dicitur infrà *in vet. ſublatoi*,Ledeſm. *de matr. quæſt.* 56.*art.* 3. *ver.mihi videtur.*

4 *Inter quos.*] Non intelligas contrahi cognationem ſpiritualem inter Patrinum, & Patrinam, ſed inter ipſos, & baptizatum, vt declarat motus proprius Pij V.

5 *Spiritualis cognatio.*] olim ſpiritualis cognatio, quæ contrahebatur ex parte agentis, puta baptizantem, vel ſuſcipientem, transfundebatur in mulierem, etiam illicitè cognitam, quod hic corrigitur expreſſis verbis, Idem in Bulla Pij V. 4. Kal. Decembris, 1556. Ledeſm.*de matr. quæſt.*58. *art.* 3. *ver. eſt aliud dubium*; præterea non contrahitur per infidelem,vel cum infideli, Ledeſm. *d. quæſt.* 56. *art.* 3. *ver. circa ſolutionem.*

6 *Suſcipiant & tangant.*] Tactus enim neceſſarius eſt ad hanc cognationem contrahendam, & antequam leuetur ex ſacro fonte, quare cenſuit Congregatio in vna Abulenſ. Commatrem, quæ ex conſuetudine aſſiſtebat Baptiſmo, & non tangebat puerum, niſi cùm ſibi à compatre traderetur, non contrahere hanc cognationem.Ledeſm. *de matrim.quæſt.*56.*art.*3.*verſ. ex reſol.*

7 *Contrahant.*] Quod ſi Parochus nullum deſignauerit, & plures detegerint,dic quòd omnes contrahant cognationem ſpiritualem, & ius antiquum manet incorruptum, ac ita tenuerunt plures ex pluribus, qui interfuerunt Concil. Ledeſm. *de matr. quæſt.*56.*art.*3.*ver.* eſt aliud dubium.Nauar. *in man.cap.*22.*num.*39. *in fin.* & *conſ.*4.*de cognat.ſpirit.in* 1.*impreſſ.*

8 *Sublatis.*] Ex quo ſequitur quòd aliæ perſonæ, quæ ante Concilium contraxerunt

Digitized by Google

runt cognationem ſpiritualem, ſublato iam impedimento poſt conditionem rectè contrahere potuerunt. Ledeſm. *de matrim. quæſt.56.art.3.ver.circa iſtud.*ex Conſt.Pij V. 21. Auguſti,1566.

An ſit ſublata illa, quæ contrahitur per Catechiſmum, *cap.per Catechiſmum,de cogn. ſpirit.in 6.*qui ſic probabilius dixit.Ledeſm. *d.quæſt.56.art.3.ver.* eſt aliud dubium circa contra Nauarr.*in manual. cap.22.num.*40.

Data opinione Nauarr.cognatio ex Catechiſmo reſtricta cenſetur ad vnum, vel vnam.Ledeſm. *d.art. 3. ver. in huius expoſitionem,* quod notandum eſt pro ſuſcipientibus in Eccleſia eos, qui propter neceſſitatem domi baptizati fuerunt, vt ibi.

CAPVT III.

Breue eſt, non ſummatur.

IVſtitiæ 1 *publicæ honeſtatis impedimentum*, vbi ſponſalia quæcumque ratione 2 *valida* non erunt, ſancta Synodus prorſus tollit; vbi autem valida fuerint, 3 *primum gradum* non excedant, quoniam 4 *in vlterioribus gradibus* iam non poteſt huiuſmodi prohibitio abſque diſpendio obſeruari.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

LOquitur de impedimẽto iuſtitiæ ſponſalium de futuro, & non de ſponſalibus de præſenti, quia hoc eſt vſque ad quartum gradum, Pius V.in Bulla.

Item, ſi A. Pater. B. & C. Mater.D. Inuicem promittant, quòd D. ſemel. B.& D. mox renuit, B.D. poteſt accipere fratrem, B.ſine diſpenſatione.

Item, qui promittit ducere de futuro Deſpinam mente captam, ſi non eſt copula,poteſt ducere eius ſororem,ſine diſpenſatione, quia non eſt impedimentum.

Item, ſuppoſita declaratione Pij V. ex ſponſalibus per verba de præſenti nulliter contractis naſcitur impedimentum publicæ honeſtatis etiam omiſſa forma.Concil. Trident.*ſeſſ.24.cap.1.de Reform.*

Item, qui ante Concilium contraxerunt in ſecundo gradu honeſtatis, poſt Concilium ſine diſpenſatione poſſunt contrahere,& matrimonium valet.

Item, ſponſalia de præſenti ante ætatem;etiam vnius, per carnis copulam,non tranſeunt in matrimonium.

Item, ſi ſponſalia ſoluuntur de communi conſenſu, remanet impedimentum.

Item, in iuſta publicæ honeſtatis, & affinitiuæ ex illicita attenditur gradus remotior.

Item, ex matrimonio per verba de præſenti non ſecuta copula non oritur affinitas, ſed publica honeſtas vſque ad quartum per Pium V.

Item, ex ſponſalibus conditionatis non oritur impedimentum publicæ honeſtatis.

ADDITIO.

1 *Publicæ honeſtatis impedimentum.*]Quod ſit, & vnde proueniat tractat, D.Thom. *in quæſt.addit.ad tertiam partem,quæſt.55.art.4.* & Sot.*lib.4.de ſent diſt.* 41. *quæſt. vnic.art.2.* & *art.3.in fin.*& vide gloſ.*in verb.* 2. & 3. *non debet de conſang.& affinit.*

Quod oritur ex matrimonio rato conſummato affinitatis eſt, non publicæ honeſtatis, & ad quartum gradum procedit. Philiar.*in manual.in impediment.affinit. fac.*413.

2 *Valida.*] Nota quòd ſufficit validum eſſe in foro exteriori,licèt ſit nullum in foro conſcientiæ, *cap. tua de ſponſ.* Matrimonia, & ſponſalia contracta ſub conditione non inducunt impedimentum publicæ honeſtatis,Nauarr.*conſ.*1. *de cond.appoſ.num.*4.

3 *Primum gradum.*] Ita Nauarr. *In manual.cap.22.num.*57.Mandoſ. *de ſign.grat. fol.* 51.Alphon.*de vera Cruce,in appendic. fol.* 26. Card.Arat.*de matr.fol.*405.

4 *In vlterioribus gradibus.*]Hæc reſtitutio pertinet ad impedimentum publicæ

honeſtatis ortum ex matrimonio rato, & non contracto, Nauarr. *conſ. 33. de ſponſ. num.* 4. non haberet locum in matrimonio contracto inter puberem, & puellam, quòd quãuis ſubſecuta ſit ſubclamatio, reſolui-tur in ſponſalia, *cap. vlt. de ſponſ. impub. cap.* 1. §. *id quoque eum, in 6.* videtur dicendum quòd ſeruetur ius antiquum, quia hoc cap. eſt correctorium, & ſtrictè intelligendum, vt in Bulla Pij V. Nauarr. *d. conſ. 33.*

CAPVT IV.

Breue eſt, non ſummatur.

1 PRæterea [a] ſancta Synodus, eiſdem, & aliis grauiſſimis de cauſis adducta, impedimentum, quod propter 2 *affinitatem a ex fornicatione* contractam inducitur, & matrimonium poſtea factum dirimit; ad eos tantùm, qui in primo, & 3 *ſecundo gradu* coniunguntur, reſtringit: *β in vlterioribus* verò gradibus ſtatuit, huiuſmodi affinitatem matrimonium poſtea contractum non dirimere.

[a] Ca. quadam cũ mulus ſeq. 32. q. 7 & toto tit. de eo qui cogn. conſ. vxo. ſua.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

HOc cap. extenditur ad matrimonia contracta ante Concilium Trident. vt ſuprà.

Item, hoc impedimentum affinitatis, non extenditur ad eos, qui ſunt in ſecundo, & tertio gradu, remotior attenditur, *cap. vlt. de conſang.*

Item, qui ſuſpicatus eſt etiam leuiter ſe fornicatum, cum ſorore ſuæ vxoris indiget diſpenſatione, & filij ſunt illegitimi.

Item, in gradu tranſuerſali diſpenſatur ex cauſis ordinariis, & deſcendentibus non niſi ex magna cauſa.

Item, hoc impedimentum non excedit ſecundum gradum, non ſic ſponſalia de præſenti.

Item, coniugatus cognoſcens carnaliter vxoris conſanguineam in tertio gradu non contrahit affinitatem, & poteſt petere debitum coniugale, quia etiam eſt ſublatum impedimentum impediens debitum.

Item, ſi ſponſus de futuro peccet cum amita ſponſę dirimuntur ſponſalia, ſi ſponſam non cognouerat.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a EX *fornicatione.*] Ad *cap. diſcretionem*, de eo, qui cognou. conſ. vxor. ſuæ. Sylueſt. *matrim.* 8. *num.* 14. *& ſeq.* Idcircò qui ſuſpicatur etiam leuiter ſe fornicatum cum muliere, cuius ſororem poſtea duxit in vxorem indiget diſpenſatione, & filij quos ex tali matrimonio procreauit ſunt illegitimi ex Congregationis ſententia, & quòd Eccleſia legitimè potuit impedimenta vſque ad 7. deinde vſque ad quartum, & nunc in hoc caſu vſque ad ſecundum reſtringere, latè explicat Card. Bellarmin. *tom. 2. lib. 1. cap. 29. de matr.* Burſatt. *conſ.* 461. *num. 37.*

β In vlterioribus.] In eiſdem vlterioribus gradibus non ſolùm non dirimitur contractum, ſed nec contrahi prohibetur, ita Pius V. in ſua Bulla 24. declarauit anno 1566. 4. Kal. Decembris anno primo contra id quod dicit Nauarr. *in ſumm. de Sacram. Eccleſ. cap. 22. num.* 42. licèt idem Nauarr. contrarium dicat, *conſ. 3. de conſang. & affinit.*

Congregatio cenſuit affinitatem ſuperuenientem etiam per illicitum coitum diſſoluere ſponſalia contracta de futuro, & peracta pœnitentia, vel parte illius poſſe inceſtuoſum ab Epiſcopo diſpenſari, vt cum alia contrahat. Anglon. 26. an. 1593.

Item, cenſuit ad dignoſcendum an ſubſit impedimentum affinitatis proueniens ex fornicatione, attendi gradum remotiorem, & ideò poſſe contrahi inter eos, qui ſecundo, & tertio, gradibus affinitatis ex fornicatione inductæ coniunguntur, 31. Maij, 1597. intellige autem fornicationem, tunc impedire cum interuenit copula perfecta

perfecta cum feminis mixtione intra vuluam ex vtraque parte, aliàs non oritur impedimentum, etiamſi Virginem deflorauerit. Nauarr. *poſt alios in ſumm. cap. 22. num. 43. per text. in cap. extraordinaria 35. quæſt. 3.*

ADDITIO.

1 *Præterea.*] Vide declarat. 196.

2 *Affinitatem.*] Ex fornicatione affinitas inducitur ad impediendum nuptias, non ad pœnam inceſtus irrogandam, ſecundùm Marſ. *ſing. 254. fol. mihi* 48. quem ſecutus videtur Theſaur. *dec. Pedem. 100. in fin. fol. mihi 122.* vbi concludit quod habens rem cum duabus ſororibus pœna inceſtus plectendus non eſt.

3 *Secundo gradu.*] Intellige quòd in vlterioribus gradibus non ſolùm non dirimit iam contractum, ſed etiam à principio non impedit contrahendum, vt probat iſte *text. in num. eiſdem, & aliis, &c.* iuncto *cap. præcedenti, & cap. non debet, de conſang. & affinit.*

CAPVT V.

SI quis 1 *intra* [a] *gradus* prohibitos ſcienter matrimonium contrahere præſumpſerit, ſeparetur, *α & ſpe* diſpenſationis conſequendæ careat: idque in eo multo magis locum habeat, qui non tantùm matrimonium contrahere, ſed etiam 2 *conſummare* auſus fuerit. Quòd ſi ignoranter id fecerit, ſi quidam ſolemnitates requiſitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eiſdem ſubiiciatur pœnis: non enim dignus eſt, qui Eccleſiæ benignitatem facilè experiatur, [b] cuius ſalubria præcepta temerè contempſit. Si verò, ſolemnitatibus adhibitis, impedimentum aliquod poſtea ſubeſſe cognoſcatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit; *β tunc facilius* cum eo, *γ & gratis* diſpenſari poterit. In contrahendis matrimoniis, vel nulla omninò detur diſpenſatio, vel rarò: &c. idque 3 *ex cauſa*, & gratis concedatur. *δ In* 4 *ſecundo gradu* numquam diſpenſetur, niſi inter magnos Principes, & ob 5 *publicam* cauſam.

a Cap. fin. §. pen. de cland. deſp. Clem. vnica, de conſ. & affin.

b Cap. fin. de imm. Eccl. ca. quia fruſtra de vſu.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

QVi ſunt in quarto & quinto gradu, poſſunt contrahere ſine diſpenſatione. Idem ſi ſint in tertio, & quinto.

Item, quando dubitatur, An ſint in quarto, vel quinto, Ordinarius arbitrabitur, qui teſtes, vel probationes magis probant, & illis credat.

Item, cauſæ legitimæ diſpenſandi in gradibus prohibitis ſunt hæ, Anguſtia loci, quando non inueniuntur paris conditionis, quando Diues in quarto gradu vult ducere pauperem, vel indotatam conſtituendo illi dotem, vel propter ſedandas lites, vel inimicitias.

Item, quando conceditur diſpenſatio ob incompetentem dotem, ſufficit quòd hæc incompetentia ſit reſpectu perſonarum, quæ degunt in loco mulieris, & ſi in vicinis locis ſint, qui mulierem acciperent cum illa pauca dote, tamen diſpenſatio valet, & non vitiatur.

Item, diſpenſatio data propter inimicitias poteſt exequi, etiamſi non ſit inter affines, & conſanguineos, ſed inter ſponſum, & parentes conſanguineos, vel affines.

Item, pro examinandis teſtibus in executione diſpenſationis matrimonialis Epiſcopus poteſt committere Ordinario inferiori, ſed non cogitur, quia poteſt cogere teſtes, vt ad ſe veniant.

Item, Ordinarius cui committitur talis diſpenſatio, gratis debet præſtare ſuum officium examinando teſtes, & ſumendo certas informationes, ſicut gratis conceditur diſpenſatio.

Item, ſtatutum etiam factum in Synodo prouinciali concedens Epiſcopis certum

quid accipere in cauſis commiſſorijs non habet locum in diſpenſatione matrimoniali. Notarius autem quartam partem vnius ducati, vel aurei accipere poteſt.

Item. Officialis Epiſcopi, ſeu Ordinarij nihil poſſunt accipere pro diſpenſatione in cauſa matrimoniali ad eos remiſſa, non obſtante quacumque etiam immemorabili in contrarium, ſicut nec ipſi Epiſcopi.

Item, cùm dicitur gratis concedenda diſpenſatio, habet locum in compoſitionibus, non in mercede, quæ propter bullarum expeditionem ſoluitur.

Item, pro litteris abſolutionum, vel diſpenſationis in foro conſcientiæ nihil à quoquam accipi poteſt.

Item, contrahens ſcienter intra gradus prohibitos eſt excommunicatus, Clem. *de conſang. & affinit.* & confiſcantur bona.

Item, qui committit inceſtum, deinde obtinet diſpenſationem non facta mentione copulæ, diſpenſatio eſt obreptitia, ſecùs ſi copula eſſet adulterina, quæ nec impedit, nec dirimit.

Item, Ordinarius non poteſt diſpenſare in aliquo gradu conſanguinitatis, vel affinitatis pro contrahendo.

Item, nec Epiſcopus, nec Vicarius pro labore in executione diſpenſationis Papæ quicquam poteſt accipere.

Item, quod dicitur de ſecundo gradu, intelligitur, tùm in conſanguinitate, tùm in affinitate, & non de cognatione ſpirituali, vel legali.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *ET ſſe.*] Videtur perpetuum impedimentum, & depoſitionis vim habet, arg. *cap. 1. de temp. ordin.* Rayner. *in tit. de form. confecr. ver. in ſumma.* nota eſt præterea excommunicatus, Clemen. 1. *de conſang. & affinit.* Item, confiſcantur eius bona, *in authen. de inceſtuoſ. nupt.* §. 1. *col.* 2. Bertazzol. *conſ.* 96. *& ſeq.* & intellige hunc text. quando ſubeſt impedimentum cognationis, quia aliàs defectus ſolemnitatum licèt annullaret contractum, non tamen impediret de nouo adhibitis ſolemnitatibus ad contrahendũ, in hoc verò caſu nũquam de nouo contrahere poſſet, ſuper. *cap.* 1. ibi ad ſic contrahendum, & *argum. cap. commiſſa, de electionib. in* 6. Et non ſolùm cum eadem numquam contrahere poterit; ſed quandoque, neque cum alia, & ſic in pœnam perpetuò priuabitur facultate contrahendi, & qui propinquam, 35. *quæſt.* 2. *& cap. tranſmiſſæ.* de eo, qui cogn. conſ. vxor. ſuæ, vbi gloſ. quia crimen inceſtus impedit perpetuò contrahere, *cap.* 1. *&* 2. vbi Doct. *de eo, qui cogn. &c.* quam prohibitionem extendit Hoſtien. *eod. tit. propè fin. vſque ad quartum gradum.*

β *Tunc facilius.*] Semper enim præſumendum eſt pro matrimonio, cuius cauſa eſt fauorabilis, vt ſtet. Dec. *in cap. Dilecte, num.* 3. *& ſeq. de appellat.* quod quomodo intelligatur, vide per Ferret. *conſ.* 196. *n.* 10.

γ *Et gratis.*] Decretum hoc quod diſpenſationes matrimoniales gratis concedantur, habet locum in compoſitionibus, non in mercede quæ propter Bullarum expeditionem ſoluitur ex Congregationis ſententia, vel habet locum, ne Epiſcopi, vel eius Vicarij pro mercede laboris quem in ea re ſuſceperint aliquid capere poſſint; Notarij verò pro examine teſtium quartam partem aurei, ſeu ducati licitè accipere poſſunt, pro litteris autem abſolutionum, & diſpenſationum in foro conſcientiæ tantùm, nihil à quoquam accipi poſſe, quemadmodum Romæ ſeruatur.

δ *In ſecundo gradu.*] Quæritur an habeat locum hoc decretum in ſecundo gradu matrimonij contracti, & non conſummati, vt Papa non diſpenſet, niſi inter Principes magnos, & ob publicam cauſam, pro affirmatiua dicitur, quòd matrimonium contractum per verba de præſenti dicitur ratum, & eſt perfectum Sacramentum, nec per copulam adiicitur ei aliquid ad eſſentialem profectionem, ſed ad accidentalem tantùm, vt per D. Thom. & Ricard. *in* 4. *diſt.* 41. *art.* 1. & per Siluef. qui eos refert, matrimonium, *par. num.* 4. & matrimonium 8. *nu.* 14. Anton. *in* 3. *par. tit.* 1. *c.* 21. §. 3. Roſel. Papa *num.* 2. idque probatur ex iuris clauſula. quòd nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit. *l. nuptias, ff. de reg. iur.* vbi Dec. *in princ.* Idem 27. *quæſt.* 2. *cap. ſufficit, & cap. matrimonium*; ſolo enim conſenſu matrimonium contrahitur, *cap. cùm locum de ſponſ.* & contractum per verba de præſenti, præfertur ſecundo poſtea contracto, etiam ſubſecuta copula, *cap. fin. de ſponſ. duor.* Adden. Sot. *in* 4. *diſtinct.* 41. *verſ.* 2. quod licèt copula

copula aliquid addat ex accidenti, tamen per matrimonium ratum efficacius impedimentum contrahitur, quàm per ſponſalia, ex quibus ſponſalibus oritur iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum, *vt ſuprà cap. 3.* & ſicut per copulam fit quòd ſit vna caro; ita per matrimonium ratum per quod trahitur facultas corporum ad eandem copulam, dicitur fieri etiam vna caro; quapropter ex matrimonio rato oritur affinitas, in qua ſicut in conſanguinitate habebit locum præſens decretum, quia æquiparata ſunt, *cap. non debet, de conſang. & affinit.* vide Ioann. à Turrecrem. *in d. cap. matrimonium, 27. quæſt. 2.* Couar. *in 2. par. cap. 1. per tot. §. ſequen. in prin.* & *num. 4. fol.* 180. *& ſequen.* qui plenè diſputat. Canoniſt. aliter tenentes dicunt affinitatem non naſci ex matrimonio, niſi ſecuta copula naturali, quæ repræſentat conformitatem carnis inter Chriſtum & Eccleſiam, & volunt quòd ex matrimonio rato oriatur iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum, de quo ſuprà *cap. 3.* Atque idcircò intelligunt textum hunc procedere in matrimonio contracto, & conſummato, cuius prohibitio durat vſque ad quartum gradum, *d. cap. non debet.* Archid. *in cap. vnio, de ſponſal.* Hinc dicebant, quòd in primo, & ſecundo gradu matrimonij rati, Papa conſueuit diſpenſare, etiam ſine cauſa ex poteſtate abſoluta, & cum aliqua iuſta cauſa ex poteſtate ordinaria, vt probant factum per multa exempla, ea inquam ratione, quia ex matrimonio rato non oritur affinitas, ſed iuſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum, quod eſt ferè affinitati ſimile. Ita poſt Ancar. Hoſt. & plures alios quos allegant, tenet Dec. *conſ. 112. num. 3.* Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 26. de Conſtit.* Soccin. *conſ. 28. c. quæſitum primũ, par. 1.* Pariſ. *conſ. 51. num. 14. lib. 4.* Ferret. qui plura congerit *conſ. 132. num. 19.* poſt gloſ. *in cap. ex publico, in ver. conſummatum, de conuerſ. coniug.* & huic opinioni videtur accedere, *Can. 6. ſuper eadem ſeſſ. de matrim.* ex quorum dictis infertur quod in ſecundo gradu matrimonij rati, & non conſummati non eſt opus diſpenſare, quia hòdie impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis non excedit primum gradum; facit quoque opinio Canoniſtarum contra Bullam. fœl. record. Pij V. qua declaratum fuit impedimentum prædictum, de quo *ſuprà cap. 3.* non procedere, niſi ex ſponſalibus de futuro, ſi valida fuerint; mihi placet prima opinio, quia Concilium hîc loquitur de matrimonio, ſed *ſuprà cap. 3.* loquitur de ſponſalibus & propriè loquendo diſpoſita in matrimonio non habent locum in ſponſalibus. Ita Couarr. *vbi ſuprà & par. 2. cap. 4. num. 4.* Et licèt ſponſalia ſint in duplici genere, ſemper tamen, ſiue quoad mentem & verba, ſiue quoad interpretationem ſunt de futuro. Dec. *conſ. 368. per tot. tom. 3.* Rot. *deciſ. 450. de ſponſ. impub. in nou.* & Dec. *conſ* 681. *vol. 4. per tot.* Re denique ferueute. Congregatione Illuſtriſſimorum Patrum diſcuſſa, decretum per eos fuit, *cap. 3. ſuper eodem*, loqui etiam de ſponſalibus de futuro, iuxta Bullam prædictam fœl. record. Pij. V. textum verò hunc loqui de matrimonio contracto, & conſummato, quia verba contextus id eſſe oſtendunt. De matrimonio rato nihil habere in hoc Concilio Tridentino, ſed illud prout de iure eſſe maius quoddam impedimentum quàm ſint ſponſalia, & idcircò remittendum iuris diſpenſationi, & prudentiæ S. D. N. qui pro rerum & cauſarum varietate, & neceſſitate prouidebit in ſingulis caſibus. An autem ſecundus gradus inæqualis, videlicet Patrui cum nepte ſit de iure diuino diſpenſabilis. Rot. diſputauit, ſed nihil reſoluit, *par. 3. diu. lib. 3. deciſ.* 746.

Epiſcopus poteſt diminuere pœnitentiam iniunctam à Papa, & in alia opera commutare. Prax. Neapol. *lib. 1. cap. 25.* debet autem Epiſcopus priùs exigere pœnitentiam, & poſtea exequi diſpenſationem. Itidem nec valet diſpenſatio non facta mentione de inceſtu ibidem, probatio conſanguinitatis eſt difficilis, & ideò poteſt fieri per indicia, & coniecturas. Maſcard. *de probat. vol. 1. concluſ. 409. & ſeq.* per teſtes, & *concluſ. ſeq.* per famam & nominationem ſcienter contrahentes in caſu prohibito, ſunt ſtatim ſeparandi ex Congregationis ſententia, ad Epiſcopum Illerden. cauſa diſpenſationis, pro nobilibus intelligitur ſecundùm vſum illius loci, ex Congregationis ſententia, ſi Papa committat alicui Epiſcopo diſpenſationem, & non poteſt Epiſcopus ſubdelegare, niſi cauſæ cognitionem. Menoch. *tom. primo, conſ. 17. per tot.*

ADDI

ADDITIO.

1 *Intra gradus.*] Sic contrahentes ſunt excommunicati, Clem. *vnic. de conſang. & affinit.* incurritur etiam ex copula excommunicatio, vide *reg. Canc.* 47. vbi antea concedebatur diſpenſatio, ſed etiam ſeparatione temporali, vide Couarr. *in epit. de ſponſ. par. 2. cap. 6. §. 10. num. 13.* Nauarr. *in conſ. 5. de conſang. & affin. in prima impreſſ. fol.* 140. *num.* 4. Euch. *in inſtit. maiori, tit. 13. num.* 18. *fol.* 640.

2 *Conſummare.*] Sic Mandoſ. *de ſign. grat. fol.* 48. Nauarr. *in man. cap. 22. num.* 82. Ant. Cordub*en. fol.* 143.

3 *Ex cauſa.*] Vide *declar.* 275.

4 *Secundo gradu.*] Conſanguinitatis, vel affinitatis, quia hoc cap. non comprehendit impedimentum, iuſtitiæ publicæ honeſtatis, Nauarr. *conſ.* 8. *de conſang. & affinit. num.* 8.

5 *Publicam.*] Ob priuatas cauſas, ſecùs & quinque cauſis concurrentibus, non obſtante decreto Concilij Tridentini, infrà *ſeſſ. 25. de Reform. cap.* 18. vt hic reſpondit. Ruin. *conſ. 6. de conſang. & aff. in 1. impreſſ.*

CAPVT VI.

Inter raptorem, & raptam, quamdiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, nullum conſiſtit Matrimonium. Raptor dotet raptam, ſiue eam ducat, ſiue non. Excommunicantur conſentientes raptui.

Decernit ſancta Synodus, inter 1 *raptorem*, & raptam, α *quamdiu* ipſa in poteſtate raptoris manſerit, nullum poſſe conſiſtere Matrimonium. ᵃ β *Quòd ſi rapta* à raptore ſeparata, & in loco tuto, & libero conſtituta, illum in virum habere conſenſerit; eam raptor in vxorem habeat; & nihilominus raptor ipſe ac omnes illi conſilium, auxilium, & fauorem præbentes, ſint ipſo iure γ *excommunicati*, δ *ac perpetuò infames*, omniúmque dignitatum incapaces, & ſi Clerici fuerint, de proprio gradu decidant. Teneatur præterea raptor mulierem raptam, ſiue eam vxorem duxerit, ſiue non duxerit, decenter 2 *arbitrio iudicis* dotare.

ᵃ Cap. fin. de rapt. vide Cõcil. Chalced. c. 26. cap. eos, & ca. de puellis, 36. q. 1. Conc. Chalced. cap. 27. Concil. Vormatien. c. 27. Exod. 21. c. 1. de adult.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

Si in ſuppoſitione, pro diſpenſatione ad contrahendũ non fuit facta mentio de raptore, diſpenſatio eſt ſubreptitia, & Epiſcopus deneget executionem matrimonij licèt rapta ſit ſeparata, & poſita in loco tuto, & libero, & velit raptorem in virum prout in decreto, imò poteſt etiam denegare diſpenſationis executionem donec effectualiter decenter raptam dotauerit.

Item, qui rapiunt mulieres non ad effectum contrahendum, ſed ad alium finem, ſunt excommunicati in hoc cap. Nauarr. *cap. 27. num.* 150.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *Quamdiu.*] Olim non poterat matrimonium contrahi eadem die, vel ſequenti Feret. *conſ. 79. num.* 11. & per hunc textum corrigitur ius commune, vt in *cap. accedens, de raptor.* non enim ſufficit conſenſus raptæ donec eſt in raptoris poteſtate, vt hic: quòd autem matrimonia metu iuſto contracta ſint nulla, vide per Nauarr. *in ſumm. cap. 22. & 50. & ſeq.* Verall. *par. 2. deciſ.* 221. & de matrimonio cum rapta, vide Boër. *deciſ. 100. num.* 17. & quod iſte text. ex identitate rationis impediret etiam ſponſalia. Nauarr. *de conſang. & affinit. conſ. 3. num. 5. vſque ad fin.*

β *Quòd ſi rapta.*] Quæritur an rapiens, & ſtuprans

ſtuprans Virginem per vim, non tamen eam aliò adducens, dicatur raptor, vel ſtuprator, ad effectum huius text. & verius eſt vt ſit ſtuprator, non autem raptor, quia raptus non poteſt eſſe, niſi per vim mulier dimoueatur, & transferatur de loco ad locum. Ita conſului, & reperi poſtea conſuluiſſe Nauarr. *par. 2. lib. 5. de rapt. conſ. 5.* licèt idem poſtea *conſ. 3.* dicat ſufficere perſuaſionem, & mulier exeat de domo, ſub *num. 1.* multa de raptu, vide in Prax. Neapol. *lib. 1. cap. 27. num. 14.* & raptor eſt, etiamſi non cognoſcat carnaliter, & de pœna grauiſſima raptoris, vide latiſſimè Specul. aur. *comm. opin. quæſt. 596.* ſed accedente conſenſu mulieris, & tractatu matrimonij pendente non eſt raptus, Toletan. *lib. 1. cap. 41.*

γ Excommunicati.] Hæc excommunicatio non eſt reſeruata, & procedit hic text. in raptu cauſa libidinis, & matrimonij, dummodò mulier non conſenſerit, *cap. cum cauſa raptor.* vbi Abb. & dummodò, vt ſuprà dictum eſt, adducatur de loco ad locum ad effectum abducendi, non autem cauſa commodioris libidinis. Card. Tolet. *vbi ſuprà verſ. quinta habetur*, an ſi raptor raptam carnaliter non cognouit puniri debeat hac & aliis pœnis de iure, dic vt ſuprà, ſi per ipſum non ſtetit quin cognoſceret, ſecùs autem ſi per ipſum ſtetit, vt concludit Hier. de Caual. *in lib. Comm. contr. comm. quæſt. 596. per tot. tom. 2.*

δ Ac perpetuò infames.] Intellige ipſo facto, & ſic eſt infamia iuris ex facto proueniens. Nauarr. *de rapt. conſ. 3. num. 2.* quæ ſtatim abſque iudicis miniſtro incurritur.

ADDITIO.

1 *Raptorem.*] Vide *cap. cum cauſa.* vbi Doct. *de R. [illegible] Canc. 26. & in cap. 6.* ibi ſint ipſo iure excommunicati, & *cap. eos, qui 32. q. 5.*

2 *Arbitrio iudicis.*] Menoch. *de arbitr. iud. caſ. 149. num. 35. fol. mihi 160.* vel latè quando dicatur dos congrua.

CAPVT VII.

Quomodo vagabundi coniungendi matrimonio.

MVlti ſunt, [a] qui vagantur, & incertas habent ſedes, &, vt improbi ſunt ingenij, prima vxore relicta, aliam & plerumque plures, illa viuente, diuerſis in locis *α ducunt.* Cui morbo cupiens ſancta Synodus occurrere, omnes, ad quos ſpectat, paternè monet, ne hoc genus hominum vagantium ad matrimonium facilè recipiant: magiſtratus etiam ſæculares hortatur, vt eos ſeuerè coërceant: *β Parochis* autem præcipit, ne illorum matrimoniis interſint, niſi priùs diligentem inquiſitionem fecerint, & re ad Ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint.

[a] De iis, & ca. 25. Concil. Agathen.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

HAbentes incertas Sedes non ſunt admittendi ad matrimonium, tamen ſi admittuntur, matrimonium tenet ſeruatis ſeruandis.

Item, mulier, quæ per octo annos in vna eadémque terra habitat non dicitur vagans.

Item, ſi contingat alienigenas paruo tempore habitare in vna terra, & cognoſcatur non eſſe vagabundus, Parochus earum erit, in cuius Parochia habitant tempore celebrandi.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α DVcunt.] Nauarr. *de ſponſ. conſ. 17.* & *conſ. 2. num. 1. & tot. tit. de ſponſal. duor.* dixi ſuprà *ad Can. 2.*

β Parochis.] Quod ſi Parochus re non diligenter examinata, & ſine Ordinarij licentia matrimonium contrahi fecerit,

matrimonium quidem validum eſt, ſed Parochus pœnam meretur ex Congregationis ſententia.

CAPVT VIII.

Concubinarij cuiuſcumque ſint conditionis, feriantur excommunicatione, ſi ter moniti non abſtinent à conuerſatione nefanda. Mulieres concubinæ, ſi ter monitæ non abſtinent, extra territorium, ac Diœceſim trudantur, aliis pœnis in ſuo robore permanentibus.

1 G*Raue* peccatum eſt, homines ſolutos concubinas habere; grauiſſimum verò, & in huius magni Sacramenti ſingularem contemptum admiſſum, [a] vxoratos quoque in hoc damnationis ſtatu viuere, ac audere eas quandoque domi etiam cum vxoribus, alere, & retinere. Quare, vt huic tanto malo ſancta Synodus opportunis remediis prouideat, α *ſtatuit huiuſmodi* concubinarios, tam ſolutos, quàm vxoratos, cuiuſcumque ſtatus, dignitatis, & conditionis exiſtant, ſi poſtquam ab Ordinario, etiam ex officio, ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non eiecerint, ſéque ab earum conſuetudine non ſeiunxerint; [b] excommunicatione feriendos eſſe; à qua non abſoluantur, donec re ipſa admonitioni factæ paruerint. β *Quòd ſi* in concubinatu per annum, cenſuris neglectis, permanſerint; contra eos ab Ordinario ſeuerè pro qualitate criminis procedatur. γ *Mulieres,* [c] ſiue coniugatæ, ſiue ſolutæ, quæ cum adulteris, ſeu concubinariis publicè viuunt, ſi ter admonitæ non paruerint; ab Ordinariis locorum, nullo etiam requirente, ex officio grauiter pro modo culpæ puniantur; & 2 *extra oppidum*, vel Diœceſim, ſi id eiſdem Ordinariis videbitur, inuocato, ſi opus fuerit, brachio ſæculari, eiiciantur: aliis pœnis, δ *contra adulteros*, & concubinariis inflictis, in ſuo robore permanentibus.

a Infr. Seſſ. 25. cap. 14. de ref. Concil. Rom. ſub Nic. 1. in fin. Conc. Lat. ſub Leone X. Seſſ. 9. de ref. Curiæ & aliorum, verſ. concubinarij.

b Concil. Tolet. 1. c. 17. ca. is qui, 34. diſt.

c Concil. Arelat. 2. c. 3. ca. fraternitatis, 34. diſt. ca. ſi concubinæ, de ſentent. excom. ca. 2. in fin. de cohab. Cler. & mul.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

TRina admonitio contra concubinarios requiritur quando ſunt excommunicandi, ſed ſi iudex vult eos mulctare pecuniis, non requiruntur hæ ſolemnitates, & vbi eſt conſuetudo in matrimonio procedendi poterit illam ſeruare.

Item, hoc decretum intelligitur de eo, qui cum diuerſis concubinis deprehenditur.

Item, contra hos poteſt procedi non ſolùm in viſitatione ex officio, ſed omni tempore, & quolibet modo.

Item, qui ſtat in concubinatu per annum, etiam cum diuerſis concubinis incidit.

Item, adulteris, & concubinariis publicis vltra exilium poſſunt cumulatiuè alias pœnas iuris imponere.

Item, iudices ſæculares non poſſunt inhibere iudici Eccleſiaſtico, vt ſeruet formam trinarum admonitionum.

Item, per hoc cap. non tolluntur priuilegia Regularibus, de habilitandis illegitimis ad dignitates, & gradus illorum.

(Quæ dicitur concubina, an ſit cauſa Eccleſiaſtica, & alia in Facchinetto, ibidem vide.)

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α S*Tatuit huiuſmodi.*] Concubinarij ab altaris miniſterio repelluntur. Greg. *in regr. lib. 2. cap. 83. d. 33. cap. habuiſſe.* & nati ex

ex concubina retenta domi etiam de iure ciuili* dicuntur ex damnato coitu. Rot. *par.1. diu. deciſ.547.* Add.Specul.aur.*quæſt. 164.pro vtraque parte.* Nauarr. *in ſumm.cap. 16.num.2.& 3. reſponſ.5.* vbi quærit, quæ & quando dicatur concubina,& refert verba huius text.per quæ videtur quòd cognitio cauſarum concubinariorum ſit fori Eccleſiaſtici; & licèt requiratur monitio, fallit tamen in notorio concubinario. Diaz.*cap. 73.in fin. de concubin.* Item, fallit quando per Capitula Synodalia, quæ quotannis promulgantur præceſſit monitio, & quæcumque quoad pœnam ſtatuta ſunt in Clericos, dic etiam habere locum in Laïcos. Diaz. *vbi ſuprà.* Quibus adde quòd concubinæ Clericorum ſunt fori Eccleſiaſtici, *32.d.cap.eos, qui repert.Inquiſ.in ver.forus, ver. Concubina.* Abb. *in cap.Clericorum, num.7.de vit.& honeſt.Cler.* Petr. de Ancar. *conſ.159.*& quòd hoc delictum ſit merè Eccleſiaſticum, & cognitio pertineret ad iudicem Eccleſiaſticum,tenet Abb.*in cap.cum ſit generale,de foro compet.*& dicit eſſe communem opinionem. Bermond.*de Concubin. fol.304.nu.2.* refert Iul. Clar. *in §.fin.quæſt. 37.verſ.quæro etiam,*quoniam concubinatus de iure Canonico propter peccatum fornicationis, ex quo conſequeretur maximum inconueniens, quòd liceret laïcis impunè retinere concubinas, ſic Epiſcopi non poſſent quod Magiſtratibus ſæcularibus non licet, ex Congregationis ſententia.

β Quòd ſi.] Nam perſeuerantia in malo ſicut geminatio auget delictum. Bart. & alij *in l.1.C.de ſupr. exact. lib.10.* Marſil. *ſing. 375.n.2.*latè Maſcard.*de prob.vol.2.concl.*858.

γ Mulieres.] Quæ ſint veræ concubinæ, & de ſeptem qualitatibus quæ requiruntur,vide Rot.*par.2.diu.deciſ.*254. & quomodo Epiſcopus poſſit procedere cõtra concubinarios, vide per Nauarr. *de offic.ordin. conſ.* 8. multa per Maſcard. *de probat. lib.1. conc.34.& ſeq.fol.249.*

δ Contra adulteros.] Adulteri hodie puniuntur pœna mortis.Franc.*deciſ.240.num. 5.* quinimò de iure Regni maritus poteſt impunè occidere vxorem in adulterio deprehenſam,*idem deciſ.678.*

ADDITIO.

1 Praue.] Vide infrà *ſeſſ.25. cap. 4. de reformi.* vbi addo, quòd procedatur per denunciationem, & Inquiſitionem, & ad hoc cap. vide Graff. *dec. aur. Concil. lib. 2. cap.75.*

2 Extra oppidum.] Fuit dubitatum, an mulieres, quæ cum adulteris, & concubinariis publicè viuunt, poſſint vltra exilium aliis etiam pœnis contra adulteros, & concubinarios inflictis cumulatiuè puniri, & Congregatio 9. Nouembris 1586. cenſuit poſſe, & tunc dicebam, quòd vbi noua Conſtitutio inducit pro eodem delicto pœnam diuerſam ab ea, quæ eſt de iure communi, vtraque infligitur, *lib.3.de liber.exhiben.*Io.Andr. *in cap felicis,num.8.de pœn.in 6.* maximè quando lex merè cumulatiuè de alia noua pœna procedit, *l. qui ita de dot. præleg.* Bald. *in cap. de cauſis, de offic. deleg.* Felin. *in cap. qui olim.num.3.ver. fallit 2. de iud.*

CAPVT IX.

Domini ac Magiſtratus cogentes directè, vel indirectè, minis & pœnis ſubditos ſuos ad certa Matrimonia contrahenda cum certis perſonis, ipſo facto excommunicantur.

ITa plerumque temporalium *α dominorum*, *ac magiſtratuum* mentis oculos terreni affectus, atque cupiditates excæcant, vt viros, & mulieres, ſub eorum iuriſdictione degentes, maximè diuites, vel ſpem magnæ hæreditatis habentes minis & pœnis adigant cum iis Matrimonium inuitos contrahere, quos ipſi domini, vel Magiſtratus illis præſcripſerint.[a] Quare cùm maximè nefarium ſit, Matrimonij *β libertatem 1 violare*; & ab eis iniurias naſci, à quibus

a Cap.cum locum, c. requiſiuit, & cap.

quibus iura expectantur: præcipit ſancta Synodus omnibus, cuiuſcumque gradus, dignitatis, & conditionis exiſtant, ſub γ *anathematis pœna*, [b] quam ipſo facto incurrant, ne quouis modo directè, vel indirectè ſubditos ſuos, vel quoſcumque alios cogant, quo minùs liberè Matrimonia contrahant.

Gemma, de deſponſatione impuberum.
b Conc. Pariſ. 1.c.6.c.nullus 36.quæſt.2.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

NOn comprehendit priuatas perſonas, ſed Dominos temporales, & Magiſtratus cuiuſcumque dignitatis, excommunicatio.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

ª D*Ominorum, ac magiſtratuum.*] An ipſa excommunicatio extendatur ad priuatas perſonas, & videtur quod ſic, per *cap.fin.32.quæſt.2.& cap.nullus, 36. quæſt.2.* & cum non diſtinguant nec nos diſtinguemus, argum. *l. de pretio. de publ. indemn.* & Concilium debet intelligi ſecundùm illa iura, ne inducatur legum correctio, *l. pen.* vbi Bald.*cap.per quas perſonas,num. 6.* & ita intelligit hunc text. Nauarr. *in ſumm. cap. 27.excom.54.num.*150.& clarius, vel manuale vulgare *delle cenſure.fol.898.verſ.la ſecunda*, Synodo, & poſt eum Cathed. Neapol. ſub Card.Placen.*in tit.excomm.ex Conc.Trident.cap.11.num.9.fol.*212. Cùmque ſimus in caſu exhorbitanti à iure communi etiam in pœnalibus ſit extenſio, etiam de perſona ad perſonam, *l.1. C. de rapt. virg.* quæ loquitur in maſculo rapiente, & tamen extenditur ad fœminas, per gloſ.& Doct.*ibidem*, de quo per Felin.*in cap.nonnulli,col.23. verſ. & fauore, de reſcript.* ſed pro parte negatiua videtur æquior, facit quod Concilium exprimit Dominos & Magiſtratus, & ſi voluiſſet priuatos exprimere expreſſiſſet, & ratio differentiæ eſt quod non eſt ita facilè priuatis perſonis, ſicut Dominis & Magiſtratibus matrimonia impedire, nec deſunt alia iuris remedia ad coercendum priuatos, nullo modo ſit extenſio, vt per gloſ.*in d.cap. 1. in verb. Italiæ, de temp. ordin.lib.6.*& per not. *in l.quas rationes,C.de ſacroſanct. Eccleſ.* & in illud *cap. ad l.Aquil.* Dec.*conſ.*444.*num.*17. & habetur *in cap.fin. de elect.lib.6.* vbi gloſ. Agitur hic etiam de extenſione pœnæ de perſona expreſſa in perſonam non expreſſam, quæ non poteſt fieri per *l.ſi ita quis.ff.de pœn.*Iaſ.*in l.cum res not.6.de leg.*1.Abb.*conſ.57. num. 5. ver. Item, Cùm ſimus.vol.*1.Dec.*conſ.*81.*col. 4.* Aym.*conſ. 167.num.11.vol.*1.Card.*in Clem.1. quæſt.22.de vſur.* Et cum imponatur pœna ipſo iure, non ſit extenſio, *cap.ſuper ſpecul.* vbi gloſ.*fin. ne Cler.vel Monach.* & *cap. 1. eodem tit.lib.6. ad not.in cap.ſtatutum.de elect. lib.6.* & per Io.Andr. *in reg. odia reſtringi. de reg. iur.* in primis quoque conſiderandum eſt quòd excommunicatio, præſertim anathematis, eſt grauiſſima pœna, qua non eſt in Eccleſia maior.*cap.corripiantur,24.quæſt.3.* Io. de Lignag.*in tract.de cenſ.Eccleſ.*§. 20. *ſub num. 2.tom.3.fol.*186.Luc.Silu. *in tract. de feud.recog.quæſt.7.num.2.tom.7.fol.95.*& æquiparatur pœnæ mortis, vt per Ludou.Montal.*de reper.ſent.pil.art.num.28.tom.3.fol.11.* & idcircò non ſine magna rationabili cauſa, & matura deliberatione fieri debet, vt per gloſ. *in cap. præſenti, de ſent. excomm.lib.6.* Concil. Trid. *infrà ſeſſ. 25. cap.3.* vbi autem imponenda grauis pœna, nullo modo ſit extenſio, argum.*l.quod vero.de leg.de pœnit. d.1.cap.pœnæ faciunt*, not. in *l.1.de verb.ſign.* & tenendo hanc opinionem non ob. *cap. fin. 32. quæſt. 2.* iuncto *cap. nullus 36. par.2.* Quia Doct.dicunt illum procedere contra impedientes propoſitum caſtitatis in virgine, vel vidua, & magis facit ad *cap.18.infrà ſeſſ. 25. de regul.* Non obſtat Nauarr. & Cathec. quia ſine Canone ſinéque lege loquuntur. Minus obſtant allegata pro extenſione, quia hic ſumus in grauiſſima pœna de perſona in perſonam ipſo facto irrogata, cum aliqua ratione diuerſitatis, & tertium cenſuit S. Illuſtriſſimorum Congregatio de mente etiam S.D. N. & ita videtur tenere Card. Toletan. in ſua Summ. *lib.1.cap.41.verſ.6.habetur.*

b Libertatem.] Matrimonium enim omnimodam libertatem requirit. *l. Titia* §. *idem reſpondit.ff.de verb.oblig cap.gemma.de ſponſ.*Doct.*in l.ſi cum dotem.*§.*eo autem tempore.ff.ſol.matrim.* & poſt Dec.*in cap.cauſam matrimo*

Digitized by Google

matrimonij, de offic. deleg. num. 24. & ibidem Fel. *num.* 2. *cum ſeq. cap. cum ſolùm de ſponſal. cap. ſignificauit, de eo, qui duc. matr.* Nauarr. *in ſumm. cap.* 22. *num.* 5. adde quòd matrimonium, vi vel metu contractum eſt ipſo iure nullum, nec eſt neceſſe, quòd reſcindatur per actionem quòd metus cauſa, gloſ. *in l.* 1. *in fin. ff. de auct. tut.* gloſ. *in l. ſi mulier.* §. *ſi dos. ff. quod met. cauſ.* quam Abb. dicit *ſingul.* ſequitur Iaſ. *in l. pacta nouiſſima. col. pen. verſ. & ita quod matrimonium. C. de pact.* Bald. *in l. cùm Archimedorum. col. fin. verſ. vlterius quaero. C. vt impeſſ.* & quod dicitur de metu non procedit, vt matrimonium filiæ inualidetur ob reuerentiam Patris. *l. ſi Patre, de rit. nupt.* gloſ. *in cap. Patris* 20. *quæſt.* 3. Alex. *in l.* 1. §. 1. Quar. *rer. act.* non detur, licèt de hoc vltimo dubitari poſſit per conſ. Barbat. 54. *&* 60. in matrimonio autem non ſolùm requiritur conſenſus ſpontaneus, ſed liber. Nauarr. *ordin.* 23. *num.* 2. An autem matrimonium, vi vel metu contractum per ſpontaneam cohabitationem ratificetur pro negatiua. Nauarr. *de ſponſ. ſal. conſ.* 12. *num.* 2.

γ *Anathematis pœna.*] Licèt ſit excommunicatio hæc ipſo facto, abſolutio tamen eſt Epiſcopalis. Cath. Neapol. *lib.* 3. *caſ.* 91. *fol.* 196. Tolet. *lib.* 1. *cap.* 41. *verſ.* ſexta habetur, Theſ. for. Eccleſ. *par.* 2. *cap.* 24. *num.* 13.

ADDITIO.

1 *Violare.*] Quando compelli quis poſſit ad cõtrahendum matrimonium, vide in Flor. Theol. *quæſt.* 9. *par.* 1. *de Sacram. matrim. quæſt. de eſſent. matrim. art.* 2. vbi an ſit de præcepto quoad ſingulos, & quando ſubditos Princeps compellere poſſit in difficultate, An Matrimonij iuſtitutio fuerit conſilium, vel præceptum, & difficultate ſequenti, *fol.* 474.

Et, An valeat ſtatutum Bonon. quòd puella non poſſit diſpenſari ſine præſentia Patris, vel coniunctorum. Grat. *conſ.* 318. *num.* 19. *col.* 2. *& conſ.* 42. *vol.* 1. Ruin. *in reper. conſil. in ver. ſtatutum*, & ad materiam libertatis matrimonij, vide *ſuprà cap.* 1.

Amplia hîc text. vt nec virtute ſponſaliorum etiam iuramento firmatorum compellendi ſint ſponſi, præcisè ad contrahendum matrimonium, *cap. requiſiuit. de ſponſ.* niſi ex correctione publicum bonum, & conuerſio aliàs Regni ſepararetur, quo caſu compelli poſſent cenſura Eccleſiaſtica, *cap. ex litteris eo.* Flor. Theol. 99. *par.* 1. *de matrim. art.* 4. in difficultate poſuit, ne iudex, *fac.* 442. vide Zabar. *in conſ.* 109. *num.* 3. Hoſt. *in ſumm. de ſponſal.* §. . . . . . Rota *in nouiſ. diuerſ. dec.* 492. *num.* 1. *par.* 1. vbi deciſum fuit quòd quando præceſſerunt ſponſalia iurata, ſponſi compellendi ſunt contrahere per verba de præſenti, niſi cauſa legitima ſupervenerit, quæ contrarium ſuadeat, per *cap. ex litteris, il* 2. & *cap. requiſiuit, de ſponſal.* quæ autem ſit iuſta cauſa arbitrio iudicis committitur, vt ibi *num.* 3. vbi declaratur pro inimicitia contracta, quia ſponſus nolebat adimplere, non eſt iuſta, quando Mulier non timebat iniuriam ſibi inferri, contrarium tenuit. Io. Baptiſta Ferret. *conſ.* 171. *vol.* 1. videtur diſtinguendum, quòd non compellantur præcisè contrahere, ſed poſſint compelli per cenſurã Eccleſiaſticam, vt de nolente fiat volens, & hoc veriùs, & communiùs teſtatur Zabar. *conſ.* 109. *& probat.* Ferrer. *vbi ſuprà.*

Limitandum etiam videtur, quod de libertate matrimonij dicitur, vt non procedat ſimpliciter, non ſecundùm quòd impediri poteſt, ſecundùm Bero. *in cap. in præſentia, num.* 89. *de probat. fol.* 34.

CAPVT X.

Tempora deſignantur, quibus nuptiarum ſolemnitates celebrari non conuenit.

1 AB *Aduentu* Domini noſtri Ieſu ª Chriſti vſque in diem Epiphaniæ, & à α *feria quarta* Cinerum vſque in octauam Paſchatis incluſiuè, antiquas ſolemnium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus obſeruari ſancta Synodus præci-

ª Conc. Laodicen. Can. 52. Conc. Salegunſtadier. c. 3. c. Capellanus, de feriis.

pit: in aliis verò temporibus nuptias ſolemniter celebrari permittit: quas Epiſcopi, vt ea qua decet modeſtia, & honeſtate fiant, curabunt, ſancta enim res eſt Matrimonium, & ſanctè tractandum.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

IN omni tempore poteſt contrahi matrimonium coram Parocho, ſed ſolemnitas nuptiarum, conuiuia, traductiones, ad domum, & carnalis conſummatio prohibetur certis temporibus, Nauar. Syluest. Palud. *Copula non prohibetur.*

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a A *Feria quarta.*] *Cap. Capitaneus, de feriis*, vbi gloſ. *in verb. quocumque*, & vide Rebuff. *in reg. de diſpenſ. in gradu prohibito, num. 35. fol.* 340. quòd intelligit, vt prohibita ſint conuiuia, & ſolemnitates, & ne carnaliter coniungantur. Cæterùm ſponſalia etiam de præſenti non prohibentur, deducitur tempus à Dominica, quę octaua eſt à Reſurrectionis die, vſque ad diem Rogationum excluſiuè, *cap. non oportet 33. quæſt.* 4. Couarr. 22. *par. cap.* 8. §. 11. *num.* 1. itaut ipſa die Dominica celebrari poſſint, ſed Nauarr. ex mente D. Thomæ tenet ſolùm prohibitam eſſe benedictionem, & ſolemnem traductionem. D. Thom. & Palud. *in* 4. *d.* 32. Caiet. *in Summ. verbo nuptiarum peccata.* Silu. *matrim.* 7. *quæſt.* 2. copula verò abſque ſolemnitate nuptiarum, & abſque traductione ſolemni non prohibetur, vt per Nauarr. *in ſumm. cap. 22. num.* 71. contra multorum ſententiam ſeq. Sarn. *de viſit. lib. 2. cap. 3. num.* 21. latè Illuſtriſſimus Card. Bellarminus, *tom. 2. lib. 1. cap. 31. verſ. in altero, fol.* 1251. Congregatio verò cenſuit de aduentu D. N. Ieſu Chriſti, vſque ad diem Epiphaniæ, & à feria quarta Cinerum vſque ad octauam Paſchæ, Conuiuia, nuptiarum ſolemnitates, traductionem ad domum, & carnalem copulam hoc decreto prohiberi: ſed matrimonium coram Parocho, & teſtibus etiam eo tempore contrahi poſſe, ſub die 31. Maij, 1597. Prax. *in ver. matrimonium, quæſt.* 17. vbi vide quòd in hoc caſu poteſt diſpenſare.

ADDITIO.

1 *Ab aduentu.*] Aliàs olim numerabantur hæc tempora, videlicet ab Aduentu Domini, vſque ad Epiphaniā, & à Septuageſima, vſque ad Paſcha, & eius octauam, & à tribus diebus Litaniarum, vſque ad octauam poſt Pentecoſten, de his *cap. oportet 2.33. quæſt.* 4. ſolemnia autem nuptiarum ſunt, nuptialis inductio ſponſæ ad domum, & celebritas conuiuij. Ledeſm. *de matrim. quæſt.* 50. *in ſumm. artic.* 2. *volum.* 11. *& ſeq.* Hæc igitur hic prohibentur, cætera his temporibus ſunt permiſſa etiam ſine veniali peccato, vt ibi, & Philiar. *in man. de imped. matrimon. ſecundi generis, fol.* 210.

Contractus verò matrimonij, denunciationes, ſponſalia, & conſummatio matrimonij non ſolemnis permiſſa ſunt. Philiar. *vbi ſuprà*, ſed quantùm ad cōſummationem contrarium ferè tenuit Abb. *in cap. 2. num. 2. extr. de fer.*

De hac materia, vide Couarr. *in Epit. de ſponſ. cap.* 8. §. 11. *cap. Cappellanos, de fer.* Hoc impedimentum non dirimit contractum. Philiar. *vbi ſuprà.*

Decretum de Reformatione.

Eadem ſacroſancta Synodus, Reformationis materiam proſequens, hæc in præſenti Seſſione ſtatuenda decernit.

CAPVT

CAPVT I.

Norma procedendi ad Epiſcopi creationem Eccleſiæ Dei vtilem hîc datur. Idem in Cardinalium electione teneatur omninò.

SI in quibuſlibet Eccleſiæ gradibus prouidenter, ſcienterque curandum eſt, vt in Domini domo nihil ſit inordinatum, nihilque præpoſterum; multò magis elaborandum eſt, vt in electione eius, qui ſuprà omnes gradus conſtituitur, non erretur. Nam totius familiæ Domini ſtatus, & Ordo mutabitur, ſi, quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite. Vnde, etſi [a] aliàs ſancta Synodus de promouendis ad Cathedrales, & Superiores Eccleſias nonnulla vtiliter decreuit; hoc tamen munus huiuſmodi eſſe cenſet, vt, ſi pro rei magnitudine expendatur, numquam ſatis cautum de eo videri poſſit. Itaque ſtatuit, vt, cùm primùm Eccleſia vacauerit, ſupplicationes, ac preces publicè, priuatìmque habeantur, atque à Capitulo per ciuitatem & Diœceſim indicantur, quibus Clerus, populúſque bonum à Deo paſtorem valeat impetrare. Omnes verò, & ſingulos, qui ad promotionem præficiendorum, quodcumque ius, quacumque ratione, à Sede Apoſtolica habent, aut alioquin operam ſuam præſtant, nihil in iis pro præſenti temporum ratione innouando, horratur, & monet, vt in primis meminerint, nihil ſe ad Dei gloriam, & populorum ſalutem vtilius poſſe facere, quàm ſi bonos Paſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idoneos promoueri ſtudeant; eóſque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, *α niſi, quos digniores,* & Eccleſiæ magis vtiles ipſi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed, eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curauerint, & quos ex legitimo matrimonio natos, & vita, ætate, doctrina, atque aliis omnibus qualitatibus præditos ſciant, [b] quæ iuxta ſacros Canones, & Tridentinæ huius Synodi decreta requiruntur. *β Quoniam verò* in ſumendo de prædictis omnibus qualitatibus graui, idoneóque bonorum, & doctorum virorum *γ teſtimonio*, non vniformis ratio vbique ex nationum, populorum, ac morum varietate poteſt adhiberi; mandat ſancta Synodus, vt in prouinciali Synodo, per Metropolitanum habenda, præſcribatur quibuſque locis, & prouinciis propria examinis, ſeu inquiſitionis, aut inſtructionis faciendæ forma, Sanctiſſimi Romani Pontificis arbitrio approbanda, quæ magis eiſdem locis vtilis, atque opportuna eſſe videbitur: ita tamen, vt, cùm deinde hoc examen, ſeu inquiſitio de perſona promouenda perfecta fuerit, [c] ea in inſtrumentum publicum redacta, cum toto teſtimonio, ac *δ profeſſione fidei* ab eo facta, quamprimùm ad Sanctiſſimum Romanum Pontificem omninò tranſmittatur: vt ipſe Summus Pontifex, plena totius negotij, ac perſonarum notitia habita, pro gregis Dominici commodo de illis, ſi idonei per examen, ſeu per inquiſitionem factam reperti fuerint, Eccleſiis poſſit vtiliùs prouidere. Omnes verò inquiſitiones,

[a] Supr. de ref. Seſſ. 6. c. 1. Seſſ. 7. c. 1. & 3. & Seſſ. 22. c. 2.

[b] Cap. cum in cunctis, & cap. cû nobis olim, de elect. Côc. Lat. ſub Leone X. de ref. Curiæ in prin. Seſſ. 9.

[c] S. D. N. Pius IV. in Bulla ſuper forma iuramẽti profeſſionis fidei.

ſitiones, informationes, teſtimonia; ac probationes quæcumque de promouendi qualitatibus, & Eccleſiæ ſtatu à quibuſcumque etiam in Romana Curia, habitæ, per Cardinalem, qui relationem facturus erit in Conſiſtorio,& alios tres Cardinales diligenter examinentur; ac relatio ipſa Cardinalis relatoris, & trium Cardinalium ſubſcriptione roboretur, in qua ipſi ſinguli quatuor Cardinales affirment, ſe adhibita accurata diligentia, inueniſſe promouendos qualitatibus à iure, & ab hac [d] ſancta Synodo requiſitis, præditos; ac certò exiſtimare ſub periculo ſalutis æternæ idoneos eſſe, qui Eccleſiis præficiantur: ita vt relatione in vno Conſiſtorio facta, quo maturiùs intereà de ipſa inquiſitione cognoſci poſſit, in aliud Conſiſtorium iudicium differatur; niſi aliud Beatiſſimo Pontifici videbitur expedire.

ß *Ea verò* omnia, & ſingula, quæ Epiſcoporum præficiendorum vita, ætate, doctrina, & cæteris qualitatibus aliàs in eadem Synodo conſtituta ſunt, decernit eadem, etiam in creatione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, etiamſi Diaconi ſint, exigenda; quos Sanctiſſimus Romanus Pontifex ex omnibus Chriſtianitatis nationibus, quantùm commodè fieri poterit, prout idoneos repererit, aſſumet. Poſtremò, eadem ſancta Synodus, tot grauiſſimis Eccleſiæ incommodis commota, non poteſt non commemorare,nihil magis Eccleſiæ Dei eſſe neceſſarium, quàm vt Beatiſſimus Romanus Pontifex, quam ſollicitudinem vniuerſæ Eccleſiæ ex muneris ſui officio debet, eam hîc potiſſimùm impendat, vel lectiſſimos tantùm ſibi Cardinales adſciſcat; & bonos maximè, atque idoneos paſtores ſingulis Eccleſiis præficiat, idque eò magis, quòd ouium Chriſti ſanguinem, quæ ex malo negligentium, & ſui officij immemorum Paſtorum [e] regimine peribunt, Dominus noſter Ieſus Chriſtus de manibus eius ſit requiſiturus.

d In dictis locis.

e Ezech. 33. & 34. Act. 20. ſuprà, Seſſ. 6. de refor. cap. 1.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

PRofeſſio fidei ab Epiſcopis nuper promotis eſt omittenda iuxta Bullam Pij Quinti.

Item, hoc decretum extenditur ad omnes prouiſiones locorum regularium quorumcumque,etiam Militiarum.

Item, omnes Doctores, & Profeſſores artium,tàm laici, quàm Regulares tenentur facere profeſſionem fidei per Bullam Pij Quarti, & Ordinarij locorum negligentes ad hoc ſunt puniendi.

Item, nemo Romæ aſſumendus eſt ad Epiſcopatum, vel Dignitatem, niſi habeat bonum teſtimonium in partibus.

Item,quales debent eſſe Cardinales eligendi, id eſt,vt Epiſcopi.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α NIſi quot digniores.] Per hæc verba ſublata eſt quæſtio inter Theologos, & Canoniſtas an ſufficiat eligere, vel præfigere idoneum & dignum,an verò teneatur præponere digniorem; de quo vide oration. Granaten. in lib. qui dicitur Stimulus Paſtorum, *fol. 5. p. 2.* ſufficit ſi bonæ mentis ſit, niſi ſit idoneus. Gregor. *in regi. lib. 4. ep 19.* ex laïco fiat Epiſcopus, idem Gregor. *in regr. lib. 4. 51. 52. & 53.* ſed aliud eſt in foro Poli, aliud in foro Fori, præſertim in beneficio ſimplici. Rot. *par. 2. deciſ. 16. num. 9.*

ß *Quoniam verò.*] Quæ forma fuerit aliàs ſeruata colligitur ex Lateranen. 3. ſub Leone X. *ſeſſ. 9. de Refor. Curat. tom. 4. fol. 631. col. 1.*

*col.*1.& quæ forma olim fuiſſet in vſu, vide per Gregor.*in reg.lib.*2.*ep.* 19. & 26.& *cap.* 54.& 74.*lib.*13.*ep.*39.

γ *Teſtimonio.*] Hoc argumento reſcripſit Congregatio Illuſtriſſimorum DD. Cardinalium ſacr. Cong. Conc. Miniſtro Prouinciæ Boſnævereuti, ne quidem frater Antonius deſertor ſui Ordinis Romæ ſe inuito, vel ignorante aſſumeretur ad Cathedralem, vel aliam dignitatem nemini cuiuſque Ordinis, Romæ mandari Epiſcopatum, aut eius generis honorem aliquem, niſi venerit ornatus certi Teſtimonij fide, & authoritate eorum à quibus commendari debet, Kal.Octobris 1566.

δ *Ea verò.*] Regitur enim Eccleſia eorum conſilio, ſicut oſtium cardine, gloſ. *in c.*2. *de offic. Archid.* Ioann. de Anan.*in cap. ad liberandum de iud.* ſunt enim cardines mundi ſuper quibus vniuerſi orbis machina ſuſtinetur, & reſoluitur. Laced.*in tract.* 1.*de Card.quæſt.*1.& *in* 2.*quæſt.*8. Iidem vniuerſi orbis regendi pondus ferunt. Soccin.*conſ.*99.*vol.*4.dicuntur eſſe iudices vniuerſi orbis. Felin.*in rubr. de maior.& obed.* ij in peragendis vniuerſalis Eccleſiæ negotiis ſummo Pontifici coadiutores aſſiſtunt, *cap.per ven.*§.*rationibus, qui fil.ſint legit.cap. fundamentum.* §. *decet. de elect. in* 6.& cùm in Dei Eccleſia Principatum ſuo iure obtineant, meritò Cardinales, id eſt, principales nuncupantur, gloſ. *in d.cap.*2.*de offic. Archid.* Rom. *conſ.vit.* His de cauſis requiruntur in eorum aſſumptione qualitates in Epiſcopis requiri præſcript. hæc ſancta Synodus, & ad id facit quòd poſt multa Alban.*in tract.de Card.quæſt.*8. poſt B. Ant. *in* 3.*p.ſummæ, tit.*21 §.2. & poſt D.Bernard. *de conſiderat.ad Eugen.lib.*3. *cap.* 3. & vndecumque geniti fuerint ſunt filij Eccleſiæ Romanæ.Gregor.*in regr.lib.*4. *ep.*30.1.*quæſt.* 1.*cap. filium.*

ADDITIO.

1 *Profeſſione fidei.*] Vide infrà eodem *cap.* 12.

CAPVT II.

Quolibet triennio fiant Concilia Prouincialia per ipſum Metropolitanum, aut eo impedito, Coëpiſcopum antiquiorem. Ad ea conueniant quicumque de iure vel conſuetudine intereſſe debent. Epiſcopi nulli Archiepiſcopo ſubiecti eligant vicinum Metropolitanum. In reliquis vigeat eorum exemptio. Synodi Diœceſana quotannis celebrentur, &c.

1 PRouincialia Concilia, ſicubi omiſſa ſunt, pro moderandis moribus, corrigendis α *exceſſibus*, controuerſiis componendis, ª aliiſque, ex ſacris Canonibus, permiſſis renouentur. Quare β *Metropolitani* per ſeipſos, ſeu, illis legitimè impeditis, Coëpiſcopus antiquior intra annum ad minùs à fine præſentis Concilij, & deinde quolibet ſaltem γ *triennio* poſt octauam Paſchæ reſurrectionis Domini noſtri IESV CHRISTI, ſeu alio commodiori tempore pro more prouinciæ, non prætermittat Synodum in prouincia ſua cogere: quò 2 *Epiſcopi omnes*, & alij, qui δ *de iure, vel conſuetudine* intereſſe debent, exceptis iis, quibus cum imminenti periculo transfretandum eſſet, conuenire omninò teneantur. ε *Nec Epiſcopi comprouinciales* prætextu cuiuſlibet conſuetudinis ad Metropolitanam Eccleſiam in poſterum accedere inuiti compellantur. ζ *Iidem Epiſcopi*, qui nulli Archiepiſcopo ſubiiciuntur, aliquem vicinum Metropolitanum ſemel eligant, in cuius Synodo prouinciali cum aliis intereſſe debeant; η & *quæ ibi ordinata*

ª Cap. propter Eccleſiaſt. cũ ſequen. 18. di. ca. ſicut olim, de accuſ. Cõc. Auvel. 3. ca. 1. Conc. Latera. ſub Leon. X. Seſſ. 10. in 2. Lat ſub Inno. III. exigebatur, vt ſingulis annis Metropol. viſita. c. 6.

fuerint, obſeruent, ac obſeruari θ *faciant*: ι *in reliquis* omnibus eorum exemptio, & priuilegia ſalua, atque integra maneant. κ *Synodi quoque* Diœceſanæ quotannis celebrentur: λ *ad quas exempti* etiam omnes, qui aliàs, ceſſante exemptione, intereſſe deberent, nec Capitulis generalibus ſubduntur, accedere teneantur, μ *ratione tamen Parochialium*, aut aliarum ſæcularium Eccleſiarum, etiam annexarum, debeant ij, qui illarum curam gerunt, quicumque illi ſint, Synodo intereſſe. Quòd ſi in his tam Metropolitani, quàm Epiſcopi, & alij ſuprà ſcripti negligentes fuerint; ν *pœnas, ſacris* b *Canonibus* ſancitas, incurrant.

b Concil. Tarracon cap. 8.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

Metropolitanus, qui ex aliqua cauſa non poteſt ſuo tempore Concilium celebrare, ſolet diſpenſari à Papa.

Item, Metropolitani negligentes cogere Concilium Prouinciale excitentur à Papa.

Item, in Synodis ob diſtantiam Epiſcoporum, ex diſpenſatione dilatatur tempus ad ſextum annum pro Concilio Prouinciali cogendo.

Item, decreta, quæ fiunt in Concilio Prouinciali non debent publicari inconſulto Papa.

Item, mittentes ad Sedem Apoſtolicam Synodos Diœceſanas ſunt digni laude.

Item, non tantùm Epiſcopi exempti, ſed Prelati inferiores tenentur eligere, iuxta hoc *cap. etiamſi Capitula contradicant*, & Capitula tenentur ſeruare decreta Concilij Prouincialis, ſicut & Prælati eligentes, & electio ſit libera.

Item, Capitula exempta etiam immediatè ſubiecta, Sedi Apoſtolicæ debent ſeruare decreta Concilij in quo interfuit Epiſcopus eorum.

Item, Epiſcopus exemptus ſemel eligens Prouincialem Synodum, tenetur in futurum ſemper ad illam accedere, ſub eiſdem pœnis, ac ſi non eſſet exemptus.

Item, Epiſcopus tenetur ſeruare Concilia Prouincialia facta tempore ſui Prædeceſſoris, confirmata à Sede Apoſtolica, licèt ſit elapſum decennium à die publicationis dicti Concilij.

Item, Epiſcopus Aſſiſienſis, eſt in Prouincia Romana.

Item, omnes habentes Curam animarum debent intereſſe Synodo Diœceſanæ.

Item, Clerus, & Decanus, ſiue alius exemptus poſſunt cogi ad intereſſendum Synodo, ſi aliàs ceſſante exemptione deberent venire.

Item, Epiſcopus in Synodo Diœceſana poteſt facere Conſtitutiones ſine conſenſu Capituli, & Cleri, tamen eſt requirendum Concilium, præterquam in caſibus à iure expreſſis.

Item, exempti omnes debent venire ad Synodum, ſi ceſſante exemptione deberent venire, & Capitulis generalibus ſubditi non ſint, & quòd de Diœceſi ſint, *cap. quod deſuper, de maiorit. & obed.*

Item, Rectores Parochialium tenentur accedere ad Synodum viciniorem, licèt ſint nullius Diœc.

Item, habentes Beneficia in vna Ciuitate, vel Diœceſi, ſi in alia habitent, tenentur accedere ad Synodum illius Diœc. ſui Epiſcopi, cui ſubiecti ſunt, & ſeruare illius leges.

Item, illud quod eſt in Pontificali Romano, id eſt, quòd Conſtitutio Synodi per verbum placet, debet probari, non valet in Synodo Diœceſana, in qua conſilium Capituli eſt requirendum, licèt non neceſſariò illud ſequendum, niſi in certis caſibus.

Item, Archiepiſcopus, vel Epiſcopus non conuocans Synodum de iure communi venit ſuſpendendus, ſed ſupenſus ipſo iure.

Item, habens in vna Diœceſi Abbatiam, cum Cura iuriſdictionali in commendam, & in alia, Beneficium ſimplex non renetur ratione ſimplicis Beneficij, ire ad Synodum Prouinciali.

Item, Metropolitano impedito antiquior Epiſcopus Suffraganeus debet conuocare Concilium, & fungi vice Metropolitani,

litani; ſecundùm *cap.2. ſeſſ.24.* & non Epiſcopus, qui nõ eſt Suffraganeus, ſed exemptus, vel immediatè ſubditus Sedi Apoſtolicæ, etiamſi ſit antiquior Suffraganeus, ne in Concilio ſedeat ſuprà Suffraganeos.

Item, Prouinciales Epiſcopi non tenentur accedere ad Metropolitanum, niſi vt interſint Synodo Prouinciali, non obſtante conſuetudine contraria.

Item, electio ſemel facta ab Epiſcopo exempto, cui Synodo Metropolitanæ vult intereſſe, legat ſucceſſores ſemper, ſic, & Prælatos nullius Diœceſis pro viſitationibus.

Item, vnuſquiſque Epiſcopus faciat ſuam Synodum, & non coniuncti faciant Synodum Epiſcopalem.

Item, Epiſcopus exemptus, qui elegit vicinum Metropolitanum, vt interſit eius Synodo non poteſt ab eo cogi, vt ſeruet conſtitutiones factas in Synodo, quia Concilium loquitur de intereſſentia tantùm, in reliquis ſeruet exemptionem.

Item, ad Archiepiſcopum ſpectat eligere locum pro Synodo facienda, tamen ceſſante iuſto impedimento, vel cauſa rationabili, non eſſet relinquenda Eccleſia Metropolitana.

Item, Commendatarij Monaſteriorum, & Abbatiæ ſunt recipiendi inter Abbates.

Item, Canonici Cathedralis Eccleſiæ præferendi ſunt, qui Capitulariter præcedunt extra hunc caſum Abbates titulares, vel habentes vſum Mitræ, debent præcedere Commẽdatarios, poſt hos locum obtinent Dignitates, & poſt Dignitates collocandi ſunt Patres Eccleſiarum Cathedralium.

Item, Capitula Cathedralium ſpeciatim inuitanda ſunt.

Item, ad obſeruantiam decretorum Concilij Prouincialis ſunt obligati omnes, qui ſubduntur eorum iuriſdictioni.

Item, Abbates Commendatarij Capitulorum deputati habent vocem conſultiuam tantùm in Concilio Prouinciali.

Item, Epiſcoporum Procuratores poſſunt habere etiam deciſiuam, ſi Concilio Prouinciali placuerit.

Item, laici inuitati ad Concilium Prouinciale poſſunt intereſſe, & in eo conſulti votum habere.

Item, Comprouinciales non cogantur accedere ad Metropolitanum, nec perſonaliter, nec per Procuratorem, non obſtante quacumque conſuetudine.

Item, hoc decretum non habet locum in Epiſcopis, qui ſunt in Prouincia Romana, vt qui ſunt inter Capuanam, & Piſanam, ſed non tenentur facere Synodum Diœceſanam, vel ire Romam ad Prouincialem.

Item, Capitula exempta, & immediatè ſubiecta Sedi Apoſtolicæ tenentur ſeruare decreta Concilij Prouincialis, ſic exempti.

Item, exempti, qui elegerunt Prouinciam, ſi non veniunt dicant cauſam quare.

Item, Epiſcopus legitimè impeditus facere poteſt celebrare Synodum per Procuratorem, vel Vicarium generalem, cum mandato, & in Epiſcopatu.

Item, Rectores nullius Diœceſis tenentur ire ad Synodum Diœceſanam illius Epiſcopi, qui eſt vicinior, poteſt eos viſitare, *cap.9. huius ſeſſ.* ſecùs ſi non ſunt in Diœceſi, licèt viſitentur à viciniori.

Item, excluduntur Regulares per verb. *(ſubduntur)* niſi in caſu exempto.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

ª E*Xceſſibus.*]Non tamen de puniendo ipſo Metropol. quia cùm ſit caput eius Concilij, non poteſt ab eo puniri. Abb. *in cap. graue nimis, de præbend.* licèt Nauarr. *contr. prax. in ver. Concilium ver. ad 5.* teneat quod Metropolitanus, licèt ſit caput, tamen ſubditur Concilio, & ab eo poteſt excommunicari, *de maiorit. & obedien. conſ. 6.* & ibidem ait, quòd ea quæ ſiunt in Concilio à maiori parte, etiam contradicente Archiepiſcopo, tenent, & *conſ. 1. num. 2. & 4.* de his quæ ſiunt à maiori par. cap.

ᵇ *Metropolitani.*] Idem eſſet ſi Legatus Apoſtolicæ Sedis velit in ea Prouincia conuocare Concilium, quia in ea Prouincia habet poteſtatem maiorem Metropolitano, *cap. ſi Abbatem, de elect. in 6.* Neque hoc eſt de reſeruatis Papæ, vt habetur in *cap. ſi quis Epiſcopus, d. 92.* & hanc opinionem affirmatiuam contra Ioãnem & Vgonem tenuit Archid. & poſt eum Io. à Turrecrem. *in cap. reg. §. porrò d. 3.* & Abb. *in cap. quod tranſlationem, de offic. deleg.* inter Archiepiſcopum, & Metropolitanum nulla

Digitized by Google

adeſt differentia, quia idem ſunt, facit ad hoc *text. in cap. ſi Archiepiſcopus de temp.*

γ *Triennio.*] De triennio in triennio fieri debere Prouinciale Concilium ſtatuit Lateranen. 3. ſub Leone X. *ſeſſ.* 10. *in Bulla* 2. *tom.* 4. *col.* 2. & quandoque conſueuit ſemel in anno Greg. *in regiſtr. lib.* 1. *Ep.* 1. *& cap. ſicut olim, de accuſationibus.*

δ *De iure, vel conſuetudine.*] Qui ſint iſti præter Epiſcopos diſputatur a DD. in *cap. graue de præbend.* & in *cap. fin. de his quæ fiunt à Prælat. ſin. conſ. cap.* Vide D. Thom. Michaël. *in tract. de haben. conc. Prouinc. fol.* 81. *& ſeq.* qui concludit non ſolùm Epiſcopos cum Metropolitano, ſed aliquot ſelectos Presbyteros eſſe admittendos, non modò ad tractatum, ſed etiam ad ſtatuen. facit *cap. ſicut olim, de accuſat. propè fin.* ibidem & alios in ſubſequenti, &c. Sed quæſitum fuit de quodam inferiori, qui non ſolùm eſt exemptus, ſed eſt nullus, & habet diſtinctam plebem, & elegerat ſibi Metropolitanum potiùs quàm Diœceſanam Synodum; & fuit reſponſum quod rectè fuerat, quia *text. in cap.* 9. *infrà eadem ſeſſ.* cogit eum ire ad viciniorem Epiſcopum quoad viſitationem tantùm, non quoad Synodum.

ε *Nec Epiſcopi Comprouinciales.*] Non enim tenentur Epiſcopi Comprouinciales accedere ad ſacram Metropolim, niſi vt interſint Synodo Prouinciali, nec mittere Procuratorem pro obedientia, non obſtante quacumque conſuetudine etiam immemorabili, & ita cenſuit ſacra Congregatio.

ζ *Iidem Epiſcopi.*] Quæro an hic text. procedit in Capitulis exemptis, quorum tamen ipſi ſunt certi Epiſcopi. An verò huiuſmodi Capitula exempta debeant obſeruare decreta illius Concilij Prouincialis, cui interfuerit eorum Epiſcopus non exemptus; & reſpondeo affirmatiuè ad vtrumque, quia Concilium non Capitulum, ſed Epiſcopus accedere tenetur, *diſt.* 18. *per tot. & cap. ſicut olim. de accuſat.* nihil ergo habet commune cum Cōcilio exempto Capituli, præſertim cùm videamus hoc eodem decreto cogi omnes exemptos, inferiores accedere ad Synodum Diœceſanam, hinc etiam ſequeretur abſurdum quod Capitula huiuſmodi nulli Synodo ſubiicerentur, & ita cenſuit Congregatio ſub die 14. Aprilis 1575.

η *Et quæ ibi ordinata fuerint.*] An poſſint ibi ordinari cauſæ fidei, & dic quòd non. Direct. Inquiſit. *par.* 2. *tom.* 8. Alphonſ. de Caſtr. *de iuſt. hæret. puanit. lib.* 1. *cap.* 5. *per cap. maiores, de bapt.* De conuocatione Concil. à quo & ex qua cauſa, & quando, vide nouiſſ. per Quaran. *in ſuo tract. de Synodo Prouinc. cap.* 1. *fol.* 345. & Prax. *in ver. Concilium, quæſt.* 2. *fol.* 51. Prax. Neapol. *cap.* 86. *num.* 27.

θ *Faciant.*] Dubitatum hîc fuit an exemptus qui ſit antiquior omnibus Suffraganeis eius Prouinciæ quam elegit ſibi, debeat in omnibus caſibus, in quibus abſente Metropolitano antiquior petitur, debet præterii aliis Suffraganeis, qui ſunt de Prouinciæ illius gremio, & quantùm text. hic referuat illi integras, & immunes omnes exemptiones, fuit decretum hunc exemptum antiquiorem debere præferri cæteris in iis tantùm quæ ad Synodum ſpectant: ſed in reliquis adeundum eſſe antiquiorem ex Suffraganeis Prouinciæ. & ita ex ſententia Congregationis fuit ſub Pio IV. reſcriptum Cardinali Burgen. ſub die 18. Iunij, & idē Archiepiſcopo Hidruntino, vt verba hæc obſeruent, & obſeruari faciant, fuit declaratum intelligi, vt vnuſquiſque ſtatuta in Synodo Prouinciali obſeruet, & obſeruari faciat in ſua Diœceſi Anton. Card. Caraffi.

ι *In Reliquis.*] Et ſic non remanet prout de iure ſtatutum fuerat, vt Archiepiſcopus poſſit viſitare ſuo arbitratu, non modò Diœceſim ſuam, ſed totam Prouinciam, *cap.* 1. *de conſ. in* 6. qui per text. ſeq. prohibetur id facere ſine cauſa cognita, & probata in Concil. Prouinciali, nec habet amplius locum, gloſ. *in cap. ſicut emere, de exceſſ. Prælat. in ver. attentare.*

κ *Synodi quoque.*] Epiſcopi qui ſunt in Prouincia Papæ tenentur ſuas Synodos facere, ſin aliter accerſentur Romā ad celebrandum Prouinciale Concilium. An autem Epiſcopus teneatur requirere conſilium Capituli Cathedralis, in tract. & diſcuſſione ſtat. Synodalium, vel ſufficiat illos vocare tempore, quo in Synodo publicantur, & videtur ſufficere ſi ad Synodum vocentur: nam licèt Epiſcopus non poſſit facere ſtatuta in Synodo ſine conſ. Capituli. Archid. *d.* 18. Henric. Roich. *de Synod. ep. par.* 2. *num.* 137. *tom.* 2. tamen ſufficit ſi in ipſo actu, vel contractu conſilium requiratur, *argum. cap. cùm in veteri.* vbi gloſ. *de elect.*

Bald.

Bald. *in l.1.col. antepenult. C. qui admitti.* Io. Bertach. *de Epiſc. quæſt.* 40. *num.* 91. *tom.*2. quòd ſi Capitulum fuit præſens Synodo, & noluit conſulere,& abſens & noluit venire,ſeu conſilium præſtare,procedi poterit ad ſtatum publicationum, *argum. d. cap. cùm veteri.* Abb. *in cap. ex parte, num.* 3. *de conſt.* cenſuit tamen Congregatio ſub die 24. Martij, 1584. requiri debere conſilium Capituli. Item,proponendum eſſe ſibi Capitula, ſeu ſtatuta ad conſulendum,expectato reſponſo tempore congruo, quòd ſi ſine Epiſcopi negligentia Capitulum abſens fuerit, poteſt Epiſcopus ſtatuta condere Synodo Diœceſan.

λ *Ad quas exempti.*] Per Capitulum, *vt Apoſtolicæ, §. exempti.* & ibi gloſ. & Doct. *de priuileg. in* 6. niſi tales fundant ſe ſuper conſuetudine immemorabili, non autem ſuper priuilegio, quia eo caſu non tenentur venire ad Synodum, ex quo iſte text. non derogat immemorabili, ſed tenentur probare hanc immemorabilem ex tempore,non autem priuilegio, quod eſt difficillimum, & ita cenſuit Congregatio in vna Cremonen. inter Epiſcopum, & Præpoſitum ſanctæ Agathæ die prima Aprilis, 1574.

μ *Ratione tamen Parochialium.*] Nota quòd Curati, & qui habent Eccleſias eis annexas tenentur venire ad Synodũ Diœceſanam; ſed an Clerici ſimplices, & dic quòd non. Item, an Clerici beneficiati de beneficiis ſimplicibus, & dic quòd non, niſi vocentur ob generalem morum reformationem ſuper quibus, vide Doct. *in cap. quod ſuper his, de maior. & obedien.* & Henrich. Boich. *de Synod. ep. par.*2. *à num.*16. *tom.* 2. *fol.*314.

ν *Pœnas ſacris Canonibus.*] Variæque pœnæ colliguntur Canonibus; nam 5. *quæſt.*3. *cap.* ſi ægrotans à communione ſuſpenditur. Item, *diſt.* 18. *cap. ſi quis autem,* alienus erit à fratrum communione vſque ad ſequentem Synodum. Item, *diſt.*18. *cap placuit,* ſola eis propriæ Eccleſiæ communio conceditur. Item, *ead. d.cap.ſi Epiſcopus Metropolitanus,* vſque ad proximam Synodum à charitate fratrum, & Eccleſiæ communione priuetur. Item, *eadem diſt. cap. peruenit,* fraternis admonitionibus corripiẽdi ſunt. Item, *cap.ſi qui Epiſcoporum, ead. diſt.* vſque ad futurum Concilium cunctorum Epiſcoporum communione priuetur. Item, ex Tolet.11. *cap.* 15. vnius anni communione priuetur. Item, *eadem diſt. cap. peruenit,* fraternis monitionibus corripiendi ſunt. Item, *cap. ſi quis Epiſcoporum, eadem diſt.* vſque ad futurum Concilium cunctorum Epiſcoporum communione priuetur. Item, ex Concilio apud Altherin. *cap.*11. Burſat. *lib.*1. *cap.*52. *ſuo par.*5. *cap.*162. pro prima vice grauiter obiurgentur: deinceps interdicitur eis Miſſas celebrare. Item, ex Concilio Melden. *cap.* 33. ceſſet ab officio donec ſatisfaciat fratribus. Item, *ex* 8. *Synodo, cap.*17. Metropolitanus, qui ad Synodum Patriarchæ vocatus ire neglexerit, primò tempore ſegregetur, & durante contumacia deponatur. Item, ex Concilio Baſilien. *ſeſſ.*8. Cardinales venire tenentur ad Concilium generale in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna priuationis ipſo facto incurrendi omnium officiorum, beneficiorum, commendarum, penſionum, & gratiarum, alij Prælati ſub pœnis iuris.

*Aliæ reſolutiones Sacræ Congregationis ad hoc cap.*2. *ead. ſeſſ.*24.

Epiſcopus, qui ex legitima cauſa non intereſt Concilio Prouinciali, debet tamen Synodum comprobare, & ad hoc poteſt à Metropolitano compelli in vna Mediolanenſi. Item, ſæpiùs declarauit in Conciliis Prouincialibus attendendum eſſe in prudentia Epiſcoporum tempus ordinationis, non autem Dignitatũ Eccleſiarum, vel earum ordinem, & præeminentiam. Item, Commẽdatarios Monaſteriorum, ſiue Abbatiarum in Conciliis Prouincialibus inter Abbates eſſe recipiendos, eiſque Canonicos Cathedralis Eccleſiæ præferendos, quãdo Capitulariter procedunt; ſed extra hunc caſum Abbates titulares, vel habẽtes vſum mitræ debere precedere Commẽdatarios, poſt hos locũ habere Dignitates, & poſt Dignitates collocandos eſſe Procuratores Eccleſiarũ Cathedralium. Item, non teneri venire ad Concilium Prouinciale alios exemptos quàm eos qui de iure, vel conſuetudine intereſſe debent: ſed Capitula Cathedralium Eccleſiarum particulariter eſſe inuitanda. Præterea ad obſeruationem decretorum Concilij Prouincialis omnes eſſe obligatos, qui Epiſcopali iuriſdictioni ſubduntur; atque item exemptos in caſibus in quibus à iure communi, & Concilij decretis, Epiſcopis probatur, aut Concilio Prouinciali in ipſos poteſtas

tributa eſt. Contra autem inobedientes iuris remediis eſt procedendum. Item, Abbates Capitulorum deputatos Commiſſarios vocem dumtaxat conſultiuã in Concilio Prouinciali, ſuorum Epiſcoporum verò Procuratores poſſe etiam deciſiuam habere, ſi Concilio Prouinciali placuerit, niſi ſit vnus ex Suffraganeis qui pro alio Suffraganeo id munus exercere velit, quia tunc cogitur Concilium Prouinciale admittere talem ad votum deciſiuum, vt conſuluit Nauarr. *de maior. & obed. cap. 7.* Petr. de Monte *in ſua Monarch. Conc. quæſt. 3. num. 2.* Cæterùm Laicos qui inuitati ad Synodum Prouincialem intereſſe, poſſunt in ea dumtaxat votum conſultiuum habere, die 19. Aprilis, 1596.

Synodus Prouincialis miſſa ad Sedem Apoſtolicam pro reuiſione, non debet executioni demandari ante Apoſtolicum reſponſum. Congregatio ad Archiepiſcopum Florentinum, reuiſa autem remittitur ad Metropolitanum proprium obſeruanda Archiepiſcopo Genuen.

An Viſitator Apoſtolicus qui interſit Concilio Prouinciali præcedat Metropolitanum, & dictum fuit quòd ſic, in ſedendo & vocando; ſecùs autem in reliquis. Nauarr. *de verb. ſign. conſ. 11.*

ADDITIO.

1 *Prouincialis.*] De poteſtate Concilij Prouincialis, vide ſuprà *ſeſſ. 23. cap. 18.* & ibi addita not. etiam quòd concedit Epiſcopus diſponendi, & abſoluendi, qua poteſtate vtuntur inter ſubditos, & an inter Regulares originarios volentes, Nauarr. *conſ. de offic. iud. ord.*

2 *Epiſcopi omnes.*] Impediti autem per Procuratores excuſare ſe poſſunt, & Procurator habens ſpeciale mandatum ad decidendum poteſt admitti à Concilio, ſi ei placuerit, non tamen eſt neceſſariò admittendus, ſaltem quando non eſt vnus ex Epiſcopis Suffraganeis. Nau. *conſ. 10. de offic. iud. ordin. num. 1. argum. 1. ſi qui ex iuſta. §. porrò, de elect. in 6. de Procuratore,* vide infrà *ſeſſ. 25. de Refor. cap. 13.*

CAPVT III.

Viſitationem ſuæ Diœceſis faciant Epiſcopi, & alij Superiores, eámque abſoluant intra biennium, certis ſeruandis, & ſaluis ſaluandis.

PAtriarchæ, ᵃ Primates, Metropolitani, & Epiſcopi propriam Diœceſim per ſe ipſos, aut, ſi legitimè impediti fuerint, per ſuum generalem Vicarium, aut Viſitatorem, ſi *α quotannis* totam, propter eius latitudinem, viſitare non poterunt, ſaltem maiorem eius partem, ita tamen, vt tota biennio per ſe, vel Viſitatores ſuos compleatur, viſitare 1 *non prætermittant. β Si Metropolitanis verò*, etiam poſt plenè viſitatam propriam Diœceſim non viſitentur Cathedrales Eccleſiæ, neque Diœceſes ſuorum Comprouincialium, niſi cauſa cognita, & probata 2 *in Concilio Prouinciali. γ Archidiaconi* autem, Decani, & alij inferiores in iis Eccleſiis, vbi hactenus viſitationem exercere legitimè conſueuerunt, debeant quidem, *δ aſſumpto Notario, ε de conſenſu Epiſcopi* deinceps 3 *ζ per ſemetipſos tandem* ibidem viſitare. *η Viſitatores etiam, à Capitulo* deputandi, *θ vbi Capitulum ius* viſitandi habet, priùs ab Epiſcopo approbentur: ſed non ideò Epiſcopus, vel eo impedito, eius Viſitator eaſdem Eccleſias ſeorſum ab his viſitare prohibeatur; cui ipſi Archidiaconi, *ι vel alij inferiores*, Viſitationis factæ infrà menſem rationem reddere, & depoſitiones teſtium, ac integra acta ei exhibere teneantur: non obſtantibus quacumque conſuetudine, etiam immemorabili, atque exemptio-

ᵃ Concil. Tolet. 4. c. 35.

exemptionibus, & priuilegiis quibuſcumque. Viſitationum autem omnium iſtarum [b] præcipuus ſit ſcopus, κ *ſanam orthodoxámque doctrinam*, expulſis hæreſibus, inducere; bonos mores tueri, λ *prauos corrigere*; populum cohortationibus, & admonitionibus ad religionem, pacem innocentiámque accendere; cætera prout locus, tempus & occaſio feret, ex Viſitantium prudentia ad fidelium fructum μ *conſtituere*. Quæ vt faciliùs, feliciúſque ſuccedant; moneantur prædicti omnes, & ſinguli, ad quos viſitatio ſpectat, vt paterna charitate Chriſtianóque zelo omnes amplectantur; ideóque modeſto contenti equitatu famulatúque ſtudeant, ν *quàm celerrimè*, debita tamen cum diligentia, viſitationem [c] ipſam abſoluere. Interímque caueant, ne inutilibus ſumptibus cuiquam graues, oneroſíve ſint; néve ipſi, aut quiſquam ſuorum, quidquam ξ *procuratoris cauſa* pro viſitatione, etiam teſtamentorum ad pios vſus, præter id, quod ex relictis piis iure debetur, aut alio quouis nomine, nec pecuniam, nec munus, quodcumque ſit, etiam qualitercúmque offeratur, accipiant, non obſtante quacumque conſuetudine, etiam immemorabili: exceptis tantùm victualibus, quæ ſibi ac ſuis frugaliter, moderatéque pro temporis tantùm neceſſitate, & non vltra, erunt miniſtranda. ο *Sit tamen in optione* eorum, qui viſitantur, ſi malint ſoluere id quod erat ab ipſis antea ſolui, certa pecunia taxata, conſuetum, an verò prædicta victualia ſubminiſtrare: ſaluo item iure conuentionum antiquarum cum monaſteriis, aliíſve piis locis, aut Eccleſiis non Parochialibus inito, quod illæſum permaneat. In iis verò locis, ſeu prouinciis, vbi conſuetudo eſt, vt nec victualia, nec pecunia, nec quicquam aliud à Viſitatoribus accipiatur, ſed omnia gratis fiant: ibi id obſeruetur. Quod ſi quiſquam, quod abſit, aliquid amplius in ſuprà dictis omnibus caſibus accipere præſumpſerit, is præter dupli reſtitutionem, intra menſem faciendam, aliis etiam pœnis iuxta Conſtitutionem Concil. Generalis Lugdunenſis, quæ incipit, [d] 4 *Exigit*: nec non & aliis pœnis in Synodo Prouinciali arbitrio Synodi, abſque vlla ſpe veniæ, mulctetur. Patroni verò in iis, quæ ad Sacramentorum adminiſtrationem ſpectant, nullatenus ſe præſumant ingerere; neque viſitationi ornamentorum Eccleſiæ, aut bonorum ſtabilium, ſeu fabricarum prouentibus immiſceant, niſi quatenus id eis ex inſtitutione, ac fundatione competat: ſed Epiſcopi ipſi hæc faciant, π *& fabricarum redditus* in vſus Eccleſiæ neceſſarios, & vtiles, prout ſibi expedire magis viſum fuerit, expendi curent.

b Cap. 1. §. ſanè, de cenſ. in 6. cap. Florentinum, 5. diſt.

c Conc. Brac. 2. c. 1. Concil. Ticien. verſi. ſtatuimus etiã ne Epiſc. c. cauendum, &c. inter cætera, 10 q. 3 & cap. cum Apoſtol. de cenſib.

d Sexti decretal. lib. 3. de cenſi. tit. 20. cap. 2.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

SI Epiſcopus accuſetur in Synodo de negligentia in viſitando, Papa delegat alteri Epiſcopo, vt ſe informet, & referat.

Item, ſi Epiſcopus vult [illegible]ſitare ſecundùm *ſeſſ. 6. cap. 4.* debet partic[illegible]iter agere, ſecundùm alia decreta Concilij, poteſt id facere per Vicarium, & Viſitatorem, ſi eſt legitimè impeditus, etiamſi agatur de viſitandis exemptis.

Item, cap. 9. huius ſeſſionis intelligi debet cumulatiuè, non priuatiuè ad alios Prælatos, vnde inferiores habentes Curam poſſunt viſitare ſuas Eccleſias, etiamſi antè, vel poſt fuerint ab Epiſcopo viciniori viſitatæ.

Item, iuriſdictio horum inferiorum verſatur tantùm in decidendis rationibus, & computis Eccleſiarum, per ſubditos poſſunt idem munus adimplere.

Item, licèt Epiſcopus poſſit viſitare iterum Eccleſias viſitatas ab inferioribus, non poteſt tamen punire punitos ab eis, nec abſolutos ab eis iterum ſuam innocentiam demonſtrare.

Item, Epiſcopus poteſt viſitare cumulatiuè quoad Beneficia ſubdita Abbati habenti quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem.

Item, Præpoſitus exemptus ſolitus viſitare, poteſt cogi viſitare quolibet anno per ſe ipſum, & infrà menſem rationem reddere, dicta teſtium exhibere Epiſcopo, non obſtante exemptione.

Item, licèt celeriùs ſit adimplenda viſitatio, tamen Concilium noluit præfigere certum terminum, ſed illud reliquit arbitrio Epiſcopi, tamen illud debet eſſe moderatum, & diſcretum.

Item, Epiſcopus reipſa non viſitans, nihil poteſt accipere cauſa procurationis.

Item, ſi conſtitutione antiqua caueatur, quòd ex omnibus legatis certum quid detrahatur pro Epiſcopo, poteſt exigere illud, quod in viſitatione, ſecùs ſi in teſtamentis nullum exiſtat Legatum pium.

Item, Victualia, ſeu procurationes à viſitatis, non tamen munere tantùm præſtari debent. Item, ſi eſt conſuetudo, vt à Communitatibus præſtetur, eſt ſeruanda; Item, ſi laïci ſolent procurare viſitationē, adhuc eſt ſeruanda, quamdiu voluerint, & ſi noluerint non ſunt cogendi.

Item, Epiſcopus exiens per Caſtella, & Villas, vt confirmet pueros, à nemine eſt procurandus, ſed videtur contra *cap. relatum 10. quæſt. 9. & cap. fin. quæſt. 3.*

Item, vbi eſt conſuetudo, vt pro viſitatione aliquid ſoluatur, erit in optione viſitatorum ſoluere illud, vel miniſtrare victualia.

Item, Epiſcopus pro viſitatione nil poteſt accipere præter victualia, non obſtante quacumque conſuetudine.

Item, vbi eſt conſuetudo immemorabilis, quòd ab oppidis viſitatis tribuantur victualia, & hoſpitia, & à Clericis certa pecunia, eſt ſeruanda conſuetudo, ſi Communitates non conqueruntur.

Item, redditus fabricæ etiam de iurepatronatus ſunt expendendi arbitrio Epiſcopi in vſus Eccleſiæ.

Item, Epiſcopo viſitanti ſuam Cathedralem non debetur procuratio, vel quicquā aliud, licèt antiquitus debeatur procuratio Epiſcopo viſitanti, *cap. venerab. de cenſib.*

Item, Epiſcopus debet approbare Viſitatores à Capitulo deputatos tàm in locis, vbi ſolet Epiſcopus viſitare, tàm exemptis, vbi numquam viſitati ſunt, ſed ſolùm Capitulum ſine Epiſcopo viſitat.

Item, viſitati poſſunt quotannis variare dando modò victualia, modò pecunias, non tamen dando partem in pecuniis, partem in victualibus.

Item, Archidiaconus, vel eius miniſtri exercendo iuriſdictionem, ſi quid perperam agunt, Epiſcopus eos corrigat.

Item, Archidiaconus dum viſitat poteſt percipere fructus Archidiaconatus, quia pro ſeruitio Eccleſiæ abeſt.

Item, Notarius, ſeu Cancellarius Epiſcopi nihil poteſt accipere pro labore, pro ſcriptura, & pro decretis Viſitationis.

Item, Commendatarius habens iuriſdictionem ordinariam, & collationem Beneficiorum, non poteſt viſitare Beneficia.

Item, Epiſcopus poteſt præſcribere tempus, & Comitatum pro viſitatione Archidiacoui; Item, poteſt in viſitatione compellere, vt oſtendat titulos Beneficiorum, & dimiſſorias Ordinum.

Item, Cathedraticum non eſt oblatum, tamen non ſoluendum in viſitatione, ſed extrà.

Item, hoc cap. non comprehendit Abbates Regulares, vel Archimandritam ſancti Baſilij, qui ab immemorabili exercent iuriſdictionem ſpiritualem, & temporalem.

Item, ſi Epiſcopus Capitulum Cathed. ſeruetur ordo, *cap. 6. ſeſſ. 25.* ſi exemptum ſeruetur, *cap. præſens.*

Item, Sede vacante an poſſit Capitulum viſitare, eſt ſub dubio.

Item, Viſitatores poſſunt condere decreta ſpectantia ad Viſitationem.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a QVotannis.] Et etiam bis in anno ſi neceſſitas ſubſit, Gloſ. *in cap. conquerente,*

querente,in ver.viſitanaa, de offic. ordin.poteſt autem Epiſcopus,ſi negligens ſit in vtſitando, per Archiepiſcopum cogi, & ſuſpendi ac excommunicari,cap.1.§.fin.de offic.ordin.lib.6.Conrad.in templ.iud.lib.1.cap.4.num.18.Bott.de Synod.p.1. num 45.& ſeq. & poteſt eumdem compellere ad faciendum quod facere tenetur. Quar. in ſumm. Bulla de Archiep.num.9.fol.47.concludunt tamen plerique quòd Archiepiſcopus non habet poteſtatem in Epiſcopos,niſi quatenus in iure ſit conceſſum ſibi. Dec. in cap. ſollicitudinem, num. 11. de appell.Hoſt.& Io. Andr.in cap.magne de voto.Felin. in cap.cum ex officio de præſcript. Quarant. ibidem num. 10.in fin.fol.48.& ibidem cap.33.fol.85. quoniam poteſt viſitare Eccleſias Suffraganeorum, habebit omnia iura quæ olim ſibi competebant.

β Generalem Vicarium.] Quid ſi Vicarius Generalis Epiſcopi delinquat in viſitatione,numquid Archiepiſcopus poſſit eum punire;& dic quod ſic,ſi ratione officij delinquat.Cardin.Zabarella in Clem.abuſionibus,ſub num.8.de pœnit.& remiſſ. Gemin. in d.cap.Ven.§. ſed ſi excommunicatus, de pœnit. & remiſſ.lib.6.Quaran.vbi ſuprà ſub num.11. de Archiep ſi.fol.49.

β Si Metropolitanus.] Quando Archiepiſcopi poſt viſitatam propriam Diœceſim poſſint viſitare Prouinciam,dic vt hic corrigenda antiqua iura, de quo vide Sarn.de viſit.lib.1.cap.2.num.11.

γ Archidiaconi.]An iſte textus comprehendat Abbatem & Monaſterium,quod eſt Archidiaconatus Ordinis ſancti Baſilij, quod ab immemorabili tempore exercuit iuriſdictionẽ Epiſcopalem,& temporalem in Parochos, & Parochianos priuatiuè ad Epiſcopũ;& dic quod nõ;quia loquitur de ſæcularibus,non autẽ regularibus:Præterea verba illa alij inferioris, referuntur ad expreſſa,cuiuſmodi ſunt Archidiaconi Decani, qui ſubduntur Epiſcopo lege iuriſdictionis,& Diœceſis,argum.cap.conqueren. & cap.dilectus,de offic.ordin.Iſte verò habet dignitatem maiorem,16.quæſt. 7. cap. deinceps,& venit appellatione Diœceſani iuxta doctr.Abb.in Clem. Diœceſani,de vit. & boneſt. Cleric. Præterea text.hic non derogat conſuetudini,& præſertim immemorabili, cui expreſsè derogari oportet,vt not.infrà ead.ſeſſ. 4. & ita cenſuit Congregatio Illuſtriſſimorum, d.e 5. Maij, 1575. pro Cardinali ſancti Seuerini Archimandrita, Abbatiæ Carbonis.

δ Aſſumpto Notario.] Congregatio cenſuit quoad viſitationem Capituli Cathedralis ſeruandum eſſe eumdem ordinem quem præſcribit decretum Conc.ſeſſ.6.cap.14.& infrà ſeſſ.25.cap.6. ſi modò Capitulum exemptum ſit ab Ordinario, quòd ſi illi ſubiectum ſit, tunc ſeruandum Ordinem illius text. vbi de Notario de depoſitionibus teſtium, ac actis expreſsè diſpoſitum eſt in vna Gadicen. in cauſis verò delegatis alteri ab Epiſcopo, Notarius Epiſcopi debet arctitare, & idem ſi cauſa committatur à Papa excitando iuriſdictionem. Prax.Neap.cap.83.num.11.ver.præterea.

ε De conſenſu Epiſcopi.] Intelligit Congregatio hunc conſenſum requiri quoad Notarij aſſumptionem tantùm,quem ſolus Epiſcopus aſſumere poterit ſuo arbitratu cùm ipſe viſitat, nec debet adhiberi Notarius Capitulo,etiamſi viſitetur Capitulum, vel aliàs procedatur,vt infrà,ſeſſ.25.cap 6.& quod hîc dicitur de Notario aſſumendo de conſenſu Epiſcopi, non habet locum in Abbate Regulari.

ζ Per ſeipſos tantùm.] Hoc in inferioribus procedit, nam Prælati poſſunt per alium,ex cauſa,vt ſuprà.

η Viſitatores etiam, à Capitulo.] An legitimè ſer. ſer. viſitati per Capitulum habens Ius viſitãdi,poſſint ab Epiſcopo,qui ex hoc decreto poteſt & vult,& ipſe viſitare,cogi vti Rei ſuam innocentiam ex eadem cauſa coram eo denuò purgare,& an penitus ab Epiſcopo denuò poſſint puniri ab ipſo Capitulo viſitante. Reſpondetur negatiuè; quia non debet quis pro eodem delicto pluries puniri;nõ enim iudicat Deus bis in id ipſum, quod ampliatur, etiamſi eodem tempore plura delicta commiſerit, per text.cum gloſ. in l.numquam plura, de priuat. delict.Præterea pro eodem negotio coram diuerſis iudicibus quis trahi non debet,cap. ex tenore, de reſcript. & fruſtra Capitulum haberet ius viſitandi,quia quæcumque feciſſet firma non manerent. Et licèt concedatur quòd vno anno poſſint plures & diuerſi viſitare, intelligendum eſt quoad ea quæ viſitatione indigent,non autem quoad iam correcta, & emendata,ne addatur afflictio afflictis; & ſi plures Viſitatores ſimul concurrant eodem tempore, is vnus ex eis admittitur, qui præſentatur, & ſic

coram vnico cauſa agenda eſt. Pauin. *de viſit.par.1.quæſt.4. per tot.*Bald.*conſ.31.lib.4. & conſ. 291. eodem volum.* Paul. de Caſtr. *conſ.* 18. *lib.* 1. Quod amplia etiamſi ſemel fuerit punitus minori pœna quàm debuiſſet.Bald.*conſ.34.in fin.lib.1.*hæc tamen limitantur & declarantur,vt per Iul.Clar.§.*fin. quæſt 57.verſ.dictum eſt in prax.crimin.*& per Bald. *in cap. inter Corporalia, de tranſlat. Prælat.*

θ *Vbi Capitulum ius.*] An Sede vacante Capitulum viſitet, & ex hoc text. videtur regulariter quòd non,niſi hoc habeat ex priuilegio, & ad hoc facit gloſ.*in Clement. 1.de hæretic.* Alphonſ.Alciat.*in ſpecul.cap.11.* licèt alij contradicant, quia Capitulum ſuccedit in iuriſdictione Epiſcopi, *cap.fin. de ſupplen. negl. Prælat.iunc.cap. ſi Epiſcopus.* Pauin.*de offic.cap. Sed. vac. par.* 1. *quæſt.1.& quæſt.7.Sarnen. de viſitat. lib.1.cap.2. num.2.* Feder. de Sen. *quæſt.* 30. *&* 40. & ita ſeruatur.

ι *Vel alij inferiores.*]Viſitationem ſolemnem non poſſunt facere inferiores Epiſcopo, niſi ex præſcriptione,vt per Sarnen.*de viſitat.lib.1.cap.2.num.16.* & dummodò ſint diligentes in perſeuerando; nam ex negligentia eorum ſtatim Epiſcopus reaſſumit ius ſuum.*Rot.par.1. diu. deciſ.* 514. *num.1. & ſequen.*

κ *Sacram orthodoxámque doctrinam*]Ideſt prædicando Dei verbum, & diuerſis ſermonibus erudiendo & monendo. Prax. *in ver.viſitatio ad Quintum,ſol.*208.

λ *Prauos corrigere.*]Per hæc verba reſeruari videtur iſtis Viſitatoribus Ius corrigendi, id eſt, cognitio cauſarum criminalium in viſitando, quòd aliàs eadem *ſeſſ.c. 20.ver. ad hoc.* videtur correctum cùm interdicta ſit eis cognitio cauſarum criminalium, etiam ſciſcitando ſolùm, vt illud procedat in arduis,hoc in leuibus:nam differunt,vt per Abb.*in cap.ad hæc,de offic. Archid. in ver. quæ dicuntur arduæ.* vel dic quòd hodie corrigere poteſt, & de omnibus etiam arduis cognoſcere, ex vi verbi corrigere,*cap. irrefragabili.* §. *exceſſus Canonicorum, de offic. ordin.* dummodò non arduam pœnam infligat: ſed eam quæ magis emendationem morum reſpiciat, olim erat emendatio potiùs quàm correctio, *cap.inquiſitionibus,de accuſat.*& viſitationem hanc ſolus exercere poteſt etiam in Capitulares. Vide bonam gloſ. *in cap. ad noſtram,de appellat.* An poſſit Epiſcopus in viſitatione formare proceſſum,& punire, & verè ex hoc text.finis viſitationis eſt correctio cum charitate,vt per Soccin. *de viſitat.lib.*10. *quæſt.* 1. tamen ſi procedit infamia, & delictum eſt graue & notorium, poteſt formare proceſſum. Prax. Neapol. *cap.21.num.4.* hinc eſt quòd non datur appellatio à correctione morum; ſed bene à proceſſu, & ad effectum ſuſpenſiuum, ibidem *num.* 5. nec in generali viſitatione poteſt exigere iuramentum à viſitatis, ſecùs in ſpeciali contra aliquem infamatum, *ibidem num.6.*

μ *Conſtituere.*] Ergo Viſitatores poſſunt condere ſtatuta pertinentia ad reformationem eius rei quæ viſitatur, quia viſitatio eſt de lege iuriſdictionis,*cap.conquerente,&c. dilectus,de offic.ordin.* Pauin.*in tract. de viſit.par.1.quæſt.1.num.*8. qui verò habet iuriſdictionem, poteſt condere ſtatuta. Doct.*in l.Imperium,de iuriſd.omn.iud.*

ν *Quàm celerrimè.*] Per hæc verba Congregatió cenſuit nullum certum tempus fuiſſe præfixum à Concilio infrà quod Epiſcopus teneatur viſitationem Cathedralis, vel Diœcèſis explere: ſed in relictum arbitrio eius, quod tamen tempus debebit eſſe moderatum & diſcretum, vt nec moroſa ſit viſitatio, nec minùs accelerata. Sarnen.*de viſitation.lib.1.cap.1.num.12.*

ξ *Procurationis cauſa.*]Procuratio victum importat pro eo tempore quo viſitat.Prax. *in ver.viſitatio.ver.ad ſextum.*& poteſt exigi ab omnibus Eccleſiis, & beneficiis viſitatis, etiam à Monialibus Abb.in *Clem. attenden. num.12. de ſtat.Monach.*fallit in Hoſpitalibus pauperum leproſorum & infirmorum,Federic.de Sen.*conſ.*105.Silu.*in ver. Hoſpitale,num.16.§.9.*Dec. *conſ.*156.Item fallit in Eccleſia paupere, quia debet gratis viſitare.Siluest.*ibidem.*quæ tamen procuratio tunc poteſt præſcribi Abb. *in cap.cùm ſit,num.2.de conſ.per cap.cum inſtrumenta,cap. cum ex offic.de cenſ.* & non datur, niſi viſitanti,& ideò quando Epiſcopus viſitat per alium ipſe nihil percipit, *cap.ſi Epiſcopus,de offic.ordin.lib.6. in fin.*& ibi gloſ.& ſi extat conſuetudo quòd Epiſcopo viſitanti à Laïcis ei victualia miniſtrentur. Vicario autem viſitanti ab Eccleſiarum Rectoribus, ſeruandum erit ſi laici ſponte perſeuerér, & ab his Clericis ſunt præſtanda,qui viſitantur: ſeruata tamen forma huius text.& ita

ita cenſuit ſacra Congregatio; Secretarius autem Epiſcopi habens ſalarium ex publico, non poteſt aliquid accipere ratione viſitationis. Prax. Neapol. *cap.* 21. Prax. Epiſc. *in viſit. dub.* 4. *fol.* 210. ſi Epiſcopus vellet excommunicare ſubditos nolentes ſoluere præter formam in hoc text. præſcriptam, excommunicatio eſſet nulla. Bart. *Delcotur de charit. ſubſid. quæſt.* 24. *tom.* 4. *fol.* 392.

• *Sit tamen in optione.*] An Clericus qui vno anno ſoluit procurationem in pecunia, poſſit alio anno præſtare victualia; & reſpondeo, quòd ſic. Prax. Neapol. *cap.* 21. *num.* 7. non tamen poteſt Epiſcopus facere edictum contra nominatam perſonam, vt qui aliquid ſcit contra Rectorem denunciet. Ibidem *num.* 8. nec cartulas ſecretas recipere, minus poteſt compellere Clericum ad oſtendendum titulum. Item, oſtenſo titulo Sacerdotij, & viſis bullis poteſt exigere bullas aliorum Ordinum, niſi concurrat diuturnitas temporis. Ibidem *num.* 12. libris autem viſitationum in concernendo viſitationem, plena fides adhibetur. Rot. Caputaq. *deciſ.* 229. *par.* 1. *&* 158. *par.* 2.

⁎ *Et fabricarum redditus.*] Hinc dubitabatur, an iſte text. procederet tantùm in fabricis iuriſpatronatus, non autem in reliquis, & fuit reſponſum quòd Concilium venit ampliãdo poteſtatem Epiſcoporum, videlicet & quòd ipſis licebat de iure communi in fabricis liberis, *cap.* 1. vbi Abb. *in fin.* & *cap. de his, de Eccleſ. ædifican. cap. decreuimus* 10. *quæſt.* 1. hodie liceret etiam in fabricis iuriſpatronatus, ne inducta ad augmentum videantur operare diminutionem vulg. iur. de quo vide Paul de Cittad. *in tract. de iurepatr. ar.* 5. *num.* 3. *&* 4. *tom.* 4. *fol.* 283. & ita cenſuit ſacra Congregatio ſub die 14. Aprilis, 1574.

Aliæ reſolutiones ſacræ Congregationis ad hoc cap. 3.

Epiſcopus viſitans, vel præparatoria viſitationis aggrediens, non poteſt vti ſuſpectus recuſari, nec impediri quominùs pœna extraordinaria, quæ morum correctionem reſpiciat, viſitatos puniat, die 25. Maij, 1591. & 24. Aprilis, 1597.

Item, cenſuit poſſe Epiſcopum in viſitatione inquirere contra Laicos de criminibus ad effectum admonen. non punien. Prax. Neapol. *lib.* 1. *cap.* 21. *dub. vlt.*

Item, cenſuit viſitanti non deberi vecturas equorum, vel ferraturas, ſed tantùm victum pro equis.

Item, diſcurrenti Epiſcopo per Diœceſim ad confirmandum pueros, non ſunt miniſtrandæ expenſæ, ſed ipſe eas ſibi miniſtrare debet. Emanuel *de Confir. in ver. Epiſcopus, num.* 14.

Item, Viſitatoribus Apoſtolicis deberi procurationes ab iis Epiſcopis, qui viſitantur.

In quibus differat hoc decretum à Superiori *ſeſſ.* 2. *cap.* 2. refert ſub Paulo III. & in quibus cõueniat circa munus prædicationis, ibi dixi, quibus add. *diſt.* 38. *ca. omnes pſallentes.* ex Niceno 2. *c.* 2. *in ſum. Concil. fol.* 235. *col.* 2. Rom. *c.* 15. *tom.* 2. *fol.* 637. *d.* 88. & Epiſcopus ex Carthag. 4. *ca.* 20. *tom.* 1. *fol.* 439. *de hæret. cap. cum ex iniuncto.* ibi *q.* 1. *adiicimus ex Epiſtola* 6. Leon. 1. *tom.* 1. *fol.* 679. *col.* 2.

ADDITIO.

1 *Non prætermittant.*] Niſi ex cauſa Concilium prouinciale viſitationem ſuſpenderit, vt dicam infrà *cap.* 5. *in* §. *Minores, eadem ſeſſ.*

2 *In Concilio Prouinciali.*] Vocato, & audito ſuper cauſa Epiſcopo cuius Diœceſis, & Eccleſia viſitanda eſt, hoc importat verbum cauſa cognita, *l.* 3. §. *ſi cauſa cognita, de bon. poſſ.* Bald. *in l. nec quicquam.* §. *vbi decretum, de offic. Proconſ.* & Innoc. *in ca. cùm olim, de re iud.* & *in cap. præterea, de dilat.* Bart. *in l.* 1. *C. quor. bonor. l. in cauſa,* §. *cauſa autem cognita, de minor.* & ita cenſuit Congregatio die 17. Octobris, 1585.

Nec ſufficiunt quærelæ, vel libelli oblatio aduerſus Suffraganeos, vel perſonas Diœceſanas eorundẽ, vt ipſis Suffraganeis inauditis viſitatio decernatur, per ſuſceptum Concilium Prouinciale, *arg. cap. corum* 11. *quæſt.* 3. niſi factum eſſet notorium. Doct. *in cap. grauis nimis, de præbend.* vel liquidare poſſit, aut periculum eſſet in mora Iacob. *de Conc. lib.* 5. *art.* 8. *num.* 2. Congregatio eadem die iudicia ita reſoluit.

3 *Per ſemetipſos.*] An Archidiaconus poſſit per alium aliquo caſu viſitare, vide *in lib. informat. ſuper Conc. fol.* 149.

4 *Exigit.*] In *cap. exigit, de cenſib. in* 6. hæc habes intenden. Bonifac. VIII. vt conſtitutio Innoc. IV. *in cap. Romana.* ibidem obſeruetur, mandat quòd procuratio debita in viſitatione non exigatur, nec

data accipiatur in pecunias, quòd Viſitatores munera non accipiant, & quòd niſi actu fiat, viſitatio pro Curatis non exigatur; contrafacientes reſtituant duplum illius, quod acceperunt Eccleſiæ, à qua habuerunt infrà menſem, alioquin Epiſcopis, & Superioribus elapſo menſe, ſit interdictus ingreſſus Eccleſiæ; Inferiores ab officio, & Beneficio ſuſpenſi donec duplum reſtituant, nec iuuat danti illa remiſſio.

CAPVT IV.

Prædicationis munus frequenter obeundum: à Parochianis Eccleſia Parochialis adeunda eſt ad audiendum verbum Dei: nullus contradicente Epiſcopo prædicare præſumat in Eccleſiis etiam regularium, &c.

PRædicationis munus, [a] quod Epiſcoporum præcipuum eſt, cupiens ſancta Synodus, quo frequentiùs poſſit ad fidelium ſalutem exerceri, Canones aliàs ſuper hoc editos, ſub fel. rec. [b] Paulo III. aptiùs præſentium temporum vſui accommodando, mandat, vt in Eccleſia ſua ipſi per ſe, aut, ſi legitimè impediti fuerint, per eos, quos ad prædicationis munus 1 *aſſument*; in aliis autem Eccleſiis per 2 *parochos*, ſiue, iis impeditis, per alios ab Epiſcopo 3 *impenſis* eorum, qui eas præſtare vel tenentur, vel ſolent, deputandos in ciuitate; aut in quacumque parte Diœce[illegible]nſebunt expedite, *α ſaltem omnibus Dominicis*, & ſolemnibus diebus feſtis; tempore autem Ieiuniorum 4 *Quadrageſimæ*, & Aduentus Domini, quotidie, vel ſaltem tribus in hebdomada diebus, ſi ita oportere duxerint, ſacras Scripturas, diuinámque legem annuncient, & aliàs quotieſcumque id opportunè fieri poſſe iudicauerint. Moneátque Epiſcopus populum diligenter, *β* 5 *teneri* vnumquemque Parochiæ ſuæ intereſſe, vbi commodè id fieri poteſt, [c] ad audiendum verbum Dei. *γ Nullus autem ſæcularis, ſiue regularis*, etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum, *δ contradicente Epiſcopo*, prædicare præſumat. Iidem etiam ſaltem Dominicis, & aliis feſtiuis diebus pueros in ſingulis Parochiis 6 *fidei rudimenta*, obedientiam erga Deum, & parentes diligenter ab iis, ad quos ſpectabit, doceri curabunt, &, ſi opus ſit, etiam per cenſuras Eccleſiaſticas *ε compellent*: non obſtantibus priuilegiis, *ζ & conſuetudinibus*. In reliquis, ea, quæ de prædicationis munere ſub eodem Paulo III. decreta fuerunt, ſuum robur obtineant.

a Conc. Carthag. 4. ca. 20. Conc. Remen.

b Cap. Epiſc. nullam rei 88. diſt. cap. ſupr. Seſſ. 5. de ref. cap. 2. Concil. Later. ſub Innoc. III. cap. 10. inter cætera de off. ord. Concil. Mag. cum cap. 25.

c 4 Carth. ca. 24.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

EPiſcopus legitimè impeditus per aliū prædicet ex priuilegio, vel ex conſuetudine alius expendat.

Item, conſuetudo, qua Ciuitas dat eleemoſynam Prædicatori eſt ſeruanda.

Item, Prædicator eſt alendus ab his, qui tempore immemorabili aluerunt.

Item, ſolus Epiſcopus deputet Prædicatorem in ſua Eccleſia, & in hoc Capitulum, vel Communitas nil poſſunt; ſed ſi ab immemorabili alius deputabat, Concilium in hoc nil innouat.

Item, in Cathedralibus electio Prædicatoris ſpectat ad Epiſcopum regulariter, niſi conſuetudo immemorabilis obſtet.

Item, Concilium non ſubſtulit conſuetudinem immemorabilem, quo Capitulum in feſtis ſolemnibus inuitet in Eccleſia

ſia Cathedrali vnum ex Concionatoribus approbatis ab Ordinario.

Item, ad expenſas Concionatoris non tenentur contribuere penſionarij.

Item, vbi eſt conſuetudo, quòd populus ſoluat expenſas, & eleemoſynas Prædicatori, poteſt cogi ab Epiſcopo.

Item, tempus ieiuniorum pro Prædicatore eſt Quadrageſima, & Aduentus, non vigiliæ.

Item, Epiſcopus mittat Concionatorem in Quadrageſima ad aliam Eccleſiam Cathedralem ſibi vnitam.

Item, hodie Aduentus non dicitur tempus ieiunij, & ſic Epiſcopus debet arbitrari de Quadrageſima, an indies ſit concionandum.

Item, per hæc verba, *nemo prædicet contradicente Epiſcopo*, nulli conceditur licentia concionandi, niſi de conſenſu Epiſcopi.

Item, Regulares ante munus prædicandi non tenentur facere profeſſionem fidei, ſed Epiſcopus cum Regularibus ante officium prædicandi poteſt exigere profeſſionem fidei, ſi ita iudicauerit expedire.

Item, Curati vel Beneficiati Eccleſiæ ſæcularis Parochialis ſubiectæ Regularibus non poſſunt in dicta Eccleſia prædicare.

Item, contradicente Epiſcopo nullus etiam Regularis prædicet, nec tenetur Epiſcopus aperire cauſam quare prohibeat.

Item, Epiſcopus non poteſt denegare licentiam prædicandi in Parochiali, ex eo, quòd prædicatur in Cathedrali.

Item, munus prædicandi poteſt committi Clerico in minoribus, quia non videtur actus Ordinis ſacri, ſed non laico.

Item, in loco exempto non licet etiam Regularibus prædicare contradicente Prælato, vel ſine præſentatione, ſed non debet examinari ſi oſtendat approbationem ſuorum Superiorum.

Item, non prædicare in illa hora, in qua Epiſcopus prædicat, vel coram eo ſolemniter prædicatur, non eſt in vſu, ſed ſeruent conſuetudinem.

Item, in Eccleſia Cathedrali ſi eſt dubium à quo ſit ſuſtentandus Concionator, tenetur Epiſcopus facere ſumptus de ſuo, quòd ſi ab immemorabili in Cathedrali ſumptus fiant ab aliis, tamen ius eligendi ſpectat ad Epiſcopum.

Item, Diaconus non debet impediri à ſuo officio prædicandi, niſi ex iuſta aliqua cauſa.

Item, ius nominandi Prædicatores in inferioribus Eccleſiis, ſi ex immemorabili ſpectet ad inferiores, Epiſcopus nil innouet.

Item, ſi Curati volunt per ſe prædicare, non debent prohiberi.

* Item, vbi eſt conſuetudo, vt populus ſoluat Concionatori, eſt ſeruāda, ſed ſecùs ſi Communitas nominabat Prædicatorem ex immemorabili, & Epiſcopus vult ipſe nominare.

Item, Ordinarius non poteſt cogere pœnis populum, vt audiat Miſſam, vel Concionem in Parochiali, vel pueros ad doctrinam Chriſtianam, etiamſi ſunt negligentes, & contumaces.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *Saltem in 6.*] Referas ad tempus Quadrageſimæ & Aduentus, quæ habent hebdomadas, & in quibus conſueuit ſeruari hoc munus prædicationis, præſertim cùm ſint & appellentur tempora ieiuniorum, & licèt ieiunium Adnentus ſit de conſilio, *cap. conſilium*, vbi Doct. *de obſer. ieiun.* Sylu. *Ieiunium, num.* 5. tamen vſus ita recepit, & ita cenſuit maior pars Illuſtriſſimorum Idibus Octobris 1573.

β *Teneri.*] Videtur præceptum, & ſic poteſt cogi, vt per Nauarr. *cap. 21. num. 15.* & ſic limita ſuprà *ſeſſ. 22. de euitand. in celebr. Miſſ.* quia illud loquitur monendo, & procedit quoad Miſſam; hic autem de Concione. Quæ Nauarr. opinio non placuit ſacræ Congregationi, vt per Sarnen. *de viſit. lib. 2. cap. 2. nu. 30.* quæ decreuit non poſſe Ordinarium mulctis ac pœnis, etiam in caſu notabilis negligentiæ, aut contumaciæ cogere ire ad audiendam Miſſam, & ſacram Concionem in Parochiali, nec pueros ad audiendam doctrinam, etiamſi hoc fieri voluerit in oppidis & villis, & aliis locis extra Ciuitatem.

γ *Nullus autem ſæcularis, ſiue regularis.*] Hinc eſt quod vigore Bullæ fel. record. Pij IV. de profeſſ. fid. facienda Regulares non tenentur facere profeſſionem fidei antequam munus Prædicatoris aſſumant; poteſt tamen Ordinarius quo tempore Con-

cionandi licentiam Regularibus, & hoc text. concedit exigere ab eis hanc regularem profeſſionem fidei,ſi ita ipſi expedire videbitur, & ita ſacra Congregatio, vide in Concil.Lateranen. ſub Innocentio III. *cap* 3.*Concil.tom.*3 *col.*1.*fol.*738.

δ *Contradicente Epiſcopo.*] Nec tenetur Epiſcopus cauſam contradictionis exponere Theſ.for.Eccleſ.*par.* 1. *cap.*8. vbi etiam vide,quòd etiam fidei profeſſionem à Prędicatoribus poſſunt exigere Epiſcopi.

ε *Compellent.*]Intell.parentes,iuxta *cap.vt quiſque, de vit. & honeſt. Cleric.* Sarnen. *de viſit.lib.*3.*num.*12.ſed contrarium eſt verius, vt non poſſint Parentes compellere, ſed eos ad quos pertinet docere. Prax. Epiſc. *in ver. doctrina,quæſt.*2.*fol.*81.

ζ *Et conſuetudinibus.*] Quid ſi conſuetudo immemorabilis, dic non cenſeri reuocatam.Menoch *tom.*1.*conſ.*43.*num.*7.*& tom.* 1.*conſ.*90.*num* 65.*& tom.*8.*conſ.* 701. *num.*96. dixi ſuprà *ſeſſ.* 22. *cap.* 7. & ita in materia deputandi Prædicatorem; Cenſuit Congregatio contra Archiepiſcopum Neapol. pro Abbate ſancti Ioannis Maioris,ſub die 18.Iunij 1575.quia acquiſitio facta ex curſu temporis immemorabilis habet vim contractus initi inter partes. Bald. *conſ.*315.*col.* 1.*vol.*3.Aym.*conſ.*10.*num.*11.Roland.*conſ.*66. *num.* 4 .*col.* 2. & habet vim Conſtitutionis Principis, ac ſi de cõſenſu partium tale ius ſtatutum fuiſſet.Pariſ.*conſ.*101.*num.*84.*vol.*1. Rol.*num.*43.Item, vim pacti expreſſi. Bald. *conſ* 185. *lib.* 1. & derogando præſcriptioni non venit immemorabilis.Afflict.*deciſ.*254. *propè fin.*Couarr.*lib.*3.*var.reſolut.cap.*33.*nu.*5. Etiamſi per viam legis derogetur, vt fuit bis reſolutum in Rot. *ſeq.* Tiraq. *de retract. conuention* §.1.*gloſ.*2.*num.* 25. etiamſi derogatio fiat per verba vniuerſalia, veluti non obſtantibus quibuſcumque conſuetudinibus,iuxta *cap.*20.*in fin.infrà eadem ſeſſ.*& ita cenſuit Congregatio in cauſa Præpoſiti ſanctæ Agathæ contra Epiſcopum Cremonenſem ſuper cognitione cauſarum criminalium, die prima Aprilis, 1574. facit etiam præſumi bonam fidem. Maſcard. *de probat. vol.* 1. *concluſ.* 228. Plures effectus conſuetudinis immemorabilis ponit Ant. Gabr.*comm. opin.lib.*5. *de preſcript.concluſ.*1. licèt autem immemorabilis habeat vim priuilegij, tamen non eſt priuilegium verum. Rot *par.*1.*deciſ.*745.*num.* 6. & quomodo probetur,Rot.Verall.*par.*2.*deciſ.*71.

Regulares poſſunt prædicare etiam Epiſcopo per ſe prædicante,vel coram ſe prædicari faciente. Item, Congregatio cenſuit Regulares, qui abſque licentia Epiſcopi prædicauerint in Eccleſiis quæ ſuorum Ordinum non ſunt, tametſi decrero Concil.*ſeſſ.*5.*cap.*2.contrafecerint,non poſſe tamen puniri ab Epiſcopo, ſed tantùm à ſuperioribus regularibus.

Item, Populus qui ab immemorabili tempore conſueuit prædicatorem eligere, non poſſe ab Epiſcopo impediri,dummodò talis conſuetudo ſit legitimè probata in caſu Epiſcopi Nolani. Vide Theſ.for. Eccleſ.*par.*1.*cap.*8.*num.*4.*fol.*89.& ibidem,vide modum probationis.

Item, vbi conſtat quòd populus conſueuit eleemoſynam,vel expenſas Prædicatori præſtare per Epiſcopum, ad id cogi ad Epiſcopum Neritonenſem,die 25.Ianuarij, 1602.Theſ.*vbi ſuprà num.*6. De Prædicatorum officio eorúmque examine & approbatione, vide Bullam Leonis X. relat. per Quarant.*in ver.prædicator, fol.* 398. vbi vide de pœna prædicantium ſine licentia Epiſcoporum, & an poſſit quis prædicare, niſi ſit in ſacris, & regulares cum ſuorum Superiorum licentia, & approbatione tenentur ſe perſonaliter præſentare coram Epiſcopo, & ab eo benedictionem petere. Theſaur. for.Eccleſ.*vbi ſuprà num.*10.

ADDITIO.

1 *Aſſument.*] Aſſumere autem poſſunt, & laicos, quia prædicationis munus actus Sacerdotis non eſt. Nauarr.*conſ.*2. *de temp. ordin.*

2 *Parochos.*] Nota prædicationem eſſe officium Curæ. Gomeſius *in reg. de.. in princ.* Rip. *lib.* 1. *reſp. tit. de reſcript. cap.* 19. *num.*42.

3 *Impenſis.*] Quis autem teneatur alere huiuſmodi Prædicatores,vide Doct.*in cap. inter de offic.ordin.*Rip.*vbi ſuprà num.*44. Felin.*in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num.*47. *de conſtit.facit.cap.ad Apoſtolicam, de ſimon.*Rebuff.*in concordat.tit.de Collat.*§.1.gloſ.*in ver. prædicationis, in fin.fol. paruo* 275. Arcenda *de exeq.mand.reg.lib.*2.*cap.*10.*num.*27.*fol.*172.

4 *Quadrageſimæ.*] Vide *declarat.* 26.

5 *Teneri.*] Hinc tamen non probatur, quòd Parochiani teneantur audire Miſſam

in

Digitized by Google

in propria Parochia, quamuis prædicatio ſit habenda inter Miſſarum ſolemnia, vt dixi ſuprà *ſeſſ. 22. in Doctr. de Sacrif. Miſſ. cap.8.*

6 *Fidei Rudimenta.*] Concordat Concilium Colonien. *tit.de Parochis, & eorum Vicariis, cap.4.*

CAPVT V.

Cauſæ criminales grauiores contra Epiſcopos à ſolo ſummo Pontifice cognoſcantur, & terminentur. Aliquando tamen ſua manu committet ſummus Pontifex cauſæ diſquiſitionem Metropolitanis, qui ſolam facti inſtructionem facient, & ad Sanctiſſimum Dominum mittent, &c. Minores criminales cognoſcantur à Concilio prouinciali, &c.

α CAuſa criminales [a] 1 *grauiores* contra 2 *Epiſcopos*, etiam hæreſis, quod abſit, quæ β *depoſitione*, aut priuatione dignæ ſunt, ab ipſo tantùm ſummo Romano Pontifice cognoſcantur, & terminentur. Quòd ſi eiuſmodi ſit cauſa, quæ neceſſariò extra Romanam Curiam ſit committenda, nemini prorſus ea committatur, niſi Metropolitanis, aut Epiſcopis, à Beatiſſimo Papa eligendis. Hæc verò commiſſio & γ *ſpecialis* ſit, & manu ipſius Sanctiſſ. Pontificis ſignata, nec vnquam plus his tribuat, quàm vt ſolam facti 3 *inſtructionem* ſumant, proceſſúmque 4 *conficiant*, quem ſtatim ad Romanum Pontificem tranſmittant, [b] reſeruata eidem Sanctiſſimo ſententia definitiua. Cætera aliàs ſub fel.rec.Iulio III. ſuper his decreta; necnon & conſtitutio ſub Innocentio III. in Concilio generali, quæ incipit. δ 5 *Qualiter* [c] *& quando*; quam ſancta Synodus in præſenti innouat; ab omnibus obſeruetur. ε *Minores* verò 6 *criminales cauſæ* 7 *Epiſcoporum*, in 8 *Concilio tantùm* prouinciali cognoſcantur, & terminentur, 9 *vel à deputandis* per Concilium prouinciale.

a Vide Conc. Sardicen. c.3. ca.ad abolendam, & c. excommunicamus, §.damnati verò, de hæret &c. quo iure 8. diſt.

b Suprà, Seſſ. 13. de Refor. c.6.7.& 8.

c Lateran.c.8. & decretal. lib.2.cap.14.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

COncilium Prouinciale non poteſt formare talem proceſſum, vt hæreſis, vt tranſmittatur ad Papam, quia per hoc cap. non tantùm definitio, ſed etiam cognitio ſpectat ad ſolum Papam.

Item, in Concilio Prouinciali poſſunt tractari cauſæ criminales minores Epiſcopi, licèt in eo non adſint 12. Epiſcopi, ſed in cauſis maioribus ſint duodecim.

Item, Metropolitanus poteſt cognoſcere cauſas ciuiles Epiſcoporum.

Item, Deputati ſi cœperant tractare cauſas, poſſunt diſſoluto Concilio illas proſequi; ſecùs non.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α CAuſæ criminales.] Hæc eſt vna ex exceptionibus, vt infrà *eadem ſeſſ. cap. 20.* cauſarum quæ iuxta hanc canonicam ſanctionem apud Sedem Apoſtolicam eſt tractanda, de qua vide in Epiſtola Iul. I.ad Orientales *tom. 1. fol. 305. col. 1. & 2.* Greg. *in regr. lib.4. ep.34.*

β *Depoſitione.*] Dic quod tunc criminaliter agitur, vt per Archid. *in cap.1. de teſt. lib.6.*

γ *Specialis.*] Quia etiam de iure communi in criminalibus requiritur ſpecialis commiſſio iudicis, vt per Iul. Clar. *in §. fin. quæſt.3. ver. vnum autem.*

δ *Quali*

3 Qualiter & quando.] Per d.cap. qualiter & quando.§.*licet, et 2. de accuſat.* quod puniti, & carcerati ab Epiſcopo, & vt a Iudice, nō ſunt teſtes idonei contra ipſum. Felin.*in cap.cùm oporteat, num. 5. de accuſat. & in cap. repellantur in add. verbo vltimo.* not.Bald.*in l.cum ipſius.C.ſam.ercíſcund.*Gig. *de crim.læſ.Maieſt.lib.2.tit.quomodo*, & per quos *cap.2.num* 11.Grammat.*conſ.* 46.Dec. *conſ.*49.

4 *Minores.*] Per hæc verba non videtur probari opinio Fuſci *de viſit. lib. 2. cap.*11. dum tenet poſſe Epiſcopum procedere etiam contra Archiepiſcopum ratione delicti in ſua Diœceſi commiſſi, cùm hoc ſpectet ad Papam, vel ad Concilium Prouinciale, pro qualitate cauſæ, & virtute huius text.non poteſt Epiſcopus abſoluere exemptos ſuæ Diœceſis, niſi eos qui ſe ſibi ſubmiſerunt. Nauarr.*conſ.* 31. *num.3. de pœnit.& remiſſ.*

ADDITIO.

1 *Graniores.*] Aliæ ergo in Concilio tractari poterunt intereſſentibus tamen 12. Epiſcopis de iure, quamuis de conſuetudine tantus Epiſcoporum numerus non ſit neceſſarius, Archid. & Turrecrem.*in c. felix.*15.*quæſt.*7.

2 *Epiſcopos.*] Accuſatores Epiſcoporum quales eſſe debeant.Sum.Pont. *in ver. Epiſcopus,à num.*89.*vſque ad* 94.

3 *Inſtructionem.*] Quid veniat inſtructionis appellatione,& quid agere debeat iudex, cui mandatur inſtructio, Luc. de Pen. *in l. apparitores, num.* 2. *C. de exactor. lib.*10.

4 *Conficiant.*] An autem Concil. Prouinciale ante proceſſum contra Epiſcopum inchoatū ſumere poſſit indicia,quandoque dubitatum fuit,& quibuſdam affirmandum videbatur; iure antiquo Epiſcopi à Prouinciali Concilio iudicantur,*cap.quorundam,*24. *diſtinct.* & ideò ſeruandum eſt quatenus non reperitur ab hoc decreto immutatum. Hic verò non immutatur ius antiquum, niſi quoad facti inſtructionem, & fabricationem proceſſus, quæ citationem exigunt, nam & ſi nuda informatio comitatur, citatio requiritur. Rom. *conſ.* 248.Dec.*conſ.*603.*num.* 11. Bald. *in l.non ita, num.*14.*de adopt.*At indicia ante proceſſum ſine citatione ſumuntur.

Contrarium tamen probare verò videtur hic text. dum in primo generaliter diſponit cauſas, de quibus hic a ſanctiſſimo tantùm Pontifice eſſe cognoſcendas, quibus verbis omnibus aliis iudicibus iuriſdictio adimitur.

Ad aliud autem fundamentum,quòd informatio citationem exigat in contrarium, vide, quæ ſcripſi in dictione informatio.

5 *Qualiter.*] *in cap.qualiter, & quando,il 2.de accuſ.* habes quòd iuxta inſtructiones. D. Lucæ 16.in exequendis Villicis dationibus de Villicatione, procedant iudicationes inquirendo non ſolùm contra ſubditos, ſed etiam contra Prælatos, vt ſuprà prius per clamorem etiam famam ortam a maleuolis, & maledicis, ſed prouidis, & honeſtis viris, ac non ſemel,ſed ſæpiùs ad aures Superioris perueniens delictum, & coram Eccleſiæ ſenioribus veritas præſeruatur,tunc enim fama ex accuſatoris perſona inducitur, & licèt hoc procedat cum omnibus,multò magis ſeruandum eſt cum Prælatis, qui cùm miniſtrent iuſtitiam,non poſſunt omnibus complacere, & ideò odium incurrunt, & patiuntur inuidiam. Quare ſancti Patres ſtatuerunt, vt non facilè accuſatio contra Prælatos admittatur, & non ſolùm falſæ, ſed malignæ criminationi ianua præcludatur; Ita tamen, vt Prælati caueant inſolenter delinquere, quare accuſatio contra illos, quæ ad degradationem incendit, niſi præcedat ſubſcriptio non admittatur, neque per hoc impeditur quin graui præcedenti infamia contra Prælatos ex Inquiſitione procedatur, & ſi non poteſt puniri per degradationem, puniatur per amotionem ab adminiſtratione, & niſi per contumaciam ſe abſentauerit, dandæ ſunt infamato copiæ cum teſtium nominibus, ſuper quibus inquirendum eſt, & recipiendæ eius exceptiones, Superiores ſint diligentes ad puniendum exceſſus, ſed non leuibus moueantur argumentis, accuſationem præcedat ſubſcriptio denunciationum,charitatiua monitio, Inquiſitionem diffamatio, & ſententia ſemper iuxta formam iudicij feratur; ſed hæc omnia non procedunt in regularibus, quia faciliùs amoueri poſſunt.

6 *Criminales cauſæ.*] Pecuniariæ verò

inter

inter Epiſcopos etiam à Metropolitano cognoſci poſſunt, qui eſt ordinis Epiſcoporum. Item, ſi ſint inter Epiſcopum reum, & priuatum, ſecùs ſi Epiſcopus ſit actor *cap. Parochialis*, vbi Abb. *num. 2. de offic. ordin.*

7 *Epiſcoporum.*] Non tamen Archiepiſcopi, qui neque in criminalibus coram Concilio Prouinciali cõueniri poteſt, cùm ſit caput Concilij, *cap. ſicut olim, de accuſat. cap. graue nimis, de præben.* vbi Abb. *num. 7.* Io. Andr. *num. 9.* Zabar. *num. 9. verſ. 14. quæro.* Anch. *num. 10.* Butr. *num. 14. & 17.* Imol. *num. 11. & 21.* & ita cenſuit Congregatio *17.* Octobris, *1585.* Vide Steph. Quarant. *de Concil. Prouinc. quæſt. 33.* licèt Officialem generalem Archiepiſcopi punire, & remouere poſſit Concil. Prouinciale, quia habet iuriſdictionem in omnes de Prouincia. Abb. *in d. cap. graue nimis, num. 4.* etiam in Capitulo. Anch. ibi *num. 8.* Iacob. de Concil. *lib. 5. art. 8. num. 5. cap. ſcitote 6. quæſt. 3.* Nec obſtat quòd ſit idem tribunal, *cap. 2. de conſuet. in 6. Romana de appellat. in 6.* quia procedit, vt ſciatur ad quæ ſit appellandus, non in cæteris, hinc Archiepiſcopus punit ſuum Officialem, *cap. ad hæc de offic. Vic.* Rot. *deciſ. 282.* Vide Imol. *in Clem. 2. de reſcript.* Ita Congregatio cenſuit 17. Octobris, 1585.

Poterit etiam Concilium Prouinciale ex cauſa ſuſpendere viſitationem omnium Epiſcopatuum Suffraganeorum, *argum. 18. diſt. in ſumma.* vbi gloſſa, & Io. de Turrecrem. & ita cenſuit Congregatio, vide *ſuprà ſeſſ. eadem cap. 3.*

Et ad hoc *cap. 5.* vide Lælium Iordan. *in tract. de maior. Epiſcoporum cauſis ad Papam defer.* & de iuriſdictione Concilij Prouincialis, vide Steph. Quarant. *in tract. de Conc. Prouinc.* ſed an poſſit auocare cauſam pendentem coram Epiſcopo, vel Archiepiſcopo, videtur quòd non, niſi data eorum negligentia, & trad. per Stephan. Quarant. *de auct. Concil. Prouinc. quæſt. 31. verſ. ſupplet,* & idem de auctoritate Archiepiſcopi, *auct. 19.* & ſuper hoc fuit aliàs facta declaratio in ſacr. Congregatione, quam videro, exciperem cauſas, de quibus infrà *ſeſſ. 25. de Reliq. & venerat. Sanctor.*

8 *Concilio tantùm.*] Minores cauſæ erant in Concilio Prouinciali, quæ non ſint dignæ depoſitione, ita iſtum text. intelligit Io. Sigur. *in direct. iud. par. 1. cap. 13. num. 8.* quæ verò non ſint dignæ depoſitione erunt cognoſcendæ à Papa.

9 *Vel à deputandis.*] Deputati autem à Concilio non dentur omnes, ſed ex tantùm, *argum. 2. quæſt. 4. Can. nulla 3. quæſt. 8. cap. 1. §. iudices. cap. ſuggero 5. quæſt. 4. cap. 1. & cap. duodecim,* niſi inferiores deputentur à Papa, *arg. d. cap. duodecim, §. qui verò,* vbi gloſ. *Archid. & Gemin.*

Deputatorum iuriſdictio durat etiam finito Concilio Prouinciali, eáque Ordinarij habeatur, vt per gloſ. *in ſumm. 3. quæſt. 8.* vbi Gemin. & Præpoſ.

CAPVT VI.

Datur Epiſcopis ampla poteſtas diſpenſandi in irregularitatibus, & ſuſpenſionibus certis, & abſoluendi ſibi ſubditos à quibuſuis caſibus reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, in foro conſcientiæ, etiam à crimine hæreſis.

1 L*Iceat* α 2 *Epiſcopis* in [a] irregularitatibus β *omnibus*, & 3 *ſuſpenſionibus*, γ *ex delicto* δ *occulto prouenientibus*, & excepta ea, quæ oritur ex homicidio 4 *voluntario*, & exceptis aliis, deductis ad 5 *forum contentioſum*, 6 *diſpenſare*: & in quibuſcumque caſibus ε *occultis*, [b] etiam Sedi Apoſtolicæ 7 *reſeruatis*, delinquentes, ζ *quoſcumque* 8 *ſibi ſubditos*, in Diœceſi ſua η *per ſeipſos*, aut Vicarium, ad id ſpecialiter 9 *deputandum*, in foro conſcientiæ gratis θ *abſoluere*, impoſita pœnitentia ſalutari. Idem & ι *in hæreſis crimine* in eodem foro conſcientiæ eis tantùm, non eorum 10 *Vicariis* ſit permiſſum.

[a] Vide Seſſ. 14. cap. 7. cap. miror. & cap. Contumaces, 50. diſt. ca. erga. 1. q. c. at ſi Clerici, de iud. & ca. nuper, de ſenten. excomm.

[b] De quibus ſub Alexãdro, in Conc. Lat. par. 14. Conſt. cius.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

EPiſcopus poteſt diſpenſare cum eo, qui ignoranter in excommunicatione celebrauit, licèt id ſcire teneretur, ſi non eſt notorius.

Item, occultum quomodo intelligatur, remittitur ad terminos iuris.

Item, Epiſcopus poteſt diſpenſare à Simonia occulta; ſed non poteſt habilitare Simoniacum ad Beneficia obtinenda, vel ad ea,quæ in Simonia obtinuit.

Item, Epiſcopus non poteſt in caſibus Bullæ Cœnæ, quia in hoc eſt derogatum huic *cap.6.*

Item, Epiſcopus poteſt per hoc cap. abſoluere per ſe, vel per Vicarium,vel per Confeſſarium ſpecialiter deputandum.

Item, Epiſcopus per hoc cap. non poteſt abſoluere ingredientes Clauſtra Monaſterij, etiam occultè, quia obſtat Bulla Gregorij X I I I. & ſi ignoranter, ſecùs ſi ratione ætatis,vel priuilegij.

Item, Epiſcopus per hoc cap.poteſt abſoluere exteros, qui habitant in ſua Ciuitate,& licèt extra peccauerint de ſola diſpenſatione, ſecùs videtur, vt ſunt Medici, Prætor, & ſimiles, & licèt abſoluere poſſint à peccatis in Sacramento pœnitentiæ, tamen non poſſunt diſpenſare.

Item, nunc Epiſcopus non poteſt abſoluere ab hæreſi, nec à caſibus Bullæ ex Pio V.

Item, Epiſcopus ex hoc cap. poteſt deputare ſuum Confeſſarium ad ſe abſoluendum à caſibus huius cap.etiam extra Diœceſim ſuam.

Item, nomine Homicidij non venit mutilatio membri,nec obſtat gloſſa.

Item, Epiſcopus non poteſt ſuos ſubditos abſentes a Diœceſi abſoluere,quia detur in Sacramento Pœnitentiæ, ſed Diœceſanus poteſt.

Item, Prælati inferiores habentes iuriſdictionem ordinariam, vel quaſi Epiſcopalem, vel Prælati Regulares non poſſunt vti hoc cap. ſed tantùm Epiſcopi priuatiuè.

Item, diſpenſatus, & abſolutus ab Epiſcopo ſi peccauit coram duobus,vel tribus teſtibus;licèt non notoriè,non eſt tutus in conſcientia, quia occultum eſt, quod probari non poteſt ex Panormit. & Clar. & verba Concilij propriè intelligenda ſunt, vide inferiùs,&c.

Item, qui fuit accuſatus, & delictum non probatur; ſed non definitur, ſed mittitur cum cautione ſe repræſentandi, non poteſt vti hoc cap. quia ſufficit ſola deductio ad forum contentioſum.

Item, Clericus ordinatus ante ætatem, poſtquam peruenit ad ætatem, ſi delictum eſt occultum poteſt ab Epiſcopo abſolui, & diſpenſari, ſed ſi non eſt in ætate non poteſt, ſed Papa.

Item, Epiſcopus electus, confirmatus, non conſecratus poteſt diſpenſare, non abſoluere.An Cardinalis æquiparetur Epiſcopo,vide ibi.

Item, occultum ſecundùm Doct. eſt, quod probari non poteſt. Item, quod aliqua tergiuerſatione celari poteſt,licèt aliqui ſciant, vel quando actus eſt factus de nouo, vel fit per interpoſitam perſonam; ſed in hoc cap.dicitur occultum,quod opponitur manifeſto, id eſt, quia notum per ſententiam, vel excommunicationem, vel Confeſſionem in iure, more probationis, vide Nauarr.*cap.27.*

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a EPiſcopis.] Intuitu quidam Epiſcopus abſoluit quamdam Monialem ab irregularitate,inde orta quæſtione fuit dubitatum,nunquid in mulieribus etiam Monialibus cadat irregularitas. D. Card. Alciatus dicebat quòd ſic,per gloſ.*in cap.indemnitatibus. §. ſanè in ver. non obſtan. de elect.in 6.* vbi Moniales eligentes ſcienter Abbatiſſam indignam, fiunt tanquam ſuſpenſæ, & irregulares; nobis contraria ſententia viſa eſt verior, quia irregularitas propriè oritur occaſione adminiſtrationis Sacramentorum, quorum non eſt capax fœmina, quæ idcircò non ordinatur, *cap.Diaconiſſam.* vbi gloſ.27. *quæſt.1.*ita expreſsè refert Summ.Armil.*in ver.irregularitas.3.* nec obſtat gloſ. *in cap. indemnitatibus.*quia dicit tanquam ſuſpenſæ & irregulares, cùm dictio tanquam ſimilitudinem ſignificet, quàm rei proprietatem explicet. Præterea omnes Scribentes ibi tacent

cent hoc nomen *irregularis*, licèt loquantur de ſuſpenſione & impedimento illo Monialium quæ eligunt ſcienter indignam, nec fit irregularis Clericus eligens ſcienter indignum; ſed bene priuatur iure & facultate amplius illa vice eligendi: ergo nulla in eo caſu cadere poteſt irregularitas, *cap. innotuit.* vide *text. in cap. nouo.* vbi gloſ. *de pœnit. & remiſſ.* Ant. *in 3. par. tit. 28. cap. 1. de irregul.* Silu. *ord. 7111. num. 7.* Idem *ver. Abbatiſſa, num. 2. & ſeq.*

β Omnibus.] An comprehendantur etiam caſus expreſſi in Bulla Cœnæ Domini; & dic quod non, quia poſt Concilium PP. ibi per clauſulas ampliſſimas, & prægnantes videtur declarare quod non comprehendantur, ſed ſibi ipſi reſeruentur.

γ Suſpenſionibus.] In quo differat irregularitas a ſuſpenſione, vide per Silu, *irregularitas, num. 2. & ſuſpenſio. in princ.*

δ Ex delicto occulto.] Fuit quæſitum quod dicatur delictum occultum quoad hunc effectum; & reſpondetur, quod occultum poteſt capi pluribus modis, de quibus per Abb. *in cap. ex literarum, de temp. ordin.* & in *cap. veſtra, de cohabit. Cleric.* Silu. *in ver. occultum, per tot.* Felinus *in cap. porrò, num. 5. & 6. de ſent. excommun.* quod probari non poteſt, vnde iudicio Dei relinquitur quod aliqua tergiuerſatione celari poteſt, licèt aliqui ſciant. Item, quod non peruenit in notitiam illius cuius intereſt, licèt aliqui teſtes ſciant. Item, quando actus requirit decretum iudicis, & eſt factum ſine, licèt ſint multi teſtes. Item, quando actus eſt factus de nouo. Item, quando fit per interpoſitam perſonam. In propoſito autem dicitur occultum quod opponitur manifeſtum, videlicet quòd non eſt notum per ſententiam, vel per coniunctionem, vel per Confeſſionem factam in iure metu probationis, vel quod poſſit aliqua tergiuerſatione celari. Ant. *3. par. tit. 20. cap. 2. §. 5.* Add. Feder. de Sen. *quæſt.* 8. in propoſitio. quod dicatur occultum, vide per Nauarr. *cap. 27. num. 194. &* 250. Couarr. *in Clem. ſi furioſus, par. 2. §. 3. num. 2. de homicid.* In quibus caſibus occultis poſſit Epiſcopus diſpenſare vigore huius text. vide per Quarant. *in ver. ordo, fol. 377. cum ſeq.*

Quærebatur, An Epiſcopus virtute huius decreti poſſit abſoluere Sacerdotem ſubditum ſuum à Simonia occulta, & rehabilitare eum ad Ordines & beneficia, tàm obtenta quàm obtinenda, & pro reſponſione oportet conſiderare quòd ſi loquimur de abſolutione in foro conſcientiæ vt præſupponitur in dubium, dicendum eſt quòd ſic, quia Concilium in *cap. 6. in 2. par.* vbi loquitur de abſolutione, permittit hoc Epiſcopis etiam in caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis; exemplum, prout in hæreſi, quod eſt grauius omnibus. Si verò loquimur de diſpenſatione cum rehabilitatione, & tunc ſubdiſtinguere debemus inter Simoniacum in Ordine, vel in beneficio, licèt hæc duo fuerint æquiparata iuri communi, vt per D. Thom. *22. quæſt.* 100. *art. fin. in reſp. ad primum, & vltimum.* Silu. *in ver. Simonia, num. 19.* Nam quia Simoniacus in Ordine, ſi ſcienter commiſit Simoniam, eſt ipſo iure ſuſpenſus non ſolùm ab illo Ordine quem Simoniacè recipit, ſed ab aliis etiam ritè ſuſceptis, ſecùs ſi ignoranter. Innoc. Abb. Felin. *in cap. per tuas, il* 2. D. Thom. *vbi ſuprà,* Bulla Pij V. cum primùm Kal. Aprilis, 1566. anno primo, & vt Simoniacæ prauitatis, ſequitur quod cum tali, qui ſolummodò eſt ſuſpenſus, poterit Epiſcopus diſpenſare ex data ſibi per hoc decretum poteſtate ad diſpenſandum in omnibus irregularitatibus, & ſuſpenſionibus. Si verò loquimur de Simoniaco in beneficio, & hoc caſu ſubdiſtinguendum eſt per tria verba, videlicet de beneficio ſuper quo commiſſa eſt Simonia, vel de aliis non Simoniacè obtentis, vel de obtinendis, vt quoad primum membrum, quia per Bullam prædictam Pij V. Simoniacus ſcienter, in beneficio non modò eſt ſuſpenſus ipſo iure, & erat de iure communi. D. Thom. *vbi ſuprà.* Felin. *in d. cap. de Simoniaca, & cap. per tuas,* Silu. *Simonia, num. 29. cum aliis per eos relatis.* ſed eſt ipſo facto priuatus & inhabilis, quoad illud & alia obtinenda, videtur quod Concilium in hoc caſu non habeat locum. Dat enim tantùm Epiſcopis facultatem ad diſpenſandum in caſibus etiam reſeruatis, in quibus venit irregularitas, & ſuſpenſio nihil de priuatione loquens. Quare cum Simoniaco in beneficio, qui eſt priuatus per Bullam, non poteſt diſpenſare. Quia vbi in diſpenſatione imponitur certus modus, vel forma, non licet tranſgredi. Hoſtien. Io. Andr. & Dom. *in cap. de ſuppl. negligen. Prælat. lib. 6.* Felin. *in d. cap. per tuas, num. 5.* & ita in hoc articulo cenſuit ſacra Congregatio Illu-

ſtriſſimorum ſub die 5.Maij,1575.Quo verò ad ſecundum membrum de alijs beneficiis non Simoniacè obtentis, licèt diſtinguat Innoc.inter Simoniacum notorium & occultum, vt ille etiam ſit ſuſpenſus ab aliis, iſte verò non, vt *in d.c.per tuas, nu.3.* quem refert Abb. *num.7.* & tenent communiter omnes,in vtroque tamen caſu intrat Concilium loquens de ſuſpenſione. Nec obſtat Bulla prædicta. Quia non diſponit in hoc caſu, loquitur tantùm de beneficiis Simoniacè obtentis, quibus imponit pœnam priuationis; hunc verò caſum relinquit ſub diſpoſitione iuris communis,per regulam quod non mutatur,ſtare non prohibetur vulg. iur. circa tertium membrum de obtinendo, puto Concilium non intrare, quia per Bullam talis Simoniacus ſit omninò inhabilis ad obtinendum. Præterea, qui priuatur obtento, multo faciliùs prohibetur obtinere; multa enim facta tenent quæ impediuntur fieri, vt in term. tenet per *cap.fin.de conceſſ.præbend.lib.6.* Ioann.de Plat.*in tit.de excom.§.41.in fin.tom.3.fol.228.* ſed quoad reſcriptum ſacræ Congregationis, per quod diuiditur Epiſcopum non poſſe diſpenſare cum Simoniaco occulto in beneficio obtento Simoniacè, quia eſt ipſo priuatus per Bullam, vt ſuprà dictum eſt,dubitabā per infraſcripta. Primò, quia cùm de iure communi potuiſſet Epiſcopus diſpenſare in omnibus caſibus, etiam reſeruatis, etiam in quibus venit pœna priuationis ipſo iure, cuiuſmodi ſunt omnes aliæ Simoniæ, præterquam in Ordine & beneficio. D.Thom.*vbi ſuprà.* Silu.Simonia *num.19.* Caſus *num. 2.* diſpenſatio *num.16.* Doct. *in d. cap. de Simonia*, ſequitur quod Concilium cùm veniat,ampliat ad iuriſdictionem Epiſcopi, concedat hos duos caſus, aliàs eius verba, nihil operantur. Secundò, quia Concilium vtitur dictione vniuerſali omnibus,quæ omnes caſus comprehendit, etiamſi maior ratio ſit in vno quàm in alio,*cap.Sedes*, vbi Felin. *in 4.declarat.de reſeruat.l.in fraudem.§.fin.* vbi Bald. *de milit. teſtam.* Tertiò, facit exceptio de homicidio voluntario, quæ cùm ſit de reſeruatis, videtur includere regulam in contrarium etiam in caſibus reſeruatis,argum.*l.namque liquido,de pœn.leg.* Dec. *in l. de reg. iur.* Doct. *in cap. ſicut dignum, de homicid.* Silu.*homicidium 3.num.11.& diſpenſatio, num. 16.* Quartò, facit, quia de iure communi, quilibet etiam ſcienter, etiam publicus Simoniacus in beneficio eſt ipſo iure ſuſpenſus,vel quoad ſe,& quoad alios ſi eſt notorius,vel quoad ſe ſi eſt occultus. D.Thom.*vbi ſuprà.* Innoc. Abb. & Felin.*in dictis locis.* ergo intrat omni caſu Concilium permittens Epiſcopis diſpenſare in omnibus ſuſpenſionibus, nec obſtat Bulla Pij V. quia non loquitur in Simoniaco occulto, ſed manifeſto; quòd patet ex illis verbis ſi conuictus fuerit: quæ referuntur ad forum exterius,cùm præſupponat delictum eſſe deductum ad forum contentioſum, argum. huius text. Remanet ergo diſpoſitio Concilij quæ emanauit ante Bullam,vt recipiat in caſu occulto,de quo loquitur inter primum à iure: ſi enim bulla voluiſſet comprehendere caſum occultum, expreſſiſſet, ſicut Martinus V.expreſſerat per aliam ſuam Extrauag.vt not.Silu. *Simonia, num. 19.* & aliàs,vbi ſuprà. An ex hoc decreto poſſit Epiſcopus in caſibus illis abſoluere,& diſpenſare forenſem qui in Ciuitate, vel Diœceſi ſua commoratur gerens officium tēporarium,quale eſt Prætoris,Medici,& ſimiliū,etiam quod crimen ſit alibi cōmiſſum, & puto reſpondendum affirmatiuè, quia ſubditus Epiſcopi ſit aliquis tribus modis, & inter alios domicilio; conſtituitur autem domicilium ſola animi deſtinatione reſpectu receptionis Sacramentorum. Summ. Piſanell. *Confeſſio. 3. num. 6.* præſertim ſi habitauit vltra ſex menſes, vel per annum, vt per Innoc. *in cap.omnis vtriuſque, num. 6. de pœnit.& remiſſ.* Petr.de Vbald.*in tract.de Can.Epiſc.par. 2.cap.7.num.2.* Summ.Angel. *in ver.confeſſio. III.nu.10.* Eſſet enim valdè abſurdum quòd aliquis moram habens in aliquo loco per annum, non poſſit ibi confiteri peccata ſua, etiam quæ vbi locorum commiſerit, & obtinere abſolutionem ſecundùm Petr. de Vbald.*vbi ſuprà*, & Innoc. Quæ abſque dubio procederent in duobus caſibus rēlatis per Nauarr.*in cap. placuit, ver. niſi pro ignorantia,num.77.Cum pluribus ſeqq. ad.96. de pœnit.diſt.6.* Primus, quando non haberet alibi domicilium habitationis. Secundus, quando & ſi haberet illud, tamen cōmodè pro Sacramentis accipiendis adire non poſſet. Quòd ſi abſolutio nō poſſet dari ſine diſpenſatione, idem eſſet dicendū vt poſſint ſimul diſpēſare,& ſoluere cū non ſit tantæ neceſſitatis,ſecùs videretur.

Epiſcopi,

Digitized by Google

Epiſcopi, in irregularitatibus non prouenientibus ex delicto, non poſſunt per hunc text. diſpenſare, cùm reſtringat ſe ad delicta. Item, not. quòd magis delinquit voluntariè committendo homicidium iuſtum, quam iniuſtum inuoluntariè: iſte enim poteſt diſpenſari ab Epiſcopo, ille non niſi à Papa. Nauarr. *in ſumm. cap. 27. ſub num. 194. ver. ſeptimò colligitur, & conſuluit, par. 2. lib. 5. de homicid. conſ.* 33. vbi vide quod non poteſt Epiſcopus diſpenſare in irregularitate quæ prouenit ex bigamia, an hoc decretum comprehendat eum tantum qui fuit, an eum qui mandauit, aut conſuluit pro negatiua. Anan. *in cap. 2. de Cler. pugn. in duell.* ſed pro affirmatiua quæ eſt verior ponderatur idem text. vbi habetur homicidiũ facto præcepto conſilio, & defenſione patrari, pro qua tenet Card. Toletan. *in ſumm. lib. 1. cap. 82. ver.* ſexto, poſt Concil. Trident. vbi vide quòd cùm loquatur de homicidio, non comprehendit mutilantem. In ver. ex homicidio voluntario, intellige etiam occulto. Graff. *lib. 2. caſ. conſcien. cap. 61. num.* 10. *ſuper eodem conſ. ſeſſ.* 14. *cap. 7. in princ.*

ε *Occultis.*] Et exceptis illis de quibus lata eſt ſententia in forma iudicis, quia neque hæc pertinent ad forum pœnitentiale, ſed potiùs ad contentioſum, neque venirent in generali conceſſione. Silu. *confeſſ.* 111. *num.* 7. in reliquis etiam reſeruatis caſibus poteſt Epiſcopus non ſolùm ipſe in foro conſcientiæ abſoluere, ſed hoc munus etiam ſuis Cõfeſſariis impartiri, dummodò exprimat caſus reſeruatos aliquos cum generali clauſula. Ant. 3. *par. tit.* 17. *cap.* 13. Silu. *vbi ſuprà, num. 6.* hæc enim ſunt iuriſdictionis, & demandari poſſunt, *c. aqua, de conſ. Eccleſ. vel altar. not. gloſ. in cap. peruenit d.* 95. Abb. *in cap. tranſmiſſa, num. 2. de elect.* & aduerte quia Concilium quando loquitur de diſpenſatione in princ. text. ſolis Epiſcopis hoc licere dicit, quia diſpenſatio eſt maioris momenti, vt not. Silu. *diſpenſatio, num. 14. & num. 2.* & ſolis Epiſcopis reſeruatur. Nauarr. *de irregul. cap. 27. num.* 194.

ζ *Quoſcumque ſibi ſubditos.*] Ergo alienos ſubditos, vel in aliena Diœceſi non poteſt; de quo vide multa in Prax. Neap. *cap. 66. num.* 17. ſicuti nec Regulares exemptos. Ibidem *num.* 19.

η *Per ſeipſos.*] An facultas ex hoc decreto tributa Epiſcopo Sede vacante, ad Capitulum Cathedralis, eiúſque Vicarium pertineat. Reſpondetur cum diſtinctione, vt excepto caſu hæreſis, in omnibus aliis caſibus facultas Epiſcopo conceſſa ad Capitulum & Vicarium Capituli pertineat, ex conſ. Feder. de Sen. 30. & 40. *per tot.* & Rebuff. de deuolut. *num. 38. cum pluribus ſeq. fol.* 188. quia iuriſdictio Epiſcopi tota tranſit in Capitulum tanquam in ſucceſſorem; de quo lex magis confidit quàm de Vicario, vt per Federic. *vbi ſuprà* etiam in ſpiritualibus, & foro pœnitentiæ. Rebuff. *ibidem num.* 63. In caſu verò hæreſis, quia hodie ex Bulla in Cœna Domini hoc ius non competit Epiſcopo, minùs competit Capitulo, & conſequenter Vicario. Card. Tolet. *in ſumm. lib. 1. cap. 41.* Graff. *in lib. caſ. conſc. lib. 4. cap. 15. num. 51. & ſeq.* Prax. *in ver. abſolutio verò ad quartum fol. 2. propè fin.* Congregatio Conc. die 20. Iunij. 1602. cenſuit hunc caſum remitti ad Rotam, an delegatio facta Vicario tranſeat in ſucceſſorem; communis opinio eſt pro negatiua, præſertim quando delegatio non eſt facta contemplatione Epiſcopi, nec adeſt contraria conſuetudo. Prax. Neapol. *cap.* 8.

θ *Abſoluere.*] Non poteſt quis abſolui ab irregularitate, ſed debet diſpenſari; nam abſolutio competit peccatis & cenſuris. Nauarr. *de Cler. excomm. miniſtr. conſ.* 17.

ι *In hæreſis crimine.*] Hodie nec ipſa abſolutio in foro conſcientiæ Epiſcopis conceditur ex Bulla in Cœna Domini, ex declaratione Gregor. XIII. vt in *directſ. Inquiſ. par. 3. quæſt.* 92. Catech. Neapol. *fol.* 179.

ADDITIO.

1 *Liceat.*] Quid de habentibus facultatem abſoluendi, vel faciendi ſe abſolui ab omnibus peccatis ſemel in vita, etiam Papæ reſeruatis, an poſſit abſoluere à reſeruatis in Bulla Cœnæ Domini, quod non Alphonſ. Madrig. *in inſtr. ordin. tit. de Epiſcopis, cap. de Bulla Cruciator. pag.* 290. plures alias queſtiones de poteſtate abſoluenda à reſeruatis, ponit idem *tit. eod. cap. de poteſt. abſol. à reſeruat. fol.* 308.

2 *Epiſcopu.*] Amplia in irregularibus incurſis ob violationem, ſuſpenſionem, vel ob alias cauſas. Nauarr. *conſ. 40. de temp. ordin. num.* 8.

Regulariter autem diſpenſatio ſuper ir-

regularibus eſt Papæ reſeruata. Nauarr. *conſil. 9. de ætat. & qualit. cap. 1. de re iudic. in 6.* ſuper ſuſpenſionibus autem diſpenſant regulariter, & abſoluunt ab omni ſuſpenſione lata à iure, vt illegitimus, qui ſine diſpenſatione fuit promotus ad Subdiaconatum, gloſ. *in cap. non inuitati, q. 2. Cap. Lugdunenſi, eadem quæ?.* Nauarr. *conſ. 2. de fil. Presbyt. num. 2.* vbi dicit procedere in prouenientibus ex adulterio, & aliis minoribus Ordinibus contra. Silu. vide *ſuprà ſeſſ. 23. cap. 5.*

Item, quòd dicitur hîc poſſe Epiſcopum abſoluere in caſibus occultis Papæ reſeruatis, limita in reſeruatis poſt Concilium Trident. Lel. Zecch. *in caſ. Ep. reſer. explic. caſ. 1. de excom. num. 11. ver. 2.* ſciendum quod ab excom. poſt deciſ. caſ. conſc. Palço. *fol.* 436.

Limita, vt non poſſint diſpenſare cum Clericis malè, aut Simoniacè promotis, per Bullam 29. Sixti V. Non. Ianuarij, 1588. vbi quoque de peccantibus in collatione Ordinum, & de facultatibus Cruciatæ, vel Maris magni.

3 *Occulto.*] Ideò Epiſcopus poteſt diſpenſare ſuper irregularitate occulta incurſa per rebaptizationē, & occulta dicitur, quamuis rebaptizatio fuerit publicata, ſi tamen culpa ſit occulta, ita Sayr. *d. l. 1. cap. 8. ſub num. 6. ex trad.* per Nauarr. *in man. cap. 27. num.* 255.

4 *Voluntario.*] Quatenus liceat Epiſcopus de iure diſpenſare ſuper homicidio voluntario, tradit Couarr. *in Clem. 1. in 2. par. relect. §. 3. num. 2. & 5. de homicid.*

Voluntarium dicitur illud quod eſſet cognitum, & intentum, vel per induſtriam, vel per inſidias, vel voluntate, vel ex propoſito factum, vel in cauſa propinqua, & ordinata ex ſe ad mortem, quale eſt porrigere alicui venenum letiferum, aut ferire enſe circa præcordia, vel circa caput, etiam Cænin, ita Sayr. *d. cap. 7. num. 6.*

5 *Forum contentioſum.*] Intellige vt Epiſcopus non poſſit diſpenſare lite pendente, argum. *cap. tantis diſt.* 81. & Spec. *tit. de diſpenſ. §. iuxta ver.* Item, denunciatus, & ver. Item, accuſatus. Maiol. *lib. 3. cap. 17. num.* 8. Henriq. *lib. 14. cap. 17. §. 3. in text. in annot. littera* H. & *cap.* 18. §. 1. *in fin.* & *cap.* 20. Gregor. Sayr. *d. l. 7. num.* 10.

Sed ſi remediis etiam deprauatis reus cauſam vincat, & abſolutus ſit, ita vel eſſet ratio deducti criminis ad forum contentioſum tunc delictum cenſetur occultum in quo diſpenſare poteſt Epiſcopus ex iſto *c. 6. vt trad.* Alphon. Viual. *de excom. num.* 42. vbi ait, ita grauiſſimi Doctores Salamaticenſes cenſuiſſe. Henriq. *lib. 14. cap. 20. §. 4. citans ad hoc.* Nauarr. In Manua. *cap. 27. num. 241. ver. 1. in fin.* Greg. ſequitur *dict. cap. 7. num.* 12.

6 *Diſpenſare.*] Non tamen ſine cauſa. Stroz. *de Vic. Epiſc. lib. 2. cap. 37. num. 6.*

7 *Reſeruatis.*] Amplia etiam in reſeruationibus poſt hoc Concil. factis, quia non diſtinguit futuras, vel præteritas, & quia indulgentia, & facultas abſoluendi, quæ datur in Iubileis habet etiam locum quoad peccata poſtea commiſſa, Nauarr. *conſ. 43. num. 1. & 2. de ſent. excom. in prima impreſſ. & num.* 4. vbi idem firmat in Extrau. editum in iuuantes, & recipientes bannitos, & alios, de anno 1580.

Amplia etiam in reſeruatis in Bulla Cœnæ Domini, quia caſus hæreſis, qui hic limitatur pertinet ad illam Bullam excipitur tamen hic caſus hæreſis, quia in hoc poſteriores Bullæ Concilio derogare videntur. Nauarr. *conſ. 43. num. 3.* de hoc pro, & contra Alphon. Madrig. *in inſtr. ord. tit. de Epiſc. C. de poteſt. Epiſc. cir. abſolut. cap. de Bulla Cœnæ, fol.* 288.

Limita, in reſeruatis cum clauſa derogatoria ad Conc. Nauarr. *d. conſ. 43. num. 1. & 4. de ſent. excom.* Caſus hæreſis non comprehenditur in Bulla Cruciatæ. Alphon. Madrig. *vbi ſuprà fol.* 289.

8 *Sibi ſubditos.*] Vnde & Monachos non exemptos, aut Moniales non exemptas ſicut abſoluere, ita cum eis diſpenſare poteſt Epiſcopus, cùm hi ſibi ſubditi ſint iure communi, at Monachos exemptos in ſua Diœceſi habitantes, nec abſoluere, nec cum eis diſpenſare poteſt, niſi à ſuis Prælatis ſubiiciantur Epiſcopis in eum finem, vt diſpenſetur, Sayr. *in ſuo Theſaur. caſ. conſc. lib. 7. cap. 7. num. 23. fol.* 595.

9 *Deputandum.*] An Epiſcopus poſſit delegare facultatem diſpenſandi, quem habet iure ordinario. Sbroz. *de Vic. lib. 2. cap. 23. nu.* 3. An poſſit delegare facultatem diſpenſandi ſibi delegatum, ibidem. Sbroz. *cap. 34. & 36.* An facultas diſpenſandi in caſibus ordinariis veniat in generali deputatione Vicarij. Sbroz. *vbi ſuprà lib. 2. cap.* 35.

10 *Vicariis.*] Poteſt tamen Epiſcopus alteri

teri

teri hoc delegare dummodò non generaliter deputet ad abſoluendum Hæreticos, & talis abſolutio non conceditur, niſi in Foro conſcientiæ, vt hìc Nauarr. *conſ. 1. de conſtit. num.* 89. Idem. *conſ. 15. de ſent. excomm. num.* 3. declarat hanc delegationem fieri poſſe non ſolùm quoad nudatum miniſterium abſoluendi, ſed etiam quoad facultatem arbitrandi pœnitentiæ modum, & genus imponendi Confeſſario, & hoc quando Epiſcopus habet priuilegium abſoluendi ex hoc cap. quod eius officio, & perſonæ datur, ſecùs ipſe eſſet delegatus, ibi quid ſi Vicarius ſit in minoribus.

CAPVT VII.

Adminiſtrentur Sacramenta, eorúmque vis frequenter explicetur etiam lingua vernacula: Miſſæ quoque myſterium populo diligenter inculcetur explanationi eius quod agitur.

VT fidelis populus ad ſuſcipienda Sacramenta maiori cum reuerentia, atque animi deuotione accedat; præcipit ſancta Synodus Epiſcopis omnibus, vt non ſolùm, cùm hæc per ſeipſos erunt populo adminiſtrandi, prius illorum vim, & vſum pro ſuſcipientium captu explicent, ſed etiam idem à ſingulis Parochis piè, prudentérque etiam lingua vernacula, ſi opus ſit, & commodè fieri poterit, ſeruari ſtudeant, iuxta formam à ſancta *a Synodo* in Catecheſi ſingulis Sacramentis præſcribendam; quam Epiſcopi in vulgarem linguam fideliter verti, atque à Parochis omnibus populo exponi curabunt: necnon vt [a] inter Miſſarum ſolemnia, aut diuinorum celebrationem ſacra eloquia, & ſalutis monita eadem vernacula lingua ſingulis diebus feſtis, vel ſolemnibus explanent, eadémque in omnium cordibus poſtpoſitis inutilibus quæſtionibus, inſerere, atque eos in lege Domini erudire ſtudeant.

a Suprà Seſſ. 22. de Sacrificio Miſſæ, cap. 8.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a SYnodo.] Hinc editus fuit ſub Pio V. Catechiſmus ad Parochos in quo elegantiſſimè, & ſumma cum eruditione Præſidente Cógregatione Selectorum aliquorum virorum Illuſtriſſimo D. meo Gulielmo Sirleto S. R. E. Preſbytero Cardinali, explicatur Symbolum fidei, oratio Dominica, ſeptem Sacramentorum vſus, & Decalogus.

CAPVT VIII.

Publicè peccantibus iniungenda publica pœnitentia, niſi Epiſcopi arbitrio aliter fuerit viſum: Pœnitentiarij in Cathedralibus collocandi cum quorumdam obſeruatione.

APoſtolus monet,[a] *a publicè 1 peccantes* palàm eſſe corripiendos. Quando igitur ab aliquo publicè, & in multorum conſpectu crimen commiſſum fuerit, vnde alios, ſcandalo offenſos, commotóſque fuiſſe non ſit dubitandum; huic condignam pro modo culpæ pœnitentiam [b] publicè iniungi oportet, vt quos exemplo ſuo ad malos mores prouocauit, ſuæ emendationis teſtimonio ad rectam reuocet vitam. Epiſcopus tamen publicè hoc pœniten

a 1 Tim. 1. c. ſed illud. 45. diſt. c. ſi peccauerit, verſ. ergo, 2. q. 1.

b Cap. pœnitentes, & c. in cap. cum ſeqq. diſt.

rentiæ genus in aliud ſecretum poterit commutare, quando ita magis iudicauerit expedire. *β 2 In omnibus* etiam Cathedralibus Eccleſiis, vbi id commodè fieri poterit, Pœnitentiarius aliquis, *γ cum vnione 3 præbendæ*, proximè 4 *vacaturæ*, ab Epiſcopo inſtituatur, qui Magiſter ſit, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, & annorum quadraginta, ſeu aliàs qui aptior pro loci qualitate reperiatur; qui dum Confeſſiones in Eccleſia audiet, interim præſens in choro cenſeatur.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

POenitentiarius non poteſt abſoluere a caſibus reſeruatis, niſi de licentia Epiſcopi.

Item, lector Scripturæ abſens pro diebus quibus legit, habetur præſens etiam quoad diſtributiones quotidianas, *ſeſſ. 5. cap. 1. & cap. 12. hic.*

Item, præbenda Sede vacante non poteſt aſſignari Pœnitentiàrio à Capitulo, eſt enim Epiſcopi *cap. 2. ne Sede vacan.*

Item, præbenda vacans in menſibus Papæ non poteſt erigi in Pœnitentiariam.

Item, inſtitutio, electio, & deputatio perſonæ Pœnitentiarij ſemper ſpectat ad Epiſcopum ſine conſenſu Capituli, collatio præbendæ ſpectat ad Capitulum.

Item, portio quæ ſit in Eccleſia non poteſt erigi in Pœnitentiariam.

Item, vbi præbenda Pœnitentialis non eſt vnita, Papa deputauit Pœnitentiarium cum ſtipendio 70. aureorum à Capitulo dando in perpetuum.

Item, vbi optantur præbendæ ſi poſt Concilium prima vacans non fuit erecta in Pœnitentiariam, poteſt optari poſtea vacans, ſi ante optionem Epiſcopus erexit, & optio præualet.

Item, præbenda eſt erigenda in Pœnitentiariam, & non aliud Beneficium, vel portio.

Item, ſi præbenda Pœnitentiariæ vacat in menſe Papæ, Papa etiam non Epiſcopus eligit.

Item, Pœnitentiario inſtituto cum vnione Præbendæ primo vacaturæ, Epiſcopus interim prouidebit, de ſalario, & non Capitulum.

Item, Pœnitentiarius cum audit Confeſſiones cenſetur præſens in Choro pro diſtributionibus, vel proceſſionibus, vel exequiis, ſed non ſufficit eſſe in Confeſſionario, niſi realiter Confeſſiones audiat.

Item, Pœnitentiarius cenſetur præſens Choro, etiamſi audiat Confeſſiones caſuum non reſeruatorum, vel venialium, ſed non cenſetur præſens dum Miſſam celebrat, vel dicit officium, etiam vt opportuniùs Confeſſiones audiat.

Item, de conſenſu Epiſcopi poteſt Capitulum conſtituere perpetuum ſtipendium Pœnitentiario.

Item, ſi Pœnitentiarius renuit Confeſſiones audire, poteſt ab Epiſcopo puniri.

Item, Pœnitentiarius Canonicus non poteſt cogi ad maiorem reſidentiam, quàm alij Canonici, qui poſſunt abeſſe per tres menſes, dummodò non ſit in tempore, quo fiunt frequentiores Confeſſiones, & feſtis ſolemnibus, vt in Quadrageſima, Aduentu, quatuor Temporibus, Reſurrectione, Aſcenſione, Pentecoſte, Corpore Chriſti, Aſſumptione B. M. omnium Sanctorum, Natiuitate Chriſti.

Item, hoc cap. habet locum in Cathedralibus, non in Collegiatis.

Item, Pœnitentiarius tenetur audire cōfeſſiones in Eccleſia, aliàs puniri poteſt.

Item, defectus ætatis 40. annorum non obſtat vbi alius aptior pro loci qualitate non reperitur.

Item, Pœnitentiarius Canonicus non poteſt obtinere dignitatem in illa Eccleſia, non obſtante quacumque conſuetudine.

Item, Pœnitentiarius deputatus ab Epiſcopo eſt loco Parochi, vt in cap. vtriuſque ſexus.

Item, Pœnitentiarius Canonicus cum vacatura præbenda interior, habebit diſtributiones.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α PVblicè peccantes.] Pro publica offenſa, publica pœnitentia imponitur, *cap.*

cap. ſi peccata, 2. quæſt. 1. cap. 1. de pœnit. & remiſſ. Prax. *in ver. pænit. in princ.* licèt enim Clerico non imponatur pœnitentia ſolemnis, publica tamen poteſt imponi ex hoc text. & ita tenet. Prax. Neapol. *lib. 1. c. 35.*

β *In omnibus.*] Quæritur quòd ſi creatur aliquis in Canonicum præbenda nondum vacante, an interim dum Pœnitentiarij munere fungitur, debeat gaudere diſtributionibus quotidianis, dubium faciebat Dec. Rot. 16. *aliàs* 445. *in nou.* qua probatur de conſuetudine non ſeruari, vt Canonico ſupernumerario dentur iura Canonicalia; ſed alia opinio mihi placet per verba Concil. hîc *in fin.* ibi interim præſens in Choro cenſeatur per quæ ſtatuere videtur, quòd ſtatim cùm quis fuerit effectus Pœnitentiarius, qui quidem fieri poteſt cum vnione præbendæ vacaturæ, & ſic ſupra numerum ſtatim haberi debet, ac ſi præſens in Choro eſſet. Quæ opinio firmatur etiam de iure, quia creato in Canonicum competunt iura Canonicalia, vt ſtallum in Choro, & locus, & vox in Capitulo, *cap. pro illorum, in fin. de præbend.* Archid. *in cap. ſi hi qui eod. tit. in 6.* Felin. *poſt alios*, & gloſ. *in cap. cum M. Ferrarien. num. 18. de conſt.* Prætereà qui creatur in Canonicum cum plenitudine iuris Canonicalis debet participare de diſtributionibus quotidianis, quæ ſunt de communibus redditibus, & ſuperexcreſcentibus fructibus, non autem de diſtinctis præbendis. Ant. *in d. cap. pro illorum, per text. in cap. fin.* §. *in illis verò, de conceſſ. præbend. in 6. trad.* Felin. poſt multos quos refert *in d. cap. cum M. num.* 23. Item, cum Pœnitentiarius iſte ſit creatus Canonicus inſeruiat officio ſuæ Pœnitentiariæ ratione ſui miniſterij & laboris, debet habere diſtributiones quotidianas, *cap. dilectus, in fin.* & *cap. relatum de præbend.* Non obſtat deciſ. Rotæ ſuper alleg. quia talis conſuetudo dicitur recepta in expectantibus, quo caſu reſtringitur ad eum caſum in quo eſt recepta, nec vltra progreditur Iaſ. poſt alios in *d. l. de quibus, not. 2. ff. de leg.* ſed in caſu iſto creatio non ſit ſub expectatione præbendæ ſimpliciter ex mera gratia, quæ in impetrationibus eſt ambitioſa, & reſtringenda, *cap. quamuis, de præbend. lib. 6.* ſed ex meri muneris fauorabilis, minùs obſtat quòd verba Concilij non loquuntur de erectione, vel creatione fienda in Canonicum; ſed tantùm de vnione præbendæ vacaturæ, quia nihil intereſt cùm vnio præbendæ vacaturæ præſupponat Canonicatum, & ei præbenda vniatur, vt trad. omnes in *cap. ſi Clericus, de præbend. lib. 6.* Felin. *in d. cap. cum M. num. 24. & 15.* Ipſa quoque verba Concilij in fin. dum volunt quod interim præſens in Choro cenſeatur, Canonicatum inferunt, non ſolam præbendam. Aliqui tamen ex Illuſtriſſimis dicebant Concilium intelligi, vt Pœnitentiarius, tunc cenſetur præſens in Choro audiendo confeſſiones quando præbenda iam fuerit vnita: ſecùs autem donec expectat vnionem, ſed non placet per ſupradicta. Item, quia ius Canonicæ ſeparatum eſt à præbenda, & poteſt ſtare ſine ea, vt not. Hoſt. *in ſumm. de præbend. in princ.* & Felin. *in d. cap. cum M. num. 28.* Egid. *concluſ. 220.* Sed cùm ex deputatione in Pœnitentiariũ detur ſibi locus in Choro, & vox in Capitulo, ergo habebit diſtributiones licèt præbenda nondum vacauerit, & ita fuit reſolutum ſub die 2. Aprilis 1573.

γ *Cum vnione præbendæ.*] Quòd ſi Epiſcopus veniat præbendam vacantem in menſe Papæ, dic quod non poteſt ex Congregationis ſententia, quia non eſt vacatura, ſed vacata. Quid ſi Papa tollat illud impedimentum alternatiuæ, & conſenſit vnioni factæ per Epiſcopum, dic quòd valet vnio, quia reducitur res ad ius commune tantùm quod Epiſcopus habet omnes menſes, vt per Siaphil. *de grat. expect. num. 45.* Quid dicendum in caſu in quo Sixtus V. reuocauit per Regulas Cancellariæ omnes vniones etiam Apoſtolicas, præter eas quæ ſunt factæ iuxta hoc decretum Concil. an per hoc tollatur vnio facta per Gregorium XIII. dic quòd non tollitur, quia ſi Epiſcopo licet vnire in exemplum Conc. & in his dic quòd per reuocationem ſunt ſublatæ per reg. Sixti, & ita cenſuit Congregatio ſub die 11. Febr. 1588. *in verbo Pœnitentiarius*: Vbi viget conſuetudo quod detur à Capitulo ſtipendium proprium Pœnitentiario ea ſeruanda eſt quòd ſi illud etiam poterit Theologum reddere diligètiorem in ſui muneris functione triennium eius conductioni Ordinarius vna cum Capitulo præfinire debet, & de conſenſu Epiſcopi poteſt Capitulum coſtituere perpetuum ſtipendium Pœnitentiariæ.

An iſte Pœnitentiarius cum habeat admonitionem Sacramenti Pœnitentiariæ

 debeat

debeat præferri cæteris Canonicis ſicut Archipreſbyter, per ea quæ ſcribit Boër. *in tract. de ord. grad. par.* 1. *num.* 22. & Congregatio cenſuit quòd non, ſed debet eſſe contentus loco Canonicatus quem obtinebat.

Reſolutiones ſacræ Congregationis ad hoc cap. 8.

Congregatio Concilij cenſuit obtinentem præbendam Theologalem non eſſe admittendum ad ius optandi competens Canonicis die 12. Febr. 1601. in vna Aſten. Item, tàm Theologi, quàm Pœnitentiarij præbendam etiam poſtquam effectum eſt ſortita non ſubiacere optioni eodem die, Item, inſtitutus Pœnitentiarius auctoritate Apoſtolica cum vnione præbendæ non poteſt ei renunciare, nec aliam optare retento officio. Item, vbi in aliqua Eccleſia Pœnitentiarius ſit deputatus ex Ordine Canonicorum ſuperioris Ordinis, & defuncto, non licet Canonico inferioris Ordinis optare locum Pœnitẽtiarij, die 7. Iunij, 1601. Item, placuit vt obtinenti Canonicatum, cui poſt Concilium ſit iniunctum munus Pœnitentiarij, non liceat in eadem Eccleſia vnà cum dicto Canonicatu obtinere Dignitatem in vim conſuetudinis Eccleſiæ permittentis Canonicum poſſe retinere Canonicatum cũ Dignitate, die 27. Martij, 1594. Item, cenſuit inſtitutionem officij Pœnitentiarij ad ſolum Epiſcopum pertinere abſque conſenſu Capituli; collationem verò præbendæ pœnitentiariæ vnitæ ab illo fieri debere ad quem ſpectat, die 23. Iunij, & aliàs Epiſcopo Placen. ſi verò illa collatio ſit communis Epiſcopo, & Capitulo, & vacatio præbendæ Pœnitentiarij contingat in quatuor menſibus inferiorum collatorum electionem perſonæ Pœnitentiarij ad Epiſcopum pertinere, Collationem verò ad Epiſcopum, & Capitulum ſimul, ſicut ante Concilium pertinebat, menſe Ianuarij, 1597. Pœnitentiarius non poteſt abſoluere à caſibus reſeruatis, niſi ſibi concedatur facultas, Congregatio die prima Iulij 1597. Nauarr. *de pœnit. & remiſſ. conſ.* 20. cenſetur tamen pro præſente in Proceſſionibus & Orationibus. Congregatio in vna Giennen. 4. Octobris 1591. cenſuit Congregatio eum qui ſemel in anno tempore Paſchatis peccata fuerit confeſſus Pœnitentiario deputato iuxta hunc text. ſatisfeciſſe præcepto Eccleſiæ, *cap. omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. & remiſſ. iuxta, cap.* 5. *ſeſſ.* 14. *de miniſtro & abſolutione*, & iuxta *can.* 5. eadem ſeſſ. die 18. Febr. 1595. Congregatio cenſuit Pœnitentiarium ad præſcriptum Concil. inſtitutum ante vacationem præbendæ ei officio vnitæ, neque vocem in Capitulo, neque locum in Choro vendicare poſſe, minúſque habendum interim eſſe pro Canonico, præbendam autem ipſi officio vniendam integram, atque Canonicalem eſſe debere, die 13. Maij, 1602. Item, cenſuit Pœnitentiarium ad præſcriptum Concil. inſtitutum teneri ad officium exercendum etiam ante vacationem præbendæ ipſi officio vnitæ, die 8. Martij 1598.

Viſitator Apoſtolicus reſeruando primo vacaturam pro electione in Cathedrali, non comprehendit, nec impedit collationem factam alteri prout reſcripſit Sacr. Congreg. Epiſcopo Eugubino. An Pœnitentiarius formaliter examinatus, & deponens de abſolutione probet, & pro affirmatiua, vide Calder. *conſ.* 2. *de text.* dummodò ſit perſona approbata. Rot. *diu. par.* 3. *lib.* 3. *deciſ.* 620. An autem poſtquam aſſecutus eſt præbendam optare poſſit alteram pinguiorem vacantem dimiſſa prima, & dic quòd ſi prima deſignata fuerat antequam vacaret, eam dimittere non poterit, aliàs ſic. Nauarr. *de præbend. conſ.* 22.

ADDITIO.

1 *Publicè.*] Hic textus non procedit in foro interiori ſecreto, nam in eo non imponitur publica pœnitentia, ne indirectè frangatur ſigillum Confeſſionis, ſed in foro mixto. Nauarr. *in man. cap.* 8. *num.* 10. *& ſeq. Sum. Epiſc. in ver.* Pœnitentia ad primum poteſt tamen Confeſſionarius imponere publicam, itaut crederetur pœnitentem illam ex ſe facere ad eorum ædificationem, quibus ſcandalum præbuit.

2 *In omnibus.*] Nota ex hoc §. addici præbendis per viam ſtatuti, vel conſtitutionis onus, & tranſire ad ſucceſſores, & alios, aliàs enim fieri non poſſet, vt not. *in ſumm. cap. ſignificatum de præbend. facit cap.* 1. *ſeſſ.* 5.

3 *Præbendæ.*] Hanc præbendam habet Pœnitentiarius per annexationem, & quaſi extinctam, & ideò neque ipſe aliam optare,

optare, neque ab alio optari poterit, Nauarr. *conſ. 22. de præbend. num. 5.* ſicut nec Curam habere dicitur, qui habet Parochialem ſuæ præbendæ, vel ſimili beneficio annexam, vt ibi *cap. ſuper eo, de præbend. in ſexto.*

4 *Vacatura.*] Vide ſuprà *ſeſſ. 5. cap. 1. de Reform.* & Apoſtil. ibi, Huius autem præbendæ ſtatus non mutatur in liberum, niſi interueniente præſcriptione 40. annorum. coram Orano in vna Barchinonen. Canon. *& Præben. Ven 5. Martij, 1595. in repert. deciſ. ver. beneficio.*

CAPVT IX.

Eccleſiæ ſæculares, quæ nullius ſunt Diœceſis, ab Epiſcopo proximiori viſitentur, aut alio, qui hic ponitur, modo.

QVæ aliàs ſub fel. rec. Paulo III. a & nuper ſub Beatiſſimo Domino noſtro Pio IV. in hoc eodem Concilio de adhibenda ab Ordinariis diligentia in beneficiorum, etiam exemptorum, viſitatione conſtituta ſunt; eadem etiam in iis Eccleſiis *α ſæcularibus* obſeruentur, quæ 1 *in nullius* Diœceſi eſſe 2 *dicuntur*; vt ab Epiſcopo, cuius Cathedralis Eccleſia *β eſt* 3 *proximior*, *γ ſi id conſtet*, alioquin ab eo, qui ſemel in Concil. Prouinciali *δ à Prælato* loci illius, electus fuerit, tanquam Sedis Apoſtol. delegato, *ε* 4 *viſitentur:* non obſtantibus priuilegiis, & conſuetudinibus quibuſcumque, etiam immemorabilibus.

a Supr. Seſſ. 6. de ref. ca. 4. & Seſſ. 7. de ref. c. 8. & Seſſ. 21. de ref. ca. 8.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

BEneficia ſæcularia exempta tantùm, non autem Regularia in vim huius decreti viſitari poſſunt ab Ordinariis.

Item, Eccleſia ſæcularis exempta, ac nullius Diœceſis, ab Ordinario vicimori viſitanda eſt.

Item, Vicinior Epiſcopus per hoc decretum poſſit viſitare Eccleſias, & Beneficia exempta, non poteſt tamen de illis prouidere, ſi re vera ſunt nullius Diœceſis.

Item, Vicinior Epiſcopus, qui per hoc cap. poteſt viſitare Eccleſiam Parochialem nullius, poteſt etiam emendare, corrigere, & punire tàm in capite, quàm in membris ex quauis cauſa.

Item, Epiſcopus proximior non poteſt miniſtrare Sacramentum Confirmationis in Eccleſiis nullius Diœceſ. niſi ſit vocatus.

Item, Epiſcopus per hoc Decretum non poteſt viſitare Monaſteria Regularium, nec cognoſcere de eorum redditibus, ſi à ſuis Superioribus viſitentur.

Item, Beneficium nullius Diœceſis debet viſitari ab Epiſcopo vicimori ſolùm in Capite, non in membris.

Item, Viſitator in vigore huius cap. eſt eligendus à Prælato loci, qui eſt viſitandus, & non ab alio.

Item, Abbates Regulares poſſunt viſitare ſuas Parochias vnà cum vicino Epiſcopo cumulatiuè, & Parochiæ ſi inſeruitur per ſæculares Sacerdotes, licèt ſint vnitæ, & dependentes à Regularibus cenſentur ſæculares, non Regulares, & ſunt ſub hoc decreto.

Item, Epiſcopus proximior debet dare dimiſſorias illis, qui ſunt nullius Diœc.

Item, Epiſcopus vicinior legitimè impeditus poteſt viſitare Eccleſias nullius per ſuum Vicarium generalem.

Item, electio Viſitatoris ligat ſucceſſores.

Item, Equites Hieroſolymitani quatenus non habent Beneficia Curata, non poſſunt ab Epiſcopo viſitari.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *Secularibus.*] Quid de Regularibus, & dic quòd Monaſteria etiā regularia viſitat Epiſcopus ſi ſint commendata, dūmodò in eis non vigeat regularis obſeruantia, iuxta *cap.*8 *ſeſſ.*21. Si verò vigeat obſeruantia regularis, & tunc quoad principalia loca monebit iuxta illum text. quo verò ad membra ſæcularia poſt Clericos ſæculares regi ſolita, quæ ſubſunt dicto capiti regulari viſitabit Epiſcopus, & ita pluries fuit dictum, niſi dicta membra pendeant immediatè à capite, & ſint eiuſdem regulæ, iuxta not. *in cap.*11. *infrà ſeſſ.*25. *de regular.* De ſæcularibus cenſuit Eccleſias ſæculares nullius Diœceſis quantumcumque exemptas, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectas, earúmque Prælatum ſæcularem habentem in eas iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem poſſe ab Epiſcopo cuius Cathedralis Eccleſia eſt proximior viſitari vigore huius decreti, die 4. Decembris 1597. Prax. *in ver. viſitatio.* §.6. *dubio* 11. ſed contrarium, *dub.*12.

β *Eſt proximior.*] Quare decreuit ſacra Congregatio, quòd Collegiata nullius Diœceſis debet viſitari à viciniori Epiſcopo tanquam Apoſtolicæ Sedis delegato, & intellige viciniorem cuius Cathedralis Eccleſia, non autem Diœc. eſt proximior, & eſt proximior Eccleſiæ Abbatiali, non autem territorio, vt cenſuit ſacra Congregatio.

γ *Si id conſtet.*] Alij Codices Conciliares legunt ſi id conſtet, vera tamen electio eſt, ſi id conſtet, vt cenſuit ſacra Congregatio.

δ *A Prælato.*] Eſt ergo Viſitator eligendus à Prælato illius loci qui viſitandus eſt, non autem ab alio; & electio ſemel ab huiuſmodi Prælato facta ſucceſſores ligat pro viſitationibus, vt cenſuit Congregatio, ſed licèt diſponatur de viſitatione. Idem tamen non procedit in vocatione ad Synodum, quia Rector nullius nō poteſt cogi venire ad Synodum proximioris Epiſcopi, prout conſuluit. Nauarr. *par.*2. *lib.*1. *de offic. ordin. conſ.* 11.

ε *Viſitentur.*] Si alicui concedatur viſitatio cenſetur conceſſa cumulatiuè cum Epiſcopo, non priuatiuè, niſi ſit conceſſa Abbati in Monachos, quia cenſetur priuatiuè. Rot. Put. *lib.*3. *deciſ.*239.

ADDITIO.

1 *In nullius.*] Fuit dubium an Epiſcopus cui per iſtum text. eſt attributa facultas viſitandi Eccleſias, quæ nullius Diœc. ſunt, poſſit eadem impeditus viſitare, & Congregatio 19. Decembris 1584. & fuit tentum quod ſic, vt in fol. ſignatur *num.* 7.

2 *Dicuntur.*] In hoc ergo iura viſitationis Rectoris in Diœceſi nullius ſubijciuntur Epiſcopo proximiori, non tamen ab eo compelli poſſunt ad Synodum Diœceſanam illius Epiſcopi proximioris. Nauarr. *conſ.*11. *de offic. ind. ordin.*

3 *Proximior.*] Vide *deciſ.*41. *&* 51.

4 *Viſitentur.*] Vide *deciſ.*158.

CAPVT X.

Subditi Epiſcoporum nulla appellatione ſuſpendere poſſunt executionem viſitationis.

EPiſcopi, vt aptiùs, quem regunt, populum poſſint in officio, atque obedientia continere, in omnibus iis, quæ ad 1 *viſitationem*, ac morum correctionem ſubditorum ſuorum ſpectant, ius & poteſtatem habeant, α *etiam tanquam Apoſtolicæ* Sedis delegati, ea ordinandi, moderandi, puniendi, & exequendi, iuxta Canonum ſanctiones, quæ illis ex prudentia ſua pro ſubditorum emendatione, ac Diœceſis ſuæ vtilitate neceſſaria videbuntur.[a] Nec in his, vbi de viſitatione, aut morum correctione agitur, 2 *exemptio,*

a Sup. Seſſ. 22. de ref. ca. 1, & Seſſ. 2. de refdrm. cap. 1.

ptio, aut vlla inhibitio, β *appellatio*, ſeu querela, etiam ad Sedem Apoſtolicam interpoſita, executionem eorum, quæ ab his mandata, decreta, aut iudicata fuerint, quoquo modo impediat, aut ſuſpendat.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

Licèt Epiſcopus, vt delegatus à Sede Apoſtolica poſſit viſitare, non tamen poteſt impedire Archiepiſcopum quin in caſibus à iure, & Concilio permiſſis recipiat appellationem, qua Ordinarius iure proprio dicitur viſitare, gloſ. *cap. grauis, de offic. ordin. verſ. litterarum.*

Item, poteſt ab Epiſcopo delegato viſitante appellari ad Metropolitanum. Item, ſeruetur cap. licet in corrigendo, *de offic. ordin.*

Item, quando prohibetur appellatio à Concilio *ſeſſ. 23. cap. 1.* poſt diffinitiuam poteſt appellari, ſed hæc appellatio non ſuſpendit, *ſeſſ. 77. cap. 1.*

Item, ſi Epiſcopus carceret ſine proceſſu, & carceratus appellat, iudex appellationis cognoſcat de præſente in corrigendo, ſed non impediat executionem, nec ſuſpendat actum ex *cap. 1. ſeſſ. 22.*

Item, à ſententia Epiſcopi, qua quis priuatur Beneficio, & ſuſpenditur à Diuinis per annum datur appellatio ſuſpenſiua à decretis, & executionibus factis in ſecunda in Viſitatione certarum rerum, pro Eccleſia datur appellatio deuolutiua tantùm.

Item, in cauſis Viſitationis, & correctionis morum datur appellatio poſt diffinitiuam, ſed ſi Epiſcopus formato proceſſu, & ſeruatis, ſeruandis procedat, non habet locum, *cap. 1. ſeſſ. 22. neque hoc.*

Item, reprehenditur Metropolitanus, qui in cauſis viſitationis, & correctionis morum inhibet ſuis Suffraganeis.

Item, Appellatio ad Metropolitanum ab Epiſcopo viſitante, licèt diuoluat cauſam, non tamen ſuſpendit, quare acta ſunt mittenda, ex *cap. 3. ſeſſ. 13. & cap. 10. ſeſſ. 24.*

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α Etiam *tanquam Apoſtolicæ Sedis.*] Et ſi ipſe viſitare nequeat propter legitimum impedimentum, deputare poterit alios hoc munere dignos, per *cap. inter cætera, de offic. ordin. & cap. ſi Epiſcopus, eod. tit. in 7.* etiam cum auctoritate Apoſtolica eis delegata ex hoc text.

β *Appellatio.*] Diſtingue quoad effectum deuoluen. cauſam appellatio permittitur à diffinitiua, vel interlocutoria habente vim diffinitiuæ in his cauſis, *cap. 1. in fin. ſuper ſeſſ. 13. de reformat.* ſed ad effectum impediendum examen non permittitur, vt hic & ſuprà etiam *cap. 1. ſeſſ. 22. de Reform.* & ita cenſuit S. Congregatio.

ADDITIO.

1 *Viſitationem.*] Coniunctim hæc duo requiruntur, quòd viſitent, & mores corrigant, quod antea ſtatutum fuerat, *cap. irrefragabili, de offic. ordin. cap. ad noſtram, de appellat.* nam ſi viſitando ſtatuerent, ſuper aliis his non concurrentibus, aliud eſſet, veluti ſi ordinarent, quòd diſtributiones quotidianæ augerentur ex fructibus in Eccleſiis in quibus augendæ non ſunt, quia ſint de exceptis à Concilio, *ſuprà ſeſſ. 21. de Reform. cap. 3.* & *ſeſſ. 22. de Reform. cap. 3.* Tunc enim liceret appellare, & appellatio ſuſpenderet, ita Goncal. Mendoſ. *lib. 1. diu. iur. argum. cap. 19. num. 9.* & quod non habeat locum, niſi cum agatur de morum correctione, dicit fuiſſe declaratum in ſacra Congregatione, amplius ſcribit eandem Cõgregationem cenſuiſſe in viſitatione, & correctione morum, tunc eſſe locum huic decreto, cùm Epiſcopi emendent viſitando ſine proceſſu, ſecùs ſi emendarent cum proceſſu, *dicto num. 9. ver. cùm igitur.*

Ampliat idem Goncall. facultatem appellandi, vt procedat in tantùm, quod ſi

Epiſcopi excommunicaſſent adhuc excommunicati celebrare, & communicare poſſent, ſi antea aliquo modo cauſam, & iuſtitiam appellationis oſtendiſſent, *dicto num. 9. circa fin.*

2 *Exemptio.*] Vide quæ notaui, *ſuprà ad cap. 4. ſeſſ. 14. fol.*

CAPVT XI.

Ob honorarios titulos, & priuilegia particularia nihil eſt derogatum iuri Epiſcoporum quantùm ad omnia, niſi, &c.

α 1 QVoniam priuilegia, [a] & exemptiones, quæ variis titulis pleriſque conceduntur, hodie perturbationem in Epiſcoporum iuriſdictione excitare, & exemptis occaſionem laxioris vitæ præbere dignoſcuntur; decernit ſancta Synodus, vt ſi quando iuſtis, grauibus, & ferè neceſſariis ſuadentibus cauſis, aliquos honorariis titulis Protonotariatus, Acolythatus, Comitis Palatini, 2 *Capellani Regij*, aut aliis huiuſmodi in Romana Curia, vel extra, inſignibus decorandos eſſe placuerit; necnon alios, cuicumque Monaſterio oblatos, vel quomodocumque addictos, aut ſub nomine ſeruientium Militiis, ſeu Monaſteriis, Hoſpitalibus, Collegiis, aut quocumque alio titulo aſſumi, β *Nihil ex eis Priuilegiis* detractum eſſe Ordinariis intelligitur, quò minùs ij, quibus ea iam conceſſa ſunt, vel in poſterum concedi contigerit, ipſis Ordinariis, tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatis, plenè in omnibus, & quoad 3 *Capellanos* Regios, iuxta conſtitutionem Innocent. III. quæ incipit, [b] 4 *Cum Capella*, ſubiecti exiſtant: exceptis tamen iis, qui prædictis locis, aut Militiis actu ſeruiunt, & intra eorum ſepta, ac domos reſident, ſubque eorum obedientia viuunt, ſiue iis, qui legitimè, & ſecundùm regulam earumdem Militiarum profeſſionem fecerint, de qua Ordinario conſtare debeat: non obſtantibus priuilegiis quibuſcumque, etiam religionis S. Ioannis Hieroſolymitani, & aliarum Militiarum. Quæ verò priuilegia reſidentibus in Curia Romana vigore [c] Eugenianæ Conſtitutionis, aut familiaritatis Cardinalium competere ſolent; ea in iis, qui beneficia Eccleſiaſtica obtinent, ratione prædictorum beneficiorum minimè intelligantur, ſed Ordinarij iuriſdictioni ſubiecti permaneant: non obſtantibus quibuſcumque inhibitionibus.

[a] Sup. Seſſ. 6. cap. 3.

[b] Cap. cũ Capella. extr. de priui. Decret. [?] 5. l. 33. c. 16. Vide paulò poſt.

[c] Cap. diuina de priuil. in extrau. com.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

EPiſcopi non poſſunt viſitare, vel corrigere Abbates Præmonſtratenſes, exemptos, degentes ſub obedientia ſuorum Prælatorum.

Item, Priuilegia conceſſa Præmõſtrantibus diſpẽſandi cũ adulterinis filiis ad officia, & dignitates Ordinis non ſunt ſublata.

Item, Archiepiſcopus Tranenſis poteſt procedere in criminalibus, & morum correctione in Clericos Hieroſolymitanos in Eccleſia ſepulchri d. Diœceſes.

Item, Rectores Parochiarum Religionis Hieroſolymitanæ amoti à Cura ſi ſunt profeſſi, non ſubſunt Ordinario, ſecùs ſic.

Item, Hieroſolymitani Fratres non poſſunt dare dimiſſorias ad Ordines Cleric. qui non ſunt profeſſi, licèt ſeruiant Eccleſiis eorum.

Item, Scholares Vniuerſitatum non ſunt exempti

exempti ab Epiſcopo, quin ab eo puniantur, non obſtant. priuilegiis ante Concilium.

Item, oblati licèt ſint ſub Ordinario, tamen ſi intra Clauſtra ſeruiant Regularibus, poſſunt ab his communicari in Paſchate, & vngi in morte.

Item, Equites Hieroſolymitani obtinentes Indulgentias à Papa debent præſentare litteras Apoſtolicas Ordinario ſecùs Epiſcopus procedat, vt in *cap.3.ſeſſ.6.de Reform.cap.4.ſeſſ.14.de Reform. & cap.11.ſeſſ.24. de Reform.*

Item, hoc cap.non habet locum in Ciuilibus.

Item, præter caſus huius cap.exempti ſubduntur Epiſcopis in multis.Primò,Curati parcere populum,*ſeſſ.5.cap.2. de Refor. & ſeſſ.24.cap.7.de Reform.* Secundò, in correctione,*ſeſſ.6.cap.3.& ſeſſ.14.cap.* 4. Tertiò, pro mercede,& miſerabilibus,*ſeſſ.7.cap.14.* Quartò, non præſentat, niſi examinatos, *ſeſſ.7.cap.13.& ſeſſ.14.cap.18.*Quintò, in viſitando non obſeruantes, *ſeſſ.21.cap.8.*Sextò, Hoſpitalia viſitare,*ſeſſ.22.cap.8.* Septimò,in in Dimiſſoriis,& Ordinatione. Octauò, vt veniat ad Concilia,*ſeſſ.24.cap.2.*Nonò,viſitando, & corrigendo,*ſeſſ.24.cap.* 10. Decimò, in cauſa matrimoniali,*ſeſſ. 24. cap.* 20. niſi habeant priuatiuè in his. Vndecimò, Clauſtra Monialium,*ſeſſ.25.cap.1.* de Regul. Duodecimò, pro audienda Confeſſione, *ſeſſ.23.cap.15.* Decimotertiò, in prædicatione,*ſeſſ.5.cap.2.ſeſſ.24.cap.4.* Item, in proceſſionibus publicis, *ſeſſ.25.cap.19.*Item,quoad feſta,& interdicta,*ſeſſ.25.cap.13.*

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a QVaniam.] Præter caſum de quo in hoc text. exempti ſubiiciuntur Epiſcopis in multis aliis caſibus. Primò,vt exemptione non obſtante teneantur quicumque animarum curam exercent quibuſdam anni temporibus, per ſe vel per alios, ſi legitimè impediti fuerint, populum ſibi commiſſum paſcere ſalutaribus verbis,*ſeſſ.5.cap.* 2. Secundò, exempti ſubduntur quoad correctionem, non obſtante perſonali priuilegio, *ſeſſ. 6. cap.3.ſeſſ.14. cap.* 4. Tertiò, ſubduntur eiſdem in cauſis ciuilibus mercedum, & miſerabilium perſonarum etiamſi à Sede Apoſtolica certum iudicem deputatum habeant, & aliis cauſis, ſi certum iudicem deputatum non habeant,*ſeſſ.7.cap.14.* Quartò, ſubduntur eiſdem, vt nemo quantumuis priuilegiatus admittat præſentatos, niſi præuio examine per Epiſcopum facto,*ſeſſ.7.cap.* 13. & in approbatione ad beneficia curata per concurſum facienda, *ſeſſ. 24. cap.* 18. Quintò, ſubdūtur eiſdem Monaſteria etiam commendata,Prioratus,& Præpoſituræ in quibus non viget regularis obſeruantia, vt ab eis viſitari poſſint per annos ſingulos, *ſeſſ. 21.cap.8.*Sextò, ſubduntur eiſdem in collatione Ordinum ex dimiſſoriis iis qui regulares ſubditi ſibi non ſunt concedendis,*ſeſſ.23.cap.10.* Septimò, ſubiiciuntur occaſione veniendi ad Concilium, vt venire cogantur omnes, qui aliàs exemptione ceſſante venire cogerentur, vel Capitulis generalibus non ſubduntur, *ſeſſ. 24. cap.* 2. Octauò, ratione viſitationis, & more correctionis in Eccleſiis ſæcularibus, *ſeſſ. 24.cap. 9. &* 10. niſi ſit beneficium cum iuriſdictione Epiſcopali,& temporali,vel ratione perſonarum,quæ ſunt de familia,*ſeſſ. 25. cap. 11. de reg.* Nonò, ſubduntur omnes in cauſis matrimonialibus, & criminalibus,*ſeſſ.24.cap.20.§.ad hæc,*niſi haberent iuriſdictionem Epiſcopalem,& temporalem, vel immemorabilem eiſdem, omnes etiam exempti regulares quoad clauſuram Sanctimonialium,vbi violata fuerit reſtituenda, vel vbi inuiolata fuerit conſeruanda, *ſeſſ.25.cap. 5. de regul.* etiamſi nullius Diœceſis ſint,*ſeſſ.5.cap.1.& 2.ſeſſ.23.cap.10.& ſeſſ. 24.cap.9.* Decimò, ſubduntur quoad Confeſſiones audiendas,*ſeſſ.25.cap.15.*Item,quoad prædicationem,*ſeſſ.5.cap.2. & ſeſſ.24.cap.* 4. Item, quoad proceſſiones publicas, *ſeſſ. 25.cap.13.de regular.*Item,quoad feſta,& interdicta,*ſeſſ.25.cap.12.*in materia exemptionum, vide quæ notaui ſuprà *d.cap.14.de Reform.ſeſſ.7.*

b *Nihil ex eis priuilegiis.*] Loquitur hîc text.de veris non fictis priuilegiis, quæ reſultant ex immemorabili. Rot. *deciſ. 745. num.7.*aliàs vide Rot.*par.1.deciſ.736.* ſed an ſubditus non exemptus poſſit ſe tueri priuilegio loci exempti, dic vt per Feder. de Sen.*quæſt.2.*& dixi ſuprà *ſeſſ. 7. cap.* 14. Latiſſimè in exceptis tamē iis,qui in præſentibus locis,aut militiis actu ſeruiūt,& intra eorum ſepta, ac domos reſident, ſub eorúmque

rúmque obedientia viuunt. Dic hæc omnia copulatiuè requiri ſimul ad effectum, vt quis hac exemptione gaudere poſſit aduerſus Ordinariorum iuriſdictionem, iuxta Bullam 67. circumſpecta Gregor. XIII. per quam omnia priuilegia Militum etiam Hieroſolymitanorum reducuntur ad terminos huius Concilij, & Equitibus Hieroſolymitanis fuit conceſſa declaratoria, iuxta tenorem huius exceptionis, & ita cenſuit ſacra Congregatio.

ADDITIO.

1 *Quoniam.*] Vide Rota *diuerſ. deciſ.* 78. *prima par... text.* iſte dum diſponit quod Epiſcopus, vti Apoſtolicus delegatus poſſit viſitare, limitatur non procedere in habente Epiſcopalem iuriſdictionem laicam in locis ſibi ſubiectis, ex *deciſ. text. in cap.* 11. *de Reform. incip. in Monaſterijs, infrà ſeſſ.* 25. vt per Flores. Diaz. *var. quæſt. lib.* 3. *cap.* 23. *num.* 24. vbi firmat quòd ideò Abb. habens Epiſcopalem iuriſdictionem non poterit ab Epiſcopo vti Relegato viſitari.

2 *Cappellani Regij.*] Qui dicantur Mart. Freſc. *de ſub feud. par.* 1. *tit. de offic. mag. Cancell. num.* 27. *ſeu.* 53.

3 *Capellanos Regios.*] Vide Rot. *diuerſ. deciſ.* 744. *par.* 1. vbi quòd hæc reſeruatio habet locum, vt ſupra *ſeſſ.* 3. *de Reform. cap.* 8. dictum fuit.

4 *Cum Capella.*] Quatenus hæc Conſtitutio cum Capella, de priuil. loquitur, vt odioſa ſtrictè intelligenda, & ideò non habet locum in fictis priuilegiis, ex immemorabili reſultandum, quæ à veris longè diſtant cum multa veris priuilegiis acquirantur, quæ immemorabilia acquiri nequeunt. Rot. *diuerſ. d. deciſ.* 744. *num.* 5. & 6. *par. prima.*

Præterea adde quòd Conſtitutio cum Capella quæ hîc innouatur probat priuilegium exemptionis perſonæ conceſſum non ſuffragari quò minùs ratione Beneficij quis Ordinario ſubſit, & ita fuit deciſum in vna Salaman. iuriſdictionis Decembris 1582. coram Seraphino, & coram eodem in vna Burgen. concordiæ, 14. Ianuarij 1594. *in d. cap. Capella, de priuil.* habes quod Capellani Capellæ Regalis, ſeu Ducalis licèt in iis, quæ ad Capellam pertinent gaudeant priuilegio Apoſtolicæ exemptionis, attamen ſi obtineant Eccleſias Parochiales, vel ex alio Capite Epiſcopalem reſpiciant iuriſdictionem non gaudent exemptione.

CAPVT XII.

Qualitas habere volentium dignitates cum cura animarum: Archidiaconi, & cæterorum adſpirantium ad dignitates in Cathedralibus; commendantur quidam ad Dignitates præ cæteris: ſeruanda reſidentia, & perſonaliter obeunda officia. Quædam ordinanda per Synodum Prouincialem.

CVm dignitates, in Eccleſiis *a præſertim* Cathedralibus, ad conſeruandam augendámque Eccleſiaſticam diſciplinam fuerint inſtitutæ; vt, qui eas obtinerent, pietate præcellerent, aliiſque exemplo eſſent, atque Epiſcopos opera & officio iuuarent: meritò, qui ad eas vocantur, tales eſſe debent, qui ſuo muneri reſpondere poſſint. [a] 1 *Nemo igitur* deinceps 2 *ad Dignitates* quaſcumque, quibus animarum cura 3 *ſubeſt*, promoueatur, 4 *niſi qui ſaltem xxv.* ſuæ ætatis annum attigerit; & in Clericali ordine verſatus, doctrina ad ſuum munus exequendum neceſſaria, ac morum integritate commendetur; iuxta Conſtitutionem Alexandri III. Concilio Lateranenſi promulgatam, quæ incipit, [b] 5 *cum in cunctis.* ß 6 *Archidiaconi etiam*, qui [c] oculi dicuntur Epiſcopi, ſint in omnibus Eccleſiis, 7 *vbi fieri poterit*, Magiſtri in Theologia, ſeu Doctores,

a Seſſ. 22. cap. 2.

b Cap. cum in cunctis, de elec.

c Clem. 1. ep. 1. ad Iacobum, Anacl. ep. 1. c.

Doctores, aut Licentiati in iure Canonico. Ad cæteras autem Dignitates, vel perſonatus, quibus animarum cura nulla ſubeſt, Clerici alioquin idonei, 22. annis δ *non minores*, aſciſcantur. ε *Prouiſi etiam de beneficiis* quibuſcumque, curam animarum habentibus, teneantur à die adeptæ poſſeſſionis, ad minus 7 *intra duos menſes*, [d] in manibus ipſius Epiſcopi, vel eo impedito, coram generali eius Vicario, ſeu Officiali, Orthodoxæ ſuæ fidei publicam facere 8 *profeſſionem*, & in Romanæ Eccleſiæ obedientia ſe permanſuros ſpondeant, ac iurent. ζ *Prouiſi autem* de 9 *Canonicatibus*, & Dignitatibus, in Eccleſiis Cathedralibus, non ſolùm coram Epiſcopo, ſeu eius Officiali, ſed etiam in Capitulo idem facere teneantur: alioquin prædicti omnes prouiſi, vt ſuprà, fructus non faciant ſuos, nec illis η *poſſeſſio* 10 *ſuffragetur.* θ *Neminem etiam deinceps* ι *ad Dignitatem,* κ *canonicatum,* λ *aut portionem* recipiant, niſi qui eo Ordine ſacro, aut ſit initiatus, quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit; aut in tali ætate, vt infra tempus à iure, & ab hac ſancta Synodo ſtatutum, initiari valeat. In omnibus verò Eccleſiis 11 *Cathedralibus*, omnes Canonicatus, ac portiones habeant 12 *annexum Ordinem* Presbyterij, Diaconatus, vel Subdiaconatus. μ *Epiſcopus autem* 13 *cum conſilio Capituli* deſignet, ac diſtribuat, prout viderit expedire, quibus quiſque Ordo ex ſacris annexus in poſterum eſſe debeat; ita tamen, ν *vt dimidia ſaltem pars* 14 *Presbyteri ſint*, cæteri verò Diaconi, ξ *aut Subdiaconi:* vbi verò conſuetudo laudabilior habet, vt plures, vel omnes ſint Presbyteri, omninò obſeruetur. 15 *Hortatur* etiam ſancta Synodus, vt in prouinciis, vbi id commodè fieri poteſt, 16 *Dignitates omnes*, & ſaltem dimidia pars Canonicatuum, in Cathedralibus Eccleſiis, & Collegiatis inſignibus 17 *conferantur* tantùm Magiſtris, vel Doctoribus, aut etiam Licentiatis in Theologia, 18 *vel Iure Canonico.* Præterea obtinentibus in eiſdem Cathedralibus, aut Collegiatis 19 *Dignitates*, Canonicatus, præbendas, aut portiones, non [f] liceat vigore ο *cuiuſlibet* 20 *ſtatuti*, aut 21 *conſuetudinis*, π *vltra* 22 *tres menſes*, ab eiſdem Eccleſiis quolibet anno 23 *abeſſe:* ſaluis nihilominùs earum Eccleſiarum conſtitutionibus, quæ longius ſeruitij tempus requirunt: ρ *alioquin* priuetur vnuſquiſque σ *dimidia parte fructuum*, quos ratione etiam præbendæ, ac reſidentiæ fecit ſuos: quòd ſi iterum eadem fuerit vſus negligentia, priuetur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit: τ *creſcente verò contumacia*, contra eos, iuxta [f] ſacrorum Canonum conſtitutiones, procedatur. Diſtributiones verò, qui φ 24 *ſtatutis horis* interfuerint, 25 *recipiant:* reliqui, quauis colluſione, χ *aut remiſſione excluſa*, ψ 26 *his careant*, iuxta Bonifacij VIII. decretum, quod incipit, Conſuetudinem: quod ſancta Synodus in vſum reuocat: ω *non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis & 27 conſuetudinibus.* α 28 *Omnes verò* diuina 29 *per ſe*, & non per Subſtitutos, compellantur obire officia: & Epiſcopo celebranti, aut alia β *Pontificalia exercenti*, adſiſtere, inſeruire, atque γ *in Choro*, ad pſallendum inſtituto, hymnis & Canticis Dei nomen reuerenter, diſtinctè, deuotéque laudare. Veſtitu inſuper decenti tam in Eccleſia, quàm extra, aſſiduè

Diaconi, 93. d. & c. ad hæc. cap. de offic. Arch. l. 1. dec. tit. 6. ca. 7. ab Innoc. III. in 1. dec. tit. 23. c. ad hæc nos, & aliis.

d 4. Tol. c. 25. & 26. etiam ſic prouidebatur, infrà in Bulla S. D N. Pij IV. ſuper forma iuramenti profeſſionis fidei.

e Cap. licèt Can. & c. cum ex eo, de ele. in 6. ſup. Seſſ. 7. de ref. c. 12.

f Sup. Seſſ. 25. de ref. c. 1.

g Seſſ. 22. c. 3.
h Sexti decret. lib. 3. de Cler. non reſid. c. 1. ſexti dec. li. 1. conſuet. c. 1.
i Seſſ. 22 c. licet, & c. extirpandæ, ca. qui verò de præb. cap. quia nonnulli, de Cleric. non reſid.

vtantur; [k] ab illicitíſque venationibus, aucupiis, choreis, tabernis, luſibúſque abſtineant, atque ea morum integritate polleant, vt meritò Eccleſiæ Senatus dici poſſit. Cæteræ quæ ad debitum in diuinis officiis regimen ſpectant, déque congrua in his canendi ſeu modulandi ratione, de certa lege in Choro cōueniendi, & permanendi, ſimúlque de omnibus Eccleſiæ miniſtris, quæ neceſſaria erunt, & ſi qua huiuſmodi; Synodus Prouincialis, pro cuiuſque prouinciæ vtilitate formulam præſcribet. *Interea verò Epiſcopus* 30 *non minùs*, quàm cum duobus Canonicis, quorum vnus ab Epiſcopo, alter à Capitulo eligatur, in iis, quæ expedire videbuntur, poterit prouidere.

[k] Concil. Turon. 3. cap. 8. Concil. Agathen. Can. 55. qui incipit, Epiſcopis, cap. Epiſcopum, 34. diſt. to. 30. tit. de vit. & hon. Cler. extra in 6. & in Clem.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

ARchidiaconi, qui non habent Curam animarum, vel iuriſdictionem, non tenentur eſſe Doct. vel Licentiati. Item, in aliis Dignitatibus non requiritur gradus.

Item, Archidiaconi, qui tantùm nomine, & non exercent officium, non debent eſſe Doctores, ſecùs ſi exercent.

Item, Beneficium ſimplex, cui annexa eſt Parochialis Curata habetur pro ſimplici, & in hoc cap. intelligitur quando principaliter ſubeſt cauſa.

Item, Sacerdos ſi eſt prouiſus à Papa de Canonicatu non eſt examinandus ab Epiſcopo ſuper idoneitate ſcientiæ.

Item, in Canonicatu Collegiatæ ætas 22. annorum non requiritur magis nunc, quàm ante Concilium.

Item, Concilium nihil innouauit ſuper ætate promouendorum ad Canonicatus Eccleſiæ Collegiatæ.

Item, qui iam eſt Canonicus, & in minori ætate, non eſt cogendus ad ſuſceptionem Ordinum donec ſit in ætate.

Item, ætas 22. ann. ſufficit pro Canonicatu cui eſt vnita Parochialis.

Item, prouiſus à Papa de portione, quæ non requirit Ordinem Sacrum, debet admitti à Capitulo etiamſi non ſit in ætate, vt infrà annum ordinetur.

Item, non ſolùm Canonici, & alij nominati in hoc cap. tenentur facere profeſſionem fidei, ſed etiam omnes profitentes artes liberales iuxta Bullam Pij I V. ſed Doctores legum, & Medici non tenentur antequam exerceant, ſatis eſt ſi oſtendant emiſiſſe in ſuſceptione graduum.

Item, Priores Cartuſienſium non tenentur emittere profeſſionem fidei, ſi emittant laudantur.

Item, Canonici, & profeſſi, poſtquam fecerunt profeſſionem fidei in Capitulo, tenentur eandem facere coram Epiſcopo.

Item, Epiſcopus poteſt prohibere, ne Magiſtri artium doceant, donec informetur de moribus, profiteantur fidem. Idem de his, quibus conceditur teſtimonium ab aliqua Vniuerſitate, iuxta Bullam Pij I V. & Pij V.

Item, per omiſſionem profeſſionis fidei perduntur tantùm fructus præbendarum, & non diſtributiones, quas in ſeruiendo acquirit.

Item, fructus amiſſos ob non profeſſionem fidei, non poteſt condonare Epiſcopus, ſed Papa.

Item, nullus ad poſſeſſionem Beneficij admittatur ante profeſſionem fidei.

Item, Monitus ſi non ordinatur, prout requirit Beneficium, per hoc cap. denunciatur priuatus, *ſeſſ. 25. de diſpenſatione.*

Item, obtinens Beneficium ſi non eſt in ætate, nulla facta mentione de ætate, non poteſt retinere Beneficium; ſed intra ſex menſes illud reſignet nulla ſibi penſione retenta.

Item, ex cauſa ſolet diſpenſari in ætate per Concilium in Cathedrali cum conſenſu Epiſcopi.

Item, quando Dignitas, vel Canonicatus requirit Preſbyterum, ſi non ſunt Sacerdotes Epiſcopus exequatur hoc cap.

Item, non obſtante ſtatuto Eccleſiæ, vel conſuetudine, vt aliqui Canonici ſint Accolyti, Epiſcopus cum Capitulo aſſignet vnicuique præbendæ Ordinem ſacrum, & Accolyti interim non habeant vocem in Capitulo.

Item, hoc cap. non habet locum, niſi in Eccleſiis Cathedralibus.

Item,

Item, licèt portiones habere debeant Ordinem Sacrum, tamen dimidiæ portiones non ſunt ſubiectæ huic cap.

Item, Ordines ſacri debent aſſignari præbendis,& non perſonis,& in hac aſſignatione Epiſcopus debet petere conſilium à Capitulo, ſed non tenetur illud ſequi, & facta hac aſſignatione ſtatim cogat Canonicos.

Item, dimidia pars Canonicorum debent eſſe Sacerdotes, & in hac parte non numerantur Dignitates.

Item, quod Dignitates & Canonicatus dentur tantùm graduatis,non eſt de neceſſitate,nec poteſt ſtatui à Concilio Prouinciali.

Item, Canonici tenentur ad continuam reſidentiam in Canonicatibus, niſi reſideant in Beneficiis eiuſdem qualitatis.

Item,habens Canonicatum,& Parochialem in duabus Diœceſibus,& non reſidens in Parochiali ex permiſſu Epiſcopi, vt tenetur ex Bulla Pij V.eſt cogendus reſidere in Canonicatu.

Item, in Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus cõſuetudo immemorabilis non excuſat, licèt Eccleſiæ ſint rurales,prorſus deſtitutæ, aut in quibus non eſt memoria, quòd reſideant, aut ſi habent adeò tenues redditus, vt Canonicos non habentes aliunde non poſſit alere.

Item, ad hanc reſidentiam tenentur etiam Abbates Regulares,ſi habent Dignitates in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis.

Item,ſi Collegiata transferretur in viciniorem locum ob iuſtam cauſam,eſt neceſſaria reſidentia.

Item, hoc decretum non eſt neceſſe intimari abſentibus,& tollit conſuetudinem etiam immemorabilem.

Item,Canonici Collegiatæ inſignis ſunt cogendi reſidere, ſi non reſident in Parochialibus.

Item, Canonici Collegiatæ ſi non poſſunt omnes reſidere in Domibus Canonicalibus, maneant in propinquioribus, vel ædificent.

Item, Canonici Collegiatæ non inſignis vbi non ſunt diſtributiones, vbi non eſt memoria quòd reſederint, non cogantur reſidere, niſi Archipreſbyter, qui habet Curam animarum.

Item,ſi redditus,& præbendæ ſunt adeò tenues, vt Canonici non poſſint viuere, ſi non habent aliunde non tenentur reſidere.

Item, ſi Manſionariæ Cathedralis, vel Collegiatæ ſunt beneficia perpetua,& inſtar portionum habent annexum ſeruitium in Choro, idem eſt dicendum de illis, ac de portionibus, de quibus in hoc decreto, §. *præterea.*

Item,ſtatuta confirmata à Sede Apoſtolica, non ſunt ſublata à Concilio Tridentino, etiamſi contineant, quòd Dignitates habentes per quatuor menſes, in quolibet anno reſidere teneantur, vel quòd liceat abeſſe vltra tres menſes.

Item,ſi concedatur per ſtatutum Eccleſiæ Canonicis abeſſe per tres menſes,ſi per conſuetudinẽ non fuit ſeruatum,eſt attendenda conſuetudo magis, quàm ſtatutum.

Item, Canonici Parochialium, & Collegiatæ, qui conſueuerunt reſidere & ſeruire per Subſtitutum, hodie perſonaliter ſeruiant.

Item, in Collegiatis inſignibus conſuetudo immemorabilis, vt nonniſi,qui numquam inſeruiunt, amittant diſtributiones, non eſt ſeruanda,ſed hoc cap.

Item, Canonici licèt poſſint abeſſe per tres menſes, tamen non poſſunt omnes ſimul abeſſe eodem tempore,ſed aliqui arbitrio Epiſcopi, & Capituli.

Item, tempore vacationum diſtributiones ſolitæ eſſe debent, ſed abſentes non habent diſtributiones.

Item, cauſa ſtudiorum nemo poteſt abeſſe vltra quinquennium, & interim non lucratur diſtributiones.

Item, ſi omnes fructus conſiſtant in diſtributionibus, tunc omnes vacationes ſunt ſublatæ, ſecùs ſi vacationes in fundatione eſſent conceſſæ.

Item, abſens vltra tres menſes, licèt in Ciuitate, vbi eſt Eccleſia, maneat, tamen eſt puniendus, ſecundùm hoc cap.

Item, nullus excuſatur à reſidentia,licèt velit amittere diſtributiones.

Item, fructus præbendæ, quibus mulctantur abſentes Canonici vltra tres menſes,ſunt applicandi Eccleſiæ; poteſt tamen Epiſcopus hanc pœnam minuere,& augere, ſed non in totum tollere.

Item, tempus ex cauſa legitima poſita in *cap. 1. de Cleric. non reſid.in 6.* poteſt aliquem Canonicum, vel Capellanum excuſare à reſidentia Choti, etiam ſine con-

ſenſu Capituli, de cuius intereſſe agitur.

Item, hoc cap.concedit tres menſes abſentiæ,ſi Conſtitutiones Eccleſiæ requirunt ſeruitium totius anni.

Item, Canonici, qui non per tres menſes continuos abſunt, ſed interpellatè, ſi excedunt tres menſes poſſunt puniri, vt abſentes.

Item, qui non interſit Choro omnibus horis,non poteſt in fine anni colligere has, & ex his facere dies,& tres menſes.

Item, abſentes vltra tres menſes non ſunt citandi ad reſidendum, ſed ad dicendum cauſam quare non debent puniri.

Item, Canonicis Cathedralis poteſt concedi, vt ſeruientes Dominicis diebus, & feſtis de præcepto,& Quadrageſima,in reliquo tempore ſeruiant alterius hebdomadis, dummodò non abſint à ſeruitio Chori vltra tres menſes.

Item, reprehenditur Epiſcopus qui priuat non reſidentem primo anno, ſed priuatur fructibus præbendæ dimidiæ.

Item, Epiſcopus cogat Canonicos Collegiatæ reſidere.

Item, abſentes pro viſitatione Eccleſiæ non amittunt diſtributiones, ſecùs ſi cauſa peregrinationis,ſecùs & fructus.

Item, Canonici ex deuotione celebrantes in eadem Eccleſia iuxta Chorum non ſunt præſentes, ſecùs ſi ex iuſſu Superioris.Sed Superior non debet mandare;Idem dicendum ſi ſint Capellani,& Miſſas dicere teneantur.

Item, Canonici abſentes cum ſuo Epiſcopo in viſitatione, amittunt diſtributiones,ſed vltra tres menſes,non fructus, *cap. ad audientiam, de Cleric. non reſid.* & Abb. ibi *num.1.& 8.*

Item, qui manent in loco reſidentiæ;& non reſident Choro, ob peſtem, non faciunt diſtributiones, niſi ex antiqua conſuetudine, ex iuſta cauſa abſentes lucrentur.

Item, Canonici debent intereſſe omnibus horis,non obſtante conſuetudine contraria.

Item, Canonici non poſſunt inter ſe remittere diſtributiones,& in hoc Epiſcopus agat, & multò minùs fructus, qui ſunt Eccleſiæ.

Item, diſtributiones, quæ debentur infirmis, debentur etiam ſenio confectis, qui ſolebant reſidere,ſed tamen nequeunt, & debentur etiam detentis in carceribus, non tamen ob culpam propriam.

Item, Canonico miſſo ab Epiſcopo pro habente declarationē Concilij Tridentini debetur maſſa groſſa deductis diſtributionibus quotidianis, etiamſi declaratio ſit facta in præiudicium Capituli.

Item, in Compoſtellana Eccleſia ſtatutum habendi diſtributiones abſens,qui per 40.annos inſeruiuit,valet.

Item,Canonici & Dignitates per ſeipſos ſeruiant, ſecùs poſſunt puniri. Item, poſſunt prohiberi ne extra Diœceſim recedant.

Item, Capellani ſi infirmi, vel legitimè impediti non ſeruiant, habeant eleemoſynam illius temporis, nec eſt præfixum tempus.

Item, circa perſonas, quæ debent aſſiſtere Archiepiſcopo celebranti, ſeruetur Pontificale,& Canonici ei inſeruiant.

Item, Archiepiſcopo conferenti minores Ordines in Eccleſia aliqua ex Canonicis debent aſſiſtere.

Item, Epiſcopo Pontificalia exercenti omnes Canonici, & Dignitates in Cathedralibus debent aſſiſtere, niſi aliqui legitimè abſint cum titulo vacationis, & renuentes Epiſcopus puniat, ſi in Ciuitate exercet,non ſi in Diœceſi.

Item, Epiſcopo celebranti debent aſſiſtere, & inſeruire Diaconi, & Subdiaconi in ſolemni, non in priuata Miſſa.

Item, Diaconus Canonicus, qui miniſtrat Epiſcopo, debet integrum cæteris Canonicis dare, ſed pacem dabit aſſiſtens.

Item, celebrante Canonico an Diaconus & Subdiaconus debeant eſſe Canonici ſtandum eſt Synodo Prouinciali, nam Concilium nil dicit.

Item, Canonici per ſeipſos Miſſas canant in feſtis ſecundùm conſuetudinem, vel ſtatuta ſuæ Eccleſiæ.

Item, inſignia Pontificalia,vt Baculum, mitram,librum non Canonici,ſed Capellani teneant, à quibus Canonici accipiant, dum illis vtitur Archiepiſcopus, & mox reſtituant.

Item, ſi Canonici Collegiatæ non reſident, arguendus eſt Epiſcopus.

Item, Canonici, qui habent facultatem accipiendi diſtributiones dum reſident in Parochia, non poſſunt optare,& ſi optant, optiones ſunt nullæ.

Item,

Item, Canonici quando veniunt ad Ciuitatem Canonicatus debent intereſſe Choro.

Item, Canonici Regulares de licentia Superiorum poſſunt abeſſe vltra tres menſes, & lucrari diſtributiones quotidianas.

Item, licèt ſtatutum ſit, vt Canonici celebrent ſub pœna, non ideò omnes debent eſſe Sacerdotes, ſed Epiſcopus ſtatuat ſecundùm Concilium.

Synodus Prouincialis ſine auctoritate Papæ non poteſt ſtatuere, quòd niſi graduatus non poſſit habere Dignitatem, vel Canonicatum.

Item, pro Dignitate perſonali in Collegiata, vel exempta non requiritur neceſſariò graduatus.

Item, quando per ipſum non ſtat quin reſideat, non debet ſentire detrimentum aliquod ob non reſidentiam.

Item, habens plures Canonicatus dignitate pares, reſideat vbi pluribus inſeruire poteſt, vel indigniori, ſed de alio non accipiat diſtributiones, nec tertiam partem fructuum conuerſam in diſtributiones.

Item, quando abeſſe volunt virtute huius Capitis, non tenentur cauſam Epiſcopo dicere, nec ab eo licentiam petere, ſed ſatis eſt à Decano, vel Capitulo.

Item, ſi ſtatutum Eccleſiæ eſt, vt Canonici poſſint abeſſe per tres menſes, ſed ſi conſuetudo ſit contraria, ſtandum eſt conſuetudini.

Item, ſtatutum vt poſſit abeſſe vltra tres menſes, ſi à Papa eſt confirmatum, non eſt abrogatum per Concilium.

Item, Epiſcopus poteſt concedere Canonicis ex legitima cauſa, vt abſint per quatuor menſes.

Item, Canonici, qui ex peregrinatione, vel ex facultate ſtatuti Eccleſiæ abſunt, non habent diſtributiones, & ſi vltra tres menſes, neque habent fructus præbendæ, prout in Concilio.

Abſens ob ſtudia habebit diſtributiones quotidianas, ſed non illas, quæ ſunt incertæ.

Item, Canonici, & Beneficiati dent notam authenticam omnium bonorum Capituli, vt ſeruetur.

Item, habens Beneficium ſimplex extra Collegiatam non requirens ex alia cauſa reſidentiam, non tenetur reſidere, ſed ſeruiat per alium probatum ab Ordinario.

Item, habens Dignitatem, & Canonicatum in eadem Eccleſia lucratur duas diſtributiones, nec eget Subſtituto.

Item, An Capellani reſidere teneantur res eſt dubia.

Viginti duo anni intelliguntur completi, non autem incepti pro Dignitatibus.

Item, Canonicus miſſus ab Epiſcopo ad limina Apoſtolorum, lucratur etiam diſtributiones ex Sixto V.

Item, Canonicus in ætate intrans annum primum habet diſtributiones, ſed non vocem in Capitulo, niſi poſt annum, licèt ſit in ſacris, ſi non habet Ordinem requiſitum amittit dimidiam partem diſtributionum, & nec habet vocem in Capitulo.

Item, quoties Epiſcopus deſcendit Pontificaliter cum Capella, Canonici accedant ad cubiculum, in reditu præeuntem Epiſcopum comitentur vſque ad oſtium Domus Epiſcopi. In priuatis verò, & feriatis diebus aliqui Canonici aſſocient ad oſtium Eccleſiæ.

Item, Canonici locantes Domos Canonicales aliis, vt laicis, cogendi ſunt, vt locent eas aliis Canonicis, vt interſint Choro.

Item, improbatur illa conſuetudo non pulſari Campanas in priuatis Eccleſiis antequam canietur præfatio Miſſæ maioris in Cathedrali.

Item, improbatur non poſſe Regulares extra ſua Clauſtra per circuitum ſuæ Eccleſiæ facere proceſſiones.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a PRæſertim.] Videtur per hanc particulam quòd poſſint eſſe Dignitates extra Cathedralem, contra *cap. perlectis. §. Presbyter.* vbi gloſ. *& adden. diſt. 25.* ſed contrarium eſt verius per *text. in cap. fin. de offic. Archid. cum gloſſ. fin.* & *cap. 1. de conſang. & affinit.* vbi poteſt dari iuriſdictio ex delegatione, vel priuilegio, vel conſuetudine, & tunc potuit eſſe Dignitas, vide Sarnen. *de viſitat. lib. 1. cap. 15. num. 6.*

b Archidiaconi etiam.] Intellige de illis Archidiaconis, qui ea munia exercent, quæ de iure communi exercere tenentur, non autem de his qui non exercent, de quibus vide Lancell. Corrad. *lib. 2. cap. 8. per tot.*

Digitized by Google

alias Archidiaconus, non eſt loco Epiſcopi, prout in hoc text.

An Vicarius Epiſcopi præcedat Archidiaconum, Abb. *lib.1.conſ.22.* tenet quòd ſic, non obſtante conſuetudine in contrarium. Nauarr. *de maior. & obed. conſ.* 1. tenet contrarium, quem ſequitur. Menoch. *tom.1.conſ.* 51. *per tot.* Capitulum verò præcedit Vicarium in actibus publicis, Menoch. *ibidem tom.1.conſ.52.num.4.*

γ *Vbi fieri poterit.*] In dignitate Archidiaconatus, vbi fieri poterit, vt hic, in Canonicatibus verò vbi cōmodè fieri poterit, vt infrà *eod.c.vbi hortatur*; hic verò præcipitur: ſed reſtringitur ad Archidiaconos, non autem ad alias Dignitates: nam nullo Concilij decreto ſtatutum eſt, vt qui Decanatum conſequi velit, is neceſſariò ſit Magiſter, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico ex Congregationis ſententia, *infrà eadem ver. hortatur autem*; ſed ſi Decanatus ſit prima Dignitas, vt poteſt eſſe iuxta deciſ. Rot. *diuerſ. par.1.deciſ.*518. cùm ad eum ſpectent omnia munia, valdè dubitarem de hac reſolutione ſacræ Congregationis.

δ *Non minores.*] An ætas requiratur incœpta, vel completa, cùm ſermo ſit conceptus in caſu ablatiuo ſine propoſitione, vide per Abbat. *in cap. cùm in cunctis. §. inferiora, de elect.* Silu. *in ver. num.* 4. aſſerenti autem ſe eſſe legitimæ ætatis, incumbit onus probandi. Rot. *diuerſ. par.* 3. *lib.3. deciſ.*1162.

ε *Prouiſi etiam de beneficiis.*] Decretum fuit, vt fiat Bulla quæ in omnibus Gymnaſiis Lectores omnes iubeat profiteri Catholicam fidem, iuxta tempus à Pulla præficiendum, & eos qui Doctoratus inſignibus ornandi ſunt, non priùs ornari quàm examinata ſit eorum fides, & vita Catholica; de quibus omnibus fiat proceſſus in forma gratis per Promotores in Collegio, antequam ad aſſumptionem gradus approbentur.

ζ *Prouiſo autem.*] Intellige infra annum, *cap. licet Canon.* & *cap. cum ex eo, de elect. lib.* 6. ſuper *ſeſſ.7.cap.12. & ſeſſ.22.cap.4. & not. in cap. ſi pro Clericis, de præbend. lib.6.*

η *Poſſeſſio ſuffragetur.*] De prærogatiua poſſeſſionis & poſſidentis, & quando teneatur oſtendere titulum, vide Quarant. *de benefic. poſſ. fol.* 96. An Concilium per hæc verba auferat omnem titulum poſſeſſionis, itaut nec triennalis poſſeſſio ſuffragetur, & tales ſemper dicantur intruſi, multa poſſent pro hinc inde adduci: tamen verus intellectus huius text. videtur eſſe vt non profitentes patiantur vnicam illam pœnam, ne videlicet faciant fructus ſuos, & contra hoc, nec illis poſſeſſio ſuffragetur, vt non inficiat titulum, ſed cauſa fructus prouideat, & ita cenſuit Congregatio die 2. Septembris, 1591. & die 13. Aprilis, 1595. Qui intellectus facit, vt nec poſſit ſe tueri triennali ad faciendum fructus ſuos, & ita propoſito dubio in Congregatione Illuſtriſſimorum viſum fuit pleriſque ex Illuſtriſſimis; nihil tamen fuit deciſum ſub die 5. Maij, 1575. vide Sarnen. *de viſitat. lib.2.cap.3.num.* 4. ſed quid fiet de dd. fructibus? & dic eſſe applicandos fabricæ Eccleſiæ, vel pauperibus, ſicut diximus de fructibus non reſidentium, per *cap.1.verſ. ſi quis autem, ſeſſ.* 23. Sarnen. *ibidem.*

θ *Neminem etiam deinceps.*] Obtinentes præbendas in Cathedralibus, quatenus eorum ætas patiatur, ſtatim cogendi ſunt ſuſcipere, & exercere illos Ordines, qui annexi ſunt illis præbendis, *cap.4. in fin. ſuprà ſeſſ.* 22. vt cenſuit ſacra Congregatio, ſed non promotus ad ſacros Ordines intra annum, non debet priuari Canonicatu, ſi eius prouiſionem habuit à Papa, & impedimentum non promotionis prouenit ſolùm propter defectum ætatis, ex ſententia eiuſdem Congregationis.

ι *Ad Dignitatem.*] Quid de Abbatiis, ſeu Monaſteriis habentibus curam iuriſdictionalem tantùm, & dicas idem, etiamſi ſit Commendatum, quia cùm hodie per omnia executæ ſint commendæ titulis, vt per Gomes: *in reg. de Idiom. quæſt.5. & de trienn. quæſt.5. per tot.* intrat idem ius & Dignitas, cùm nihil aliud ſit quàm præeminentia cum iuriſdictione, ob id tenetur ad reſidentiam, & faciēdum initiari ſacris Ordinibus, *cap. cùm in cunctis. §. inferiora, de elect.* Doct. & Card. *in Clem. vnic. quæſt.20. de offic. Vic.* Rebuff. *in prax. in tit. de non promouendo infrà annum, num.5.* Idem dic de Commenda curæ iuriſdictionalis, quæ ſimiliter eſt præeminentia cum iuriſdictione, & ita pendente dubio in Congregatione Illuſtriſſimorum reſcripſit Greg. XIII. Summ. Pont. ſed an Præpoſitura ſit Dignitas, & comprehendatur; dic vt per Aretin. *conſ.* 23. Item non poteſt Synodus Prouincialis

impone

imponere onus Dignitatibus, quòd quis, niſi graduatus non poſſit ęas obtinere, ſecùs autem cum authoritate ſanctæ Sedis Apoſtolicæ.

ν *Canonicatum.*] Intelligit Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium ad declarationem Concilij conſtitutorum requiſita huiuſmodi habere locum tantùm in Canonicis, & Canonicatibus Cathedralium, non autem aliarum Collegiatarum, etiam inſignium: quod autem infrà nominantur Collegiatæ inſignes, habet locum in caſu in quo exprimuntur: Et hæc habent locum ne ætas 22. ann. requiratur in Canonicatibus Collegiatarum ad effectũ impediend. requiſitionem Canonicatus; bene tamen impedit defectus ætatis ne habeat vocem in Capitulo, vt *ſuprà cap. 4. ſeſſ. 22.* Cùm ergo ex verbis Concilij non ſit præſcripta ætas ad Canonicatum Collegiatarum, remanet ſub diſpoſitione iuris communis, vt poſt annum 14. poſſit quis aſſumi ad huiuſmodi Canonicatus. Abb. *in cap. ſuper inordinata, de præbend.* Auth. *in cap. ſi eo tempore, de reſcrip. in 6.* & ita cenſuit Congregatio ſub die 26. Iunij, 1572. Canonicatus autem Collegiatæ in Romana Ciuitate eſt dignior Canonicatu Cathedralis alterius Ciuitatis, vt cenſuit Congregatio licèt ille habeatur pro Dignitate. Rot Verall. *par. 1. deciſ. 257.*

λ *Aut portionem.*] Quæſitum fuit, an dimidiæ portiones requirant ſacrum Ordinem; & viſum fuit Congregationi de ſententia S.D.N. quod non, etiamſi in Cathedralibus exiſterent, 3. Idus Ianuarij, 1570.

μ *Epiſcopus autem cum conſilio Capituli.*] An ad hoc Cõſilium vocandi ſint Canonici non exiſtentes in ſacris contra text. *in cap. 4. ſuprà 22.* dico quòd ſic, quia ille text. loquitur de voto & conſenſu: ſed ad Conſilium etiam Laïci vocari poſſunt. Iacob. *de Concil. lib. 2. verſ. 2. art. 2. pag.* 82. & forſan ad conſulendum erunt aptiores, & ſic non repudiendi. Item, Conſilium hoc debet expectare congruo tempore, nec ſufficit requirere Conſilium, & illud non expectare. Bald. *in l. ex illo. C. de appell.* aliàs actus redditur nullus. Felin. *in cap. cùm dilectus, col. 6. ver. de forma, de reſcrip.*

ν *Vt dimidia ſaltem pars Presbyteri ſint.*] An Epiſcopus poſſit cogere, vt omnes ſint Preſbyteri, & dic quòd non. Abb. *in cap. extirpandæ. §. qui verò, de præbend. num.* 3. Prax. *in ver. Capitulum, quæſt. 10. fol.* 58. & ita cenſuit ſacra Congregatio.

ξ *Aut Subdiaconi.*] Hinc infertur quòd cùm ſit annexus Ordo ſacer Canonicatibus Cathedralium, niſi quis faciat ſe promoueri ad ſacrum Ordinem, infrà tempus à Concilio præſcriptum, poteſt poſt monitionem priuari, non modò diſtributionibus; ſed etiam Canonicatu ipſo. Clem. *vt bi de ætat. & qualit. iunct. gloſ. pen. in. cap. licèt Canon, de elect. lib. 6.*

ο *Cuiuſlibet ſtatuti.*] An per hæc videatur derogatum iuri communi, de quo in *cap. ad audientiam, & cap. de cætero, de Cler. non reſid.* quibus ſtatuitur poſſe duos Canonicos in ſeruitio Epiſcopi exiſtentes percipere fructus in abſentia, & dic quòd non eſt derogatum, quia iuri ſpeciali per generale non derogatur, vt per Dec. *in l. in toto, num. 7. de reg. iur.* & ita conſuluit Nauarr. *de Cler. non reſid. conſ.* 1. Pariter non videtur præiudicatum Canonicis abſentibus pro ſeruitio ſuarum Eccleſiarum, *cap. cum non debeat, de elect. lib. 6.* Nauarr. *de Cleric. non reſid. conſ.* 8. qui extendit etiam regulares, & nouitios; permittitur etiam alicui Canonico pro lite circa iura ſui Canonicatus abeſſe, & fructus percipere; & ſufficit licentia ſui Ordinarij. Nauarr. *ibidem conſ.* 14.

π *Vltra tres menſes.*] Licèt de iure communi Capitulum poſſit inſtituere, vt Canonici ſeruiant vna hebdomada, & duabus vacent; & ſic inducere vacationem per octo menſes, vt not. gloſ. *in cap. propoſuiſti, in ver. quod in templo, & in ver. cuius ſuæ, diſt.* 82. & idem Turrecrem. quem ſequitur Domin. *in cap. vnic. poſt princip. de Cleric. non reſiden. in 6.* & *in add. ad eundem.* Tamen cùm hîc per Concilium derogetur ſtatuto, & conſuetudini, videntur omnes vacationes intra tres menſes ſublatæ. Si autem ſint inductæ ex fundatione, nõ videntur ſublatæ, quia Concilium non derogat fundationi; & ne retrahantur homines à fundatione multa permittuntur: gloſ. *in cap. dilectus, de iurepatr.* & attendi debet conditio appoſita in fundatione. Lap. *alleg. 96. num.* 3. Abb. *in cap. cùm acceſſiſſent, num.* 28. Staphil. *de mod. & form. impetr. num. 7. fol.* 46. & in generali derogatione non cenſetur derogatum conſtitutionibus in fundatione appoſitis. Lud. Ran. qui allegat Dec. *in l. ſi vero. §. de viro, num. 48. verſ.* 6. probatur ſo-

lut.

Digitized by Google

lut. matr. & ita cenſuit Congregatio ſub die 16. Decembris, 1604. licèt multi expectent reſponſum S.D.N. & dubitent ne detur occaſio multis ad non reſidendum, qui fingunt ſibi fundationem eandem.

ρ *Alioquin.*] Si quis ergo non reſideat in Canonicatu, vel Dignitate, non poteſt vigore huius decreti priuari, niſi ſeruata forma poſt triennium, & in hanc ſententiam reſcripſit Congregatio Epiſcopo Roſſanenſi 6. Idus Aprilis 1564. poſt annum verò non poteſt priuari, niſi medietate fructuum, ex eadem Congregatione.

σ *Dimidia parte fructuum.*] Quæritur de his fructibus cui ſunt applicandi, & dic quòd cùm non ſit determinatum relinquitur arbitrio Ordinarij, qui priuauit, *cap. de cauſis. §. 1. de offic. deleg.* Nauarr. *de Cleric. non reſid. conſ. 3.*

τ *Creſcente verò contumacia.*] Quia olim Epiſcopus non poterat ſine Capitulo priuare Canonicum non reſidentem, per Oldrad. *conſ. 194.* dubitatur hodie, vt hic ſuprà *ſeſſ. 6. cap. 2.*

φ *Statutis horis.*] Comparitio horarum eſt iuri conſona, iuxta quas fieret comparitio diſtributionum. Clem. *vt hi qui, ver. certis horis, de ætat. & qualit.* & in add. ad Abb. *in cap. cùm olim, num. 6. de ſent. & re iudic.* & valet tale ſtatutum, vel conſuetudo. Dom. *in cap. 1. num. 6. de Cleric. non reſid. lib. 6.* & in caſu tenetur, *diſt. 31.* quam dicit communem Bertrand. *conſ. 118. num. 6. lib. 6.*

Et dum hic Concilium innouat, *cap. conſuetudinem* refert ſe ad illud cum omnibus ſuis qualitatibus, quibus relatum dicitur eſſe in referente. Dec. *conſ. 19. num. 3. ver. ſtatutum.* Pariſ. *conſ. 18. num. 32. lib. 2.*

Sed an qui duplici fungitur officio, duplicémque habeat vocem in Capitulo, debeat habere duplices diſtributiones; veluti ſi quis ſit Theſaurarius, & Canonicus, & dic affirmatiuè; nam ex quo in Choro ſupplet pro Dignitatibus, quando faciendum ſit aliquid loco Dignitatum, & ſupplet pro Canonicis in his quæ ſpectant ad Canonicum, & vtriuſque perſonam repræſentat, pro vtroque deſeruire cenſetur, nec eget Subſtituto, vt per Abb. poſt alios, *in cap. olim, num. 6. de ſent. & re iud.* quem ſequitur Felin. & in Prax. obſeruan. dicit Franc. Aret. *ibidem*, licèt in puncto iuris aſſerat eſſe veriorem contrariam opinionem. Ant. de Butr. *ibidem*, & Feder. de Sen. *conſ.* 120. & poſt alios latè, vide Gig. *de penſ. reſp. 35. num. 28. & ſeq. fol. 62.* adde Felin. *in repert. in ver. vna perſona.*

χ *Aut remiſſione excluſa.*] Ergo Canonicus, qui deſeruiendo Epiſcopo, vel Cardinali in ſuo titulo lucratur fructus ſui Canonicatus; amittit tamen diſtributiones quotidianas, etiamſi ſibi per Collegas remittantur. Nauarr. *de Cler. non reſid. conſ. 2. & conſ. 7.* etiamſi per 40. annos deſeruierit, *ibidem conſ. 12.*

ψ *His careant.*] An careant anniuerſarijs quæ non ſunt in fructu, nec cadant ſub diſtributionibus quotidianis. Boer. *deciſ. 224.* latè diſputat Nauarr. *de Cleric. non reſid. lib. 6. in fin.* Quarant. *in ver. reſidentia, fol. 441. & ſeq.*

ω *Non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis, & conſuetudinibus.*] Congregatio cenſuit tolli conſuetudinem, etiam immemorabilem, etiam ſtatuta iurata; ſed non tolli ſtatuta à Sede Apoſtolica confirmata; de quibus dic, vt infrà *ſeſſ. 23. cap. 6. ad fin.* an vacaturæ ſint ſublatæ, vbi omnes fructus ſunt diſtributiones quotidianæ, & Congregatio cēſuit omnes eſſe ſublatas. Quid ſi factū ſit inter Canonicos aliquod ſtatutum, quòd ipſi poſſunt inſeruire per Subſtitutos, vel alternatim vnus pro alio, dic quòd non habetur de eo ratio, quia eſt contra hunc textum.

α *Omnes verò.*] Dubitabatur an Vicarius Epiſcopi, vel etiam Apoſtolicus poſſit ſupplere vices Epiſcopi abſentis in celebratione Miſſarum ſolemnium apud altare maius Eccleſiæ Cathedralis inuito Decano, vel Archipresbytero illius Capituli, vti de iure, & conſuetudine facultas huiuſmodi competere ſolet, & per Cardinalem Caraffam cum voto. D. de Comitulis Rotæ auditorij fuit reſcriptum non eſſe, & quatenus Vicarius poſſit, An habeat in eo locum Concilium, vbi ſuprà, itaut cogere poſſit Canonicos, & alios de Capitulo ad ſibi aſſiſtendum, ſicut aſſiſtere ſolet Epiſcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti, & per eoſdem reſcriptum fuit non habere.

β *Pontificalia exercenti.*] Non ergo tenentur aſſiſtere ei cùm priuatim celebret, quia dictio illa omnimodam infert ſimilitudinem ad Bald. *in l. fugitiui, C. de ſeru. fug.* Bart. *in l. ſed & ſi probari, col. 1. de excuſat. tut.* Bero. poſt alios *conſ. 41. num. 10. lib. 1.* & ita cenſuit

ſacra

Digitized by Google

ſacra Congregatio ſub die 16. Aprilis, 1573.

y *In Choro.*] Tenentur ergo Canonici in Choro pſallere, nec ſufficit domi recitare officium, cùm ſit res peſſimi exempli, vt *in lib. 2. caſ. conſc. 52. num. 4. & 17.*

ʒ *Interea verò Epiſcopus.*] Intellige vt interim Epiſcopus cum duobus de Capitulo prouideat circa ea quæ ſpectant ad regimen debitum in officiis diuinis, velut de congrua in iis canendis, ſeu modulandis ratione, & alia huiuſmodi; In reliquis ſalua Epiſcoporum authoritate, hinc fuit reſponſum Archiepiſcopo Neapolitano, quod benè coegiſſet prædictum Diaconum ſe celebrante, & Euangelium canente dare pacem & incenſum Canonicis, tametſi hactenus ſuprà hominum memoriam id factum non appareat; & de modo pſallendi. Vide Senon. *in decret. mor. cap. 18. tom. 4. fol. 741.*

Aliæ reſolutiones Sacræ Congregationis ad hoc cap. 12.

Dignitates in Cathedrali non debent de neceſſitate eſſe graduati; ſed vbi commodè fieri poteſt, Congregatio Epiſcopo, & Capitulo Tudertino. Item, cenſuit Præpoſitum & Canonicos Collegiatæ teneri ad reſidentiam, & ad tertiam partem fructuum dimittendam pro diſtributionibus Epiſcopo Papienſi. Item, cenſuit eos Archidiaconos, qui verè carent cura animarum, & omni prorſus iuriſdictione, & qui præter primum locum in Choro, & Stallo in loco Capituli ſunt ſicuti cæteri Canonici, & Portionarij non comprehendi his verbis de Archidiaconis.

Congregatio cenſuit Canonicum ſemel ab Examinatoribus Vrbis, cùm Canonicatum adeptus eſt, examinatum, & repertum idoneum, ſi eo dimiſſo Canonicatum obtinuerit, non eſſe iterum examinandum, in vna Fanen. die 6. Iulij, 1592. Item, Commendatarios Abbatiæ curam iuriſdictionem tantùm, non autem Sacramentalem... arceri die 10. Decembris, 1596. Item, cenſuit Congregatio quatenus hic dicitur, quòd omnes Canonicatus debent habere annexum ordinem Preſbyteratus, Diaconatus, & Subdiaconatus, non comprehendere Canonicatum. Iuſpatronatus laicorum ante Concilium fundatum, in cuius fundationis limine fuerit appoſitum pactum quòd deſcendentes à fundatore poſſent Canonicatum obtinere, licèt non ſint Sacerdotes, neque in ſacris conſtituti, ſed tantùm ſimplices Clerici, donec deuenerint ad Ordinem Sacerdotalem, in vna Placentina die 29. Nouembris, 1592. Item, cenſuit in collatione Canonicatus quamuis ei vnita ſit Parochialis, non oportere ſeruari formam examinis per concurſum, die 30. Ianuarij 1596. Item, cenſuit ſtatutum excludens à perceptione fructuum, & diſtributionum quotidianarum eos Canonicos, qui nouem menſes integros Eccleſiæ non inſeruierint, non habere locum quoad Canonicum per quem non ſtetit quo minùs toto requiſito tempore inſeruierit, in vna Sarzanenſi die 6. Iulij, 1592. Item, cenſuit nullam requiri Epiſcopi licentiam, vt Canonici tribus menſibus permiſſis, à reſidentia abeſſe poſſint, die 9. Maij, 1597. Item, cenſuit obtinentem Canonicatum in Cathedrali Eccleſia, etiam ante factam Ordinum diſtributionem, in ea ſaltem ætate oportere eſſe conſtitutum, vt intra annum ad Subdiaconatum poſſit promoueri, die 19. Iunij 1597. Item, diſtributionem Ordinum in Eccleſia Cathedrali non adhibito Capituli conſilio, iuxta hoc decretum eſſe nullam, die 2. Ianuarij, 1598. Item, cenſuit Canonicos Collegiatarum Eccleſiarum, etiam in oppidis non inſignibus exiſtentium, teneri ad reſidentiam, niſi eſſent Collegiatæ rurales prorſus deſtitutæ, aut in quibus numquam antea ſuprà hominum memoriam ſolitum eſſet reſidere, & quorum Canonicatus ea eſſet fructuum tenuitas, vt qui eos obtinuerint, nec ex eis ali poſſent, nec aliunde habeant vnde commodè viuant. Comen. die 5. Iulij, 1599. Item, cenſuit deberi diſtributiones carceratis, & impeditis reſidere, qui priùs reſidebant, & poſtea fuerunt abſoluti. Item, in Parochiali annexa Canonicatui debere attendi ætatem requiſitam in Canonicatu, & ſic 22. ann. Epiſcopi ſancti Sepulchri. Item, cenſuit quota pars Canonicorum ab Eccleſia tribus mẽſibus permiſſis, eodem tẽpore poſſit abeſſe, ne debito ſeruitio ipſa Eccleſia deſtituatur, Epiſcopi iudicium, atque arbitrium eſſe, die 5. Iulij, 1599. Nullius. Item, non eſſe imponenda noua onera beneficiis, niſi ex fundatione, aut aliis legitimis conſtitutionibus, aut conſuetudine appareant iniuncta Epiſcopo Legionenſi. Item, cenſuit minimè potuiſſe Epiſcopum ſtatuere, vt De-

canus primam obtinẽs Dignitatem in Eccleſia ſanctæ Mariæ, teneatur contra conſuetudinem dictæ Eccleſiæ inſeruire in Diaconi officio Sacerdoti celebranti, niſi Decanus vltra Dignitatem Decanatus obtineret in eadem Eccleſia aliam præbendam, onus hoc canendi Euangelium annexum habentem; tunc enim ad onus partim ſubeundum cogendum fore, Colleg. die 19.Iulij,1593. Item, cenſuit Canonicum abſentem ſtudiorum cauſa,ſiue Canonicos Epiſcopos in viſitatione comitantes, percipere quidem debere fructus præbendæ, non autem diſtributiones quotidianas in illis Eccleſiis in quibus fructus Eccleſiæ ſint diſtincti à quotidianis diſtributionibus.Quòd ſi ſolis diſtributionibus vniuerſi Capituli redditus cõſtent percipere debere ipſas diſtributiones,dimiſſa tertia parte quæ ſeruientibus accreſcit. Verùm huiuſmodi Canonicos dictis de cauſis abſentes nullo modo poſſe percipere eleemoſynam pro anniuerſariis, vel Miſſis relictam, aut elargitam, niſi ipſi Eccleſiæ per ſe ſeruitium præſtiterint, die 13.Decembris, 1545. & die 5.Decembris 1596. Item, cenſuit hoc decreto non obſtante quibuſcumque conſuetudinibus ſublatam eſſe conſuetudinem percipiendi diſtributiones in abſentia etiam immemorabilem die prima Iulij, 1597. & die 17.eiuſdem cenſuit non licuiſſe Canonicis prætextu immemorabilis conſuetudinis vltra tres menſes quotannis percipere,quippe quòd huiuſmodi immemorabilis conſuetudo vtróque caſu ſublata eſt.

ADDITIO.

1 *Nemo igitur.*] Hic text. habet locum etiam in Vicario Epiſcopi, itaut cum eo Epiſcopus ſuper ætate diſpenſare nequeat, Sborz. *de Vic.Epiſcopi, lib.* 1. *quæſt.*35. *num.* 4. *&* 6.

2 *Ad Dignitates.*] Non habent locum in Collegiatis Eccleſiis.

3 *Subeſt.*]Etiam iuriſdictionalis, vt viſitandi,excõmunicandi, interdicendi,& alia id genus faciendi,de quibus in *cap.dudum, il* 2.*de elect.*Nauarr.*de ætat.& qualit.conſ.*4. Duplex enim eſt Cura animarum, altera fori conſcientiæ,de qua in *cap.omnis,de pœnit.& remiſſ.* alia fori contentioſi,vt in Extrauag.execrabilis. Ioan. X X I I. §. *fin.* & hæc non confertur, niſi maioribus 25. annis,*cap.cum in cunctis*,§.*inferiora,de elect.*

4 *Niſi qui ſaltem* 25.] Nota quòd in ætate detrahit iuri antiquo,quæ ætas 25.annorum requirebatur, tàm ad Dignitates habentes Curam animarum, quàm ad non habentes, vt eſt communis ſententia, per *cap.* 1. *de ætat. & qualit.in* 6. vt refert Belu. *de benef.*3.*par.quæſt.*5.*num.*33.Rebuff.*in prax. cap.de diſpenſ.ratio.ætat.*Hic autem text.ſtatuit in his,quæ non habent Curam animarum ſufficere ætatem 20. annorum. De his autem Dignitatibus, vide Silu. vbi ſuprà. Boër.*deciſ.*286.& de hoc text.meminit.Nauarr.*in manual.cap.*25. *num.* 18. ſecùs tamen dicendum eſt in maioribus dignitatibus,in quibus 30. anni requiruntur, vt habetur in *cap.*2.*ſeſſ.*22.& in *ver.ad cæteras autem dignitates,cap.*6.*ſeſſ.*23. *cùm ibi not.*

5 *Cùm in cunctis.*]Hæc decretalis cùm in cunctis,§.*inferiora*,limitatur,vt non procedat quando Cura Beneficij requiritur per Vicarium perpetuum; tunc enim Beneficium curatum conferri ei, qui 20. annos compleuerit,Hier.Mileſ.*in repert.in ver.Curatum Beneficium conferri, per Clem. ne in agro*,§.*cum cæterùm,de ſtat. Monac.*limitatur etiam quando eſt vnitum præbendæ, quia ſufficit ætas ad præbendam requiſita, ibidem per *cap.ſuper eo,de præben.in* 6.

6 *Archidiaconi.*]Si reſignatur Archidiaconatus, qui habet vocem in Capitulo, vtique de hoc eſt facien. mentio aliàs nulla reſignatio, vt fuit reſolutum in Rota 31.Maij, 1557. numquam de iure Archidiaconatus non habet vocem in Capitulo Flam. Pariſ. *de reſig. beneſ. lib.* 10. *quæſt.* 2. *in fin.*

Idem in Archipreſbytero, qui in Eccleſia Archidiaconi munere fungeretur, Menoch.*de arbitr.caſ.*425.*num.*43. *lib.*2.*art.*5.*fol. mihi*,47.

Quid ſi alius Clericus obtineat in aliqua Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata aliquam Dignitatem, vel Canonicatum, qui habet annexum Ordinem Preſbyteratus,& ad illum Ordinem per plures annos cùm ſtetiſſet,non fuit promotus, an lucrabitur diſtributiones quotidianas,& habeat vocem in Capitulo; Reſpondit,quòd ſi infrà annum non fuerat promotus ad illum Ordinem, debet reſtituere dimidiam fructuum, & interim non habet vocem in

Capitu

Capitulo, vide Nauarr.*de præbend.cap.*8.

7 *Intra duos menſes.*] An autem ſi non fuerit facta à Prouiſio Apoſtolico habente indultum Papæ de. percipiendis fructibus per biennium in abſentia, ac lite pendente in Curia ſuper ſuo Canonicatu, & Præbenda, teneatur ad reſtitutionem fructuum per id tempus perceptorum ob non emiſſam profeſſionem in tempore, & quod non tenuit, Rot. vt per Plat. *lib.1.dec.* 43. *aliàs* 44. in vna Carthaginenſi, & *deciſ.*77.

Quòd iuramentum profeſſionis eſt corporaliter præſtandum, vt trad.Doct.*in cap. ego enim, de Iur.iur.* vbi Abb.*num.6.* Plat. *d. dec.*43. Et hic oportet profitentem præſentem eſſe, alioquin non poterit dici corporaliter illam profeſſionem præſtaſſe, id eſt, coram Capitulo, & Epiſcopo, Plat. *d. deciſ.*43.

Profeſſio fidei non poteſt fieri per Procuratorem, Plat.*lib.1.deciſ.*77. in dicta Carthaginenſi fructuum, dicens ita fuiſſe reſolutum per Illuſtriſſimos Cardinales interpretes S.Cong.Tridentinæ.

8 *Profeſſionem.*] Amplia, vt nec excuſentur ratione ignorantiæ, ne quidem in foro conſcientiæ omninò, nec iuuentur regula de triennali, Nauarr.*conſ.1. de ſumm.Trinit.* contra quoad forum conſcientiæ, idem *conſ.3.tit.eodem*, & vide *conſ.*4. *in fin.* Amplia etiam in Prælatis Regularibus, Nauar.*conſ. 2.eod.tit.* Et poteſt fieri per Procuratorem, idem Nauarr.*conſ.* 4. Congregatio contrarium cenſuit 16.Ian.1597.

Extendit etiam hoc decretum poſt conſtitutionem Pij Quinti iniunctum. Amplia in Commendatariis, Mich. Thim. *in prax. viſit. Eccleſ. lib. 2. cap.* 14. etiam ſi fuerint Commendatarij Eccleſiæ Ordinum Militiarium, vt ibi; An Beneficiatus recuſans facere profeſſionem fidei ſit ſuſpectus de hæreſi, Nauarr.*conſ.5. de ver.ſignif.*

9 *Canonicatibus.*] Quam ætatem habere debeant Canonici, vide *ſuprà ſeſſ.23.cap.6.*

10 *Suffragetur.*] Vide Nauarr. *conſ. 5. de verb.ſignif.* vbi quòd hoc verbũ negatiuum deſtruit quicquid poſtea inuenit, recipit tamen exceptionem ex alia lege, vel probabili ratione, & hic intelligitur quoad poſſeſſionem, & fructus, non quantùm ad titulum, & non tollit Beneficium regulæ de triennali.

11 *Cathedralibus.*] In Collegiatis ſufficeret Clericalis Tonſura, cùm ius vetus hic non immutetur, prout immutatur in Cathedralibus. Mandoſ.*conſ.20. n.1. & 3.*

12 *Annexum ordinem.*] Vide declarat.60.

13 *Cum conſilio Capituli.*] Congregatio *declar.59. non enim conſenſum habere tenetur.*

14 *Presbyteri ſint.*] Declar.39.

15 *Hortatur.*] In his igitur gradus Doctoratus non eſt neceſſarius, Menoch. *de arbitr.caſ.425.num.* 45.

16 *Dignitates omnes.*] Vide infrà *ſeſſ. 25. cap.6.§.qui verò, de Reform.in Apoſtill.*

17 *Conferantur.*] Hoc Conſilium eſt, non præceptum, tamen ſeruatur in Curia, vt non habentibus qualitates, de quibus hic, non conferantur Dignitates in Collegiatis inſignibus, & qui narrauit Collegiatam non inſignem probare, debet illam qualitatem, quamuis negatiua ſit; Rot.*diu.par. 2. deciſ.29.* Inſignis autem dicitur multis modis, & quomodo hic intelligatur, *ead.deciſ. 29. per tot.*

18 *Vel Iure Canonico.*] Hoc dicit latiùs diſpoſitum in motu proprio Pij IV. & Pij V. Caret. *ad reg. cum quid, par. 2. in 1.limit. num.6.* vbi etiam addit, quòd punitio aliter facta de Archidiaconatu à Papa non facit legitimum Archidiaconum, licèt fuerit Papæ expreſſum, quòd prouiſus non erat Doctor, nec Licentiatus, quia contra formam huius decreti, quod exigit ſpecialem expreſſionem, & derogationem.

19 *Dignitates.*] An iſte text. habeat locum in Dignitatibus, quæ Parochialem Curam habent circa gremium rerum temporalium, & qui non, vide in for. Biſciæ in *lib.infor.ſuper Conc.fol.*380.

20 *Statuti.*] Hoc decretum an tollat ſtatutum, & à Sede Apoſtolica confirmatum cum immemorabili, & quod non. Vide *in lib.infor. ſuper Conc.fol.899.*

21 *Conſuetudinis.*] Nota quòd ſi in aliqua Eccleſia minus tempus ex conſuetudine, ſtatutóque conceditur, non poſſet Beneficiatus ex hoc text. amplius tempus ſibi aſſumere, quia iſti tres menſes ſolùm conceduntur ad reſtringendum generaliorem Eccleſiarum conſuetudiñe, non autem ad ampliandum minorem, quod not. ad *cap.vnic.de Cler.non reſid.in 6.* Vide *in lib.inform. ſuper Conc. fol. 899. & ſeq.* ſed verum percipiant quotidianas diſtributiones. Vide Nauarr.*in man.cap.25.num.123.* & in *cap.*

quanto, de conſecr. diſt. 1. not. 7. num. 33. Hæc tamen quæſtio agitur inter Epiſcopum Placentinum, & eius Capitulum, pronunciatumque eſt in Regio Senatu Epiſcopum teneri deferre appellationem Capituli, & ita nunc Romæ, hæc cauſa agitatur; ſed diſtributiones quotidianas percipiunt Clerici appellatione pendente, in abſentia.

22 *Tres menſes.*] Quòd ſi quis cœperit abeſſe de licentia Superioris, qua expirata abfuit vltra tempus hic præſtitum, an ſit locus huic decreto habebis à Io. Auſpachio *lib. 3. Epiſt. Iuridic.*

23 *Abeſſe.*] An tempore abſentiæ trium menſium debeant Canonici participare de fructibus groſſæ vide *in lib. infor. ſuper Conc. fol. 978. & 986.* vbi quod ſic.

24 *Statutis horis.*] Vide Iac. de Graff. *lib. 3. deciſ. caſ. conſt. cap. 15. num. 8. par. 2.*

25 *Recipiant.*] Quid ſi vnus in Eccleſia duplicem gerat perſonam, an duplicatas diſtributiones habere debeat, quòd non, Staphil. *de grat. except. num. 2. fol. 12.*

26 *Hi careant.*] Vide Nauarr. *de conſuet. conſ. 2.* & not. quòd quibus ædificantes portiones accreſcant in fauorem non intereſſentium renunciare non licet, Staphil. *de artib. lib. 3. cap. 25. n. 5.* vide ſuprà de Reform. *cap. 3. ſeſſ. 22.* & Rot. *diu. deciſ. 325. par. 2.* Goncall. Mendoſ. *lib. 1. diuer. argum. iur. cap. 9. num. 12.* vbi teſtatur ita fac. Congreg. cenſuiſſe.

Declarat ibidem Goncall. vt non procedat quando fraus abeſſet, & fieret remiſſio ob aliquam iuſtam cauſam, veluti ſi fieret Canonico exuli, quia iuſta cauſa cenſetur quòd fratri exuli de cõmunibus fructibus alij opem ferant, vel ſi per vim eleemoſynæ eas remittunt ei, qui non haberet aliunde viueret, vt per eum *num. 15.* ſentit quoque non habere locum in remiſſione remuneratoria, quando Beneficia exigunt remunerationem pecuniarum, ibidem, vide quæ ſcripſi in voto ad *cap. 16. de Regul. ſeſſ. 24.* an procedat in remuneratoria donatione. Limita quando ſtudij cauſa abeſſet virtute priuilegij conceſſi aliquibus Vniuerſitatibus, vt not. pulchrè Anchar. *conſ. 17. num. 3.*

27 *Conſuetudinibus.*] Hoc decretum habet etiam locum, non obſtantibus conſuetudinibus immemorabilibus, vide *in lib. infor. ſuper Conc. fol. 373.*

28 *Omnes.*] Hæc pluralitas reſoluitur in ſingularitatem, aut in pluralitatem, intelligendum eſt quòd aſſiſtant, quia ſunt in Choro, vide in *lib. infor. ſuper Conc. fol. 505.*

29 *Per ſe.*] Hic text. intelligitur de Canonicis Cathedralis Eccleſiæ non Collegiatæ 26. inſigni ſecundùm Mendoſ. *conſ. 20. num. 14.* & propterea putat conſuetudinem de nõ reſidendo in Canonicatu etiam non tenendum Vicarium, vel de non præſtando diuina officia perſonaliter, non eſſe contra hoc decretum, *num. 13.*

30 *Non minùs.*] An in caſibus, in quibus excommunic. Epiſcopus procedere poteſt non minùs quàm cum duobus Canonicis requiratur illorum conſenſus, vel ſufficit Conſilium. Congregatio 28. Martij, 1585. cenſuit requiri Conſilium.

CAPVT XIII.

Cathedrales tenues ſummus Pontifex vnit, aut acceſſione ex fructibus auget. Interea certo modo prouideatur Epiſcopo. Parochiales, ſed tenues Eccleſiæ ſunt augendæ, &c. Penſionibus beneficia tenuia grauari minimè conuenit. Suas Parochias ſingulas ſinguli Parochiani frequentent.

QVoniam [a] pleræque Cathedrales Eccleſiæ tam tenuis redditus ſunt, & anguſtæ, vt Epiſcopali dignitati nullo modo reſpondeant, neque Eccleſiarum neceſſitati ſufficiant, examinet Concilium prouinciale, vocatis iis quorum *intereſt*, & diligenter expendat, quas propter anguſtias, tenuitatémque inuicem vnire, vel nouis prouentibus augere expediat, [b] confectáque de

præ

[a] Supr. Seſſ. 7. de refor. c. 6. & 7. & Seſſ. 24. de ref. c. 9. & infr. c. 15.

[b] Ca vnio. 10. q. 3. c. & temporis, cũ ſeqq. 10. q. 1.

præmiſſis inſtrumenta ad ſummum Romanum Pontif. mittat; quibus inſtructus ſummus Pontifex ex prudentia ſua, prout expedire iudicauerit, aut tenues inuicem vniat, aut aliqua acceſſione ex fructibus augeat. Interim verò, donec prædicta effectum ſortiantur, huiuſmodi Epiſcopis, qui fructuum ſubuentione pro Diœceſis ſuæ tenuitate indigent; poterit de beneficiis aliquibus, β *dum tamen curata non ſint*, γ *nec Dignitates*, ſeu Canonicatus, & præbendæ, nec monaſteria, in quibus viget Regularis obſeruantia, vel quæ Capitulis generalibus, & certis Viſitatoribus ſubduntur, à ſummo Romano Pontifice prouideri. In Parochialibus etiam Eccleſiis, quarum fructus æquè adeò exigui ſunt, vt debitis nequeant oneribus ſatisfacere; curabit Epiſcopus, ſi per beneficiorum vnionem, non tamen regularium, id fieri non poſſit, vt primitiarum, vel decimarum aſſignatione, aut per Parochianorum ſymbola, ac collectas, aut qua commodiori ei videbitur ratione, tantum redigatur, quod pro Rectoris, aut Parochiæ neceſſitate decenter ſufficiat. δ *In vnionibus* verò 1 *quibuſlibet*, ſeu ex ſupradictis, ſeu aliis cauſis faciendis, ε *Eccleſiæ Parochiales monaſteriis* quibuſcumque, aut Abbatiis, ſeu Dignitatibus, ſiue præbendis Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, ſiue aliis beneficiis 2 *ſimplicibus*, aut Hoſpitalibus, militiiſve vniantur: & quæ vnitæ ſunt [c] reuideantur ab Ordinariis, iuxta aliàs decretũ in [d] eadem Synodo ſub fel. rec. Paulo III. quod etiam in vnitis ab eo tempore citra æquè obſeruetur: non obſtantibus in iis quibuſcumque verborum formis, quæ hîc pro ſufficienter expreſſis habeantur. 3 *Ad hæc* in poſterum, omnes hæ Cathedrales Eccleſiæ, quarum redditus ζ *ſummam ducatorum* mille, & Parochiales quæ ſummam ducatorum centum, ſecundùm verum annuum valorem non excedunt, nullis prouiſionibus, aut reſeruationibus fructuum grauentur. In iis quoque ciuitatibus, ac locis, vbi Parochiales Eccleſiæ, η *certos non habent fines*, nec earum Rectores proprium populum, quem regant, ſed promiſcuè petentibus Sacramenta adminiſtrant; mandat ſancta Synodus Epiſcopis, pro tutiori animarum eis commiſſarum ſalute, vt diſtincto populo in certas, propriáſque Parochias, vnicuique ſuum perpetuum, [e] peculiarémque Parochum aſſignent, qui eos cognoſcere valeat, & à quo ſolo licitè Sacramenta ſuſcipiant; aut alio vtiliori modo, prout loci qualitas exegerit, prouideant. Idémque in iis ciuitatibus, ac locis, vbi nullæ ſunt Parochiales, quamprimùm fieri curent: non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus.

c Seſſ. 7. cap. 6.

d Supr. Seſſ. 7. de ref. c. 6.

e Cap 1. 13. q. 1. c. plures, 16. q. 1. cap. 1. de Paroch. & infrà Seſſ. 14. de reform. c 9.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

SI Epiſcopus non poteſt prouidere pauperrati Eccleſiarum ſecundùm modum huius cap. prouideat ſuo arbitrio, & conſcientia.

Item, Vniones Parochialium non ſunt faciendæ Abbatiis, & factæ à 40. annis, infrà, examinentur ab Ordinario.

Item, Epiſcopus non ſolùm Parochias, ſed nec aliquam partem fructuum earum poteſt vnire.

Item, non ſolùm Parochias non poteſt vnire, etiam de conſenſu omnium, ſed nec ſimplicia Beneficia.

Item, quando Parocho ſeruatur portio ſuper fructibus ſuæ Parochiæ, illa debet

Digitized by Google

eſſe libera ab omnibus oneribus.

Item, aliquando fuit conceſſum, vt de conſenſu Epiſcopi fiat reſignatio Parochiæ à Canonicis, vt ſeruiant in Choro cum 40. ducatis cæteris reſeruatis.

Item, ſi Parochialis non eſt vnita Canonicatui ab initio, ſed ex facto, non comprehenditur in decreto Concilij Tridentini.

Item, Plebania non poteſt vniri Præpoſituræ, nec Parochiali, Dignitatibus, nec Hoſpitalibus.

Item Collegiatæ non debent vniri Cathedrali ſine auctoritate Papæ.

Item, Vicariis perpetuis poteſt dari merces non minor 50. non maior 100. niſi temporaneis plus aſſignari ſoleat.

Item, Curam animarum incumbentem toti Capitulo Cathedralis Epiſcopus poteſt transferre in certam Dignitatem, vel perſonam perpetuò.

Item, non tamen Regularium etiamſi eſſent in Commend.

Item, Ordinarij poſſunt compellere obtinentes Parochias vnitas, ad oſtendendum titulum vnionnm à 40. annis citra, *ſeſſ.7.cap.7.*

Item, non loquitur de Parochialibus, quæ tantùm habitu, & non actu exiſtunt.

Item, ſi vnio duorum Curatorum fiat ſine ſuppreſſione, ſed vtrumque remaneat in ſua natura, non eſt prohibita in hoc cap.

Item, Eccleſia Parochialis vnita, & incorporata præbendæ, non facit Canonicatum Curatum; Item ſi beneficio ſimplici vniatur, remanet ſimplex.

Item, in prouiſione Parochialis non tenemur facere mentionem de annexis Curatis.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α I*ntereſt.*] Iſta dictio eſt ponderanda, quia per eam videtur decerni, quòd vni Parochialium, ſeu aliorum beneficiorum, infrà prohibita cenſetur prohiberi ad effectum hunc tantùm, videlicet, vt interim Epiſcopo per modum prouiſionis ſuccurratur. Quæ prohibitio non videtur habere locum ſi vnio fieret Eccleſiæ, ſeruata forma huius text. in ſui principio, & ita cenſuit Congregatio pro vnione facienda de Eccleſia Parochiali menſæ Cathedrali, etiamſi Eccleſia illa eſſet Regularis etiam Commendata, ſub die 11. Febr. 1574.

β *Dum tamen Curata non ſint.*] De iure communi Epiſcopus poteſt vnire etiam beneficia Curata, dummodò ex cauſa legitima, *cap. ſicut vnire, de priuileg.* Rebuff. *in prax. in tit. de vnion. num.* 42. & per Concilium vniones non prohibentur fieri, vt *ſeſſ. 21. cap. 5.* intelligitur ergo, prohibitio huius text. procederet quando Parochialis eſſet vnienda Capitulo Cathedralis, quod non eſt de expreſſis, & ſit de cauſa, Concilium hoc non prohibet; ſi enim voluiſſet, expreſſiſſet, neque præbenda venit appellatione diſtributionum, cùm inuicem differant. Geminian. *conſ.* 85. Rota *deciſ.* 134. & quòd talis vnio ſit iure permiſſa probat gloſ. communiter approbata in Clem. 1. *in ver. ad menſam, de exceſſ. Prælat.* quam gloſ. ſequitur Rebuff. *in tit. de Vicar. perpet. ad Clem. ſi vni. de reb. Eccleſ. non alienan.* reſpondetur, vt in alleg. *lib.* 7.550. à tergo, vide Rot. Cantuc. *par. 2. deciſ. 133. num. 2.*

γ *Nec Dignitates.*] Congregatio cenſuit ex hoc decreto nõ comprehendi Dignitates, & ideò vnio Dignitatum facta Capitulo, etiã ſub prætextu tenuitatis præbendarum, eſt nulla. Prax. Epiſcop. *in ver. vnio.* §. 2. *fol.* 213. vbi vide quòd ex hoc textu hodie non vniuntur Curata Cathedralibus, vel Canonicis Collegiatis.

δ *In vnionibus.*] Dubitatnr, qnid de vnionibus quæ fiunt ſine ſuppreſſione, & cùm duo beneficia æquè principaliter vniuntur, & vtrumque per ſe remanet, ac neutrum mutat naturam ſuam; & videtur quòd iſte textus non procedat in hoc caſu, quia nullum præiudicium fieret Parochiali ſic vnitæ; ſecùs autem eſſet ſi vnio fieret ad ſuppreſſionem, & acceſſoriè; quo caſu beneficium vnitum amittit naturam ſuam, iuxta diſtinct. Felin. *in cap. tranſlato, num. 9. de Conſtitution.* & *in cap. in noſtra Correl. 33. num.* 80. ad Veſtr. poſt Oldrad. *conſ.* 257. *num.* 15. Ferrett. *conſ.* 125. *num.* 1. Caſſad. *deciſ. 2. num. 6. de vnion.* Quomodo autem cognoſcatnr cuiuſmodi ſit vnio, dic, vt per Felin. *in dicto cap. tranſlato,* vt per Rebuff. *in prax. de vnion. num.* 20. & eſt magni momenti ſcire hoc, quia Eccleſia Parochialis vnita ad incorporationem præbendæ non

facit

facit Canonicatum Curatum, *c. extirpan. §. qui verò, de præbend.* & beneficium ſimplex cui modò vniatur Curatum non deſinit propriè, & eſt ſimplex, vt poſt Oldrad. *conſ.* 223. *poſt princip.* ſequitur Gomeſ. *in regul. de idiom. quæſt. 11. num. 6.* not. gloſ. & Doctor. *in cap. ſuper eo, de præbend. lib. 6.* Reſultat inde etiam alius effectus quòd in prouiſione de principali non tenemur facere mentionem de annexis etiam curatis, vel cuiuſcumque qualitatis exiſtant. Rota *deciſ. 46. aliàs* 318. *de reſcript. in antiq.* Caſſad. *deciſ. 12. num. 5. de præbend.* Caccialup. *in tract. de vnion. artic.* 8. *tom.* 3. & hæc notaui ad ſalutem cauſæ Domini mei Ladiſlai de Aquino Epiſcopi Venafri.

ε *Eccleſiæ Parochiales Monaſteriis.*] Vnio monaſteriorum Monialium eſt facienda cùm ſubeſt aliqua cauſa legitima, accedéte ad id auctoritate Papæ, ex Congregatione. Dum autem Concilium hîc prohibet Parochiales poſſe vniri Monaſteriis, intelligendum eſt de Parochialibus quæ actu, non autem de illis quæ habitu tantùm ſuprà hominum memoriam Parochiales exiſtunt, vt etiam cenſuit Congregatio in vna nullius 29. Aprilis 1593. Quid ſi non ſit talis, ſed triennali ſe tueri velit; dic triennalem non prodeſſe, quia defuit titulus, & decretum irritans inficit titulum, & poſſeſſionem Gomeſ. *de trienn. quæſt.* 19. *num.* 5. Mandoſ. *ad regul. Cancell. regul. 1. quæſt.* 3. *num. 1.* & *reg. 27. quæſt. 14. num. 2.* Caſſad. *deciſ. 1. de reſtit. ſpoliat.* & ſola poſſeſſio non ſuffragatur. Mandoſ. *dicta regul. quæſt.* 14. *num.* 2. Caſſad. *idem.* Cùm ex hoc textu non poſſit Epiſcopus vnire Parochialem, ergo ceſſat iuriſdictio, ergo ceſſat tit. Caſſador. *deciſ. 2. de triennal.* Gomeſ. *quæſt.* 27.

ζ *Summam ducat. mille.*] Inter quos deberet imputari collatio beneficiorum, quæ habetur pro fructibus Epiſcopatus. Rot. Put. *lib. 1. deciſ.* 406. & *col. 2. deciſ. 156. num.* 5.

η *Certos non habent fines.*] Quòd ſi certos non habeant fines, ſed certum habeant populum quem regant per familias, ſcilicet indiſtinctum, non procedit iſte text. Epiſcopus eas diſtinguere non poterit, & ita reſcripſit ſacra Congregatio Epiſcopo Riſ. . . die 20. Ianuarij, 1583.

Reſolutiones ſacræ Congregationis ad hoc cap. 13. ead. ſeſſ. 24.

Reſignatio in fauorem debet habere effectum infrà ſex menſes, iuxta Bullam Gregorij XIII. Epiſcopo Comenſi. Parochiales non ſunt vniendæ Dignitatibus, Congregatio ad Epiſcopum Elnen. nec Hoſpitalibus, vt in text. Item, Epiſcopo Anconitano petenti, quoniam ſi Canonici Cathedralis maneant in Parochiis deſeretur cultus Cathedralis, vt liceat reſignare Parochias retentis triginta, vel quadraginta, viſum fuit concedendum, modò addatur clauſula petente Epiſcopo, & ſeruatis ſeruandis.

Item, Congregationi viſum fuit valorem centum ducatorum, qui ex hoc decreto debent remanere Rectori Parochialis Eccleſiæ, quæ penſione grauatur, eſſe intelligendum, iuxta morem cuiuſque regionis, die 30. Martij, 1594. Pœnitentiario autem incumbit onus probandi quantitatem penſionis. Rot. *par. 4. diuerſor. manuſcript. deciſ.* 10. *fol.* 11. Item, cenſuit penſionum reſeruationem pertinere ad Sedem Apoſtolicam tantùm.

Per hunc text. cenſentur reuocatæ etiam donationes quæ fierent in prouiſione Canonicatus, niſi conuertantur in vſum pium, & non ſapiant Simoniam. Nauarr. *de Simon. conſ.* 84. *num.* 11.

ADDITIO.

1 *Quibuſlibet.*] De variis vnionum generibus, & de cauſis facit. Roch. *de viſit. in ver. vnit. fol.* 277.

2 *Simplicibus.*] Vel alterius Diœc. vide ſuprà, *ſeſſ. 14. de Reform. cap.* 9.

3 *Ad hæc.*] Vide Tob. *nou. conſ.* 62. *num.* 5.

CAPVT

CAPVT XIV.

In nulla prouiſione, ſeu admiſſione ad poſſeſſionem cuiuſcumque beneficij, aut diſtributionum, fiant vlla fructuum deductiones conuertibiles in vſus non pios: conſuetudinibus laudabilibus exceptis, & per Epiſcopum probatis: cuius eſt cognoſcere de ſtatutis, conſtitutionibus, &c. contrariis.

IN plutibus Eccleſiis, tam Cathedralibus, quàm Collegiatis, & Parochialibus, ex earum conſtitutionibus, aut 1 *ex praua conſuetudine* obſeruari intelligitur, vt in electione, præſentatione, nominatione, inſtitutione, confirmarione, *α collatione,* vel alia prouiſione, *β ſiue admiſſione* ad poſſeſſionem alicuius Cathedralis Eccleſiæ, vel beneficij Canonicatuum, aut præbendarum, vel partem prouentuum, ſeu ad diſtributiones quotidianas certæ conditiones, ſeu deductiones ex fructibus, ſolutiones, promiſſiones, compenſationéſve illicitæ, aut etiam, quæ in aliquibus Eccleſiis dicuntur Turnorum lucra interponantur: hæc cùm ſancta Synodus deteſtetur, mandat Epiſcopis, vt quæcumque huiuſmodi in vſus pios non conuertuntur, atque ingreſſus eos, qui *γ ſimoniacæ* labis, aut ſordidæ auaritiæ ſuſpicionem habent, fieri non permittant; ipſique diligenter de eorum conſtitutionibus, ſiue conſuetudinibus ſuper prædictis cognoſcant, & illis tantùm, quas vt laudabiles probauerint, exceptis, reliquas, vt prauas, ac ſcandaloſas, reiiciant, & aboleant. Eos verò, qui aduersùs hæc; in præſenti decreto comprehenſa, quauis ratione commiſerint, pœnis, [a] contra ſimoniacos editis, *δ ſacris Canonibus*, & variis ſummorum Pontificum conſtitutionibus, quas omnes innouat, teneri decernit: non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis, conſtitutionibus, conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, etiam Apoſtolica auctoritate confirmatis: de quarum ſurreptione, obreptione, & intentionis defectu Epiſcopus, tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatus, cognoſcere poſſit.

a 1. qu. 1. ferè per totã, Concil. Tolet. 8. can. 3 ea. cum ſemper de cõfeſſ. toto ferè tit. de ſimon. extra.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

EPiſcopus etiam de conſenſu Capituli non poteſt ſtatuere, vt aliquid etiam minimum ſoluatur in ingreſſu Canonicorum.

Item, nec vt aliquid ſoluat pro debitis antiquis ſiue Eccleſiæ factis, & pro melioratione Eccleſiæ, extat Bulla Pij V.

Item, ob hoc decretum ſublata fuerunt conuiuia, quæ dabantur Parochianis pro Confirmatione Beneficij.

Item, prohibentur dari Epiſcopo fructus primi anni omnium Beneficiorum, vbi erat talis conſuetudo.

Item, vbi eſt conſuetudo, vt fructus primorum duorum annorum dentur hæredibus mortui per hoc cap. non eſt ſublata.

Item, Ordinarius, vel Officialis eius nil poſſunt accipere pro diſpenſationibus ad eos miſſis, non obſtante conſuetudine immemorabili.

Item, vbi ſublatis conuiuiis pro eis ſoluitur pecunia applicata ſacriſtis tolleratur, & poſſunt cogi.

Item, non poteſt Epiſcopus applicare pio loco fructus primi anni, qui ſoluebantur Capitulo à nouo Canonico.

Item, Dulciora, & ſimilia exigens, ſi eſt Epiſcopus

Digitized by Google

Epiſcopus,eſt ſuſpenſus, Papæ reſeruatur, ſi Capitulum eſt interdictum,perſonæ ſingulares excommunicatæ, Papæ reſeruatur ex Bulla Pij V.

Item, ſi nouus Canonicus per annum ſeruiens nil accipiat ex ſtatuto, non eſt contra hoc cap.

Item, ſoluere aliquid pro Miſſis nouis decantandis reprehenditur, vt auaritia, licèt mox ſit beneficium.

Item, conſuetudo dandi non pro Canonicis,ſed in vtilitatē Eccleſiæ,vel augmentum cultus Diuini valet,ſic pro menſa Capitulari.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *Collatione.*] An hic text. prohibeat aliquid accipi per Epiſcopos pro collatione, ſeu magis pro Bullis collationis beneficiorum, & videtur quòd non; quia tollit abuſus Capitulorum tantùm,& ſi voluiſſet, expreſſiſſet, ſicut expreſſit de litteris collationis Ordinum, vt ſuprà *ſeſſ.* 21.*cap.*1.vbi notat. Non obſtat Bulla fel.recordat. Pij,quia non tollit conſuetudinem recipiendi quod ex hac cauſa offertur,ſed exactionem,quæ cadit in inuitum, argum. *cap.Iacob.de Semon.* D.Thom. 22. *quæſt.*100. *art.2.verſ.ad 4.per cap.cum in Eccleſ.* vbi Innoc.*de Simon.in ver.exigere:*nam ſæpè licet recipere,quòd non licet exigere,18.*diſtinct. cap.de Eccleſ.*& quædam honeſtè recipiuntur, quæ inhoneſtè petuntur,*l.*1. §.*proinde, de var.& extraordin.* & 1. *quæſt.* 1. *cap. ſicut Epiſcopum.* Abb. *in cap.*1. *de Simon.* Gugliel. Rodoan.*in tract.de Simon.mem.*1.*par. cap.*6. *ſub num.*14.Bald.*in l.*1.*colum.penult.quæſt.*10. Cod.*pro Soc.*Ruin.*conſ.*103.*colum.*4.*volum.*1. & quòd ex collatione Beneficiorū ratione paupertatis Eccleſiæ poſſit aliquid accipi pro expeditione litterarum tenet. Siluan. *in ſumma,in ver.Simonia,ſub num.*13.*ver.adde etiam.* Ang. *in ver.Simonia,* 3. *in fine.*Armill.*eod.num.*44. Roman. *ſingular.* 183. *cum ſuis addit.*& Clar.Anton.Corſett. *in ſingul. ſub ver.* ſportulæ, quia videntur,dari eleemoſynaliter propter victus decentiam, ex mente D. Thom. 22.*quæſt.*100.*art.*7.in corpore, ſed Sanctiſſimus Dominus noſter,ex Congregationis ſententia declarauit contrarium, prout notat Catech. Neapol. *cap.* 6. *num.* 18.*fol.*184 Quomodo intelligatur hic textus, vide per Quarantig. *in ver. Simonia,fol.*460.vbi confirmatur hic textus,& adduntur multa per Bullam 116.Pij V.

β *Sine admiſſione.*] Pro immiſſione, in poſſeſſionē Præpoſituræ, non poteſt Capitulum Collegiatæ quicquā exigere ab eo, cuius nomine adeptus fuit poſſeſſionem, niſi aut aliqua lege, aut conſuetudine id erogandum eſſet in aliquos pios vſus,& ſi quid ob eam cauſam exactum eſſet, debet ab eodē Capitulo eidem reſtitui, niſi fortè id exactum itidem ab aliquo inſtituto, aut conſuetudine in vſus pios conuerſūm eſſet, ex Congregationis ſententia.

Item, cenſuit,nec Epiſcopum,nec Vicarium aliquid accipere poſſe pro immiſſione in poſſeſſionem Beneficij, non obſtante quacumque conſuetudine, nec pro interpoſitione decreti in contractibus Eccleſiaſticis. Ad Epiſcopum Mantuanum 15. Ianuarij,1578.

γ *Simoniacæ labis.*] Veluti vendere, vel emere ius ad reſignationem, vel ad actiones, vel ad pretium dare ad obtinendum ius in beneficio, vel ad Iuſpatronatus, eſt Simonia, ſiue pro ſe, ſiue pro alio id fiat; quia ſunt res ordinatæ ad beneficium. D. Thom. *quæſt.*100.*artic.* 4. Nauarr.*de Simon. conſ.*70. nec valet in beneficialibus tractatus, vel promiſſio de eligendo amicum ad Eccleſiam nondum vacantem. Rota Blanchett. *par.*1.*deciſ.*285.

δ *Sacris Canonibus.*] Extrauag.*deteſtabile ſe Simon.*vbi not. *& add.Bull. Pij V.*106.Roman.*conſ.*317.Nati.*conſ.*299.*num.* 10. Geminian. *in regul.de triennal.quæſt.*12.*num.*11.

Reſolutiones ſacræ Congregationis ad hoc cap. 14. *ead. ſeſſ.* 24.

Licèt neceſſariæ ſint litteræ collationis Epiſcopi, non eſt tamen idem ius in eis ſicut in litteris Apoſtolicis, in quibus cenſuit Congregatio prouiſum Apoſtolicum apprehendentem poſſeſſionem litteris non expeditis, ex Iulij tertij Conſtitutione amittere beneficium, ſiue ius ad illud habens,ac ad illa obtinenda de cætero inhabilem effici.Placen. prima Iulij, 1593.

Item,cenſuit Epiſcopum non poſſe,etiam cum conſilio Capituli ſtatuere, vt quilibet prouiſus in accipiendo poſſeſſionem ſoluat quinque,aut decem ſcuta pro vſu fabricæ, ſeu ſacriſtiæ, etiam in caſu quo antea conſuetudo eſſet quod quilibet prouiſus pro

Ggg introi

introitu ad poſſeſſionem dimitteret omnes fructus ſuæ præbendæ per triennium pro vſu, & ſeruitio dictæ fabricæ, aut Sacriſtiæ Eccleſiæ Cathedralis.

Item, cenſuit Collatores beneficiorum nihil ſibi reſeruare poſſe directè, vel indirectè pro collatione,ſeu quauis alia diſpoſitione beneficiorum, & ſub nomine annatæ, aut cuiuſuis alterius portionis fructum, etiam à ſponte dantibus, Epiſcopo Melphien.

Item, cenſuit fructus primi anni non eſſe ſoluendos in ingreſſu beneficij, niſi iuxta Bullam Pij V. nec debentur Epiſcopis, Epiſcopo Alexand.

ADDITIO.

1 *Ex praua conſuetudine.*] Hoc decretum, & Conſtitutio Pij V. non habet locum quando fructus primi anni ex conſuetudine reſeruantur hæredibus poſt obitum Beneficiati, vt fuit reſolutum per ſacram Congregationem Concilij, vt refert Patriarcha Seraphin. in vna Oriolen. fructuum, 26. Nouembris, 1593. An hoc decretum ſit contrarium conſuetudini, & priuilegiis Eccleſiæ Burgen. percipiendo propria auctoritate omnes fructus præſtimoniorum totius Diœceſis per annum cum dimidio à die illorum vacationis, vide in *lib. infor. ſuper Concil. ſol. 189. vſque ad 215. & verſus 219.*

CAPVT XV.

In Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum inſignium præbendis multis ſed tenuibus, & inſufficientibus hæc ſit ratio, vt ipſæ præbendæ vnione quorumdam aliorum beneficiorum creſcant, aut patronorum conſenſu præbendarum quarundam fiat tanta ſuppreſſio, quæ non officiat celebrando cultui diuino, non obſtantibus, &c.

IN Eccleſiis Cathedralibus, & ª Collegiatis 1 *inſignibus*, α vbi *frequentes*, adeòque tenues ſunt præbendæ ſimul cum diſtributionibus quotidianis, vt ſuſtinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, & perſonarum qualitate non ſufficiant; β *liceat Epiſcopis* cum conſenſu Capituli, vel aliquot ſimplicia beneficia, non tamen regularia, γ *iis* 2 *vnire*; vel ſi hac ratione prouideri non poſſit, δ *aliquibus* ex ſuppreſſis, 3 *cum patronorum conſenſu*, ſi de iure patronatus laicorum ſint, quatum fructus, & prouentus reliquarum præbendarum diſtributionibus quotidianis applicentur, eos ad pauciorem numerum reducere; ita tamen vt tot ſuperſint, quæ diuino cultui celebrando, ac dignitati Eccleſiæ commodè valeant reſpondere: non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionbus, priuilegiis, ε *aut quacumque reſeruatione* generali, vel ſpeciali, aut affectione: ζ *neque prædictæ vniones*, aut ſuppreſſiones tolli, ſeu impediri poſſint ex quibuſcumque prouiſionibus, etiam vigore reſignationis, aut quibuſuis aliis derogationibus, vel ſuſpenſionibus. ª Supr. c. 12.

DECLA

DECLARATIONES CARDINALIVM.

SI Collegiatæ non ſunt Cathedrales, vel Inſignes, non habet locum hoc cap. nec Epiſcopus, vel Viſitator Apoſtolicus poteſt extinguere præbendas, vt augeantur diſtributiones.

Item, non poteſt Epiſcopus extinguere Canonicatus Collegiatæ non inſignis, etiam in augmentum cultus Diuini.

Item, non licet Epiſcopo vnire alia Beneficia Capellaniis, quæ habent redditus tenues, quia loquitur ſolùm de præbendis, nec poſſunt fieri vniones Sacriſtiæ, vel fabricæ.

Item, non poſſunt fieri vniones diſtributionibus quotidianis, vbi ſunt tenues, & præbendæ non tenues, ſed ſeruetur *cap. 3. ſeſſ. 21.*

Item, non licet Capitulo Sede vacante ſupprimere portiones per hoc cap.

Item, pro vnione facienda requiritur conſenſus Capituli, cui fit vnio, licèt non ſit Cathedrale, non poteſt tamen conſentire, ſi Epiſcopus vellet applicare eorum menſæ Beneficia Curata.

Item, non ſunt vniendæ Parochiales menſæ Capitulari pro diſtributionibus quotidianis.

Item, ſi præbendæ ſint tenues, Epiſcopus poteſt ſupprimere aliquot cum conſenſu Capituli.

Item, Prælatus etiam exemptus Collegiatæ Eccleſiæ etiam inſignis, non poteſt ſupprimere ob tenuitatem, quia Concilium hoc concedit ſolùm Epiſcopis cum conſenſu Capituli.

Item, Beneficia ſimplicia viuentium poſſunt vniri propter tenuitatem præbendæ, & ſi contingat illam reſignari, & reſignatio admittatur à Sede Apoſtolica, tamen pro illa vice vnio ſuſpenditur.

Item, ſi Beneficium ab Epiſcopo vnitum Capitulo à Papa confertur, etiam cauſa reſignationis, & in litteris Apoſtolicis non adſit ſpecialis derogatio; ſi adſit generalis ſuſpenſio, valet Collatio.

Item, per Beneficia ſimplicia in hoc cap. non comprehenduntur Dignitates.

Item, Epiſcopus poteſt, ſed non tenetur per hoc decretum.

Item, non ad tempus debent ſupprimi, ſed perpetuò.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α FRequentes adeòque tenues.] Per hunc textum ſacra Congregatio cenſuit ſuppreſſionem factam ab Epiſcopo & Capitulo Aretino de quatuor Canonicatibus fuiſſe legitimam, moti, quia numerus præbendarum erat frequens, & præbendæ tenues, ad triginta aureos annuos aſcendentes, ſub die prima Aprilis, 1574.

β *Liceat Epiſcopo.*] Olim non poterat Epiſcopus, vel Capitulum ſibi authorizare in facto proprio. *Clem. fin. §. quòd ſi de reb. Eccleſ. non alienand.* hodie ex hoc textu poſſunt ſimul iuxta conſil. Oldrad. 182. *& non.* licet tamen Abbatibus, obtinentibus Collegiatam, & ſæcularem Eccleſiam etiam ſi exempti ſint, & ordinariam, & quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habeant prouidere Eccleſiæ prædictæ, iuxta formam huius textus, quia hoc pertinet ad Epiſcopum ordinarium cum conſenſu Capituli, ſi modò ipſa Collegiata ſit Inſignis, & alia ſeruentur quæ præſcripta ſunt hoc text.

γ *In vnire.*] An Epiſcopus ex hoc decreto nedum præbendis Canonicorum Cathedralis Eccleſiæ, ſed etiam ipſi Capitulo, ſeu Capitulari menſæ beneficia ſimplicia vnire poſſit, vbi frequentes, atque adeò tenues ſunt præbendæ, vt ſuſtinendo decenti Canonicorum gradui non ſufficiant, & Congregatio Concilij, 1601. diligenter examinata, atque etiam ad Sanctiſſimum relata, cenſuit non poſſe.

Item, cenſuit hanc vnionem ſimplicium non poſſe Epiſcopum facere Capellanis Eccleſiæ, vel Sacriſtiæ etiamſi indigeant.

Item, cenſuit facultatem Capituli deputan. examinatores pro admiſſione ad beneficia non Parochialia, & pro reductione præbendarum ad minorem numerum, iuxta hunc text. non eſſe ſublatam, nec impediendam, Epiſcopo Algaren.

δ *Aliquibus.*] Poterat etiam de iure Epiſcopus cum Capitulo minuere ex cauſa numerum præbendarum, & Dignitatum, vt in *cap. cùm acceſſiſſent.* vbi Innocent. *num. 1.* & gloſ. *in verſ. confirmatum, de conſtit.* ſed quid ſi Dignitas illa ſit à Sede Apoſtolica

confirmata, olim poterant ſine licentia Papæ, vt not. ibi gloſ. ſed hodie non poſſent; quia text. hic non loquitur de ſupprimendis Dignitatibus, ſed de præbend. vide Boer. *deciſ. 62.num. 7.* Vinc. de Franc. *deciſ. 2.num.* .... Prax. Epiſcop. *beneficia*, §. 1. *verſ. 4. an Epiſcopus, fol. 25.*

ε *Aut quacumque reſeruatione.*] Nam in beneficiis reſeruatis non poteſt Ordinarius ſe immiſcere. Rot. Verall. *par. 3. deciſ. 245. ſub num. 5.*

ζ *Neque prædictæ vniones.*] Fallit, niſi in prouiſione Apoſtolica facta ſit mentio de vnione. Rota *in practic. par. 2. deciſ. de vnion. fol. 166. num. 15.*

ADDITIO.

1 *Inſignibus.*] Quæ dicuntur inſignes. Rot. *deciſ. 29. par. 2. in nouis.*

2 *Vnire.*] Fuit dubitatum præſuppoſito quòd Dignitas in Eccleſia Cathedrali non habeat vocem in Capitulo, nec redditus ex menſa Capitulari, ſed dumtaxat in choro, &c. An eius Dignitatis tenuitati liceat Epiſcopo per vnionem ſimplicis alicuius Beneficij prouidere ex iſto Capit. & Congregatio die 19. Decembris, 1584. cenſuit non poſſe, quia materia eſt odioſa; licèt ex identitatis ratione contrarium videbatur dicendum.

Ad intelligentiam huius decreti, vide in *lib. infor. ſuper Concil. fol. 1225.*

3 *Cum patronorum conſenſu.*] In huiuſmodi ſuppreſſionibus faciendis, ſunt examinandæ cauſæ, citatis illis, quorum intereſt, vt ex hoc verbo Patronorum conſenſu, & ex illis ſuper conſenſu Capituli, & hæc cauſæ cognitio requiritur, maximè in vnione facienda ab Ordinario, & ita loquitur Concilium, & non loquitur in Papa, qui ſupprimendo, & vniendo præſumitur informatus de indigentia Canonicorum præſertim cùm litteras de ſubreptione argui poſſe noluerit; & ita Gyptius in vna Verdunen. Canonic. 19. Maij, 1587.

CAPVT XVI.

De Conſtitutione Vicarij, & Oeconomi Sede vacante ad Capitulum pertinente.

Capitulum, ª Sede vacante, vbi fructuum percipiendorum ei munus α *incumbit*, Oeconomum vnum, vel plures fideles, ac diligenter decernat, qui rerum Eccleſiaſticarum, & prouentuum curam gerant, quorum rationes ei, ad quem pertinebit, ſint 1 *reddituri.* Item Officialem, ſeu Vicarium infrà octo dies poſt mortem Epiſcopi conſtituere, vel exiſtentem confirmare omninò teneatur, β *qui ſaltem* in iure Canonico ſit γ *Doctor*, vel Licentiatus, vel aliàs quantùm fieri poterit, idoneus: ſi ſecus factum fuerit, ᵇ ad Metropolitanum deputatio huiuſmodi deuoluatur. Et, ſi Eccleſia ipſa Metropolitana fuerit, aut exempta, Capitulúmque vt præfertur, negligens fuerit, tunc antiquior Epiſcopus ex Suffraganeis in Metropolitana, & propinquior Epiſcop. in exempta Oeconomum, & Vicarium idoneos poſſit conſtituere. Epiſcopus verò ad eandem Eccleſiam vacantem δ *promotus* ex iis, quæ ad eum ſpectant, ab eiſdem Oeconomo, Vicario, & aliis quibuſcumque Officialibus, & Adminiſtratoribus, qui Sede vacante, fuerint à Capitulo, ε 2 *vel ab aliis* in eius locum conſtituti, ζ *etiam ſi fuerint* ex eodem Capitulo, rationem exigat officiorum, iuriſdictionis, adminiſtrationis, aut cuiuſcumque eorum muneris; η *poſſitque eos punire*, qui in eorum officio, ſeu adminiſtratione deliquerint: etiam ſi præ

a Conc. Chalced. act. 10. ca. 25. in fin. Côcil. Vormatien. cap. 76.

b Cap. non licet al. cur. 12. q. 2. & c. fin. de ſupplen. neg'. præl. in 6.

ſi prædicti Officiales, redditis rationibus à Capitulo, vel à deputatis, ab eodem, abſolutionem, aut liberationem obtinuerint. θ *Eidem quoque* Epiſcopo teneatur Capitulum de ſcripturis, ad Eccleſiam pertinentibus, ſi quæ ad Capitulum peruenerunt rationem reddere.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

SI Capitulum plures aſſumat in Vicarium, in controuerſia remaneat magis idoneus, ſecundùm hoc caput.

Item, Capitulum poteſt ad libitum mutare Vicarium, & intra octo dies alium facere. Item, talis Vicarius poteſt deputare alium ſuo loco in caſu abſentiæ; nam hæc deputatio ſpectat ad Vicarium, non ad Capitulum.

Item, Capitulum Sede vacante non poteſt eligere alium Officialem præter Vicarium; niſi quos poterat in Sede plena.

Item, Capitulum remouens Vicarium ſi intra octo dies non eligit, electio deuoluitur ad Epiſcopum antiquiorem Prouinciæ.

Item, Capitulum non poteſt eligere Viſitatorem ad viſitan. Dioec.

Item, eligendus debet eſſe Doctor, vel Licentiatus, & ſi in Capitulo non ſunt graduati, eligatur magis idoneus, non graduatus.

Item, Capitulum poteſt exigere rationem à ſuo Vicario, quando vult ad libitum.

Item, Capitulum tenetur reddere rationem Epiſcopo de ſcripturis ad Dignitatem eius pertinentibus, & facere poteſtatem deſcribendi.

Si poteſt, & non eligitur Doctor, electio eſt nulla, & ſi reiectus Vicarius ab Epiſcopo non eſt Doctor, non poteſt confirmari à Capitulo.

Item, hoc cap. non loquitur de Collegiata defuncto Prælato, qui habet ius Epiſcopale.

Non eſt de neceſſitate, vt ſit de gremio, ſi tamen eſſet, cæteris paribus, idoneus eſt præferendus.

Et ſi Capitulum Sede vacante cognouit de Officialibus, & abſoluit, tamen Epiſcopus poteſt iterum cognoſcere, & punire.

Item, Capitulum poteſt per ſe ipſum cognoſcere de cauſis ſuſpicionum contra Vicarium, ſed non poteſt eligere arbitros ad hoc.

Item, non poteſt Epiſcopus deputare adiunctos Vicarios, nec tenetur Vicarius agere cum adiunctis.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *INcumbit.*]Et onus probandi incumbit Capitulo, quòd ex inſtitutione ad Epiſcopum hoc munus non pertineat, aliàs pro Epiſcopo præſumitur. Et ita in vna Vercellenſi declarauit Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium, 4. Nouembris, 1566. vide Federic. de Sen. *quæſt. 16. per tot.* De auctoritate Capituli Sede vacante, latiſſimè Quarantig. *in compend. Bull. fol. 127. cum plurib. ſequent.* vbi vide quod poteſt viſitare, diſpenſare, item excommunicare, condere ſtatuta, etiam contra Epiſcopi defuncti ſtatuta; item cognoſcere de cauſis etiam arduis, non tamen alienare; item, poteſt compellere exequutores; item exigere obedientiam manualem; ſed non conferre beneficia, niſi ſint communia cum Capitulo; item, dimiſſorias concedere, & extero Epiſcopo facultatem dare ad Ordines conferendos; ſed non poteſt indulgentias. Multa alia poteſt, quæ breuitatis cauſa omitto.

Ac geſta per Epiſcopum eo mortuo durent; vel ſi geſta ſint à Capitulo Sede vacante, vel à Legato pro affirmatiua, vide Rebuff. *in prax. in for. dimiſſ. à num. 39. cum plurib. ſeqq. fol.* 18. Federic. de Sen. *conſ. 15.* Quarantig. *vbi ſuprà fol. 139. ver. 2. dubitatur.*

β *Qui ſaltem.*] Refertur ad vtrumque ſcilicet confirmandum, vel inſtituendum, vt habeat qualitates hic requiſitas, aliàs electio eſt nulla; & ita in vna Panormitana, & in alia Argentina declarauit Congregatio 18. Kalend. Ianuar. 1569. & ſi Epiſcopus demortuus deliquiſſet Vicarium quem elegerat cùm non eſſet Doctor; Capitulum non debet eum confirmare, ſed

alium qui eſſet Doctor eligere, ex Congregationis ſententia.

γ Doctor.] Quid ſi ex conſuetudine illius Capituli electio, vel deputatio fieret de ipſius gremio, vt bini, vel ſinguli per ſingulos menſes adminiſtrarent obſeruãdo Ordinem; ſed non eſſent omnes DD. vel Licentiati, dic deputationem non valere, vbi alij Doctores poſſent conſtitui, nec inſpicitur Ordo, vel conſuetudo, vbi lex noua certam formam præſcribit, argum. *text. in l.ſciendum.§.Ordine,ff. de verb.oblig.*

δ Promotus.] Intellige promotum eſſe poſt prouiſionem Papæ, & litter. expeditas. Rota *par.2.deciſ.182.num.5.* & tunc interdicitur Capituli iuriſdictio.

ε Vel ab alijs.] An comprehendat Viſitatores deputatos à Papa circa fructus iuriſdictionis, vel ſigillum, & puto quòd non per ea, quæ not.gloſ. *in cap.quia ſæpe, in ver. reſeruari, de elect.lib.6.*

ζ Etiam ſi fuerint.] Hoc ideò additum fuit, vt comprehendat etiam extraneos, per gloſ. *in cap.quia ſæpe, in ver. earumdem, de elect.lib.6.*

η Poſſitque eos punire.] *cap.ſæpè, de elect. lib.6.* vbi ſuſpenduntur ab officio, & beneficio Capitula Cathedralium regularium vel Collegiatarum Eccleſiarum Conuentus, & ſingulares perſonæ quæ bona Eccleſiarum vacantium, ſibi quouis modo vſurpant, etiamſi emolumenta ſint, vel prouenientia ex iuriſdictione. Clem. *ſtatuit, de elect.* Card. Tolet. *in ſumm. lib. 1. cap.48.ver. noua habetur.*

θ Eidem quoque.] Et nihilominus Capitulum poteſtatem habet exigendi notam, & copiam authenticam omnium bonorum ad dictos Canonicos, & Beneficiatos pertinentes, vt eos reponere, & ſeruare poſſit in Archiuio, & ita cenſuit Congregatio.

Item, cenſuit ex hoc decreto, à Capitulo Sede vacante vnum tantùm Vicarium eſſe eligendum, cæterùm non eſſe hoc decreto ſublatam conſuetudinem duos, vel plures eligendos; præſertim immemorabilem, die 31. Iunij, 1592. in vna Panormitana. Eadem cenſuit exiſten. Doctor. in Capitulo neceſſariò vnum ex illis in Vicarium eſſe eligendum, alioquin deputationem ad Metropolitanum deuolui, die 14. Februarij, 1594.

Item, cenſuit non eſſe de neceſſitate, vt Vicarius eligatur de gremio Capituli, cæteris tamen partibus præferendum eſſe Capitularem, & exiſtentibus Doctoribus, vel Licentiatis in iure Canonico eligendum in Vicarium Doctorem, vel Licentiatum in ipſo iure Canonico, aliàs ſufficere, vt eligatur, qui quantùm fieri poterit idoneus ſit, die 9. Septembris, 1594.

Item, cenſuit die 8. Aprilis, 1595. Epiſcopum poſſe rationem adminiſtrationis officij geſti à Vicario Capituli Sede vacante conſtituto exigere, atque alicuius delicto reum compertum punire auctoritate ſibi tributa hoc decreto. Item, Vicarius generalis debet eſſe Doctor, ſed non debet cogi ad præſtandum cautionem de ſtando Syndicatui.

ADDITIO.

1 *Redditur.*] Quamuis ergo Capitulum ſuccedat in iuriſdictione, tamen non ſuccedit in emolumentis iuriſdictionis. Abb. *in Clem.ſtatutum, num.3.de elect.*

2 *Vel ab ijs.*] *Decl.235.* Nota quòd ſi electus in Vicarium non ſit Doctor, electio eſt nulla, *decl. 275.* quantumcumque idoneus ſit.

Epiſcopus autem non cogitur deputare Vicariũ, & ita ſępiùs in Rota deciſum fuit, vt dixi in repert. Rotæ. Nauarr. tamen conſuluit quòd cogatur deputare Vicarios .... qui Tribunal habeant, non obſtante quacumque præſcriptione etiam immemorabili; etiam ſi ipſe Epiſcopus per ſe plurimùm valeat, quia non poteſt vnus ſatis Commodus ſufficere, *conſ.5.de offic.iud.ord.*

CAPVT

CAPVT XVII.

Singula ſingulis perſonis conferantur beneficia Eccleſiaſtica, obtinenti tamen inſufficiens conferri poteſt aliud ſimplex; dummodò vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat. Obtinentes plures Parochias dimittant vtram voluerint, & alteram teneant, &c.

1 CVm Eccleſiaſticus [a] Ordo peruertatur, quando vnus plurium officia occupat Clericorum; ſanctè ſacris Canonibus cautum fuit, neminem oportere in duabus Eccleſiis conſcribi. Verùm quoniam multi improbæ cupiditatis affectu ſeipſos, non Deum, decipientes, ea, quæ bene conſtituta ſunt, variis artibus eludere, & plura ſimul beneficia obtinere non erubeſcunt: ſancta Synodus debitam regendis Eccleſiis diſciplinam reſtituere cupiens; præſenti decreto, quod in quibuſcumque perſonis, quocumque titulo, etiamſi Cardinalatus honore fulgeant, mandat obſeruari; ſtatuit, vt in poſterum α 2 *vnum tantùm beneficium* Eccleſiaſticum ſingulis conferatur, 3 *quod quidem* ſi 4 *ad vitam* eius, cui confertur 5 *honeſtè* β *ſuſtentandam* non ſufficiat; liceat nihilominus γ *aliud ſimplex ſufficiens*, δ *dummodò vtrumque* perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferri. Hæcque non modò ad Cathedrales Eccleſias, ſed etiam ad alia omnia beneficia, tam ſæcularia, quàm regularia, quæcumque etiam 6 *commendata*, pertineant, cuiuſcumque tituli, ac qualitatis exiſtant. Illi verò, qui in præſenti plures Parochiales Eccleſias, aut vnam 7 *Cathedralem*, & 8 *aliam Parochialem* obtinent; [b] ε *cogantur* omninò, quibuſcumque diſpenſationibus, ac vnionibus ad vitam non obſtantibus, vna tantùm Parochiali, vel ſola Cathedrali retenta, alias ζ *Parochiales*, infrà ſpatium 9 *ſex menſium* dimittere: η *alioquin* tam Parochiales, quàm beneficia omnia, quæ obtinent, [c] ipſo iure vacare cenſeantur; ac tanquam vacantia liberè aliis idoneis conferantur; nec ipſi antea illa obtinentes, tuta conſcientia, θ *fructus* poſt dictum tempus retineant. Optat autem ſancta Synodus, vt reſignantium neceſſitatibus commoda aliqua ratione, prout ſummo Pontifici videbitur, prouideatur.

a Conc. ca. 1. Nic. ca. 15. & 16. Antioc. ca. 3. & Arelat. 1. ca. 2. & 22. & Milen. c. 15. c. quia in tantũ, c. ad hæc, & c. cum nõ ignores, de præb. cũ alleg. ſup. ſeſſ. 7. de ref. c. 2. c. referente, & cap. de multa, de præbend. 21. q. 1. per totam, ca. quia nonnulli, de Cleric. non reſid.

b Supr. Seſſ. 7. de ref. cap. 4.

c Cap. execrabilis, §. qui verò, in extrau. comm. tit. de præb.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

SI Epiſcopus confert Beneficium habenti aliud ſufficiens adepta poſſeſſione ſecundi, primum vacat, quia Epiſcopus non poteſt conferre.

Item, ab Epiſcopo quis poteſt obtinere duo beneficia tantùm.

Item, obtinens duo Beneficia requirentia perſonalem reſidentiam, ſed compatibilia valoris 60. aureorum, non ſunt vltra ſufficientiam.

Item, Epiſcopus licèt poſſit conferre duo ſimplicia Beneficia, vt dicitur in hoc cap. tamen non poteſt ſub eodem tecto, ſed Papa poteſt.

Item, Archipreſbyteratus, licèt habeat aliqualem iuriſdictionem, ſi non eſt neceſſaria reſidentia, eſt ſimplex Beneficium.

Item,

Item, Epiſcopus vltra duo ſimplicia non poteſt vni tertium conferre.

Item, qui habet plura ſimplicia, quorum vnum requirit reſidentiam, cogendus eſt in eo reſidere, & ſi hæc obtinuit auctoritate Ordinarij, non poteſt vltra duo alia retinere, ſine noua prouiſione.

Item, obtinens Parochialem Eccleſiá poteſt præſentari ad ſimplex requirens reſidentiam, & poſt poſſeſſionem ſecundi dimittat primum.

Item, hebdomada, & Confratantia ſancti Ioannis maioris Neapolitani non ſunt Beneficia, *cap. 4. ſeſſ. 7.*

Item, poſt Concilium, nec Dignitas, nec Canonicatus poteſt obtineri cum Parochiali abſque diſpenſatione, ſic *cap. 12. & ſeſſ. 7. cap. 8.*

Item, obtinens Parochialem poteſt concurrere ad aliam Parochialem.

Item, Epiſcopus poteſt conferre Canonicatum habenti alium, & poſt pacificam poſſeſſionem ſecundi vacat primus.

Item, qui habet Epiſcopatū, & Parochialem, quæ non poteſt reſignari, quia eſt de Iurepatronatus, tenetur dimittere vnum.

Item, habens Parochialem, quam per hoc cap. tenetur relinquere, ſi eſt alteri obligata ratione regreſſus conueniat, qui habet regreſſum, An ſoluendo penſionem reſignanti velit Parochiam, & ſi non vult, reſignet alteri cum ſuſpenſione Regreſſus.

Item, habens vnam Parochialem, & alteram, cuius fructus ſunt alteri reſeruati, tenetur tamen vnam dimittere.

Item, ſi duæ, vel plures Parochiales ſunt ſimul vnitæ, poſſunt omnes retineri, quia de his non loquitur hoc cap.

Contrarium videtur reſponſum Sardiniæ, vide ibi.

Item, Eccleſia baptiſmalis licèt non ſit in reliquis Curata, tamen eſt compatibilis per hoc decretum.

Item, Papa cum cauſa diſpenſat, vt quis habeat Parochialem, & Canonicatum, ſi vtriſque ſeruire poteſt.

Item, Ordinarius non poteſt diſpenſare, vt vnus habeat Parochialem, & Canonicatum. Papa poteſt, & tunc diſpenſatus eſt tutus.

Item, habens duas Parochiales, quarum altera eſt vnita beneficio ſimplici, vel Dignitati in perpetuum, non tenetur alteram dimittere.

Item, habens Parochialem, & Monaſterium cum Cura animarum in Commendam in perpetuum, non tenetur alteram dimittere.

Item, cùm Concilium loquitur de Parochiis dimittendis, qui habet duas licèt vna ſit habitu, & actu Curata eſt comprehenſus, & tenetur dimittere.

Item, habens Canonicatum, vel Parochialem, & per regreſſum obtinet aliam Parochialem, tenetur intra ſex menſes alteram dimittere, ſecùs erit omnibus Beneficiis ipſo iure priuatur.

Item, habenti Parochialem ſi detur Canonicatus poſt poſſeſſionem Canonicatus, vacat Parochialis.

Habens duas Parochias, quarum vna eſt litigioſa, non poteſt vtramque retinere, etiam dum terminatur.

Item, non poteſt quis habere titulum duarum Parochialium, licèt omnes fructus vnius ſint alteri reſeruati, ſecùs ſi vna ſit annexa Beneficio ſimplici, vel Dignitati in perpetuum, tunc poteſt vtrumque retinere.

Item, habens Beneficium ſimplex ad victum ſufficiens, ſi acquirit Parochialem, poſt poſſeſſionem vacat primum ſimplex.

Item, qui habet tria Beneficia, quorum fructus non excedunt 125. aureos, non prohibetur à Concilio quin poſſit ea retinere.

Item, habens Curatam poteſt habere Beneficium ſimplex, cui inſeruiat per alium.

Item, hoc caput non extenditur ad retinentes Parochiam cum Monaſterio.

Item, Regula triennalis non habet locum in hoc decreto, quia non eſt coloratus.

Habens duos Prioratus habentes Curam animarum, non eſt comprehenſus in hoc decreto.

Item, ſi eſt ſtatutum, vel conſuetudo, vt in eadem Eccleſia Dignitas cum Canonicatu ab eodem poſſit teneri, non derogatur per hoc cap.

Item, Capellanea habens diſtributiones quotidianas eſt de reſidentia, & eſt comparabilis cum alia de reſidentia.

Item, hoc decretum non comprehendit Beneficia iuriſpatronatus.

Item, Dignitas Ruralis habens temporalia bona cum Canonicatu eſt compatibilis.

Item,

Item, Epiſcopus poteſt diſpenſare ex cauſa, vt quis habeat duo Beneficia diſformia ſub eodem tecto, ſi vnum per ſe non ſufficit ad vitam.

Hoc Caput non loquitur de Cura animarum actu, & non habitu tantùm, nec loquitur de Cura iuriſdictionali, vt in Archidiaconatu.

Item, hoc cap. dum loquitur de Parochialibus non habet locum in Prioratibus habentibus Curam animarum, nec in aliis Curatis, quia differunt à Parochia, & in pœnalibus non ſunt extendenda.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *VNum tantùm beneficium.*]Dubitatum fuit an liceat habenti vnum ſimplex ſufficiens, vel vnam perſonalem reſidentiam requirens conferre aliud beneficium, & videbatur quòd non, quia quicquid fit contra legem prohibentem, ſiue contra eius mentem nullum eſt, *l.non dubium,cum ibi not. ff. de leg.* nec requiritur, quòd lex vlterius procedendi annullet actum, ex quo ſequebatur quod Ordinariis non liceret facere huiuſmodi collationem, tamen contrarium fuit reſolutum; quia lex declaratur per aliam legem, vt correctio legum vitetur,*l.1.C. de inoff.dot.cap.cùm dilectus,vbi gloſ. de conſt. & cap.cùm expediat, de elect.in 6.*& text.hic declaratur per *cap. 4.ſeſſ. 7.* ſuprà,in quo non prohibetur conferri ſecundum incompatibile; ſed decernitur vacare primum ipſo iure per aſſequutionem ſecundi,iuxta *cap.de multa.* quo verò ad aſſequutionem alterius beneficij ſimplicis, licèt de eo non loquatur *cap. de multa.* ſed Doct. & Abb. *in cap. quia nonnulli, & in cap.final.de Cleric.non reſid.in fin.* quia de generali mundi conſuetudine beneficia ſimplicia non requiruntur reſidentiam, fuit dictum per extenſionem idem eſſe decernendum, vt niſi fiat mentio in prouiſione ſecundi de primo ſimplici ſufficienti ad victum, per aſſequutionem ſecundi vacare primum, facit gloſ. *ſingul. in cap.dudum,il 2.in ver.intitulatum, in fine, de elect.*licèt,vt dixi, non videatur à iure prohibitum habere plura ſimplicia beneficia propter generalem conſuetudinem quam Papa ſcit, & tollerat. Lap. *alleg.35. num.1.* Ferrett. *conſ. 112. num. 1.* Tamen ſemper in impetrationibus facienda eſt mentio de alio beneficio etiam minimo, quod obtinet,aliàs per aſſequutionem ſecundi vacat primum,& vltima prouiſio non valet.Guido Pap.*ſingular. 906.* gloſ.*in cap.ſuper litteris, de reſcr.* Ad hunc articulum latiſſimè vide Nauarr.*lib.3. de præbend.conſ.26.*prout ibi alleg.hunc textum.

β *Suſtentandam.*]Competens dicitur arbitrio iudicis ex qualitate perſonæ. Felin. poſt Butr. *in cap. poſtulaſti, num.26. de reſcript.*

γ *Aliud ſimplex ſufficiens.*] Per hæc verba viderur induci vacatio, & incompatibilitas in duobus beneficiis ſimplicibus ſufficientibus, argum.*cap.15.cui de præbend. lib. 6.* licèt non ipſo facto. Nauarr. *de præbend.conſ.26.*Prax.Neapol. *cap.64.num.4.* & ponderatur Concilium hoc dum hic dicit ſufficiens, quia ſi ſecundum non ſit ſufficiens, non videtur prohiberi tertium, & quartum præterea Concilium in *cap.2. ſeſſ. 21.* non attendit titulos, nec numerum titulorum in ord.ad ſacros,ſed ſufficientem, & hæc eſt mens Concilij,

δ *Dummodò vtrumque.*] Parochiales Eccleſiæ ſunt incompatibiles cum beneficiis in quibus aſſignatæ ſunt diſtributiones quotidianæ, quas à diuinis abſentes amittunt; & illi qui obtinent duo, aut plura beneficia,cum legitima diſpenſatione ante Concilium Tridentinum obtenta,perſonalem reſidentiam requirentia,tenentur reſidere in quo eſt maior neceſſitas; nec propterea poſſunt alterutro priuari, amittunt tamen diſtributiones quotidianas eius beneficij cuius miniſterio non inſeruiunt, & ita declarauit ſacra Congregatio; ſed poteſt conſuetudo immemorabilis facere, vt quis ſit duplex in Eccleſia, non autem triplex.Rot.Pur.*deciſ.466.*

ε *Cogantur.*]Nota quòd cogi debent,aliàs niſi coactio præceſſerit, non videtur hic Capitulum habere locum, de quo dic, vt infrà *cap.15.ſeſſ.25.in ver.cogatur.*

ζ *Parochiales.*] An Monaſterium ſit incompatibile cum Parochiali,pro negatiua dicitur, quia ſumus in pœnalibus, ergo non ſit extenſio, argum. *cap. ſtatutum, de elect.lib. 6.* Nam Abbas Monaſterij non dicitur propriè habere curam cùm non habeat Parochiam, nec populum ſæcularem cui adminiſtret Sacramenta; ſed tantùm

curat familiam Monaſterij ſui, propter quam verè, & propriè non dicitur Curatus, vt per gloſ. *in Clem. dudum, ver. impendunt, & de ſepultur.* Abb. *in cap. de mult. num.* 24. *de præbend.* vide Nauarr. *conſ.* 27. *de præbend.*

ᵃ *Alioquin.*] *ſuprà ſeſſ.* 7. *cap.* 4. vacabant incompatibilia obtenta, *cap. de multa, de præbend.* hic vacant alia omnia, patitur etiam aliàs pœnas inhabilitatis ad Ordines, & beneficia, vt per Extrauag. *execrabilis, §. qui verò, de præbend.* Sarnen. *de viſitat. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 7. Quis autem confert in iſto caſu Extrauag. dic quòd Papa, quia talis vacatio per incompatibilitatem eſt reſeruata Papæ, per d. Extrauag. execrabilis. Rebuff. *in prax. benef. de for. ſign. ver. aut conſtitutionem execrabilis, fol.* 109.

ᵇ *Fructus.*] Aduerte quia ſi fructus nullos percepiſſet, fortè quia impeditus eſſet, vel eſſent alteri reſeruati, ſaltem pro maiori parte, non videtur adeptus pacificam poſſeſſionem, & per hoc non incidiſſe in pœnam huius Canonis, & aliorum loquentium de incompatibilitate, *cap. commiſſa*, vbi gloſſ. *de elect. in* 6. Staphil. *de qualitat. & ſtat. benef. in fin. num.* 52. Dec. *in cap. de confirmationib. num.* 19. *de confirmat. vtil. vel inutil.* licèt teneretur ſe facere promoueri ad Ordines requiſitos, vt not. ibidem Doct. ratione tituli, ſicut de Epiſcopo titulari non adepta poſſeſſione, tenet Burſatt. *conſ.* 351. *num.* 2. aliàs incompatibilitas inducitur, & pluralitas eſt prohibita, ibidem *num.* 11. nam etiam de beneficiis quæ impetrans non poſſideat, ius tamen ad rem pro eis habeat, facienda eſt mentio, nec incompatibilitas inducatur. Felin. *in cap. in noſtra num.* 4. *de reſcript.* Burſatt. *d. conſ.* 351. *num.* 12. §. *rurſus.* licèt Congregatio Concilij de menſe Martij, 1602. tenuerit qui ſecundæ Parochialis fructus non percipiat, niſi poſt aliquod tempus, non ſubeſſe incompatibilitati, quod eſt valdè notandum ratione tituli adepti, & futuræ ſpei, & Curæ animarum actu exercendæ, cuius onus non diuiditur, nec per alium exercetur.

Reſolutiones ſacræ Congregationis ad hoc cap. 17. *ead. ſeſſ.* 24.

Habenti Parochialem non datur alia Curata, neque vtraque ſimul retineri poteſt. Epiſcopo Lucen. Textus iſte non procedit contra obtinentem Parochialem, & Dignitatem Curam habentem, & minus tenetur ad reſidendum, in vna Præpoſitura, qui reſidet in alia digniori. Sed ponatur Vicarius; Epiſcopo Papien. Obtinentes Parochiales plures etiam vnitas vna tantùm retenta, cæteras dimittant, aliàs ſunt vtraque priuati; Archiepiſcopo Turitan. Item, quando duæ Parochiales illo ad hæreticos tranſeant, vel ſint intra fines hæreticorum; Nuntio in Polonia. Item, conſuetudini permittendum, vt in eadem Eccleſia Dignitas cum Canonicatu per eundem obtineri, & retineri poſſit non cenſeri derogatum per hunc text. ſub die 13. Ianuarij, 1594. Item, ſi habenti vnum beneficium ſimplex ſufficiens, aliud ſufficiens ab Epiſcopo fuerit collatum habita pacifica poſſeſſione ſecundi, vacet primum ſufficiens, die 29. Ianuarij, 1594. & 28. Februarij, 1598.

Item, cenſuit Epiſcopum ex cauſa poſſe diſpenſare, vt quis poſſit obtinere duo beneficia diſformia ſub eodem tecto, dummodò quodlibet per ſe non ſit ſufficiens ad ſubſtentationem prouiſi, die vndecima Ianuarij, 1594.

Item, cenſuit, ſi Eccleſia Parochialis Rectoris habitatione caret, debere vtique, & poſſe Rectorem compelli ad habitandum intra limites Parochiæ in loco propinquiori, die 27. Septembris. 1566.

Item, cenſuit ſi in oppido eſt Eccleſia Parochialis abſque fonte baptiſmali, & Archipreſbyteratus ab illa ſeparatus cum fonte baptiſmali, ita demum Archipreſbyteratum cui aliàs Cura non incumbit animarum non eſſe Curatum, ſi tenentur homines oppidi pro pueris baptizandis, ſolùm Archipreſbyterum adire, & ille tenetur id Sacramentum adeuntibus adminiſtrare, die 29. Nouembris, 1600.

Item, cenſuit Epiſcopum, habenti vnum ſimplex beneficium, quod non ſufficiat ad ſubſtentationem, poſſe aliud ſimile conferre; ſed non poſſe plura beneficia ſimplicia vſque ad eius ſufficientem ſubſtentationem eidem conferre, die vndecima Iulij, 1596. Contra id quod diximus ſuprà, *in ver. aliud ſimplex ſufficiens*, an beneficium ſimplex iuriſpatronatus laicorum intra Cathedralem exiſtens poſſit abſque diſpenſatione cum alio ſimili ſub eodem tecto obtineri, ſi ita lege fundationis ab Epiſcopo approbata caueatur, & poſt multa me infirmante pro affirmatiua, cenſuit ſacra Congregatio die 5. Septembris,

bris,1602. Aut quæritur de pluribus beneficiis ſimplicibus, aut de requirendo reſidentiam primo caſu, aut ea ſimplicia ſunt ſub eodem tecto, aut non primo caſu, aut ſunt vniformia, & plura obtinen. non poſſunt, aut ſunt difformia, & tunc aut primum obtentum non ſufficit ad congruam ſubſtentationem obtinentis, aut ſufficit, primo caſu, aut loquimur de iure communi ante Trident. Concilium, & poterant plura ſimplicia ſimul obtineri vſque ad ſufficientiam victus. Nauarr. *conſil.* 10. *de præbend.* aut poſt Concilium Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 17. *poſt princip.* & non poſſunt obtineri, niſi duo ex Congregationis ſententia, ſiue primum ſit ſufficiens, ſiue non, quod vltimum mihi non placet; ſi verò beneficia plura requirunt reſidentiam perſonalem, quæritur an in eis prohibeatur ingreſſus, & adeptio ſecundi incompatibilis, & dic quòd ſic, propter verbum, *non conferatur*, per quod prohibetur collatio; alij dicunt quòd non, ſed per adeptionem ſecundi vacat primum, in quo diſtingue, aut alterum eorum reperitur acceſſoriè vnitum per incorporationem, aut non; primo caſu ratione talis vnionis non habetur ratio beneficij vniti, quia ſupprimitur, & ceſſat in eo incompatibilitas, & propterea non intrat hic textus. Secundo caſu, aut vnum eſt membrum alterius, & ab eo dependendum, aut non, & primo caſu pariter non cadit ſub diſpoſitione huius text. Secundo caſu, aut ante Concilium fuit obtentum cum diſpenſatione legitima ad vitam, aut non; primo caſu poſſunt retineri ad vitam diſpenſati etiam poſt Concilium. Secundo caſu, intrat *cap. de multa, cum extrauag. execrabilis*, aut non; primo caſu inducitur vacatio ipſo iure; Secundo caſu, non inducitur vacatio ipſo iure quæ numquam ſequitur, niſi in expreſſis. Nauarr. *de præbend. conſ.* 7. *num.* 4. Si verò loquimur de pluribus Cathedralibus, vel Parochialibus, etiam cum diſpenſatione obtentis ante Concilium, & tunc non obſtante diſpenſatione inducitur ex hoc text. in fine vacatio ipſo iure, niſi infrà ſex menſes alterum dimittant, non ſolùm ſic obtentorum, ſed omnium aliorum beneficiorum, quę per tales poſſidentur, nec ſe triennali tueri poſſunt, niſi poſſeſſionem, vel fructus ſecundi non habuerint, vel per ipſos non ſtaret, vt habeant, prout cenſuit ſacra Congregatio.

Beneficium cenſetur renunciatum per actum contrarium, veluti matrimonij, Militiæ, vel feudi. Ann. *ſingul.* 98. *fol.* 58. & de intellectu huius text. vide per Nauarr. *de præbend. conſ.* 10. *num.* 2. & *conſ.* 15.

ADDITIO.

1 *Cum.*] In Confirmatione, vide Abb. *in cap. extirpandæ*, §. *qui verò*, *num.* 28. *de præbend.* Socc. *in rept. cap. de multa, eod. tit.* vbi Io. Quintinus, *fol.* 4. Silu. *de benef.* 3. *par. quæſt.* 39. Rebuff. *in prax. tit. de diſpenſ. ad plur. beneſ. pag.* 336. Nauarr. *in manual. cap.* 25. *num.* 134. *cap.* 4. & 5. *ſeſſ.* 5. adde *not. in c. iunct. de Cler. non reſident. in* 6.

Amplia, vt diſpenſatus ad plura incompatibilia non iuuetur, niſi cum ſpeciali derogatione huius decreti, Carol. *ad reg. cum quid. par.* 2. *ampl.* 1. *fol.* 87. *num.* 11. per §. *illi huius decr.* Noiad. *de incompat. beneſ. par.* 2. *cap.* 12. *num.* 84. & *ſeq.*

Non tamen procedit Concilium quando quis ob iuſtam diſpenſationem, vel ſaltem in vtilitatem, & fauorem Eccleſiarum habet plura beneficia, Noiad. *d. nu.* 85.

Hoc cap. quatenus loquitur de obtinentibus plura Beneficia, & quòd obtinēti vnū inſufficiens non confertur aliud requirens perſonalem reſidentiam, habet locum in Abbatia exempta habēte iuriſdictionē fori exterioris; ſed dum loquitur de obtinen. duas Parochiales, vel Cathedrales, non habet locum in Abbatia huiuſmodi, etiamſi iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem haberet. Nauarr. *conſ.* 27. *de præbend.*

2 *Vnum tantùm.*] De hoc vide Abb. *in cap. cùm iam dudum, & in cap. extirpandæ*, §. *qui verò*, *num.* 3. *de præbend.* Nauarr. in Manual. *cap.* 25. *num.* 135. Alber. *trac. de ver. & perfect. Cleric. cap.* 45. *n.* 13. Corraſ. *in Paraphraſ. Sacerd. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 2. vide gloſ. *pen. in cap. dudum, il* 2. *de elect.* Diaz. *pract. c.* 42.

3 *Quod quidem.*] Vide ſuprà *cap.* 1. *de Reform. ſeſſ.* 5.

4 *Ad vitam.*] Quæ ſint ſpectanda, vt Beneficium ad ſuſtentandum ſufficere dicatur. Hoc à *cap. de incompat. Beneſ. par.* 1. *cap.* 19. *nu.* 22. & *ſeq.* & ad hoc decret. eundem, *par.* 2. *cap.* 1. *num.* 24. *de beneſ. ſuffic.* Alex. de Nauarr. *in cap. cum omnes, num.* 63. *de Conſtit.* Nauarr. *de Hor. can. cap.* 22. *num.* 67. & 73. &

 Marcil.

Marcil. *62. num.* 1. *& cap.* 57. *in nou.*

5 *Honeſtè ſuſtentandam.*] Vnum ergo ſufficiens vni conferen. eſt, plura conferri nequeunt ſine diſpenſatione Papæ, aliàs poſſidens etiam bona intentione ſuſtentandi parentes, perperàm agit, & non eſt à Confeſſore abſoluendus, niſi alterum dimiſerit, vt habetur in *reſpon.* 2. *Congregationis, caſ. conſc.* Paleot. *anni* 1581. *fac.* 332. *verſ. tum quia Concilium*, & *ver. iam tandem.* Imò nec diſpenſatio Papæ ſufficit in foro conſcientiæ, *eodem reſponſ. in fin.*

Aliud ſimplex ſufficiens, non poteſt quis plura Beneficia etiam ſimplicia tenere quàm ad eius ſuſtentationem ſint neceſſaria. Beneficiorum appellatione hic præſtimonia continentur, penſiones non. Nauar. *conſ.* 12. *de præbend.* quæ autem ad ſuſtentationem ſint neceſſaria oſtendit. *d. Miſcell.* 62. Congregatio etiam cenſuit poſſe ordinarium Bonon. conferre Priori Collegiatæ Sancti Petronij Canonicatum in eadem Collegiata præuia tamen diſpenſatione. In dubio narrabatur, quòd Prioratus nullos habebat redditus, & Canonicatus habebat tantùm diſtributiones quotidianas, & valdè exiguas.

Ex eodem text. not. eſt primò prohibere ne plura Beneficia eidem conferantur, & hinc duas Abbatias habentes iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, eidem conferri non poſſe. Secundò, quod habenti Beneficium inſufficiens licitè confertur aliud ſimplex; ſecùs ergo in alio Beneficio Curato, vel requirente perſonalem reſidentiam, quale eſt Abbatia prædicta. Tertiò, quòd habens duas Parochiales alteram dimittere tenetur, quod non habet locum in dictis Abbatiis, quia ſunt quidem Curatæ, non tamen Parochiales. Quartò, quòd prohibet conferre plures Epiſcopatus, quod ſimiliter in dictis Abbatiis non procedit, quia verba huius decreti pœnalis non habet locum, niſi in veris Epiſcopatibus. Nauarr. *de præbend. conſ.* 27. *in prima impreſſ.*

6 *Commendata.*] Hic prohibetur pluralitas Commendarum. Hoiad. *de incomp. benef. par.* 1. *cap.* 14. *num.* 14. Quomodo autem hic text. differat à *decret. de Reform. ſeſſ.* 7. *cap.* 4. & de vtriuſque intelligentia circa prohibitionem Commendarum, & diſpenſationis, vide Hoiad. vbi *ſuprà par.* 2. *cap.* 4. *num.* 14. *& plur. ſeq.* in ſumma dicit differre, quia hic prohibetur pluralitas Parochialium, vel vnius Cathedralis, & alterius Parochialis, & quod dum derogat diſpenſationibus, non derogat Commendis perpetuis, ſed in *cap.* 4. prohiberur pluralitas plurium Commendarum in perpetuum, non vnius in titulum alterius in Commendam, vt *num.* 15. *&* 16. quòd ſi plures Parochiales eodem tempore, eidem conferantur. Alex. de Nauarr. *in cap. quia nonnulli, num.* 22. *de Cleric. non reſid.*

7 *Cathedralem*] Hic text. fuit à ſacr. Congregatione intellectus de Epiſcopatu, non verò de aliis Dignitatibus, inferioribus. In Italia enim propter Epiſcoporum paupertatem, frequenter Epiſcopi Parochiales habebant Eccleſias, quòd hic probatur. Vnde hic text. ſic declaratus, non obſtat quin poſſet quis Parochialem, aut Dignitatem ſimul cum Canonica percipere, idque receptum eſt generali Eccleſiæ conſuetudine, fuitque executioni demandatum in ſupremo Senatu Hiſpaniæ. Canonica enim, nec Curam, nec adminiſtrationem habet, *cap.* 5. *ſolue*, tamen huic verbo, *obſtat*, §. 7.

8 *Aliam Parochialem.*] Vide Hoiad. *d. cap.* 14. *num.* 15. *& par.* 2. *cap.* 6. *num.* 12.

9 *Sex menſium.*] Procedit etiam in habentibus plura Curata cum diſpenſatione. Flores. Dez. *var. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 1.

CAPVT

CAPVT XVIII.

Dum contingit Eccleſias Parochiales vacare, fiat examen per concurſum præmiſſis edictis; deſcribuntur qualitates eorum qui debebunt examinare. Si Eccleſia fuerit Iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, & inſtitutio pertineat ad Epiſcopum, quædam ſtrictiùs erunt obſeruanda, quàm caſu quo Eccleſia fuerit Iuriſpatronatus laicorum, &c. Attentè hoc caput legendum, & ſeruandum ad amuſſim.

1 EXpediat maximè animarum ſaluti, à 2 *dignis*, *atque idoneis* Parochis gubernari. Id vt diligentiùs ac rectiùs perficiatur, ſtatuit ſancta Synodus, vt cùm *a Parochialis* Eccleſiæ vacatio, etiamſi cura Eccleſiæ, vel Epiſcopo incumbere dicatur, & per vnum, vel plures 3 *adminiſtretur*, etiam in Eccleſiis patrimonialibus, ſeu receptiuis nuncupatis, in quibus conſueuit Epiſcopus vni vel pluribus curam animarum dare, quos omnes ad infraſcriptum 4 *examen* teneri mandat, per obitum, *ß vel reſignationem*, etiam 5 *in Curia*, ſeu aliter *γ quomodocumque* contigerit, etiamſi ipſa Parochialis Eccleſia reſeruata, vel effecta fuerit generaliter, vel ſpecialiter, etiam vigore indulti: ſeu priuilegij in fauorem S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, *δ ſeu Abbatum*, vel 6 *Capitulorum*: *ε debeat* 7 *Epiſcopus* ſtatim, habita notitia vacationis Eccleſiæ, ſi opus fuerit *ζ idoneum in ea* 8 *Vicarium*, *η cum congrua*, eius arbitrio, fructuum portionis aſſignatione, conſtituere; qui onera ipſius Eccleſiæ ſuſtineat, donec ei de Rectore prouideatur. Porrò Epiſcopus, & qui ius patronatus habet, intra decem dies, vel aliud tempus, ab Epiſcopo 9 *præſcribendum*, idoneos aliquot ad regendam Eccleſiam coram deputandis examinatoribus nôminet. Liberum ſit tamen etiam aliis, qui aliquos ad id aptos nouerint, eorum nomina deferre, vt poſſit poſtea de cuiuſlibet ætate, moribus, & ſufficientia fieri diligens inquiſitio. Et, ſi Epiſcopo, aut Synodo Prouinciali pro regionis more videbitur magis expedire, *θ per edictum* etiam publicum vocentur, qui volent examinari. Tranſacto conſtituto tempore, omnes qui deſcripti fuerint, *a ι* 10 *examinentur ab Epiſcopo*, ſiue, eo impedito, ab eius Vicario generali, atque ab aliis examinatoribus: non paucioribus, quàm tribus: *κ quorum votis*, ſi pares, aut ſingulares fuerint, accedere poſſit Epiſcopus, vel Vicarius, quibus magis videbitur. Examinatores autem ſingulis annis in Diœceſana Synodo ab Epiſcopo, vel eius Vicario ad minus ſex proponantur; qui Synodo ſatisfaciant, & ab ea probentur. Aduenientéque vacatione cuiuſlibet Eccleſiæ, tres ex illis eligat Epiſcopus, qui cum eo examen perficiant; indéque ſuccedente alia vacatione, aut eoſdem, aut alios tres quos maluerit, ex prædictis illis ſex eligat. Sint verò hi examinatores Magiſtri, ſeu Doctores, aut Licentiati in Theologia, aut iure Canonico, vel alij Clerici, ſeu Regulares, etiam ex

a Infr. Seſſ. vlt. de ſo. for. cap. 9.

Ordine Mendicantium, aut etiam ſæculares, qui ad id videbuntur
magis idonei, iuréntque λ *omnes ad ſancta Dei Euangelia*, ſe, quacum-
que humana affectione poſtpoſita, fideliter munus executuros.[b] Ca- [b] Cap. quando, 24. diſtinct.
ueántque ne quidquam prorſus occaſione huius examinis, nec antè,
nec pòſt accipiant: alioquin μ *ſimoniæ vitium* tam ipſi, quàm alij
dantes incurrant; à qua abſolui nequeant, niſi dimiſſis beneficiis,
quæ quomodocumque etiam antea obtinebant; & ad alia in poſte-
rum inhabiles reddantur. Et de his omnibus non ſolùm coram
Deo, ſed etiam in Synodo Prouinciali, ſi opus erit, rationem red-
dere teneantur: à qua, ſi quid contra officium eos feciſſe comper-
tum fuerit, grauiter eius arbitrio puniri poſſint. Peracto deinde
examine 11 *renuncientur*, quotcumque ab his idonei iudicati fue-
rint, ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacan-
tem Eccleſiam gubernandam opportunis, ς ex hiſque Epiſcopus [c] Seſſ. 25. cap. 9.
eum 12 *eligat*, quem cæteris magis idoneum iudicauerit: atque ν *illi,
& non alteri collatio* Eccleſiæ ab eo fiat, ad quem ſpectabit eam con-
ferre. Si verò iuriſpatronatus 13 *Eccleſiaſtici* erit; ac inſtitutio ad
Epiſcopum, & non alium pertineat, is, quem patronus digniorem
inter probatos ab examinatoribus 14 *iudicabit*, Epiſcopo præſenta-
ri teneatur, vt ab eo inſtituatur. ο *Cùm verò* inſtitutio ab alio, quàm
ab Epiſcopo, erit facienda; tunc Epiſcopus ſolus ex dignis eligat
digniorem, quem patronus ei præſentet, ad quem inſtitutio ſpectat.
ξ 15 *Quod ſi iuſpatronatus* laicorum fuerit; debeat qui à patrono
præſentatus erit, ab eiſdem deputatis, vt ſuprà, examinari, & non,
niſi idoneus repertus fuerit, admitti. In omnibúſque ſuprà dictis
caſibus non cuiquam alteri, quàm vni ex prædictis examinatis, &
ab examinatoribus approbatis, iuxta ſupradictam regulam, de Ec-
cleſia prouideatur: nec prædictorum examinatorum relationem,
quo minùs executionem habeat, vlla deuolutio, aut 16 *appellatio*,
etiam ad Sedem Apoſtolicam, ſiue eiuſdem Sedis Legatos, aut Vi-
celegatos, aut Nuncios, ſeu Epiſcopos, aut Metropolitanos, Prima-
tes, vel Patriarchas interpoſita, impediat, aut ſuſpendat; alioquin
Vicarius, quem Eccleſiæ vacanti antea Epiſcopus arbitrio ſuo ad
tempus deputauit, vel forſan poſtea deputabit, ab eius Eccleſiæ
cuſtodia, & adminiſtratione non amoueatur, donec aut eidem, aut
alteri, qui probatus, & electus fuerit, vt ſuprà, ſit prouiſum: π *aliàs
prouiſiones omnes*, ſeu inſtitutiones, præter ſupradictam formã factæ,
ſurreptitiæ eſſe cenſeantur: non obſtantibus huic decreto exem-
ptionibus, indultis, priuilegiis, præuentionibus, affectionibus,
nouis prouiſionibus, indultis conceſſis quibuſcumque [d] Vniuerſi- [d] Seſſ. 7. cap. 13.
tatibus, etiam ad certam ſummam, & aliis impedimentis quibuſ-
cumque. Si tamen adeò exigui redditus dictæ Parochiales fuerint;
vt totius huius examinationis operam non ferant: aut nemo ſit, qui
ſe examini quærat ſubiicere; aut ob apertas factiones, ſeu diſſi-
dia, quæ in aliquibus locis reperiuntur, facilè grauiores rixæ, ac
tumultus poſſint excitari: poterit Ordinarius, ſi pro ſua conſcien-
tia cum deputatorum conſilio ita expedire arbitrabitur, hac forma
omiſſa, priuatum aliud examen, cæteris tamen, vt ſuprà, ſeruatis
adhibe

adhibere. Licebit etiam Synodo Prouinciali, ſi qua in ſupradictis circa examinationis formam addenda, remittendáve eſſe cenſuerit, prouidere.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

QVi non eſt in ſacris, ſed eſt in ætate, vt infrà annum accipiat Sacerdotium, poteſt accipere Parochiam.

Item, deputare Vicarium donec prouideatur de Parocho, ſpectat ad Epiſcopum in cuius Diœceſi eſt Parochia.

Item, pro Archipreſbyteratu, qui non habet Parochiam, nec Parochianos, non eſt faciendus concurſus.

Item, pro Canonicatu non eſt faciendus concurſus.

Item, Manſionariæ Curatæ ſunt dandæ in concurſu, ſecùs Collatio eſt nulla, non obſtante conſuetudine contraria; ſed poſtea Papa declarauit in his manſionibus concurſum non eſſe neceſſarium.

Item, qui habet Parochiam, & non fuit examinatus, & per hoc cap. nullum ius habet; tamen ſi vult examinari eſt admittendus.

Item, concurſus non eſt neceſſarius pro Dignitate, cui perpetuò, & acceſſoriè eſt vnita Parochia.

Item, examen concurſus eſt neceſſarium, in Parochialibus.

Item, ſi ob tenuitatem Parochiæ nullus compareat intra terminum, ſolet concedere Papa, vt detur ſine concurſu, ſed cum examine mediocriter idoneis.

Item, Concurſus non debet fieri, quando Parochia datur per reſignationem in fauorem, quia propriè non vacat, ſed ſunt examinandi.

Item, in vacationibus per permutationē nullum examen requiritur, quia propriè non vacant, ſed ſi eſſet magna inæqualitas populi, vel ſi non fuerint aliàs examinati, examinentur in concurſu.

Item, quando quis acquirit Parochiam per regreſſum, ſi illam alias poſſedit non eſt neceſſarium examen.

Item, ſi permutatur Beneficium ſimplex cum Curato, requiritur examen ſine concurſu, & appareat de corpore Beneficij ſimplicis, & ſic fraus.

Item, hoc cap. habet locum, etiam quādo Parochiæ vacant per reſignationem, ſed in concurſu non admittuntur perſonæ ſuſpectæ, enumeratæ in Bulla Pij Quinti, 1568. Kal. Aprilis anno 3.

Item, in Beneficiis Curatis reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, & etiam in aliis ex antiqua conſuetudine Epiſcopus faciat concurſum, & qui eſt approbatus ab examinatoribus, prouidebitur à Papa.

Item, hoc examen ſpectat ad Ordinarium loci, vel ad eum ad quem de iure ſpectat Collatio, ac ſi inferior habeat præuentionem Collationis dicat Notario ſe velle conferre, & roget Epiſcopum, & proponat examen.

Item, ſi Collatio Eccleſiæ ſpectet ad Abbatem, Epiſcopus faciat concurſum, & approbet vnum, cui Abbbas conferat.

Item, ſi Patriarcha habet collationem Parochiæ poſitæ in aliena Diœceſi, Epiſcopus loci faciat concurſum, & mittat approbatum, cui Patriarcha conferat.

Item, prouiſiones à Capitulo, vel inferioribus ſine concurſu ſunt nullæ, & Epiſcopus loci faciat concurſum, & approbatum mittat Romam pro expeditione litterarum per Bullam Pij V.

Item, examen omiſſum in Parochialibus per concurſum vitiat Collationem.

Item, ſi non inuenitur qui velit Parochiam ob tenuitatem, vel alia cauſa, curet, vt mercenarij diarij, vel hebdomadarij, vel vicini Parochi curent animas, donec aliquis inueniatur.

Item, his (ſi quis fuerit idoneum Vicarium) fuit poſitum, quia poſſet eſſe, quod aliis interim curaret.

Item, Vicarius poſitus in Parochia retinebitur, donec fiat concurſus.

Item, Sede vacante Vicarius Capituli faciat ea omnia, quæ ex hoc cap. ſpectant ad. Epiſcopum, nec requiritur conſenſus Capituli ad deputandum Vicarium, & ad ponenda edicta concurſus.

Item, hæc portio pro Vicario eſt in arbitrio Epiſcopi penſata qualitate Beneficij, & qualitate perſonæ deputandæ, & eſt ſumenda ex fructibus percipiēdis, niſi aliunde ſit aliqua perſona obligata ſupplere.

Item,

Digitized by Google

Item, cuſtodia, & adminiſtratio bonorum Parochiæ vacantis, cuius collatio ad inferiorem pertinet, ſpectat ad Vicarium, quem ſolus Epiſcopus deputat.

Item, ſi Epiſcopus proponat examinatoribus, quem ipſe iudicat idoneum pro Parochia, non ſatisfacit Concilio, ſed debet plures proponere,& admittere propoſitos ab aliis.

Item, facto edicto ſi quis habens Parochiam vult concurrere, debet admitti.

Item, Epiſcopus ſine nouo concurſu non poteſt prouidere de Parochia aliquem approbatum in alio concurſu.

Item, edictum debet proponi ad Beneficia, quæ ſunt in Diœceſi, ſecùs ſi eſſet extra,vel in Abbatia nullius.

Item, tres examinatores ſunt omninò adhibendi, etiam in Parochia modici valoris.

Item, licèt Concilium non explicet an vota examinatorum ſint ſecreta, vel publica; tamen expedit, vt inter ſe vota conferant, & mox dictent Notario, vt ſit Romæ.

Item, Epiſcopus, vel Vicarius non habent votum deciſiuum, ſed ſi plures habent paria vota examinatorum, ſi accedat Epiſcopus erit electus, ſed ſi vota examinatorum ſint ſingularia, nullus eſt approbatus, etiamſi accedat Epiſcopus, vel Vicarius, imò ſi cum voto Epiſcopi non habent vltra dimidium votorum,omnes cenſentur reprobati.

Item, Epiſcopus non tenetur dare Beneficium ad plura vota examinatorum, ſed ſine calculo votorum poteſt dare vni ex approbatis.

Item, ſi Synodus non fiat ſingulis annis, examinatores ſemel electi durent donec fiat Synodus.

Item, Epiſcopus, qui non eſt in Synodo, ſed ipſe conſtituit examinatores,nulliter conferat Parochias,etiamſi examinatores fuiſſent mortui, vel Synodus non poſſit fieri, & ſic prouiſi iterum eant in concurſum, vel recurrant ad Sedem Apoſtolicam.

Item, Abbas, vel inferior Prælatus habens iura Epiſcopalia,vel omnimodam iuriſdictionem Epiſcopalem nulli ſubiectus, ſed immediatè Papæ, ſcilicet habet congregandi Synodum, & eligendi examinatores, poteſt coram ſe, vel ſuo Vicario facere concurſum de Curata vacante; ſed ſi Abbatia exempta eſt intra fines alterius Diœc. non poteſt facere concurſum, licèt ſit exemptus, & habeat iura Epiſcopalia, ſed ſpectat ad Epiſcopum, qui electum magis idoneum mittat ad Abbatem pro collatione.

Item, licet examinatoribus etiam vigore conſuetudinis facto examine aliquid accipere in Beneficium.

Item, poteſt Epiſcopus in Synodo aliquid ſtatuere, etiam minimum pretium pro examinatoribus, eſſétque nullum ſtatutum.

Item, finito examine, vel tempore edicti, ſi quis vellet admitti non eſt audiendus.

Item, non ſpectat ad examinatores declarare idoniorem, ſed hæc facultas eſt Epiſcopi.

Item, ſi nullus ſit idoneus, detur vni ex concurrentibus minus ſufficienti, & curet Epiſcopus vt inſtruatur, & fiat idoneus.

Item, electio dignioris ſpectat ad Epiſcopum, licèt inſtitutio ſit facienda à Papa.

Item, ſi quis eſt inuentus in examine magis doctus, cuius mores ignorantur,tamen eſt poſtponendus minus docto, ſed approbato quoad mores.

Item, Epiſcopus poteſt eligere ex approbatis quem maluerit, licèt alij habuerint plura, vel omnia vota.

Item, in Parochialibus vacantibus per reſignationem, Epiſcopus non poteſt eligere ſuum familiarem, vel conſanguineum, licèt eſſet magis idoneus, imò iſti tales non debent admitti ad concurſum, per Bullam Pij V.

Item, ſi Curata Eccleſia iuriſpatronatus vacet in menſe Papæ, Epiſcopus nulla habita ratione patronorum faciat per edicta concurſum, & magis idoneum mittat Romam inſtituendum.

Item,ſi inſtitutio Eccleſiæ iuriſpatronatus ſpectat ad inferiores etiam exemptos, Epiſcopus faciat concurſum,& mittat digniorem ad exemptum, verbi gratia, Abbatem, ſecùs collatio eſt nulla.

Item,ſi iuſpatronatus eſt mixtum,id eſt, laicale,& Eccleſiaſticum,examen non fiat, vt ſuprà, ſed referatur Sanctiſſimo, vt decreto ſuo ita decernet, vt in declarationibus

nibus latis, vide *fol.279.pag.2.* & *fol.378. de mixto procur.de partibus Eccleſiaſt.non facien. concurſ.* Vide *fol.206. & in alio libro externorum.fol.514.*

Item, ſi inſtitutio ſpectat ad Epiſcopum, Capitulum cuius eſt præſentare, præſentet digniorem vt examinetur ab Epiſcopo, ſi contra Epiſcopus eligat digniorem, & præſentet Capitulo, *C. ſi Regularib.* vide *ſeſſ.21.cap.6.*

Item, ſi Patronus Eccleſiaſticus, examinatores debent plures eligere, vt patronus, vnum inſtituendum, quare ſi tantùm vnum probant non ſatisfaciunt huic cap. vt patronus eligat.

Item, iurapatronus laïcorum ſunt intacta à Concilio, tamen patroni non poſſunt amouere præſentatum, & ab Epiſcopo approbatum, vt cap.præterea, de iurepatronatus, & *ſeſſ.25.*

Item, in Eccleſia S.Crucis de iure Græci Neapolis Magiſtri nominant vnum deputandum ab Epiſcopo ad curam animarum, qui non poteſt ab illis amoueri.

Item, ſi vacat Parochia Iuriſpatronatus Eccleſiæ patronus Eccleſiaſticus iudicet digniorem ex approbatis, quem inſtituat Epiſcopus.

Item, ſi vacat Parochia iuriſpatronatus laïcorum, non fit concurſus, ſed patronus præſentet vnum.

Item, Conſtitutio Pij V. concedens appellationem reiectis ab Epiſcopo, loquitur de beneficiis, quæ dantur per concurſum, & non habet locum in beneficiis iuriſpatronatus.

Item, ſi concurſus Parochiæ fit ab aliis examinatoribus, quàm à Synodalibus prouiſio eſt nulla, & poteſt impetrari, vt reſeruatum per Bullam Pij V. licèt Epiſcopus elegêrit examinatores.

Item, ſi eſt iuſpatronatus Eccleſiæ habet locum in iurepatronatus regio, etiam ratione Militiarum.

Item, ſi Cura pertinet ad Canonicum etiam ad præſentatum Capituli, ad quod pertinet Collatio Canonicatus, Epiſcopus faciat concurſum, ſecùs Collatio eſt nulla.

Item, Monaſterium habens Curam animarum, ſi ſolet dari in Commendam ſæcularibus, non datur per concurſum.

Item, Capitulum, & inferiores ſi prouident Parochiam, ſine concurſu, vel ſine ordinatis examinatoribus, Collatio eſt nulla, & Epiſcopus faciat concurſum, & mittat approbatum Romam, iuxta Bullam Pij V. vide v.datur, 1568.

Item, ſi tertius examinator examinauerit, & ſit præſens in approbatione, licèt non explicet votum ſuffieit.

Item, poſt mortem Epiſcopi remanent examinatores.

Item, non ſatisfit ſi tantùm de litteratura approbatur remittendo reliqua ad Epiſcopum.

Item, ſi vnus tantùm compareat ſufficit, nec prorogetur terminus, niſi adſcripti legitimè ſint impediti.

Item, non datur appellatio à reprobatione examinatorum, ſed à mala electione Epiſcopi, ex Bulla Pij V.

Item, quando eſt factus concurſus, & nullus eſt inuentus idoneus, tamen detur Eccleſiæ ſine concurſu præuio examine.

Item, Beneficia Regularia ſolita dari Regularibus non dantur per concurſum.

Item, ſi ab immemorabili Parochi ſolent optare Parochias tunc vacantes, non eſt neceſſarius concurſus, quia in primo iam fuit.

Item, quando iuſpatronatus eſt dubium, Epiſcopus poteſt facere concurſum, & mittere idoneum ad Papam.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

* P*Arochialis.*] Quid autem ſi Eccleſia ſit Collegiata cui immineat Cura animarum per ipſos Canonicos, ſeu hebdomadarios, vel per alios ſimul Clericos exerceri ſolita? An in eius prouiſione requiratur concurſus pro vacatione cuiuſlibet Canonici, vel hebdomadarij, vel Clerici; vnus ex Illuſtriſſimis ponderabat illud nomen hebdomadariorum, per quod videtur commiſſa Cura, vt ſingulis, qui per hebdomadam tenentur. Congregatio tamen contrarium cenſuit per text. *in cap. ſtatutum*, vbi gloſ. *de elect. in 6.* Prax. Neapol. *cap.65.num.2.* quia quæ loquuntur in Parochialibus non habent locum in Collegiatis curatis, & Cura animarum ſtrictiùs conſideratur in ſimplici Parochiali quam in Collegiata curata. Barbat. *de præſtan.* Card. *quæſt.1.num.*34. Maſcard. *de probat. volum.1. concluſion.* 468. cùm vnus ſit Sponſus

Eccleſiæ ſicut vnus matrimonio carnali cura penes vnum eſſe poteſt, & ex pluribus ſimul nemini onus iſtud incumbit. Oldrad.*conſ.67. in tit.de præbend.& verbor. ſignific.*Lap.*alleg. 5. num. 9.* Rebuff. *par.2.in tit.de non promouen.infrà annum num. 27. & 63.*Staphil.*de qualit.& ſtat.beneſ.fol.41.num. 31.* & ſic fuit reſolutum in vna Neapolitana hebdomadariæ ſancti Ioannis Maioris 15.Calend.Auguſti, 1569.

Pro obſeruatione huius Canonis in vacatione Parochialium videatur Bulla Sanctiſſimi Domini Noſtri in conferen.15.Calend.Aprilis, 1566. Et ideò prouiſiones earum factæ poſt publicationem Concilij Tridentini, ab Ordinariis abſque examine per concurſum nullæ ſunt, ſed vacant, earumque Collatio ad Sedem Apoſtolicam ſpectat,vt in Bulla prædicta.

β *Vel reſignationem.*] Licèt enim per reſignationem in fauorem videatur induci vacatio, tamen poteſt reſignans,ſi reſignatio non habet effectum, reuerti ad ſuum beneficium reſignatum ſine noua collatione. Specul.aur.*quæſt. 561.* per totum etiam per viam permutationis,An autem poſt reſignationē poſſit percipere fructus, & dic quòd poſt ſignatam ſupplicationem non poteſt, ibidem à *num.* 38. cum pluribus ſequentibus, ſed quòd dicit hic Concilium de reſignatione, intelligitur de ſimplici, non autem in fauorem, vel per viam permutationis, & ita in Congregatione Illuſtriſſimorum fuit declaratum in vna Illerdenſi,quarta Idus Octobris,1566.& in vna Imolenſi pro Domino meo Veſtrio de menſe Maij, 1569. vide ſuprà, *ſeſſ.23.cap.18.* quæ ſcripſi de reſignationibus in fauorem, vt dicitur,factis.

γ *Quomodocumque.*] Quæro, quid ſi vacent duæ Parochiales ex cauſa permutationis in vim factæ, an requiratur approbatio ſecundùm hanc formam. Ratio dubitandi oritur ex eo, quòd ſemel approbatus non eget alia approbatione:ſed cenſeo tunc verum eſſe quando approbatio prior fuerit facta ſecundùm formam huius text. & Bullæ S. D. N. aliàs iterum eſſet approbatio per concurſum inducendam.

δ *Seu Abbatum.*] An examen per concurſum ad Parochiales,de quo in hoc text. poſſit fieri ab Abbate, qui ab immemorabili tempore exercuit iuriſdictionem Epiſcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos priuatiuè ad Ordinarium loci,præſuppoſito quòd Abbas poſſit conuocare Synodum, & attento quòd hic text. non derogat immemorabili, & videtur reſpondendum ſimpliciter quòd non; quia cùm iſte concurſus ſit iure nouo per Concilium inductus, non eſt opus derogare immemorabili, & cùm committatur ſolis Epiſcopis, videntur omnes alij excluſi,non videtur poſſe permitti,vt Monaſterium intra fines alicuius diœceſis conſiſtens poſſit conuocare Synodum præter eam quæ conuocatur ab Epiſcopo, cùm abſurdum ſit duas ſimul eſſe Synodos Diœceſanas in eadem Diœceſi. Quæ tamen limitantur, niſi iſte Abbas cum tali iuriſdictione ſit etiam nullius Diœceſis, habens & diſtinctum territorium, quo caſu poſſet conuocare Synodum, deputare examinatores, examinare, & approbare, & ita cenſuit Congregatio die 5.Maij, 1575. Illuſtriſſimo de ſancta Seuerina.

ε *Debeat Epiſcopus.*] Nota quòd ad ſolum Epiſcopum ſpectat hæc deputatio, & concurſus, etiamſi collatio ſpectet ad inferiores.Pariſ. *de reſign.lib.8. quæſt.9.*Prax. Neapol. *cap. 65. poſt princip.* Quod limita non procedere, vt ſuprà dictum eſt in haben. iuriſdictionem ordinariam Epiſcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos priuatiuè ad Epiſcopos, cum territorio diſtincto. Abb.*in Clem.Diœceſanis,de vita,& honeſtate Clericorum.*

ζ *Idoneum in ea Vicarium.* Hæc eſt Commenda temporalis quæ non dat titulum, nec inducit incompatibilitatem, vt per Nauarr. *de præbend. conſ. 9.* ſecùs eſſet in Commenda perpetua,vt ibidem,& in multis aliis caſibus Vicarium conſtituit. Prax. Epiſc. *in ver.beneficia.§. ad 3.ver.dic quintò.*

η *Cum congrua.*]An omnes fructus poſſit ei aſſignare, & dic quòd non, ſi fructus ſint pingues. Nauarr. *de offic. iudic. Ordin. conſ.5.*An Epiſcopus per hæc verba teneatur in vacatione Parochialis proponere edictum pro volentibus concurrere,& pro negatiua, vide Nauarr. *de præbend.conſ.4.* poteſt tamen nominare quos voluerit, vt examinentur, niſi ſtatutum ſit in Concilio Prouinciali,quòd proponatur edictum, & qui termino elapſo comparuerit minimè eſt admittendus ad concurſum Parochialis,ex Congregationis decreto, die 6.Auguſti,1599.

ϑ *Per*

Digitized by Google

θ *Per edictum.*] Nam de iure communi in inſtitutione iuriſpatronatus etiam ſimplicis beneficij requiritur propoſitio edicti, aliàs inſtitutio eſſet nulla, *cap. final. de elect. lib. 6.* licèt non habeat locum in collatione.

ι *Examinentur ab Epiſcopo.*] Siue & impedito, videtur ex his verbis Epiſcopum poſſe fungi duplici officio, vno, vt ipſe ſit vnus ex Examinatoribus, & vt poſſit accedere ſi vota ſint paria, vel ſingularia; ſed Congregatio cenſuit examen fieri debere coram Epiſcopo, vel eius Vicario, abſque ipſorum voto deciſiuo; & tantùm eos poſſe accedere, vbi vota ſint paria, vel ſingularia. Cùm autem Examinatores ſint tres, non videtur poſſe dari caſus in quo vota ſunt paria; ſed dic Concilium loqui quòd poſſunt eſſe Examinatores non pauciores tribus, & ſic poſſunt eſſe plures; quo caſu bene dantur vota paria, ibi nó paucioribus quàm tribus, & ibi ad minus ſex: quòd ſi tres tantùm fuerint Examinatores, accedat Epiſcopus votis ſingularibus.

κ *Quorum votis.*] Accedit ergo Epiſcopus, vt ſuprà dictum eſt quando vota ſunt paria, vel ſingularia, aliàs non, & ita fuit reſolutum in vna Vicentina; ſed quia in eadem cauſa vnus fuerat approbatus à tribus, alter à duobus examinatoribus, & ſic à maiori parte fuit quæſitum quis præferatur, & fuit reſponſum quòd vtérque eſt pariter approbatus, quia quod à maiori parte fuit cenſetur factum ab omnibus, *l. quod maior. ad municipal.* Et hoc caſu bene poteſt Epiſcopus accedere cui vult; ſed quia ex hoc text. electio horum approbatorum pertinet ad Epiſcopum, qui quandoque eliget minùs idoneum moribus, vel præferet non graduatum graduato, non Preſbyterum Preſbytero, non Diœceſanum Diœceſano, quæſitum fuit, an detur appellatio ab hac mala electione, & fuit reſponſum, quòd ſic, & ita mandauit fieri S.D.N. in Bulla in Conferendis 15. Calend. April. 1566. & ita in eadem Vicentina fuit reſolutum per ſacram Congregationem.

λ *Omnes ad Sancta Dei Euangelia.*] De hoc iuramento, & qualitatibus examinatorum, vide Concil. Mediolan. *lib. 1. de offic. examinat. cap. 2. fol. 18.* Sarnen. *de viſitat. lib. 2. cap. 5. num. 5.*

μ *Simoniæ vitium.*] Imò nec alij examinatores aliorum beneficiorum quicquam accipere poſſunt ex Concilio Mediolanen. *lib. 1. de offic. exam. cap. 4. fol. 19.* & quot modis poſſit committi ſimonia in hoc examine tam per Epiſcopum, quàm per examinatores, ac etiam pro concurren. refert Quarantig. *de Simon. fol. 463.*

ν *Illi, & non alteri collatio.*] Tenetur enim Epiſcopus conferre beneficium præſentato à patrono, aliàs prouiſio erit nulla, *cap. ex inſinuatione, de iurepatronat.* Guido Pap. *deciſ. 374.* Roland. *conſ. 47. num. 22. volum. 1.* & ex pluribus præſentatis dignior præfertur: dignior autem dicitur conſanguineus nobilior oriundus; ex hoc loco pauperior doctior, Doctor in vtroque potiùs quàm in vno gradu, Canoniſta potiùs quàm Legiſta, ſenior reſpectu iunioris, quos omnes enumerat, & probat. Speculat. aur. *comm. opin. quæſt. 693. à num. 30. vſque ad fin. fol. 83.* Eligens autem dignum omiſſo digniori peccat, ſed non tenetur ad reſtitutionem. Commun. contr. comm. *quæſt. 659.*

ξ *Cum verò.*] In vacatione Parochialis Eccleſiæ cuius collatio ad inferiorem pertinet, examen, & electio perſonæ idoneæ edictorum appoſitio ſpectat ad Ordinarium ex hoc text. ex Congregationis ſententia.

ο *Quòd ſi iuſpatronatus.*] Laïcorum examen per concurſum non debet fieri in vacatione Parochialium, quæ ſunt patronatus laicorum, ſed ſufficit, quòd præſentatus infrà tempus iuris à patronis examinetur ab examinatoribus in Diœceſana Synodo deputatis, & idoneus iudicetur, prout hic ſtatuitur ex Congregationis declaratione. Si autem patronus indignum ſcienter præſentet, ex hoc text. non admittitur, ſed de iure priuabitur facultate illa vice præſentan. Lambert. *de iurepatronat. lib. 2. quæſt. 18. art. 4.* Sarn. *lib. 2. cap. 5. num. 7. & cap. 10. num. 10. de viſitat.* Quærebatur quid in iurepatronatus mixto, videlicet, in quo Eccleſiaſtici ſimul cum Laicis præſentant, videtur quòd ſit cenſendum, vt laicale, vt poſt Felin. *in tract. quando litteræ Apoſtolicæ, not. patr. column.* 4. & Roch. de Curt. *de iurepatronat. in ver. ius in 2. quæſt. acceſſoria ſeq.* Gig. *de penſ. q. 24. num. 3. tom. 4.* & in hoc caſu ſuadendum ratione, quod ſi haberetur, vt Eccleſiaſticum, laici vix poſſent præſentare, præſuppoſito concurſu, & ſic per indirectum amitterent iuſpatronatus, & licèt Ioan. de Silua. *in tract. de benef. quæſt. 11.*

*3.par.num.5.tom.4.*teneat quòd debeat cenſeri, vt Eccleſiaſticum, præſertim ſi inde reſultaret decus, vel commodum Eccleſiæ, per *cap.tuas, de arbitr.& cap.1.de iurepatron. in 6.* tamen me mouet valdè illa ratio ne laici retrahantur à fundatione, & propoſito caſu in Congregatione propter varietatem ſententiarum nihil fuit reſolutum; ego verò attenta patroni illa ratione, ſcilicet inde reſultaret decus, vel commodum Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticæ perſonæ, vt ſuprà dictum eſt per Doctor. Ioan.de Siluan.*num.*50. iudicio cenſendum potiùs Eccleſiaſticum; quòd autem ex hoc text.reſultaret decus, & commodum Eccleſiæ, vel Eccleſiaſticæ perſonæ patet, quia ſi mixtum habebitur pro Eccleſiaſtico retinebit Eccleſia, & Prælatus prerogatiuam indicendi examen per concurſum, & approbandi ſimul quod voluerit, ſecùs autē foret ſi cenſeretur pro laicali, & in hanc ſententiam deuenit ſacra Congregatio, ſub die nona Iulij, 1573.

* *Aliàs prouiſiones omnes.*] Ipſe etiam Epiſcopus damnationem incurrit, & tenetur Eccleſiæ læſæ damnum reſarcire. Rebuff. *de præuent.num.*10. *poſt cap.quod autem, & cap.ſignificaſti, de iurepatronat.* Sarnen. *de viſitation.lib.2.cap.5.num.*8.

Reſolutiones ſacræ Congregationis ad hoc cap. 18. ead. ſeſſ. 24.

Congregatio cenſuit Vicarios perpetuos in Parochialibus vnitis non eſſe præuio concurſu inſtituendos die 28. Aprilis, 1594.

Item, cenſuit Epiſcopum poſſe occurrente vacatione beneficij curati vocare, & admittere ad concurſum poſſidētem aliud beneficium curatum, ſed non ſine concurſu, & ſi obtinuerit beneficium per adeptam poſſeſſionem pacificam alterius curati, poterit Epiſcopus iterum apponere edicta pro concurſu faciendo pro primo illius beneficio Curato, 14.Iulij, 1594.

Item, cenſuit in collatione Canonicatus quamuis ei vnita ſit Parochialis non oportere facere examen per concurſum, die 30. Ianuarij, 1596.

Item, cenſuit reſignationem in fauorem certæ perſonæ non egere concurſu.

Item, Examinatores Synodales durare donec alij in Synodo deputati fuerint. Verùm ſi elapſo anno aliqui ex eis mortui fuerint, officium eorum expirare, die quinta Februarij, 1593.

Item, cenſuit à reprobatione examinatorum dari appellationem ad effectum deuolutiuum à die ſcientiæ, die quarta Maij, 1592. Concurſus debet fieri non obſtante quacumque conſuetudine. Congregatio ad Nuntium Venetiarum, & Epiſcopum ſanctæ Agathæ.

Item, cenſuit in vacatione Parochialium concurſum pertinere ad Epiſcopum loci, Collationem verò ad quem pertinebat Epiſcopo Lucanen. ſi ex approbatis ab examinatoribus, pro idoneis Epiſcopus eligat quem voluerit; Epiſcopo Lucan. A Grauamine in concurſu facto datur appellatio, & tunc vocantur partes ad concurrendum in vrbe, iuxta Bullam Pij V. Epiſcopo Interamnen.

Item, cenſuit in iurepatronatus mixto, id eſt Eccleſiaſtico, & ſæculari ſeruari formam Concilij per concurſum, Archiepiſcopo Bracaren.

Item, cenſuit Collationem factam de Parochialibus nō facto concurſu eſſe nullam, & deuolui prouiſionem ad Papam facto nouo concurſu; Epiſcopo Paleſtino, & Patriarchæ Aquileg.

Item, cenſuit Epiſcopum ſolum non poſſe deputare examinatores, ſed in Synodo, & examen ab eo factum eſſe nullum, & deuolui collationem ad Papam, ex Bulla Pij V. Archiepiſcopo Meſſanen. Item, pro Dignitate, cui auctoritate Apoſtolica, & acceſſoriè annexa eſt Parochialis, non debere fieri concurſum; Epiſcopo Conchen. Ex quatuor hebdomadariis, ſeu manſionariis quibus per hebdomadas inuicem diuiſas imminet animarum Cura, nemo tenetur ad examen per concurſum. Parmen. Quando permutantur duæ Parochiales in manibus Ordinarij nullum prorſus examen requiritur; ſi tamen adeſſet magna inæqualitas Parochianorum, vel permutantes non fuiſſent examinati eo tempore quo adepti ſunt Parochiales, tunc eos examinandos eſſe abſque concurſu. Compoſtellan. & Camerinen. Si verò permutatio ſit facienda coram Epiſcopo de beneficio ſimplici cum Parochiali, opus eſſe examine ratione Parochialis, ſed abſque concurſu.

Item, cenſuit, quòd ſi inſtitutio Parochialis Eccleſiæ, quæ iuriſpatronatus Eccleſiaſtici ſit, ad Epiſcopum pertinet ſpe-

ctare

ſtare eligere digniorem ex approbatis ab examinatoribus Synodalibus; ſi autem inſtitutio non ad Epiſcopum, ſed ad alium ſpectet, debere Epiſcopum eligere digniorem ex præſentatis à patrono: die vndecima Ianuarij, 1594. Eadem Congregatio cenſuit beneficia curata iuriſpatronatus Eccleſiaſtici eſſe conferenda præuio concurſu, ad eumque omnes qui concurrunt eſſe admittendos, tametſi à patronis non fuerunt præſentati. Ideóque appellationem præſentatorum ab ipſis patronis Eccleſiaſticis prætendentem, alium ad concurſum admitti non debere, dummodò aliàs legitimè inſtitutus, & habitus fuerit, impedire non potuiſſe, die vigeſima ſecunda Aprilis, 1599.

Item, cenſuit non pertinere ad examinatores, ſed ſolùm ad Epiſcopum iudicare, qui ex concurrentibus ad Parochialem vacantem ſit magis idoneus, die quinta Iulij, 1599.

Item, cenſuit Epiſcopum debere vacante Parochiali Eccleſia ſeruare formam examinis per concurſum, licèt eam velit conferre eius Vicario.

Item, cenſuit moriente aliquo ex examinatoribus, non poſſe Epiſcopum alium eligere in eius locum, ſed debet quanto citius poterit Synodum conuocare, & alios examinatores eligere; ad Epiſcopum Feſulanum, 17. Martij, 1578.

Item, cenſuit in Collatione Parochialium, quæ iure deuoluto conferuntur, ſeruandam eſſe formam examinis per concurſum, quia patronus non læditur, & quia ſublato obſtaculo præſentationis, & iuriſpatroni pro illa vice excluſi, res redit ad Ordinarij poteſtatem, die 27. Septembris, 1600.

Item, deputationem examinatorum poſſe probari in Synodo, tam per vota publica, & aperta, quàm ſecreta.

ADDITIO.

1 *Expedit.*] Vide Conſtit. Extrauag. Sum. Pont. & alia in hac materia relata à Steph. Quarant. *in conſ. Extrauag. commun. lib. 1. tit. de elect. 1. ſuper Collatione, fol. 95.*

2 *Dignus atque idoneus.*] Adeò quòd licèt patronus in fundatione, vt hic de conſenſu Epiſcopi, quaſcumque conditiones apponere poſſit, *ſeſſ. 25. cap. 5. cap. cum dilectus, de conſuet. cap. niſi, §. porrò de renunc.* non tamen valet conſuetudo de illiterato admittendo. Abb. *in cap. poſtquam, num. 2. de elect.* Sot. *lib. 3. de iuſt. & iur. quæſt. 8. artic. 2.* Clerici enim de iure diuino debent eſſe litterati, in *cap. extirpandæ, num. 3. de præbend.*

3 *Adminiſtretur.*] Aut per ſingulos alterius hebdomadæ. Rot. *diu. in nou. deciſ. 48. par. 1.* vel ſi Eccleſiæ duobus determinatè Cura demãdaretur, ibidem Conc. Oldrad. *conſ. 67.* qui nullum eorum Curatum dicen. cenſuit poſt Apulio. conſulentem, & licèt de hoc non ſatis clarè loquatur. Rot. *d. deciſ. 48. num. 7. & 8.* tamen ſub *num. 9.* dicit apertè Concilium hunc caſum continere, & conſ. Oldrad. locum habere poſſe in aliis in quibus verba non ſint ita clara, vt in *reg. de idiomat.* vbi Sarn. *quæſt. 11. num. 16.*

4 *Examere.*] Etiamſi aliàs examinati, & alicui Parochiali Eccleſiæ ab Epiſcopo præfecti fuiſſent. Caſſan. *in conſuet. Burgun. Rob. 4. §. 7. gloſ. 11. num. 45.*

5 *In Curia.*] Iſtud decretum Concilij procedit etiam in Beneficiis reſeruatis ratione vacationis in Curia, vt poſt Pariſ. *de reſign. benef. lib. 8. quæſt. 7. num. 12.* Gonzal. *d. gloſ. 6. num. 113.*

6 *Capitulorum.*] Fuit dubitatum, an Epiſcopus Curam animarum toti Capitulo Cathedralis Eccleſiæ incumbentem poſſit transferre per viàm Vnionis perpetuæ in certam perſonam, ſeu Dignitatem eiuſdem Eccleſiæ, & Congregatio die 9. Octobris, 1586. cenſuit non poſſe ſine conſenſu Capituli; & dicebam, quia vnio numquam ſortitur effectum, niſi poſt mortem Rectoris; ſed Rector eſt Capitulum quamuis Vicarius adminiſtret. Rom. *conſ. 325. num. 2.* quòd Capitulum numquam moritur. Abb. *in cap. gratum, num. 12. de poſtul. Prælat.*

Dum iſtud decretum præſcribit formam prouiden. Eccleſias Parochiales, iſta forma non eſt ſeruanda quatenus ſit contraria Conſtitutioni Pij V. in Bulla 46. quia eſt poſterior. Ita Gonzal. *ſuper reg. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 4. num. 53.*

In Beneficiis Curatis reſeruatis Sedi Apoſtolicæ vacantibus per obitum, puta in menſibus reſeruatis, Ordinarij proponent edicta concurſus, & ... Apoſtolica prouiſio fiat approba... bus in Synodo Dio...

fidem habeat ab Ordinario, vt in Conſtit. Pij V. ita Bulla 32.& ita Congregatio cenſuit, quam declarationem recenſet Pariſ. *de reſign.lib.6.quæſt.9.num.*103. & ſic paſſim practicari teſtatur Gonzal. *vbi ſuprà gloſ. 6.num.*112. ſi Beneficium Curatum iuriſpatronatus Eccleſiæ in menſibus Apoſtolicæ Sedi reſeruatis vacauerit, Epiſcopus ipſe nulla habita ratione patronorum debet edicta concurſus proponere, & idoneum eligere,ac Romam mittere cum fide ipſiuſmet Ordinarij à Sum.Pont. inſtituen. ſicut fit in aliis Curatis, quæ non ſunt de iurepatronatus, & ita Congregatio cenſuit,vt refert Gonzal.*d.gloſ.6.ſub dicto,num.*112.

7 *Epiſcopus ſtatim.*] Quid ergo ſi de Beneficio Curato à Papa quis prouiſus eſſet, & in prouiſione quoque Apoſtolica, hoc decretum locum voluit habere, Ror. *in nou.diuerſ.deciſ.*48.*par.*1. vbi deciſum fuiſſe dicitur,quòd prouiſio Apoſtolica ſine examinatione non valet, quamuis Papa ſciat hoc decretum aliàs cauere, niſi ei derogaſſet,vbi ibi,*num.*10.*&* 11.

Dum iſte text. loquitur de modo prouidendi Eccleſiæ Parochiali vacanti,habet etiam locum in Abbate Ordinario, & ita in cauſa inter Abbatem ſancti Fecundini, & Epiſcopum Legionen. à Rota deciſum eſt, & declaratur à ſacra Congregatione Cardinalium, vt teſtatur Flores Diaz. *var. quæſt.lib.*3.*cap.*23.*ſub num.*21.

8 *Vicarium.*] Hic eſt Commendatarius temporalis,qui non habet ius in Beneficio, nec facit fructus ſuos, ſed eſtProcurator, Nauarr.*de fil.Presbyt. conſ.* 40. *num.* 1. *&* 2. ſecùs in Commendis perpetuis.

9 *Præſcribendum.*] Hodie ergo non habet patronus Eccleſiaſticus ſes menſes, nec laicus quatuor ad præſentandum, vt olim, ſecundùm Annibal. Roch. *in tract.de viſit.in ver.laicorum, fol.*59.

10 *Examinentur ab Epiſcopo.*] Examinatio enim debet fieri per illum ad quem ſpectat, aliàs eſt nullius momenti, *cap.*1.*& cap. licet, de offic. deleg.* In edicto pro concurſu faciendo neceſſariò eſt apponendus dies præpoſiti edicti, vt ſciri poſſit, an intra terminum qui fuit examinatus, & hoc eſt neceſſarium ad examinis validitatem [illegible] terminum quem [illegible] andat Conſ[illegible] præfigi, ſit ad conuo- [illegible]ncurrere voluerint, & [illegible] debeant examinari, aliàs ſine die concurſus eſt defectiuus, vt per Seraphin.*deciſ.*26.*lib.*5.In vna Toletana Parochialis 3. Iulij 1595. vbi ait, quòd illa eſt forma, non ad officium, ſed præciſa,vt fuit dictum coram D. Gipſio in vna Volaterrana Parochialis 20.Maij. & ratio eſt ne per præuentionem vnius alij ſupplantentur.Concurſus eſt defectiuus ſi quis fuerit examinatus, & approbatus intra tempus pendentis termini in edicto præſcripti,Seraphin.*deciſ.* 26. *lib.*5. Concurſus eſt etiam defectiuus, vbi plures adſunt examinandi, & pro parte impugnante concurſum incumbit onus proban. adfuiſſe alios, qui concurrere volebant, & non fuerunt admiſſi, Seraph. *dicta deciſ.*26.& ita fuit reſolutum coram Orano in vna Carthaginen. Parochialis 9. Decembris, 1588. vbi etiam fuit dictum poſſe fieri examen pendente termino,quæ tamen videtur procedere,vbi alij non ſuperueniſſent, ſecundùm Seraph. *d.dec.*26.

Fuit dubitatum, an ſi intra tempus præfixum in edicto quæ in prouiſione Parochialium vacant. omnes qui volunt examinari,iuxta hoc decretum, & Conſtit.Pij V. vnus tantùm comparuerit, debeat is tranſacto dicto conſtituto tempore omninò examinari,vel proponendum ſit aliud edictum,vide *in lib.Dup.ſuper Concil.Triden. fol.*43.

Hoc decretum concurſus procedit etiam ſi Cura Eccleſiaſtica, vel Epiſcopo incumbere dicatur, & per vnum, vel plures adminiſtretur,vt ex verbis in principio huius decreti, ita etiam tenet Gonzal. *ſuper reg.*8. *Cancell.gloſ.*6.*num.*114.

11 *Renuncientur.*] Examinatores non ſolùm tenentur facere relationem de doctrina Beneſician. ſed etiam de aliis qualitatibus, nempè ætate, moribus,& aliis qualitatibus, vide in *lib.infor.ſuper Concil.fol.*683. *in vna Caſalen.*

12 *Eligat.*] Pius V. quadam ſua Bulla, quæ eſt 32. in Bullario, inter illas Pij V. limitat bene facultatem Ordinariorum ad quatuor menſes à die habitæ notitiæ,quibus elapſis reſeruat ſibi Beneficia Curam animarum habentia,aliàs Sedi Apoſtolicæ reſeruata, nec excuſentur Ordinarij ratione ignorantiæ,niſi fuerit veriſimilis, & probabilis,Rot.*diu.deciſ.*481.*par.*1.

13 *Eccleſiaſtici.*]Iuſpatronatus non dicitur Eccleſiaſticum, quando fuit creatum per

per fundationem, vel donationem factam de bonis propriis Clerici à Deo collatis, quando datum, vel reſeruatum laïco, debet ergo eſſe reſeruatum Clerico, & tunc intrat dubitatio, an illa bona fuerint acquiſita Clerico intuitu Eccleſiæ, vel aliunde. Guido. *decif.* 116.*incip.* Thom.Panuaticus,& Sarnen.*decif.*13.*dicit* quod iuſpatronatus creatum à Religioſo Beneficiato dicitur laicale, niſi probaretur dotatio de bonis Eccleſiaſticis.

14 *Indicabit.*] Licèt examinatio, & approbatio ad præſentandum competat Epiſcopo, electio tamen præſentandi pertinet ad patronum, qui poteſt etiam præſentare dignum omiſſo digniore,licet peccet omittendo digniorem,Nauarr. *conſ.*5.*de iurepat. in prima impreſſ.*neque patrono per hoc decretum derogatur, & quòd gratificatio præſentandi æquè idoneum pertineat ad patronum, etiam Eccleſiaſticum plenius,Nauarr.*conſ.*6.*de iurep.* vide volum,*vt ſupr.in ver.magis idoneum.*

Confert ad ſupradicta quod quædam imperantur, quædam verò ſuadentur: imperantur, quæ ſunt neceſſitatis, ſuadentur quæ ſunt vtilitatis. Vnde cum habere bonum Prælatum ſit neceſſitatis, habere meliorem ſit vtilitatis, eligere bonum iura præcipiunt, meliorem ſuadent; qua ratione non eſt infirmanda electio boni omiſſo meliore, aut digni omiſſo digniore. Aug. Triumph.*de pot.Eccleſ.quæſt.*3.*art.*4.

15 *Quòd ſi iuſpatronatus laicorum.*] Congregatio, ita cenſuit, vt inter *decif.num.*281. examen per concurſum non debet fieri in vacatione Parochialium, quæ ſunt iuriſpatronatus laicorum, ſed ſufficit quòd præſentatus à patronis examinetur à deputatis in Diœceſana Synodo,& idoneus iudicetur,prout hic ſtatuit Concilium.

16 *Appellatio.*] Hoc decretum procedit in Beneficiis Curatis, etiam iuriſpatronatus, tàm Eccleſiaſtici, quam laicorum non in ſimplicibus,in quibus locum habet text. *ſeſſ.* 7. *de Reform. cap.* 13. in quo huiuſmodi approbatio à grauamine examinatorum non tollitur, vt ibi Rota in *nouiſ.diu. decif.* 10.*num.* 1.*par.* 2. Conſtitutio tamen Pij V. permittit appellari poſſe à mala electione Ordinariorum ad Metropolitanum,vel viciniorem Ordinarium,aut ad Sedem Apoſtolicam, & hoc permittit quando Epiſcopus minus habilem, poſthabitis magis idoneis elegerit.

CAPVT XIX.

Expectatiuis hactenus conceſſis vti nulli fas eſto. Reſeruationes mentales, &c. nulli concedantur.

DEcernit ſancta Synodus. Mandata de prouidendo, & gratias, quæ *a expectatiuæ* dicuntur, nemini ampliùs, etiam Collegiis,[a] Vniuerſitatibus, Senatibus, & aliis ſingularibus perſonis, etiam ſub nomine indulti, aut ad certam ſummam, vel alio quouis colore 1 *concedi*, nec hactenus conceſſis cuiquam vti licere.[b] Sed nec reſeruationes mentales, nec aliæ quæcumque gratiæ ad vacatura, nec *β indulta* ad alienas Eccleſias, vel Monaſteria alicui, etiam ex ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, concedantur, & hactenus conceſſa, abrogata eſſe cenſeantur.

a Vide Seſſ. 25.c.9.

b Cap. 2. de Conc.præb.& c. deteſtanda, eo.tit. in 6.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

EXpectatiuæ ſunt omninò ſublatæ, etiamſi ſint factæ de conſenſu Ordinarij.

Item, Decretum de eſpectatiuis debet intelligi, vt ſonat ad litteram, nec poteſt extendi etiam ea identitate rationis.

Item, non poteſt erigi Canonicatus ſupranumerarius ad futuram præbendam.

Item, ſi eſt conſuetudo immemorabilis, vt in Eccleſia Salernitana, non eſt comprehenſa in hoc decreto.

Item, hoc cap. non habet locum in Eccleſiis Cardinalium, quas dimiſerunt reſeruato

ſeruato ſibi indulto, quia Concilium loquitur de Eccleſiis alienis, quæ nullo iure ad Cardinales pertinent.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a *Expectatiua.*] Quòd fuerint ſemper odioſæ, & quando potuerint concedi refert Papien. in Epiſtolis ſuis, *fol.58. col.2.*Rot.*par.2.deciſ.9. in fin.* Hinc Ordinarij non impediuntur ab expectatiuis, vti iure ſuo,Rot.*diuerſor. par.3. lib.3. deciſ. 537. num. 11.* Fuit dubitatum an ereatio in Canonicum ſupranumerarium cum ſpe futuræ præbendæ ſit ſpecies expectatiuæ, & ideò reuocata per hunc text.Rot.*deciſ.445. aliàs 16.in nou.*diſputauit hoc ad vtramque partem,ſeq. Staphil. *de litter. grat. & expectat.fol.7.*Put.*deciſ. 378. lib. 2.* Tu dic quòd non eſt ſpecies expectatiuæ, & ſic non reuocatæ,accedente præſertim confirmatione Apoſtolica, & ita fuit reſolutum in Congregatione in vna Vercellen. ſed Illuſtriſſimus Cardinalis Vercellen. adhuc inſiſtit contra ſupradicta, vt in eius informationibus.

β *Indulto.*] An habeat locum iſte text. in Eccleſiis Cathedralium, quas dimiſerunt, reſeruato ſibi indulto, & licèt Rota dubitauerit, Congregatio tamen cenſuit quòd non; quia Concilium intellexit de Eccleſiis alienis, quæ nullo iure ad eos pertinebant, ſub die 17.Martij,1575.An autem reſeruationes ſint odioſæ, & ideò reſtringendæ cùm iter aperiant ad vacaturam,& ordinariæ poteſtati nimis graue præiudicium afferant, an verò ſint fauorabiles propter Sedis Apoſtolicæ auctoritatem in vtramque ſentētiam ſcripſerunt. Ancharan.*conſ.297.efficacibus.*Geminian. *conſil.136.* Calder.*conſ. 10. An reſeruatio in fine de præbend.*Pariſ.*conſ.19.num.4.lib.4.* Dec.*in cap.1. num.6.de elect.* Gambar. *de leg.lib.3.nu.194.* Mohedan.*deciſ.140.*Lap.*alleg.26.*Prob.*in addit.ad gloſ.pragm.ſanct. cap.licet de elect. ver. cauſa,num.5.* Caſſad. *deciſ. 4. de conſtitut. in fin.*Menoch.*tom.3.conſ.335.num.8.*

ADDITIO.

1 *Concedi.*] Hoc decreto expectatiuæ pœnitus abrogantur, quia ſunt odioſæ, præiudiciales, & execrabiles, Rot.*diu.par. 2.deciſ.9.num. 27.*

CAPVT XX.

Cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, in prima inſtantia coram Ordinariis locorum cognoſcantur, & infra biennium terminentur, ex quo licebit, ad alium iudicem appellare, imò & antè in aliquo caſu. Cauſas Matrimoniales, & criminales ſolus Epiſcopus cognoſcat, etiam caſu quo conuertitur de huiuſmodi cauſæ cognitione: & Legati de latere non procedant contra Clericos aliáſve perſonas Eccleſiaſticas, niſi Epiſcopo prius requiſito, & negligente. Agitur de expenſis Actorum, & mercede Notarij copiam Actorum dantis appellanti, &c.

a CAuſæ 1 omnes, ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, etiam ſi beneficiales ſint, 2 *in prima inſtantia*, coram β 3 *Ordinariis* locorum duntaxat 4 *cognoſcantur*: atque omninò, ſaltem intra biennium à die motæ litis,[a] terminentur: alioquin poſt id ſpatium liberum ſit partibus, vel alteri illarum 5 *iudices ſuperiores*, aliàs tamen 6 *competentes*, 7 *adire*, qui cauſam in eo ſtatu, quo fuerit, aſſumant, & quamprimùm terminari curent, nec antea aliis committantur, nec auocentur: neque appellationes ab eiſdem interpoſitæ γ *per Superiores* quoſcumque recipiantur;

a Infr. Seſ.vl. de refor.c.10. in fin.

piantur; eorúmve commiſſio, aut inhibitio fiat, niſi à definitiua, vel à definitiuæ vim habente, & cuius grauamen ſ *per appellationem* à definitiua reparari nequeat, t *Ab his excipiantur* cauſæ, quæ [b] iuxta Canonicas ſanctiones apud Sedem Apoſtolicam ſunt 8 *tractandæ*; vel quas ex vrgenti, rationabilíque cauſa iudicauerit ſummus Romanus Pontifex per ſpeciale reſcriptum Signaturæ Sanctitatis ſuæ, manu propria ſubſcribendum, committere. ζ *Ad hæc*, 9 *cauſæ Matrimoniales*, & criminales, non Decani, Archidiaconi, aut aliorum 10 *inferiorum iudicio*, etiam viſitando, *n ſed Epiſcopi tantùm* 11 *examini*, & iuriſdictioni relinquantur; etiamſi in præſenti inter Epiſcopum, & Decanum, ſeu Archidiaconum, aut alios inferiores ſuper cauſarum iſtarum cognitione lis aliqua in quacumque 12 *inſtantia pendeat*: coram quo ſi pars verè paupertatem probauerit, non cogatur extra prouinciam, nec in ſecunda, nec in tertia inſtantia in eadem cauſa matrimoniali litigare; niſi pars altera, & alimenta, & expenſas litis velit ſubminiſtrare. Legati quoque, etiam de latere, Nuncij, Gubernatores Eccleſiaſtici, aut alij quarumcumque facultatum vigore, non ſolùm Epiſcopos in prædictis cauſis impedire, aut aliquo modo eorum iuriſdictionem iis præripere, aut turbare non præſumant; ſed nec etiam contra Clericos, aliáſve perſonas Eccleſiaſticas, θ *niſi Epiſcopo prius requiſito*, eóque negligente, procedant: aliàs eorum proceſſus ordinationéſve nullius momenti ſint, atque ad damni ſatisfactionem, partibus illati, teneantur. Præterea, ſi quis in caſibus à iure permiſſis appellauerit, aut de aliquo grauamine conqueſtus fuerit; ſeu aliàs ob lapſum biennij, de quo ſuprà, ad alium iudicem recurrerit; teneatur: 13 *acta omnia*, coram Epiſcopo geſta, ad iudicem appellationis expenſis ſuis 14 *transferre*; eodem Epiſcopo priùs admonito, vt, ſi quid ei pro cauſæ inſtructione videbitur, poſſit iudici appellationis ſignificare. Quòd ſi appellatus compareat; cogatur tunc is quoque actorum quæ tranſlata ſunt, expenſas, proportione ſua, ſi illis vti voluerit, ſubire; niſi aliter ex loci conſuetudine ſeruetur, vt ſcilicet ad appellantem integrum hoc onus pertineat. Porrò ipſam actorum copiam teneatur Notarius, congrua mercede accepta, appellanti quantociùs, & ad minùs intra menſem exhibere. Qui Notarius ſi in differenda exhibitione fraudem fecerit; ab officij adminiſtratione arbitrio Ordinarij ſuſpendatur, & ad dupli pœnam, quanti ea lis fuerit, inter appellantem, & pauperes loci diſtribuendam, compellatur. Iudex verò, ſi & ipſe impedimenti huius conſcius, particépſve fuerit, aliterve obſtiterit, ne appellanti integrè acta intra tempus tradeteutur; ad eandem dupli pœnam, prout ſuprà, teneatur: non obſtantibus, quoad omnia ſuprà ſcripta, ι *priuilegiis*, indultis, concordiis, quæ ſuos tantùm teneant auctores; κ *& aliis quibuſcumque* 15 *conſuetudinibus*.

b Cap. nec licuit, 17. diſt. c. maiores, de bapt. Vigil. Papa in Epiſt. ad Eutherum infr. & Pelagius 2. in 1. Epiſt. circa fin. cum ſim.

Kkk DECLA

DECLARATIONES CARDINALIVM.

NVncius Apoſtolicus poteſt cognoſcere cauſas in prima inſtantia de conſenſu partium, & Ordinarij.

Item, quando appellatur à ſententia Epiſcopi, quam tulit, etiam vt delegatus Papæ, ex Concilio nil eſt derogatum auctoritati Metropolitani, *cap. licet, de offic. Ordin.*

Item, Metropolitanus poteſt admittere oppoſitiones à ſeruitiis Suffraganei ſequuta forma Concilij, & in caſibus ab eo permiſſis, ſecùs non; ſed reprehenditur.

Item, Metropolitanus ſi ad eum appellatur in cõcernentibus executionem Concil. Tridentini, debet abſtinere à cognitione earum.

Item, quando quis impeditur ne per Breue capiatur poſſeſſio Beneficij, cauſa etiam in prima inſtanti poteſt tractari in Vrbe, quia A.C. eſt Iudex competens.

Item, Decani, Archipreſbyteri, Abbates, qui ſunt nullius Diœc. poſſunt cognoſcere cauſas in hoc decreto prohibitas, ſecus ſi non ſunt exempti, ſimiliter iidem poſſunt cognoſcere cauſas criminales, & matrimoniales, ſi ex immemorabili conſuetudine conſueuerunt, quia Concilium hoc non abſtulit, ſed dum probatur hæc immemorabilis cognitio ſpectat ad Epiſcopum.

Item, Decani, Archidiaconi, & alij ſi habent aliquod emolumentum pro benedictione annuli pro matrimoniis, vel pro ſimilibus, per hoc cap. non præiudicatur eis, ſaluo *cap. 1. ſeſſ. 24. de Reform. matr.*

Item, ſtante immemorabili Archidiaconus poteſt cognoſcere non ſolùm prætericas cauſas, ſed etiam beneficiales, ſic dum probatur immemorabilis cognoſcantur ab Epiſcopo.

Item, hoc decretum valet etiamſi ſint exempti Archidiaconi; & Præpoſiti.

Item, Abbas habens pleno iure iuriſdictionẽ temporalem, & ſpiritualem, poteſt cognoſcere de cauſis matrimonialibus.

Hoc caput non procedit in Conſeruatoribus Vniuerſitatum, & aliorum, nec de Regularibus.

Item, ſi intra duos annos non ſtat per iudicem quin cauſa finiatur, hoc cap. non habet locum, ſecus ſi per cauillationem partium. Vide multa in ſcriptis Innocentij Octaui.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α Cauſæ *omnes.*] Rot. intelligit hunc text. procedere tantùm in beneficialibus cauſis, ſed ſignatura partim obſeruat illum tam in beneficialibus quàm in profanis, vt prima inſtantia cognoſcatur, ſiue ab Epiſcopo, ſiue à Dominis temporalibus. Imò Congregatio cenſuit cauſam eſſe criminalem aduerſus Clericum quamuis conſentientẽ non poſſe abſque ſpeciali commiſſione Papæ ſignata in prima inſtantia à Domino Auditore Cameræ cognoſci, niſi Epiſcopus quoque conſentiat, die 31. Maij, 1597.

β *Ordinariis.*] Sed an ſi partes renuncient huic fauori, poſſit cauſa agitari coram iudice appellationis, vel alio ſuperiore, videtur quod ſic, per *tex. in cap. ſtatutum. §. rum verò, de reſcript. in 6.* iuncta gloſ. *in ver. non omittatur.* quam ſequuntur DD. & Imol. vbi licèt in fine cap. adſit clauſula annullans, tamen poſſunt illi text. partes renunciare, & ita firmat per multa Felin. *in cap. rum dilecta, in 6. ampl. num. 7. verſ. caue,* & quia *de ſcript. facit Clem. cauſam de elect.* vbi gloſ. *in ver. deuoluta.* Rot. *deriſ. 1. de elect. in nou.*

γ *Per Superiores.*] Et ſic Archiepiſcopus non debet ſe ingerere in prima inſtantia cauſarum, quæ agitantur coram eorum Suffraganeis, ex Congregationis ſententia, per *cap. 1. de offic. Ordin. in 6.* Verall. *par. 1. deciſ. 34.*

δ *Per appellationem.*] Modus ſeruandus à Metropolitanis in cauſis appellationum ex decreto Congregationis Epiſcoporum 1601. Romæ ad tollendas ambiguitates, & controuerſias iuriſdictionis, quæ inter appellationum, & Prioris inſtantiæ Iudices non ſine partium diſpendio, curſuſque iuſtitiæ impedimento, ac ſæpè cum ſcandalo oriuntur; ſacra Cõgregatio cauſas ipſorum Epiſcoporum propoſitas, facta priùs relatione Sanctiſſimo Clem. Papę Octauo, ac de Sanctitatis ſuæ mandato viuæ vocis oraculo deſuper habito in hunc qui ſequitur modum ab omnibus ad quos ſpectat

ctat, in poſterum ſeruari debere mandauit,& mandat.

Metropolitani, Archiepiſcopi, Primates, aut Patriarchæ in Suffraganeos eorúmve ſubditos non indicent, niſi in caſibus à iure expreſſis. Item, nec alij quiuis Superiores etiam Nuncij, ſiue Legati de latere ſpecificam facultatem maiorem non habentes cauſas in Curiis Ordinariorum,vel aliorum inferiorum Iudicum pendentes ad ſe non auocent, niſi per viam legitimæ appellationis ad ipſorum Tribunalia deferantur, tuncque appellantes ab inferiorum iuriſdictionibus quoad alias cauſas eximere non poſſint.

Appellationes numquam recipiantur, niſi per publica documenta, quæ realiter exhibeantur, priùs conſtiterit appellationem à ſententia definitiua, vel habentem vim definitiuæ, aut à grauamine quod per definitiuam reparari non poſſit in caſibus à iure non prohibitis per legitimam perſonam, ac intra debita tempora fuiſſe interpoſitam,ac proſequutam.

Dudum autem coram inferioribus iudicibus pendent ante definitiuam ſententiam,vel vim definitiuæ habentem de grauamine illato Superiores cognoſcere non valeant, licèt citra præiudicium curſus cauſarum ſe id facere conteſtentur,nec ad hunc effectum, licet eis inhibere,aut ſimpliciter mandare, vt ipſis copia proceſſus tranſmittatur etiam expenſis appellantis.

Inhibitiones poſt appellationem, vbi permittitur, receptam non concedantur, niſi cum inſertione tenoris ſententiæ, aut decreti definitiui, aut vim definitiuæ habentis, vel damnum per definitiuam irreparabile continentis; aliàs inhibitiones, & proceſſus, & inde ſequuta quæcumque ſint, ipſo iure eiſque impunè non parere liceat.

Si appellans afferat ſententiæ,aut appellationis examen culpa Iudicis, à quo, vel actuarij habere non poſſe, non ideò recipienda erit appellatio, aut aliqua inhibitio concedendi, ſed eis tantùm ad quos pertinet, iniungi poterit, vt ſoluta condigna mercede, ac tunc examen authéticum appellanti intra breuem aliquem terminum competentem tradatur, caueat Iudex à quo ne ſi verè appellatum fuerit,in cauſa appellabili interim aliquid in præiudicium appellantis attentet; & ſi per actum publicum, aut per teſtium depoſitionem conſtiterit acta denegari appellanti, tunc Iudex appellationis in mandato tradendo acta poſſit adiicere,ne interim aliquid noui contra appellantem attentetur.

A ſententia etiam definitiua contra verum contumacem prolata appellatio recipiatur, nec inhibitio, aut alia quæuis prouiſio quamdiu appellans in huiuſmodi vera contumacia perſtiterit, concedatur.

Ab exequutione decretorum ſacr.Concil.Trident.aut Viſitationis Apoſtolici appellationes à Metropolitanis non recipiantur; nec etiam quando Epiſcopi virtute eiuſdem ſacri Concilij procedant, vti Sedis Apoſtolicæ delegati in cauſis quæ ſub eorum iuriſdictione ordinaria non comprehendantur, ſaluo tamen hoc caſu Legatorum,& Nunciorum Apoſtolicorum auctoritate.

In cauſis verò viſitationis Ordinariorum, aut correctionis morum, quoad effectum deuolutiuum tantùm appellationes admittantur, niſi de grauamine per definitiuam irreparabili agatur, vel cùm Viſitator citata parte, & adhibita cauſæ cognitione iudicialiter procedit, tunc enim appellationi locus erit, etiam quoad effectum ſuſpenſiuum.

Cum à grauamine quod per definitiuam reparari nequit, vt indebitæ carcerationis, vel torturæ, aut excommunicationis comminatæ appellatur, non niſi viſis actis in quibus euidenter apparet de grauamine appellatio admittatur.

Cauſâ appellationis pendente,appellans in eodem quo reperitur carcere permanebit, quoad Iudex, ad quem appellatum eſt viſis actis,& cauſa cognita aliter decreuerit,& tunc ſi à Iudicis ad quẽ decreto vim definitiuæ habente fuerit appellatum nihil mandare, aut pro ſui decreti exequutione attentare poterit,donec per Iudicem Superiorem aliud fuerit ordinatum, acta originalia proceſſuum primæ inſtantiæ ad Iudicem appellationis Notarius mittere non cogatur, niſi probabilis aliqua falſitatis cauſa, aut ſuſpicio incidat,quæ iudicialiter obiiciatur,& tunc terminata cauſa remittenda ſunt ad Ordinarium, vt in ſuo archiuio conſeruentur.

Cenſura Eccleſiaſtica in appellantem prolata, aut nulla declarari per Iudicem appellationis non poſſit, niſi auditis parti-

bus, & cauſa cognita, tumque ſi conſtiterit eam iuſtam eſſe ad Iudicem qui excommunicauit appellans, remittendus eſt, vt ab ipſo iuxta ſacros Canones beneficium abſolutionis, ſi humiliter petierit debitámque emendationem præſtiterit obtineat; ſi verò iniuſtam eſſe clarè appareat Superior abſolutionem impendet, ſi autem dubitetur, honeſtius eſt ad excommunicatorem intra breuem aliquem terminum eidem præfigendum, abſoluendus remittatur, licèt etiam Superior hoc caſu idipſum per ſe præſtare iure poſſit.

Abſolutio ad cautelam, nonniſi parte citata, & viſis actis cum dubitatur de nullitate excommunicationis ab homine prolatæ, vel à iure ſi occurrat dubium facti, vel probabile dubium iuris, concedenda erit, tuncque ad tempus breue cum reincidentia, & præſtita per excommunicatum cautione de parendo iuri, & mandatis Eccleſiæ tantùm, etſi iuxta formam à iure præſcriptam apparebit aliquem ob manifeſtam offenſam excommunicatum fuiſſe debitam ſatisfactionem præſtare, ſi verò ob contumaciam manifeſtam expenſas quoque reficere, ac inſuper cauere de iudicio ſiſti coram excommunicatore quis tenebitur priuſquam ad cautelam obſeruatur.

c *Ab his excipiantur.*] Per hæc verba, videtur quòd ſint excepta beneficia generaliter reſeruata, vt Lateranen. 3. ſub Leone X. *ſeſſ.* 10. in Bulla Leonis, *fol.* 650 *tom.* 4. Concil. hinc dico etiam quòd ſub hac exceptione comprehenduntur cauſæ maiores, vt ſunt quæſtiones de fide 24. *quæſt.* 1. *cap. quoties de baptiſ. cap. maiores.* Item, depoſitiones, ceſſiones, tranſlationes, poſtulationes Prælatorum, & caſus ſimiles enumerati per gloſ. & ſcriben. *in cap. quod tranſlationem, de offic. deleg.*

Item, declaratio iuris diuini, & Canonici, *cap. multis, d.* 17. *Prepoſ. d.* 16. *cap. ſicut, & diſ.* 17. *nec licuit*, refert, ac firmat Dec. *in cap. cùm veniſſet ver.* 2. *concl. de iud.*

Item, ſi agatur de interpretatione geſtorum in Conciliis generalibus 25. *quæſt.* 1. *cap. ex his* 24. *quæſt.* 1. *cap. quoties*, quia ſtante dictarum cauſarum difficultate vix per inferiores reſolui poſſunt. Præpoſ. *in d. cap. multis, diſt.* 17. per illum text. *& cap.* 1. *de iuram. calumn.* vbi Abb. motus eſt ea ratione, quia eius eſt interpretari cuius eſt cōdere.

Item, vbi agatur de interpretatione litterarum Apoſtolicarum quæ concernat validitatem, vel inualiditatem ipſarum litterarum, dumtaxat, idem dicetur *cap. cùm veniſſent, de iudic. cap.* 1. *&* 2. *de confirmat. vtil. vel inutil.* cuius dicti rationem affert Ancaran. *conſ.* 224. Iſte Dominus, quia factum Superioris inferior non poteſt reſcindere, & conſequenter, neque ab iis cognoſcere quæ deducuntur coram eo, ad fin. reincid. *d. cap. cùm veniſſent*, & idem Ancaran. *conſ.* 54. circumſcriptis verbis dicit, cùm ſuper nullitate prouiſionis aliqua cognitio requiratur, videtur de iure ſuper hoc Papam eſſe adeundum, non autem ab Ordinario factum Papæ poſſe reprobari.

Item, omnes cauſæ electionum Cathedralium, & maiorum Eccleſiarum, *cap. quamuis, de electiion. in* 6. ac etiam Eccleſiarum regularium, *cap. ſi poſtquam, eodem tit. in* 6. quas cauſas appello, ſiue iudiciales, ſiue extraiudiciales, deuoluitur ad Sedem Apoſtolicam, vt habetur in litteris prædictis, *in cap. cupientes eod. tit.*

Item, cauſæ in quibus agitur contra Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & alios Apoſtolicæ Sedis Officiales actu ſuis officiis in Curia inſtituentes, vt habetur in Extrauag. *cum Matth.* quæ eſt Ioann. 22. *in tit. de hæret. Canonizata.*

Item, vbicumque Papa in ſuis litteris deputauit certos executores, alij præſertim inuito imperante non poſſunt ſe intromittere, vt probat Bald. *in cap.* 1. §. *ſi facta ver.* 10. *quæro ſi de feud. fuer. controuer. inter Dom. & Agnat.* & ibi Afflict. *col. final.* addit iura concordantia, quam Baldi ſententiam refert, & ſequitur Felin. *in cap. dudum columm. final. de præſumpt.* Quinimò idem Bal. *in l. ſi. vt proprius la prima. C. quom. & quand. ind. colum.* 3. probat, & tenet quod poſtquam Papa delegauit cauſam Ordinariis, non poteſt in ea ſe intromittere, etiamſi delegatio per mortem delegati, idque probatur ex *l. illa, & in cap. paſtoralis.* §. *præterea, de offic. Ordinar.* & hanc Bald. doctrinam ſeq. Salicet. *ibi* & Franc. *in cap. vt noſtrum, colum. vltim. de appell.* omnes cauſæ prædictæ comprehenduntur ſub verbis Concilij, in illa exceptione ab his excipiantur cauſæ, verùm aliquæ aliæ ſunt cauſæ, quæ non comprehenduntur ſub verbis Concilij: nam vt patet in principio, Concilium intellexit tantùm de cauſis ordinariis

dinariis habentibus inſtantias, & requirentibus ſententias,& admittendas appellationes, quæ cùm non conueniant cauſis exequutiuis, vt ſunt exequutiones obligationum Cameralium, exequutiones rerum iudicatarum, exequutiones litterarum Apoſtolicarum ſuper aſſignatione penſionis, & ſimiles, vt colligitur ex quotidiano vſu, & ex dictis Bartol. *in l.litib.colum.2.in fin.C.de agricol. & conſ.* & ibidem Ioann.de Plat.*colum.4.in princip.* & Bald.*in l. conſentaneum.C.quom.& quand. iud.* & latiùs *in l. 1.§.hu videtur.§.ſi quis ius dicen.non obſtat.*

[*Ad hæc.*] Cauſæ matrimoniales, & criminales ea ratione, quia graues ſunt,vt not. [illegible] *cap.cum matrim. de offic.deleg.& ſeq.* [illegible] *princip.ſi pro debilitate, num. 35. eod. tit.*Ferrett.*conſ.196.num.2. & ſeq.* excipiuntur tamen decreto Cõcilij Abbates in ſuos plenã iuriſdictionem habẽtes,qui licèt ſint inferiores Epiſcopo, ſunt tamen digni, vt eis cauſæ huiuſmodi committi poſſint, & ab eis terminari, & ita cenſuit Congregatio Illuſtriſſimorum his rationibus, quia non eadem ratione Abbates ſunt inferiores Epiſcopis, ſicut Decani,& Archidiaconi, quod patet, cùm Abbates de quibus agitur, habeant dignitatem excellentem, & primam poſt Pontificalem. Bald. *in cap. paſtoralis* in gloſ. *in ver. ſuperiores, de offic. deleg.& ſeq.*ibi Felin.*column.4.*Lap.*alleg.84. num.15.ver. Item Abbatia.* vbi voluit Abbatiam eſſe in primo Dignitatis gradu, per *text.in cap. deinceps 16.quæſt.* . . . maximè ſi ſint Abbates habentes iuriſdictionem ordinariam, & Epiſcopalem priuatiuè ad Epiſcopos per doctr. Abb. *in Clem. Diœc.de vit.& honeſt. Cleric.* qui definit quod etiam in materia noua, & inferendum præiudicium appellatione Diœceſani veniunt inferiores habentes ſupradictam iuriſdictionem.

Item, quia olim in cauſis huiuſmodi reſcribebatur aliis ſuperioribus, vt de Archidiacono habetur in *cap.litteris*, & ibi not. *de reſtit. ſpoliat. ac de Archipresbyt. per text.in cap.1.* tùm ibi not. per gloſ. *in ver. coram Archipresbytero,de conſangui. & affin.* de Præpoſito per *cap. propoſuiſti. de probat.* de Abbat. *per cap. 1. & 2. de eo qui duxit in matrim. quam poll. cap.ex parte de ſponſ. cap. accedente, de exceſſ.Prælat.* & *cap.1. de conſang. & affin.* ex quibus iuribus colligitur ſatis eſſe ſi norunt leges Canonum, & habeant iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam, vt poſſint eis huiuſmodi cauſæ committi.

Item, quia cauſæ criminales, & matrimoniales propter eorum arduitatem à pari procedunt, *cap. 1. de reſtit. in integr.* Accurſ. *in l.3. §. quicumque, de iureiuran.* vbi Bartol.Paul. de Caſtr.Alex.& alij, Bald. *in cap.ad noſtram, columnn. prima, de probation.* per quæ arguit ad multa Paul. Moron. *in conſ.86.in princ.inter conſ. crimin.*Ioan.Bapt. Zilet.& probatur ex text.Conc.hic, quare ſi criminales eis committuntur, ergo & cauſæ matrimoniales pariter ſunt committendæ.

Item, quia vitanda eſt Canonum,& Legum correctio, quæ niſi expreſsè facta reperiatur, non debet facilè intelligi vulg. *l.præcipimus.C.de appellat.l.ſancimus.C. de teſtam.cap.cum expediat,de elect.in 6.*Alex.*conſ. 25.num.14.volum.5.& in conſ.13.volum.2.*nec per ſubauditiones, aut tacitos intellectus inducitur correctio,vt dicit gloſ.*in cap.cupientes,§.quod ſi per 20.de elect.in 6.*not.Bar. *in l.cùm oportet,de bon.quæ lib.& in l.2.C.de ſuis,& legit.*Hæc per dictionem taxatiuam inducitur per text. cum gloſ.*in l.ob æs.C.de præd.minor.*Bart.*in l. 3. §. cum Titio,de adimen.leg.*& not.Doct.*in l. 1. C. de bon. poſſeſſ. contr.tab.*

Non obſtant verba Concilij hoc eodem text. ibi aliorum inferiorum, quorum virtute veniunt omnes illi, qui ſunt Epiſcopis inferiores, & in ſpecie Abbates,*authen.habita, C.fil.* pro parte argumento ſumpto ab ordinatione litteræ, & *cap.2.*vbi not. Dec. *num.5. de iudic.* & *in cap. per tuas, il primo,* cum ibi not. per Doct. de Simon. & colligitur ex gloſ. *in cap.cum ab Eccleſiarum, in ver.Eccleſia,de offic. Ordin.*not. Doct. *in cap. auditis de præſcript.* verba enim generaliter prolata ſunt intelligenda, *l. 1. in fin. C. de dot.promiſſ.l.1.§. cum vrbem,de offic.Præfect. vrb.l.iuriſgentium.§.ſine autem,ff. de pact. & l.1.§.generaliter,cum ſimil.de leg. præſt.* Quia dictio aliorum infert omnimodam ſimilitudinem ad expreſſa tantùm. Bald. *in l. ſi fugitiui,columnn.vltima.C.de ſeru. fugit.* & *in l.conuenticula column.4.C.de Epiſcop.* & Cleric.Bart. *in l.ſed & ſi probari, in princip. columnn.1.de excuſat.tut.*Bero. *conſ. 41. num.10. volum.1.*& *conſ.51.num.29.*& *in conſ.24.num. 14.volum.3.* ſed ſuprà expreſſi fuerunt Decani, & Archidiaconi qui ſunt inferiores

Epiſcopis,& quoad legẽ iuriſdictionis, & quoad obedientiã,quàuis pręſtare tenẽtur, cuiuſmodi ſunt Abbates de quibus agitur.

Item, poteſt aliter reſponderi,videlicet quòd vbi ſunt enumeratæ minores, vel inferiores perſonæ, non poſſunt poſtea ſub generali clauſula quæ ſequatur,maiores,& ſuperiores comprehendi, *cap. Sedes*, & ibi Ant.de Butr.*num.*10.*de reſcript.*Bero. *in cap.* 1. *de iudic. num.* 205. etiamſi dixiſſet text. omnium aliorum, quia per hæc verba generalia, non veniunt maiora, vel grauiora quam expreſſa fuerint per text. *in cap. non poteſt,de procur.*& *l.final.*§. *cui dulcia de vin. trit.& cib. ſeq.*

Item, poteſt tertiò replicari quòd ſæpè Concilium conſueuit, vt iiſdem verbis, & tamen ſub eis non veniunt Abb.vt *in cap.*3. *ſeſſ.*24. & *cap.*14. *ſeſſ.* 25. quare arguendo à ſolitis,& à ſtylo loquendi idem dici oporteret hoc caſu ad Nicol. Euerard. *in Catalog.locorum legal.loc.* 104. *&* 105. Minùs obſtant alia verba Concil. ſed Epiſcopi tantùm examini, & iuriſdictioni relinquantur, cùm natura dictionis taxatiuæ ſit ponere quod affirmat, & præter id quod ponit omne aliud excludit, *l.*2. *C. de patr. qui ſil.diſt.*10.*l.conſuetudines,& regul.iur.*Bartol. *in l.vnica,ff.ſi quis ius dic.non obtemp.*bonus text.*in cap.cùm Eccleſia Sutrina, de cauſ.poſſeſſ.& propriet.*& *in cap.contingit.* & ibi Felin.*de fid.inſtrument.* Quia verba ſequentia reſtringuntur ad præcedentia, quando ad illa veniunt continuatiue.*l.talis ſcriptura,*& ibi Bartol.*de leg.*1.Abb. *in cap.*2. *requiris, de appell.*Bero.*conſ.*176.*num.*53.*volum.*1.

Item,quando verba priùs poſita habent certam ſignificationem, non debent per ſequentia recipere declarationem. Bald.*in l.*1.*C.de leg. hæred.*Bart. *in l.final.de reb.dub.* Magis conueniens eſt, vt præiudicia influant in ſubſequentia quàm è contra. Bartol.*in l.quiſquis,de legat.*3.Iaſon.*in l.pacta de pact.*Roman.*conſ.*104.Bero. *conſil.*77.*num.*18. *vol.*2.præterea in dubiis verbis interpretatio facienda eſt contra Epiſcopos in quorum fauorem ſunt prolata, *l.Veterolus.*vbi Doct.*de pact.l.cùm in l.venditionis, de contrahen. emptio. cap. ex litteris, de ſponſal.cap. contra cùm de regul. iun. in* 6. Alex. *conſ.* 45. *num.*4.*volum.*5. Præſertim cùm nullum per hoc fiat Epiſcopis præiudicium; ſed quia præiudicium fit Abbatibus,quibus erat ius quæſitum, argum. *cap.in his de priuileg. cap. ſuggeſtum,*& *cap.dudum,*vbi gloſ.*in ver.nullatenus,de decimis*, & in terminis huius taxatiuæ. Bero.*conſ.*110.*num.*9.*&* 10.*volum.*1. Vltimò reſpondetur, quòd per iſtam dictionem taxatiuam non excluduntur ſimiles Epiſcopis, & vbi ſit par vel maior ratio,argum.gloſ. *ſing.in l.ſi mora.ff.ſolut. matrim.*Iaſon.*in l.*1.*column. penult. de offic. eius quod ampliatur*, etiamſi illa dictio eſſet geminata.Alex.*conſ.*130. *num.*2. *volum.*4. & ſunt ſimiles Abbates Epiſcopis quoad iuriſdictionem, & qua arguitur,vt per gloſ. *in cap.ſi contr. in fin.*& *cap.fin. de offic.deleg. in* 6. & habetur per Abb. & Doct. *in cap. conſtitutis, de appell.* & *in cap. tranſlate eod. tit.* & ſatis eſt eſſe aliquid aliud ſimile quoad alia argumenta eorum,quæ habentur, *in l. quod nerua, depoſ.* & per gloſ. *in auth. itaque, C. commun. de ſucceſſ.* & in terminis ab Abbate habente Epiſcopalem iuriſdictionem ad Epiſcopos, argum. vt per gloſ. *in Clem.*1.*de reb.Eccleſ. non alienan.* Federic.de Sen.*conſ.*14.*num.*4.Abb. poſt Ioan. Andr.*in cap.Ioannes,de teſtam.*& in Clem.1. *de for.compet.*Innoc. quem refert Zabarell. *in cap.ex ore,de priuileg.in fin.in cap.ac ſi Clerici*, §. *de adulteriis*, *num.* 13. *de iud.* Ioann. Andr.*in cap.nannullus,de tempor. ordin. in* 6. Abb. *in d.Clem. Diœceſanis de vit. & honeſt. Cleric.* & *in cap.Monachi, de ſent.excomm.* & *inq.incipit Epiſcopus,num.*28.quem alleg. & ſequitur Synod.Vgen. in diſpoſitione, *cap. qui ſpecialiter,ad Conc. vocan.ſunt ad fin.*

Non obſtat quòd litteræ matrimoniales ſint graues, & arduæ, quia licèt ita ſint, tamen videtur illas fuiſſe conceſſas ſæpiùs aliiſque Epiſcopis, vt ſupradictum eſt, & ſi Abbatibus committuntur criminales, vt ſuprà *ſeſſ.* 6. *cap.* 3. & *ſeſſ.*14. *cap.*4.& *cap.irrefragabili,de offic.Ordin.* Cùm Abbas veniat ſub nomine Prælatorum,*cap. decernimus*, & ibi Dec. *num.* 4. *de iud.* etiam committendæ erunt matrimoniales, alias eſſet annullare priuilegia à Sede Apoſtolica eis conceſſa,contra *cap.* 1. *&* 2. 25. *quæſtion.*1.*cap. recepimus, & cap. pono,de priuileg.*& ibi Ancaran.Item, tolleretur illis ius quæſitum contra immemorabiles præſcriptiones contra *l.labeo.*§.1.*famil.herciſcund.cap.quamuis,de reſcript. in* 6.*cap. cum dilecti*, vbi Innocent. *de donat.* & notant Compoſtell. & Ioann. Andr. *in cap.cauſam, quæ de reſcript.* Gemin..*de non tollend. iur. quæſit.quæſt.*1.*in princip.*

Item,

Item, eſſet iuriſdictiones confundere, contra *cap. peruenit* 11. *quæſt.* 1. & not. *in cap. paſtoralis, de offic. Ordin. in prin.* Ioan. de Turrecrem. *in cap. de perſona* 11. *quæſt.* 1.

Item, eſſet alienos terminos vſurpare, & ſubditos alienos iudicare, *cap. nullus* 9. *quæſt.* 2. & *cap. placuit*, & tunc huiuſmodi cauſæ dicerentur arduæ, quando mandarentur cognoſci, partibus contradicentibus, ſicut conſiderabat Speculat. Sed in caſu noſtro ſumus in diſpenſatione, in qua concurrit vtraque pars, & ſic volenti non fit iniuria, *l.* 1. §. *vſque adeò*, & ibi *in ver. volentem, de iniuriis*, & *l. quamuis*, vbi Bartol. *num.* 3. *de in ius vocan.*

Tandem non obſtat quod de ſtylo Curiæ cauſæ huiuſmodi non fuerint commiſſæ Abbatibus, ſed Epiſcopis. Speculat. *de reſcript. cap. præſentat*, §. *ratione formæ, verſic. nunc ad deſtructionem.* Abb. *de conſtitut.* gloſ. *in Clem.* 1. §. *ſecùs de conceſſ. præbend.* & Ioann. Andr. *in cap. vnico de rer. permutat in* 6. Quoniam reſpondetur ſtylum hunc non fuiſſe ſemper ſeruatum, quod patet, quia per multas decretales ſuprà relatas cauſæ iſtæ reperiuntur commiſſæ Abbatibus. Præterea talis ſtylus eſſet contra ius commune, & ſic non obſeruandus per ea quæ trad. Alex. *in conſ.* 36. *volum.* 2. & vbi Canones ſint inuicem contrarij, tunc ſtylus eſſet ſeruandus. Abb. *in cap. illud autem, in princip. de reſcript.* ille verò qui eſſet apertè contra legem non eſt attendendus. Ant. de Butr. *in cap. cum tanto, num.* 46. *de conſuetud.* & Abb. *in cap. vnico, num.* 5. *de ſerut. in ordin. facien.* Idem cenſuit Congregatio in alia Nonantulana in fauorem Abbatis ſancti Ioannis in Venere, hic deſunt verba, ſi ſit nullius, mandauitque ita obſeruari in poſterum in his qui iuriſdictionem pleno iure habent Epiſcopalem, & temporalem. A. Caraffa manu propria.

n *Sed ſi Epiſcopi tantùm.*] Dictio *tantùm*, & *dumtaxat* omnes alios caſus excludit. Menoch. *tom.* 10. *conſ.* 989. *nu.* 14. ſed non excludit caſus ſimiles. Specul. aur. *q.* 540. *n.* 4. & 760. vide caſus in quibus ponitur affectus, licèt non ſequatur affectus.

o *Niſi Epiſcopo priùs requiſito eòque negligente.*] Not. quod Archiepiſcopus in multis caſibus ſupplet Epiſcopi negligentiam, de quibus latè per Quarantig. *in compend. Bullæ de Archiep. auct. ſol.* 72. *cap.* 19. & *in add. ſol.* 76. Sed an Epiſcopi auctoritas in caſu negligentiæ deuoluatur ad Archiepiſcopum pro negligentia, vide Abb. *in cap. ſi quis Clericum, num.* 7. *de foro compent.* & quando, vel poſt quot monitiones conſtituatur Epiſcopus in negligen. vide per Felin. *in cap. paſtoralis, de offic. Ordin.* Gramm. *in conſ. criminal.* 54. *num.* 8.

p *Priuilegiis.*] Quid ſi priuilegium ſit præſcriptione firmatum, dic quòd præſcriptio tollitur, quæ ad confirmationem poteſt concurrere ſimul cum priuilegio. Dec. *conſ.* 271. *num.* 19. *tom.* 2.

q *Et aliis quibuſcumque conſuetudinibus.*] Declarauit ſacra Congregatio ſcribens Epiſcopo Burgenſi, Concilium per hæc verba non ſubſtuliſſe immemorabilem conſuetudinem Archidiaconi, & Decani, ſeu Abbatis in cauſis matrimonialibus, & criminalibus cognoſcendis, ſed interim donec conſuetudo huiuſmodi probata fuerit, hoc munus pertinere ad Epiſcopum.

Ad Cap. 20. de Reformation. ead. ſeſſ. 24. Congregatio cenſuit per hoc decretum corrigi, *cap.* 1. *ſeſſ.* 17. ſed plena libertas offertur ex Bulla Pij IV. de indictione Concilij, & hoc text.

ADDITIO.

1 *Omnes.*] Etiam Regum, cum quilibet ſupremus Princeps ſubiiciatur eius Diœceſano, *cap. omnis de maior. & obed. cap. Duo* 96. *diſt.* Sigiſmund. Rondol. & Michael de Corrad. *in Concil.* diſputatum coram Pontifice pro Rege Angliæ, paulò ante 19. *concluſ. ver. prout*, non obſtat nobilitas.

2 *In prima inſtantia.*] Per iſtum text. nec Auditor Cameræ, neque alius Iudex Romanæ Curiæ poteſt de cauſis, in prima inſtantia cognoſcere, nec monitiones decernere ad extrahendum partes ad litigandum in Romana Curia. Flor. Diaz. *pract. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 12. *num.* 8.

Ordinariis.] Conſeruatores autem ſunt iudices delegati Archid. *in cap. ſtatuimus, de offic. deleg.* & ideò hoc cap. contineri non videntur, vbi tamen cognoſcerent de cauſis Eccleſiaſticis in prima inſtantia, quia id nonniſi Ordinariis conceditur, in hoc Ordinarij viderentur, & hoc *cap. comprehenderentur*, ita videtur declaratum in Congregatione Concilij, ſed Nauarr. ſubdit ſe declara

clarationi Papali, *conſ.1. de offic.deleg. num.* 2. Ipſa autem circumſcripta declaratione tenet, quòd pro Ordinariis habeantur, ne conſeruatoria iuriſdictio pereat, vide ſuprà *ſeſſ.24.cap.5.*& infrà *hoc eodem cap.*vbi dixi de Conſeruatoribus, & vide Bullam poſt *rubr. de offic. eius cui mand. eſt iur.inq. à Conſeruatore ad quam ſit appellandum.*

4 *Cognoſcantur.*] Pro quarum cognitione licebit Epiſcopis in quacumque parte ſuæ Diœc. Tribunal erigere, quod in Legatis,& Archiepiſcopis. Nauarr.*de off.iud. ord.conſ.3.*

5 *Iudices ſuperiores.*] Hic diffinitum videtur derogatam probari iuſtitiam, ſi iudex intra licentiam non terminauerit, non tamen puto aliis modis derogatum,quibus idem probari poſſit, puta ſi ter iudex pro cauſæ expeditione interpellatus fuerit, vel aliis de quibus Rota *diuerſ. deciſ.* 512. *num.* 1.*prima impreſſ.* Superiores autem iudices intelligũtur etiam Epiſcopi,quorum iuriſdictionem Vniuerſitas præſcripſiſſet priuatiuè ad Epiſcopum, quæ iudicem ad annum deputare ſoleret,quia nón obſtante præſcriptione retinent iuriſdictionem habitus, ad quam reuertitur actualis iuriſdictio iudice negligente in totum, & non ſit adeunda Vniuerſitas. Rota *dicta. deciſ.* 514. *num.* 5. propterea quælibet præſcriptio cõtra aduerſum intelligitur dunimodò præſcribens fuerit diligens, vt ibi *num.*1.

6 *Competentes.*] Nota quod habentes facultatem mutandi forum debent adire Superiores aliàs competentes, facit ad eos qui habent fori electionem, vt traderetur, aliàs ad aliàs competentes, de quo Afflict. *deciſ.*252. *num.*4.*fol.*194. & ibi Vrſil. *num.*4.

7 *Adire.*] Non videtur procedere in cauſis, in quibus Iudex ſuum arbitrium proferre noluerit, & à denegata iuſtitia. Menoch. *de arbitr. quæſt.* 20. *num.*14.*fol.* 47. Iudex appellationis poteſt cognoſcere non obſtante Concilio *de cauſis primæ inſtantiæ*, cùm de illis cognoſcit,non vt in prima inſtantia, ſed prout in cauſa appellationis ad Iudicem appellationis deuolutis, Plat. *lib.* 1. *deciſ.* 50. Strigonien. violati teſtamenti.

8 *Tractandæ.*] Quæ ſint reſeruatæ.Vant. *de nullit. ex defect.mand.num.99.fol.* 153. & vide Staphil.*de tit.inſtit.§.dicendum.*eſt modo, vbi de Commiſſionibus, quæ reiiciuntur, vel non;*fol.*117.Gabr.*conſ.*182.*par.*2.

9 *Cauſæ Matrimoniales.*] An hic §. procedat tantùm in Dignitaribus, & Prælatis in Cathedralibus, & quidem informantes Congregationem dicebant quòd in his tantùm locum habeat, & ideò ceſſabat in aliis extra Cathedralem, & adducebant deciſ. In vna Salamantina iuriſdictionis coram Aldobrandino,prima Iulij 1565.*num.* 34. præſertim quando inferior habet territorium, quam Rota fuit ſecuta in vna Burgenſi iuriſdictionis ſancti Io. 16. Decembris 1594.*num.*72.

Reſtringitur etiam quando habet immemorabilem, vt declarauit Congregatio in vna Burgenſi iuriſdictionis. An cauſæ Matrimoniales delegentur à Papa non Epiſcopis; An Epiſcopi delegati delegare poſſint,vide Cucch.*In inſtit.maior. lib.*2.*tit.* 6.*num.*123. vbi quòd non niſi Epiſcopis,vel Vicariis ipſorum delegatorum. Admittit tamen has cauſas venire in generali mandato, vel deputatione Vicariatus facta ad omnes cauſas; & pertinere ad Capitulum Sede vacante.

10 *Inferiorum iudicio.*]Etiam Conſeruatorum, ne fauorabilior ſit extraordinaria, & delegata iuriſdictio,quæ odioſa eſt,quatenus Ordinarius præiudicat ipſa ordinaria inferiorum,Nauarr. *conſ.*1.*de offic.deleg. num.*3.*ſuprà fol.*1.*hoc eod.Capitulo.*

Limita hic text.dum de inferioribus Prælatis loquitur, vt non procedat in his, qui conſuetudinem præſcriptione,aut priuilegio harum cauſarum cognitione habent, cùm his non ſit ſpecialiter derogatum.Nauarr.*conſ.*1.*de offic.deleg.num.*5.*&* 6. Idem ſpecialibus ſtatutis ad hunc text.vide *cap.accedentibus, de exceſſ.Prælat.*& vide Seraph. in vna Salamantin. iuriſdictionis Venetis 14. Decembris 1585. vbi quod declaratio Illuſtriſſimæ Congregationis poteſt pati difficultatem quando concurrit immemorabilis cum priuilegiis præſertim Vniuerſitatum.

11 *Examini.*] Hoc decretum non derogat exemptis ratione ſuarum Dignitatum, & Ordinum quare Capellanus maior ratione ſuæ Capellaniæ cum ſuis inferioribus Capellanis, & Clericis exemptis à iuriſdictione omnium Ordinariorum, præterquam Abbatis, qui in minores ratione Capellaniæ prædictæ habet omnem iuriſ-

dictio

dictionem in eos Criminalem quoque exercebit eadem ratione Prælati Religioſorum in ſuos Religioſos, criminalem iuriſdictionem exercere poſſunt. Nauar. *conſ. 2. de for. compet.*

Ex iſto §. ad hæc præſeruatur Decano, & Capitulo, ſeu aliis inferioribus immemorabilis conſuetudo cognoſcendi cauſas criminales, & matrimoniales, Pamphil. *in vna Veronen. iuriſdictionis* 18. *Martij* 1596. Et dum Capitulum, aut alius inferior prætendit talium cauſarum cognitionē ex immemorabili, dum ſuper ea fiunt probationes, Epiſcopus debet cognoſcere. Pamph. *in dicta Veronen. iuriſdictionis*, vbi dicitur ita fuiſſe reſolutum per Illuſtriſſimos Cardinales ſacri Concilij interpretes, adde dicta immemorabili ad ſupradictum effectū, vt dicatur legitimè probata, debet de ea conſtare per tres ſententias conformes. Pamphil. *in dicta Veronen. iuriſdictionis*, & iſtud decretum loquitur non ſolùm de aliis inferioribus, ſed etiam habet locum in Decano, & Capitulo, vt fuit reſolutum a ſacra Congregatione, & teſtatur. Pamph. *in dicta Veronen. iuriſdictionis*, §. *ad hæc*, loquitur de inferioribus, & Epiſcopo ſubditis, & non habētibus primatam iuriſdictionem, & ſic in Curia Romana intelligitur, & practicatur, vt benè teſtatur Flor. Diaz. *var. quæſt. lib. 3. quæſt. 23. ſub num. 25.* vbi ita firmat Abbatem habētem iuriſdictionem Epiſcopalem poſſe cognoſcere de cauſis matrimonialibus, & criminalibus, & beneficialibus. Imò aliqui dicunt hoc decretum non habere locum in Prælatis exemptis à quibus Concilium voluit conferre cauſarum cognitionem, vide *in lib. infor. ſuper Concil. fol. 697.*

12 *Inſtantia pendeat.*] Secùs ergo ſi ſuper ea ſententia lata fuerit, quæ in iudicatum tranſierit, vt coram Mantica in vna Burgen. iuriſdictionis de Rimeſca 16. Nouembris 1594.

13 *Acta omnia.*] In dubio autem proceſſus præſumitur integer, niſi probetur contrarium, Bart. *in rubr. de oper. num.* 8. Iaſ. ibi *col. fin.* Aym. *conſ. 35. num.* 5. & ita ſæpiùs fuit deciſum in Rota in vna Amerina Bonorum Lunæ 9. Martij, 1598. coram Pamph. vide ſententia nulla, num. 40. Huic decreto locus eſt, etiam coram Iudice procedente in cauſa appellationis cum Communione habente clauſulam, quam, & quas, qui huiuſmodi clauſulæ vigore pronunciare velit prout in prima, quia Conciliū voluit occurrere introductionibus cauſarum abſque productione proceſſus. Rota in Placentin. adminiſtrat. ſacram. coram Lancellotto 10. Decembris, 1567. Blanchetto, in vna Valentin. de Companar. 23. Iunij 1580. & in vna Calaguritana, iuriſuocandi 28. Maij, 1586. vbi ait, quod clauſula, quam, & quas, non operatur ante tranſportationem actorum, ſed poſt, vide Paleot. *deciſ. 51. aliàs 54.* vide *in lib. infor. ſuper Conc. fol.* 450.

Obtinet etiam in actis factis coram delegato Apoſtolico, & ſit hic mentio Epiſcopi, cauſa frequentioris vſus, & quamuis reſpiciat fauorem Epiſcoporum, quantùm ad Communem cauſarum, quantùm ad tranſportationem actorum reſpicit iudicem ad quem, vt poſſit informari. Rota *in dicta Placen. adminiſtrationis ſacram.*

Quid autem ſi quis ſemel acta omnia produxit, & Concilio ſatisfecit, amiſſis deinde actis non tranſportatis. Rota cenſuit non concedendum coram Plat. in vna Mediolan. Parochialis 22. Iunij 1583. & Rota ſemper tenuit, vt hoc decretum procedat etiam in iudicibus delegatis. Blanchett. in vna Calaguritan. iuriſdictionis, 28. Maij, 1586. vbi ait, quòd quando, vel demiſſoriè decernendum, vel in aliquo caſu, in quo non viget neceſſitas, fuit oblata occaſio, numquam Rota voluit procedere non tranſportatis actis, idque fuit continuò per Dominos obſeruatum, niſi in his caſibus, in quibus per ſignaturam aliàs fuerit demandatum.

In ſummariis, imò etiam iudicio habet locum decretum trāſportationis actorum, quia illis non tranſportatis non eſt concedendum mandatum de manu tenendo, cùm decretum indiſtinctè, & generaliter loquatur, & ita fuit reſolutum in dicta Calaguritana iuriſuocandi, & ſpecialiter hoc fuit diſputatum mandato ſacræ Congregationis Cardinalium interp. ſac. Concilij.

Ratio huius diſpoſitionis eſt, ne Iudex ad quem non informatus de meritis cauſæ, aliquid contra ius, & iuſtitiam decernat, quæ militat etiam in iudicio ſummariſſimo; & ita Rot. in dicta Calaguritana Iuriſuocan. Ampl. vt non poſſit procedi ſine tranſportatione etiāſi Commiſſio eſſet obtenta ab appellatis, Rot in d. Calaguritana.

LII Non

Non eſt neceſſaria tranſportatio, vbi conſtaret iudici de periculo alicuius ſcandali, tunc enim ad impediendum periculum poteſt judex procedere ſummariè, Caſtr. *conſ.3.lib.2.* & ibi Rota in dicta Calaguritana Iuriſuotan. & præ timore ſcandali ad effectum ſuſtinendi decretum de manutenendo ſine tranſportationibus actuum, ſufficit conſtitiſſe iudici de timore alicuius tumulti inter Clericos ad Eccleſiaſticas perſonas. Rota in dicta Calaguritana Iuriſcreſcen. 27. Iunij, 1586. coram Blanchet.

Acta facta à Iudice non tranſportatis actis, vbi erat periculum alterius ſcandali, non ſunt omninò nulla, licèt ante tranſportationem actorum exercitium iuriſdictionis impediatur, quia non deficit omninò fundamentum iuriſdictionis argum. eorum, quæ deducit Bart. *in l. multum intereſt, num.2.ff. de cond. & demonſtr.* Archid. *deciſ.7.de ſent.& re iud.* & ita Rota in dicta Calaguritana 27. Iunij, 1586. Iſte §. præterea procedit in cauſa appellationis, & ſic quãdo à iudice à quo, ad iudicem ad quem etiam acta erant tranſportanda, non autem quando vna ex partibus eod. met. iudici non exhibet aliqua acta de mandato ipſius coram ſubdelegato, quia tunc ſi iudex ſententiet illis non productis, ſententia non eſt nulla, eo quia iſte caſus remanet in diſpoſitione iuris communis; quia ſi vna pars producit ſuas probationes, & altera fuit negligens imputet ſibi ipſi, vt poſt alios Cagnol. *in l.2.num.70. C. de eden.* & ſic in ſpecie Gipt. in vna Maioricen. Canonicatus 14. & 18. Febr. 1591.

14 *Transferre.*] In criminalibus, vide *ſuprà ſeſſ. 13. de reformat. Apoſtolica confirmatum*; Non cenſeantur ſublatæ à Concilio, fuit dubitatum an intelligerentur præſentatæ concordiæ confirmatæ in forma communi; an verò illæ tantùm quæ emanaſſent ex certa ſcientia; & videtur dicendum intelligi de illis, quæ ex certa ſcientia ſunt confirmatæ, vt in toto hîc incerto.

15 *Conſuetudinibus.*] Vide Gabr. *de præſcript.concl.1.num.27. & ſeq.* Couar. var. reſol. *lib.3.cap.13.num. 5. fol.* 892. & quòd non tollat immemorabile, vide *in lib.infor.ſuper Concil.fol.165. & ſuprà eodem lib.*

CAPVT XXI.

Hoc Capitulum continet aliquid particulare.

CVpiens ſancta Synodus, vt ex Decretis ab ea editis nulla vnquam futuris temporibus dubitandi occaſio oriatur, verba illa poſita in Decreto, publicato ſeſſione prima, ſub Beatiſſimo Domino noſtro Pio IV.[a] videlicet: Quę proponentibus Legatis, ac Præſidentibus, ad horum temporum leuandas calamitates, ſedandas de religione controuerſias, coërcendas linguas doloſas, deprauatorum morum abuſus corrigendos, Eccleſiæ veram & Chriſtianam pacem conciliandam apta, & idonea ipſi ſanctæ Synodo videbuntur; explicando declarat, mentis ſuæ non fuiſſe, vt in prædictis verbis ſolita ratio tractandi negotia in generalibus Conciliis vlla ex parte immutaretur; neque noui quidquam, præter id, quod à ſacris Canonibus, vel generalium Synodorum forma hactenus ſtatutum eſt, cuiquam adderetur, vel detraheretur.

[a] Suprà Seſſ. 11.

Indictio futuræ Seſſionis.

Inſuper, eadem ſacroſancta Synodus proximam futuram Seſſionem feria quinta poſt Conceptionem Beatæ MARIÆ Virginis, quæ erit dies nona menſis Decembris, proximè venturi, habendam eſſe ſtatuit, & decernit, cum poteſtate etiam abbreuiandi. In qua Seſſione tractabitur de ſexto nunc in eam dilato capite, & de reliquis

reliquis reformationis capitibus iam exhibitis, déque aliis ad eam pertinentibus. Si verò opportunum videbitur, & tempus patietur, poterit etiam de nonnullis dogmatibus tractari, prout ſuo tempore in Congregationibus proponentur.

Abbreuiata eſt dies Seſſionis.

SESSIO VIGESIMA QVINTA, QVÆ EST NONA, ET VLTIMA, SVB PIO IV. PONT. MAX. COEPTA DIE III. ABSOLVTA DIE IV. DECEMB. M. D. LXIII.

Decretum de Purgatorio.

CVM Catholica Eccleſia, Spiritu ſancto edocta, & ex ſacris litteris, & antiqua Patrum traditione, in ſacris Conciliis,& nouiſſimè in hac Oecumenica Synodo docuerit, [a] 1 *Purgatorium eſſe*; 2 *animáſque* ibi detentas, fidelium ſuffragiis, potiſſimùm verò acceptabili altaris 3 *ſacrificio* 4 *iuuari*; præcipit ſancta Synodus Epiſcopis, vt ſanam de Purgatorio doctrinam, à ſanctis Patribus,& ſacris Conciliis traditam, à Chriſti fidelibus credi, teneri, doceri,& vbique prædicari, diligenter ſtudeant. Apud rudem verò plebem difficiliores, ac ſubtiliores quæſtiones, quæque ad ædificationem non faciunt, & ex quibus plerúmque nulla fit pietatis acceſſio, à popularibus concionibus ſecludantur. Incerta item, vel quæ ſpecie falſi laborant, euulgari, ac tractari non permittant. Ea verò,quæ ad curioſitatem quandam,aut ſuperſtitionem ſpectant, vel turpe lucrum ſapiunt, tanquam ſcandala, & fidelium offendicula prohibeant. Curent autem Epiſcopi, vt fidelium viuorum ſuffragia Miſſarum ſcilicet ſacrificia, orationes, eleemoſynæ, aliáque pietatis opera, quæ à fidelibus pro aliis fidelibus defunctis fieri conſueuerunt, ſecundùm Eccleſiæ inſtituta piè, & deuotè fiant, & quæ pro illis ex teſtatorum fundationibus, vel alia ratione debentur; non perfunctoriè, ſed à ſacerdotibus, & Eccleſiæ miniſtris, & aliis, qui hoc præſtare tenentur, diligenter, & accuratè perſoluantur.

a 1. Cor. 3.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

VIde quæ ad rem congerit Alphonſus de Caſtr. *de hæreſ. lib. 12. in ver. purgatorium*, ſunt enim ſuffragia Eccleſiæ cauſa meritoria purgationis eorum qui ſunt in Purgatorio, vt per Couarr. *in cap. alma mater, par. 1. §. 5. de ſentent. excomm. lib. 6.* Sot. *de ſuffrag. defunct. lect. 3.* & quæ modo intelliguntur ſuffragia pro defunctis, vide Card. Tolet. in Summ. *lib. 6. cap. 26.*

ADDITIO.

1 *Purgatorium eſſe.*] Hoc in multis Conciliis probatur, quæ retulit Paul. Griſal. *in deciſ. fidei in ver. Purgatorium, num. 2.* ac variis ſcripturæ locis, vt per eundem ſeq. d.

Lll 2 Matt-

Marc. Alphonſ. *n.2.de vinal.*in Candel.aur. *p.1.de Purgatorio,in princ.*de quibus vide P. Sot.*in inſtit.Sacerd. de Purgat.lect.1.&* 2.vbi adducit ſolutiones, quæ ad pleráque ex locis, idque maximè Eccleſiæ auctoritate probari, & quia venialia purganda ſunt, vt in ſecunda ſectione dicit, hoc nos ex traditionibus ſi non ex ſcripto habere Reſpondet etiam ad oppoſ. Hæret. & explicat illud Auguſt. inquirentis an ſint pœnæ purgatoriæ, quas eſſe affirmauerat, *lib.21. de Ciuit. Dei, cap.* 24. Dixit prætetea Griſald.quòd aſſerere Purgatorium non poſſe probari ex ſacra ſcriptura, quæ ſit in Canone,licet,Hæreſis eſt,ex varijs locis ſacræ ſcripturæ, probat etiam Viguet. *in inſtit. cap.16.§.4.ver.* 28.*ſac.591.*quantum verò ad Purgatorij locum ex Commentar. ſent. Doct.dicēdum eſt,quòd infernus locus dictus eſt quaſi inferiùs ſit, & conſequenter infernus damnatorum eſt in centro terræ, quod probatur ex Matth. 12. ibi ſic filius hominis in corde terræ, cor enim animalis in medio eſt, Hinc ſequitur quòd terra circa centrum concaua ſit; & ibi quatuor receptacula fuiſſe dicuntur: vnum ſuper aliud ad modum ſpheræ, infimum receptaculi eſt infernus damnatorum: ſequens eſt Purgatorium:Tertius, eſt Limbus puerorum: Quartus erat ſinus Abrahæ, ſeu limbus ſanctorum Patrum, Viguer. *in inſtit.cap.16.§.* 4. *num.* 29. & licèt ipſe teneat inter infernum & Purgatorium eſſe Limbum puerorum, vt *dicto ver.* 29. *& num.*31. tamen verius videtur,quod dixi,& hæc eſt communior, & ſanior opinio D. Matt. Alphon. *in Candel.aureo,par.1. de Purgatorio, num.* 4. namque locus Limbi puerorum conſiderari poteſt ſecundùm Dignitatem perſonarum, & hoc reſpectu deberet eſſe ſub Purgatorio, cùm in eo teneantur, qui in gratia Dei receſſerunt; cōſiderari etiam poteſt in qualitate pœnarum,& quia pœnæ Purgatorij ſunt pœnæ ſenſus, & ignis, vt ille inferni, licèt ad tempus, hæc ratio præualere videtur, & quod hæ rationes in hac materia conſiderentur, fatetur idem Viguer.*num.*30.ex diuina tamen diſpoſitione alibi quoque, & in hoc mundo quoque eſſe poteſt,vt per eundem.

2 *Animáſque.*]Animæ tantùm in Purgatorio detinentur,quare autem ipſę tantùm detineantur, cùm totus Homo peccauerit, explicat,F. Batt.Sibil. *vbi ſuprà cap.3.quæſt. 11.quartæ quæſt.fol.192.*

3 *Sacrificio.*]Miſſa pro priuato quandoque, nonnumquam pro pluribus defunctis dicitur, eſt tamen quæſtio ardua, An ſemper ſit eiuſdem valoris, de qua Viguer. *in inſtit.Theologor.de Sacram.Euchar.cap.16.§.3. ver.16.* & notare poſſumus, quòd Eucharistia eſt Sacramentum, & Sacrificium, in quantùm eſt Sacramentum prodeſt tantùm tribuentibus, in quantùm eſt Sacrificium prodeſt etiam aliis pro quibus offertur Viguer.*vbi ſuprà ver.12.*pro alijs autem offerri poteſt non ſolùm à Sacerdotibus, ſed etiam à laicis circumſtantibus, vt habetur in Canone Miſſæ, qua ratione laici etiam appellantur Sacerdotes. Viguer. *dicto ver.* 12.videtur tamen tunc prodeſſe ad expiationem pœnarum ſecundùm offerentis deuotionem in gratia exiſtentis, quo caſu poteſt intelligi quod Viguer. tradit de offerente in gratia exiſtente, *dicto ver.* 12. nam cùm offertur à Sacerdotibus operatur ex opere operato, vt per eum ibidem *ver.13.*

Plenius quomodo ſit Sacramentum, & quomodo ſacrificium,idem Viguer.*num.11.* quomodo operetur *ver.15.*

4 *Iuuari.*] Iuuentur fidelium ſuffragiis, quoniam pars Corporis myſtici, & illis quaſi membris corporis opem ferimus, & hæc eſt communio de qua in ſymbolo Apoſtolorum, Sanctorum communionem, neque charitas cum vita intercedit P. Sot. *in inſt. Sacerd.de purgat.lect.3.vbi de ſuffrag. defunctor.fol.245.*

De inuocatione, & veneratione; & reliquiis Sanctorum, & ſacris imaginibus.

MAndat ſancta Synodus omnibus Epiſcopis, & cæteris docendi munus, curámque ſuſtinentibus, vt iuxta Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ vſum, primæuis Chriſtianæ religionis temporibus receptum, ſanctorúmque Patrum conſenſionem,& ſacrorum Conci

Conciliorum decreta, in primis de Sanctorum interceſſione, inuocatione, *a Reliquiarum* honore, & legitimo *β imaginum* vſu, fideles diligenter inſtruant, docentes eos, Sanctos, vnà cum Chriſto regnantes, orationes ſuas pro hominibus Deo offerre; bonum, atque vtile eſſe ſuppliciter eos inuocare; & ob beneficia impetranda à Deo per filium eius Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, qui ſolus noſter Redemptor & Saluator eſt, ad eorum orationes, opem, auxiliúmque confugere: illos verò qui negant Sanctos, æterna felicitate in cœlo fruentes, inuocandos eſſe; aut qui aſſerunt, vel illos pro hominibus non orare; vel eorum, vt pro nobis etiam ſingulis orent, inuocationem eſſe idololatriam; vel pugnare cum verbo Dei, aduerſaríque honori vnius mediatoris Dei, & hominum Ieſu Chriſti; vel ſtultum eſſe, in cœlo regnantibus voce, vel mente ſupplicare; impiè ſentire: *γ Sanctorum quoque* martyrum, & aliorum cum Chriſto viuentium ſancta corpora, quæ viua membra fuerunt Chriſti, [a] & templum Spiritus ſancti, ab ipſo ad æternam vitam ſuſcitanda, à fidelibus *δ veneranda eſſe*: per quæ multa beneficia à Deo hominibus præſtantur: ita vt affirmantes, Sanctorum reliquiis venerationem, atque honorem non deberi; vel eas, aliáque ſacra monumenta à fidelibus inutiliter honorari; atque eorum opis impetrandæ cauſa Sanctorum memorias fruſtra frequentari; omninò damnandos eſſe, [b] prout iampridem eos damnauit, & nunc etiam damnat Eccleſia. Imagines porrò Chriſti, Deiparæ Virginis, & aliorum Sanctorum, in templis præſerim habendas, & retinendas, eíſque debitum honorem, & venerationem impertiendam, *ε non quòd credatur* ineſſe aliqua in iis diuinitas, vel virtus, propter quam ſint colendæ; vel quòd ab eis ſit aliquid petendum, vel quòd fiducia in imaginibus ſit figenda; veluti olim fiebat à Gentibus, quæ in idolis [c] ſpem ſuam collocabant; ſed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad [d] prototypa, quæ illæ repræſentant: ita vt per *ζ ι imagines*, quas oſculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Chriſtum adoremus, & Sanctos quorum illæ ſimilitudinem gerunt, veneremur. Id quod Conciliorum, præſertim verò ſecundæ Nicenæ Synodi decretis contra imaginum oppugnatores eſt ſancitum.

a 2 Cor. 3.

b Concil. Nic. 2.

c Pſalmus 134.

d Concil. Nicænũ 2. actio 3.

Illud verò diligenter doceant Epiſcopi, per hiſtorias myſterium noſtræ Redemptionis, picturis, vel aliis ſimilitudinibus expreſſas, erudiri, & confirmari populum in articulis fidei commemorandis, & aſſiduè recolendis: tum verò ex omnibus ſacris imaginibus magnum fructum percipi; non ſolùm quia admonetur populus beneficiorum, & munerum, quæ à Chriſto ſibi collata ſunt, ſed etiam quia Dei per Sanctos miracula, & ſalutaria exempla oculis fidelium ſubiiciuntur: vt pro iis Deo gratias agant, ad Sanctorúmque imitationem vitam, moréſque ſuos componant, excitentúrque ad adorandum, ac diligendum Deum, & ad pietatem colendam. Si quis autem his decretis contraria docuerit, aut ſenſerit, anathema ſit. In has autem ſanctas & ſalutares obſeruationes ſi qui abuſus irrepſerint, eos prorſus aboleri ſancta Synodus vehementer cupit, ita vt

nullæ falſi dogmatis imagines, & rudibus periculoſi erroris occaſionem præbentes, ſtatuantur. Quòd ſi aliquando hiſtorias, & narrationes ſacræ Scripturæ, cùm id indoctæ plebi expediet, exprimi, & figurati contigerit; doceatur populus, non propterea diuinitatem figurari, quaſi corporeis oculis conſpici, vel coloribus, aut figuris exprimi poſſit. Omnis porrò ſuperſtitio in Sanctorum inuocatione, reliquiarum veneratione, & imaginum ſacro vſu tollatur, omnis turpis quæſtus eliminetur, omnis denique laſciuia vitetur, ita vt procaci venuſtate imagines non pingantur, nec ornentur, & Sanctorum celebratione, ac reliquiarum viſitatione homines ad 2 *commeſſationes*, atque ebrietates non abutantur; quaſi feſti dies in honorem Sanctorum per luxum, ac laſciuiam agantur. Poſtremò, tanta circa hæc diligentia, & cura ab Epiſcopis adhibeatur, vt nihil inordinatum; aut præpoſterè, & tumultuariè accommodatum, nihil profanum, nihilque inhoneſtum appareat, a cùm domum Dei deceat ſanctitudo. Hæc vt fideliùs obſeruentur, ſtatuit ſancta Synodus, nemini licere vllo in loco, vel Eccleſia etiam quomodolibet exempta, vllam inſolitam ponere, vel ponendam curare imaginem, niſi ab Epiſcopo approbata fuerit, nulla etiam admittenda eſſe noua miracula, nec nouas reliquias recipiendas, niſi eodem recognoſcente, & approbante Epiſcopo, qui ſimulatque de iis aliquid compertum habuerit, adhibitis in conſilium Theologis, & aliis piis viris, eà faciat, quæ veritati, & pietati conſentanea iudicarit. Quòd ſi aliquis dubius, aut difficilis abuſus ſit extirpandus, vel omninò aliqua de iis rebus grauior quæſtio incidat: Epiſcopus, antequam controuerſiam dirimat, Metropolitani, & comprouincialium Epiſcoporum in Concilio Prouinciali ſententiam expectet: ita tamen vt nihil, *n inconſulto Sanctiſſimo Romano Pontifice*, nouum, aut in Eccleſia hactenus inuſitatum decernatur.

a Pſal. 92. 2. e. Decre. de immu. Eccl. in 6.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

Sanctorum Reliquiæ ſi ſint antiquæ honorentur, vt priùs; ſi ſunt nouæ, Epiſcopus ſeruet Concilium.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a *Reliquiarum.*] Hæreticum eſt nolle reliquias ſanctorum venerari, contra Vigilantium huius hæreſis authorem, vide Hier. *in ep. 1. aduerſus eundem*, & Auguſtin. *de dogm. Eccleſ. cap. 73.* adde multa *in tib. deciſ. fid. cath. in litt. reliquiæ Sanctorum, fol. 533.*

β *Imaginum vſu.*] De imaginibus poſt alios, vide *tract. nouiſſ. Epiſcopi Vulturarien.* Maiol. *ad Sixtum V. per ſexdecim cenſuras. deciſ. fid. Cath. in ver. imago, quæſt. 1. & 2. fol.* 341. & quòd imagines poſſunt circumferri in proceſſionibus debito cum honore ſolemniter. Congregatio Epiſcopo. *cap. 66. fol.* 158. vide Theſaut. for. Eccleſ. *per. 2. cap. 16. num.* 20. *fol.* 225.

γ *Sanctorum quoque.*] Intellige de Canonizatis ab Eccleſia, de vita, doctrina, & miraculis, vt poſt alios de Canoniz. Sanctor. tract. Maſcard. *de probat. volum. 1. concluſ. 161. per tot.*

δ *Veneranda eſſe.*] De honore reliquiis exhibendo, & quis cultus debeatur, vide per Sarnen. *de viſitat. lib. 1. cap. 8. per tot.*

Item, de feſt. Sanct. celebr. contra multos hæreticos, vide *in deciſ. fid. Cathol. in ver. feſt. quæſt. 2. fol.* 306. poſt Concilium Conſtan. *Can. 66. tom. 2. par. 229.* & de tranſlatione Sanctorum, vel reliquiarum de

loco

loco ad locum, vide *text. in cap. corpora, de conſecr. diſt.* 1. & Prax. Neapol. *cap.* 70. *fol.* 387. & quare celebratur feſtum de obitu, non de Natiuitate Sanctornm, dic, quia tunc ad ad gloriam naſcuntur. Ludouic. Roman. *tom.* 1. *ſingular.* 33. *fol.* 4.

ε *Non quod credatur.*] Et contrarium eſt hæreſis Felicis Seueri, & Lutheri, contra quam vide *in lib. deciſ. fid. Cathol. in litt. imago nulla, fol.* 341 *quæſt.* 1. *&* 2.

ζ *Imagines.*] Non pingantur pictura quantæ neceſſitatis ſint in Eccleſia, dicit Gregor. *lib.* 9. *regiſtr. ep.* 9. Iuo *lib.* 3. *cap.* 41. D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 94. *art.* 2. *ad* 1. Caſſan. *glor. mund. par.* 3. *qu.* 45. eo quòd imaginum abuſus non res ipſa culpanda ſit, refert Vulalfrid. Strabo. *de reb. Eccleſ. cap.* 8. *fol.* 380. in ordine Roman. Cathec. *de primo præcepto, fol.* 231.

Pleniſſimè de his in Synodo Niceni 2. *act.* 4. *Concil. tom.* 3. *fol.* 9. *& ſeq. med. in* 3. *par. quæſt.* 25. *art.* 6. *fol.* 336. Abb. & Felin. *in cap. ven. de teſt. per cap.* 1. *de reliq. & vener. Sanctor.* cum gloſ. *in ver. miracula*, & quomodo liceat venerari Sanctos non Canonizatos, vel ponere eorum imagines, vide per Bellam. *tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *de Sanct. beat. fol.* 145.

η *Inconſulto Sanctiſſimo Romano.*] Nam Canonizatio Sanctorum ad Papam pertiner, *cap. venerabil. de teſt.* & miracula poſſunt etiam fieri per malos, 1. *quæſt.* 1. *cap. teneamus,* 26. *quæſt.* 5. *cap. ſi verum*, & quæ requirantur, vt miracula ſint ſecundùm Eccleſiam, vide per Caſſan. *de glori. mund. par.* 3. *conſid.* 47. *&* 50. *per tot.* & quod fiant perfectè in inſtanti D. Thom. 3. *par. quæſt.* 44. *art.* 3. *in reſponſ. ad* 2. Prax. Neapol. *cap.* 59. *fol.* 314. vbi etiam vide quomodo probentur miracula, nunc non ſunt à regularibus prædicanda, niſi priùs fuerint approbata à Sede Apoſtolica, vel ab Epiſcopo prout cenſuit ſacra Congregatio.

ADDITIO.

1 *Imagines.*] Pluribus aliis Conciliis id cautum fuit per Io. Steph. *Dura. de rit. Eccl. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 7. vbi voluuntur quæ ab hæreticis obiiciuntur.

2 *Commeſſationes.*] Commeſſationes ſunt luxurioſa conuiuia nemini permiſſa, præſertim diebus feſtiuis, & ſolemnibus de quibus nonnulla Iacob. de Graff. *deciſ. aur. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 6. *& per tot.*

De Regularibus, & Monialibus.

EAdem ſacroſancta Synodus reformationem proſequens, ea, quæ ſequuntur, ſtatuenda eſſe cenſuit.

CAPVT I.

Secundùm tenorem, & rigorem ſuæ regulæ indiſpenſabiliter viuant Regulares, idque obſeruari curent Superiores valdè ſtrictè.

1 QVoniam non ignorat ſancta Synodus, quantùm ex Monaſteriis piè inſtitutis, & rectè adminiſtratis, in Eccleſia Dei ſplendoris, atque vtilitatis oriatur; neceſſarium eſſe cenſuit, quo faciliùs, ac maturiùs, vbi collapſa eſt, α *vetus, & Regularis diſciplina* inſtauretur, & conſtantiùs, vbi conſeruata eſt, perſeueret, præcipere, prout hoc Decreto præcipit: Vt omnes Regulares, tam viri, quàm mulieres, ad Regulæ, quam profeſſi ſunt, præſcriptum vitam inſtituant, & componant; atque in primis, quæ ad ſuæ profeſſionis perfectionem, [a] vt β 2 *obedientiæ*, paupertatis, & caſtitatis, ac ſi quæ alia ſunt alicuius Regulæ, & Ordinis peculiaria vota, & præcepta, ad eorum reſpectiuè eſſentiam, necnon ad communem vitam, victum, & veſtitum conſeruanda pertinentia; fideliter obſeruent.

a Clem. exiui, §. cum igitur, in primis, de verb. ſign.

ſeruent. Omniſque cura, & diligentia à Superioribus adhibeatur tam in Capitulis generalibus, & Prouincialibus, quàm in eorum viſitationibus, quæ ſuis temporibus facere non prætermittant, vt ab illis non recedatur: [b] cùm compertum ſit, ab eis non poſſe ea, quæ ad ſubſtantiam Regularis vitæ pertinent, relaxari; ſi enim illa, quæ baſes ſunt, & [c] fundamenta totius Regularis diſciplinæ, exactè non fuerint conſeruata; totum corruat ædificium neceſſe eſt.

b Cap. cum ad Monaſterium, de ſtat. Mon.
c Cap. cum Paulus, 1.q.1.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

PEr Concilium Regulares non prohibentur celebrare Miſſas in ſuis Eccleſiis, etiam ante alias Eccleſias Parochiales.

Item, & in eorum Miſſis Confeſſiones coram populo facere poſſunt.

Item, Epiſcopi non poſſunt viſitare Monaſteria virorum, nec Mulierum eis ſubiectarum, exceptis Clauſtris.

Item, Papa ſolet diſpenſare ex iuſta cauſa, vt Moniales edant carnes, etiamſi Regula prohibeat.

Item, Moniales, quæ non ita exactè ſeruant Regularia, vt in ieiuniis, in edendo carnes, in Camiſiis, & in Horis, ſunt tolerandæ.

Item, Tertiariæ Sancti Franciſci emittant tria vota, ſeruent Clauſuram, ſed non mutent habitum, vel colorem, & ſint ſub obedientia Fratrum, vt priùs erant.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a VEtus, *& regularis diſciplina.*] Quid de illis qui in Monaſterio ſecundùm antiquum modum viuendi profeſſi ſunt, an cogi poſſint ad nouam viuendi formam, diſtingue, vt per Rot. *par. 2. diuerſ. deciſ. 216. per tot. fol. 123.*

a Obedientiæ.] Niſi ab huiuſmodi votis fuerint per Papam exempti, quod an poſſit Papa, & ſi poſſit quàm ratò, & ex grauiſſimis cauſis hoc debet facere, & an hæc obligatio votorum ſit de iure diuino, vel ex voluntate humana. Doct. *in cap. cum ad Monaſterium, de ſtat. Monach.* Soccin. *conſ. 131. num. 19.* Caiet. 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 2. Felin. *in cap. ſi quando colum. 3. de reſcript.* & poſt Couarr. *tom. 1. cap. 2. num.* 10. Cenſuit tamen Congregatio quòd Ordinarius permittere debet Tertiarias Moniales Ordinis Sancti Franciſci, ſub obedientia Fratrum Minorum, quemadmodum antea fuerunt, & perficere, vt profeſſionem trium ſolemnium votorum quamprimùm emittant, ex inſtituto religionis ſancti Franciſci, cui ſunt addictæ, & ſi fortè non emiſerunt, nec cogere eas debet, vt habitum mutent, aut vt velo nigro vtantur, ſi illarum Ordo hoc non requirat: poſtremò inter ſepta Monaſterij ſui illas claudere debet; Epiſcopo Zamoren. & ſua Sanctitas permittit Ordinariis concedere poſſe prorogationem tēporis nouitiatus Moniali infirmæ, donec duret probabilis ſpes recuperandæ ſanitatis, prætendens autem ſe eſſe regularem alicuius Ordinis, debet probare ſe eſſe talem. Rot. *diuerſ. par. 3. lib. 3. deciſ. 1102. cum trib. ſequent.* & tam hic text. quàm ſequens procedunt in Monialibus exiſtentibus in Monaſteriis. Nauarr. *de priuileg. conſ. 7. num. 3. 4. & 10.*

LETTERA

LETTERA DELL' ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO SIGNOR CARDINALE ALESSANDRINO CAPO della Congregatione ſopra li negotij, & Conſulte de Veſcoui, ſcritta à Monſignor Veſcouo di Monte Fiaſcone, & Corneto ſopra il Gouerno de Monaſteri.

MOlto Reuerendo Signor come fratello. Queſti mei Illuſtriſſimi Signori hanno viſto, & diligentemente conſiderato li Capi delli Ordini fatti da V. S. per la riforma delle ſue Monache per ridurle all' oſſeruanza della regola, e de i decreti del ſacro Concilio di Trento dopo hauer lodato la cura, & vigilanza che moſtra à beneficio del ſuo grege, ſi ſono contentati di reformare, & approuare li ordini ſodetti, nel modo però che ſequitarà appreſſo & prima, che ne i Monaſteri di Monache ſottopoſte alla ſua cura ſi habbi da viuere in commune tanto circa il mangiare, beuere, & veſtito, quanto circa tutte l'altre coſe ſenza poterſi tenere coſa veruna di proprio, ancorche minimo, eccetto quello, che ſara conceſſo alle Monache dall' Abbadeſſa per vſo ne i biſogni loro, il che douranno ancora eſſere pronte, & preparate à rendere, & reſtituire, ceſſando il biſogno, ò verò giudicandoſi coſi eſpediente dalla detta Abbadeſſa ſotto pena di priuatione di voce attiua, & paſſiua per due anni, & di eſſere punite ſecondo le conſtitutioni della loro regola conforme al decreto del ſacro Concilio di Trento.

Che per mantener più facilmente queſto viuere in commune, & leuar via affatto la proprieta ſi deputi vna maeſtra ſopra li lauori, per mano della quale paſſino tutte le robbe, che ſi mandano al Monaſterio per fare lauorare, & che la maeſtra ſolo, ſia quella, che diſpenſi il lauoro alle Monache particolari qual finito ritorni in mano della maeſtra per conſegnarlo poì alli padroni, & riſcuoterne la mercede.

Che per dar' animo alle Monache di lauorare, ò fatigare in commune ſi faccia vna caſſa del depoſito con tre chiaui vna delle quali tenga l' Abbadeſſa, l'altra la depoſitaria, & la terza la più vecchia delle deſcritte, nelle quali non ſolo ſi metta il prezzo, che ſi caua dalli lauori fatti ſotto nome di quella Monacha, che li hauerà lauorati, ma ogn' altra coſa, che ſarà data ò mandata, ò donata, ò laſciata particolarmente à qualunque Monacha con ordine expreſſo, che in caſo di neceſſità ſi habbi il danaro d'impiegare prima per beneficio della Monacha ſteſſa, che l'hauera guadagnato, ò in altro modo l'hauera come di ſopra acquiſtato, & di poi ſi poſſi ſpendere ſempre che vi ſara biſogno vrgente per beneficio ò ſeruitio commune del Monaſterio.

Che niuna Camera priuata ſi poſſino tenere veſtimenti, ò altre robbe di qual ſi voglia ſorte, eccetto quelle, che ſono neceſſarie per vſo quotidiano, ò le ſaranno conceſſe dall' Abbadeſſa, & ſe alcuna ardirà di far' altrimente incorra irremiſſibilmente nella detta pena della proprietarie.

Che niuna Monacha particolare poſſa vendere, ò donare, ò preſtare coſa alcuna, ne tan poco lauorare gratis per alcuno, ne far' elemoſina ſenza licenza della Superiora ſotto pena di perdere il velo per vn meſe, e di fare tre altre volte la diſciplina non prohibendo però à detta Superiora di poter concedere che à parenti, & à benefattori ſi poſſa donare qualche coſa di deuotione, & fare qualche lauoro di poco momento.

Che l'Abbadeſſa non poſſa dare licenza à Monacha alcuna di tenere danari ſotto

qual ſi voglia preteſto, ancorche foſſe minima la ſomma ò guadagnata da lor ſteſſe, ma il tutto s'habbia da mettere nella caſſa del depoſito da conſeruarſi, come di ſopra ſotto pena di priuatione dell' officio, & di voce attiua, & paſſiua per tre anni. Che l'Abbadeſſa inſieme con la Vicaria faccia tre volte l'anno diligentemente la viſita per il Monaſterio, & per tutte le Celle, & trouando alcuna con proprietà proceda alle pene da noi poſte di ſopra contro le proprietarie, & ſe trouerà qualche coſa alla quale per ſe ſteſſa non poſſa rimediare, ne dia notitia al Veſcouo, ò al confeſſore del Monaſterio.

Che le rotarie non chiamino alcuna che ſia domandata alla rota, ò alla Crata, ſe non vi concorrono queſte tre conditioni, la prima che la perſona de fuori habbi la licenza ſottoſcritta da V. S. ò da chi ſarà da lei deputato la quale ſi facci moſtrare; la ſeconda che la Monacha che ſarà chiamata habbi hauuto licenza dall' Abbadeſſa, altrimente le rotarie, che laſciaranno parlare ſenza dette licenze, ſiano ipſo facto priuate per tre meſi di voce attiua, & paſſiua, nel qual tempo faccino la diſciplina ogni Venerdi, & le Monache che parlaranno non ſolo incorrino in detta pena, ma di più ſiano priuate di poter parlare per lo ſpatio di tre meſi alle perſone ſtrane di qual ſi voglia teſte, & la terza che la Monacha la quale hauerà da parlare alla Crata douendo raggionare con huomini non le ſia lecito ſenza la preſenza di vna aſcoltatrice, la quale douerà auuertire, che li raggionamenti ſiano breui, & honeſti, come è conueniente.

Che le medeſime Rotarie non diano preſenti, lettere, ò altra coſa ne dentro, ne fuori, che prima non l'habbino motrata all' Abbadeſſa, e da lei hauutane licenza, ne le Monache poſſino aſcoltarla ſenza la medeſima licenza ſotto l'iſteſſe pene contenute nel precedente capitolo.

Che l'Abbadeſſa debbi leggere tutte le lettere, che verranno di fuori alle Monache, & quelle che ſaranno da loro ſcritte à gli altri non ſolo habbi da leggere, ma ſigillare, ò farli ſigillare alla ſua preſenza, & coſi ſigillate, auiò non ſi mandatte vna lettera per vn' altra mandarle ſubito per la deputata da lei à chi andaranno, ſotto pena di priuatione dell' offitio.

Che nel Monaſterio di Monteſiaſcone, & di Corneto il numero ordinario, e determinato per ciaſcuno monaſterio non poſſi eccedere il numero di 20. Monache, perche per iſperienza ſi è iuſto, che tante vi ſi poſſino ſoſtentare, e non più.

Che ne ſodetti Monaſterij ſi poſſino pigliare & ritenere Zitelle per educatione conform' il ſolito ogni volta però, che dalla ſacra Congregatione ſe ne ſarà ottenuta la licenza, & non altrimente, il numero de quali non poſſa eccedere più di dodeci per ciaſcuno Monaſterio & ogn' vno di loro paghi per il ſuo vitto almeno tre ſcudi il meſe.

Che l'iſteſſe Zitelle ſiano tutte ſotto la cura di vna maeſtra, & due, & ſe occorrerà che alcuno vi habbi dentro qualche Monacha parente queſta non li ſia maeſtra principale, ma ſopra numeraria.

Che le dette zitelle quanto alla clauſura, ſilentio, parlare, riceuere, ò mandare preſenti, lettere, ò altra coſa oſſeruino l'iſteſſo che ſono tenute oſſeruare le Monache per vigore della loro regola, & ſecondo che è ſtato ordinato di ſopra.

Che quelle Zitelle, che vſciranno vna volta dal Monaſterio non vi poſſino più entrare ſe non per farſi Monache, ſe però non haueranno noua licenza dall' iſteſſa Congregatione, ò da Noſtro Signore.

Che le dette Zitelle ſtiano tutte in vn luogo tanto alla ſcola, quanto al mangiare, & dormire, & con eſſe ſtia la maeſtra, ò altra deputata dall' Abbadeſſa.

Che niun prete di qual ſi voglia ſorte, & conditione, eccetto i deputati da V. S alla cura de Monaſterij poſſi ſotto pena riſeruata all' arbitrio de lei andare à parlare à Monache ſenza licenza ſottoſcritta da lei medeſima di ſua propria mano, & con detta

licenza

licenza vi poſſi parlare ſolo coll' interuento dell' Abbadeſſa, & non altramente.

Che ne meno à laici di qual ſi voglia ſorte ò conditione poſſino andare à parlare à dette Monache ſenza detta licenza ſottoſcritta da V. S. ò da chi ſarà da lei deputato ſotto pena di vn ſcudo per ogn' volta, che ſaranno trouati à parlare ſenza detta licenza.

Dichiarando però che li Gouernatori, che ſaranno pro tempore il fattore, il giardiniero, & li garzoni ordinarij del Monaſterio poſſino ſenz' altra licenza parlar' all' Abbadeſſa, & l'officiale per l'occorrenza, & ſeruitio del Monaſterio.

Et che li Padri, & Madri, fratelli, & ſorelle carnali fuori però alla Quareſima, & dell' Aduento, & de i giorni che le Monache ſi communicheranno poſſino ſenza altra licenza parlare con le loro figlie, & ſorelle vna volta la ſettimana ſolamente. Ne occorrendo altro prego il Signor che la preſerui. Di Roma li 20. di Settembre 1593.

D. V. S. mandato Reu. come Fratello.

IL CARDINAL' ALESSANDRINO.

ITEM DECRETVM QVO RELIGIOSI AD MONIALIVM MONASTERIA cuiuſcumque Ordinis accedere prohibentur, ead. ſeſſ. 25.

ILluſtriſſimi & Reuerendiſſimi Domini Cardinales ſacr. Regularium Congregationum præfecti, ad occurrendum ſcandalis quæ contingere poſſunt, aliiſque iuſtis, & rationabilibus cauſis, animum ipſorum præmouentibus, decreuerunt, nulli pòſt religioſo cuiuſcumque ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis exiſtat ſuperiori, cui Monaſterij, ſeu domus cura incumbit, Confeſſarióque ordinario, & extraordinario cùm ad tempus deputabitur, dumtaxat exceptis, licere abſque licentia expreſſa eiuſdem ſacræ Congregationis accedere ad Monaſteria, ſeu domus quarumcumque Monialium, vel ſororum, ſiue ſui, ſiue alterius cuiuſuis Ordinis, quod ſi aliquando mandato ſui Superioris aliquos religioſos ad celebrandas Miſſas in ipſarum Monialium, ſeu ſororum Eccleſiis, ſeu oratoriis exterioribus, ſiue extra clauſtra exiſtentibus mitti contigerit, prohibuerunt ne dicti religioſi vllo quæſito colore Moniales, ſorores, aut quamlibet aliam perſonam intra clauſuram degentem alloqui poſſint; Confeſſariis autem ſimiliter contradixerunt ne in ædibus Monaſterij, ſeu domus, vel Monaſterio, ſeu domui Monialium, aut ſororum contiguis pernoctent, aut alios pernoctare faciant, vel aliàs ſecum retineant, néve extra tempora generalium confeſſionum, quibus ſoli tantùm confeſſario refectionem diurnam accipere vix permittitur, & tunc demum idem cùm ſua habitatio, aut virorum domus, vel Monaſterium in quo degit, à Monialibus, ſeu ſororum Monaſterio, vel domo nimium diſtat, niſi tamen & eo caſu contrarium ſpecialiter conſtitutum ſit, ibi nullo modo cõmedant, bibant, reficiantur, aut cibum ſumant; quæ omnia, & ſingula ſub pœna priuationis officiorum ac vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrenda præceperunt inuiolabiliter obſeruari, iniungentes cunctis reuerendis Fratribus Generalibus, Prouincialibus, & aliis quorumuis Monaſteriorum, etiam mendicantium, ac non mendican. Ordinum, & Congregationum Superioribus ad quos ſpectat, quatenus intra terminum vnius menſis citra montes, & trium menſium vltra mon-

tes, à die quo præſens decretum ipſis notificatum fuerit computan. debeant eiuſdem decreti copiam cum huiuſmodi præcepto omnibus ſuorum Ordinum, & religionum Monaſteriis, Domibus, & Conuentibus intimare, & notificare, intimaſſe, & notificaſſe, ne vllam aliquando deſuper ignorantiam in futurum allegare, aut prætendere quoquo modo poſſint. Romæ Calend. Aprilis 1590. *Frater Michaël Bonellus Cardinalis Alexandrinus.*

Item, Congregatio cenſuit, & reſcripſit Generali Cappucinorum non incurri per mulieres Bullam 22. Pij Quinti, & 306. Gregorij XIII. ſi ingrediantur Cappucinorum domos, quæ hoſpitij cauſa habentur in aliquo loco, cùm ibi non ſit Eccleſia, vel Conuentus.

Item, ſi ingrediantur Conuentus, vel hortos Cappucinorum tempore quo fabricantur, cùm Fratres ibi degentes ſint, potiùs pro conſtruenda fabrica quàm in forma Conuentus, ſecùs autem ſi mulieres ingrediantur hortos adhærentes Conuentibus iam extructis, ſub die 13. Ianuarij, 1583. & 4. Septembris, 1584.

ADDITIO.

1 *Quoniam.*] Hoc decreto, & ſequenti non prohibentur Religioſi habere peculium mobilium, de licentia Papæ, vel Prælati, aut ſtatuti à Papa confirmati, Nauar. *conſ. vnic. de magis. num. 2. in prima impreſſ.* infertur quòd poſſit Canonicus Regularis in Cathedrali Regulari ſtipendium accipere pro lectura ſacræ Scripturæ, quæ in Eccleſia eſſe debet; An autem poſſint eſſe Vicarij Epiſcoporum, vide infrà *cap. 4.*

2 *Obedientiæ.*] Votum obedientiæ eſt vnum ex ſubſtantialibus profeſſionis: is tamen qui promittit obedientiam non dicitur amiſiſſe profeſſionem, nec obligatur ad alia ſubſtantialia, niſi ſubſcripſerit habitum Monialem certo determinato modo, Rota *diu. decif. 216. num. 5. par. 2.*

CAPVT II.

Proprietatis vitium à Monaſteriis extruditor: cuncta collata legata conuenienter diſtribuuntor. Proprietarius biennio eſto elinguis in Capitulo, & de eo taceatur.

1 NEmini igitur *a Regularium,* tam virorum, quàm mulierum *ß liceat bona* immobilia, vel mobilia, cuiuſcumque qualitatis fuerit, etiam quouis modo ab eis *2 acquiſita,* ª tanquam propria, aut etiam nomine Conuentus, poſſidere, vel tenere; ſed ſtatim ea Superiori tradantur conuentuíque incorporentur. Nec deinceps liceat *γ Superioribus* bona ſtabilia alicui Regulari concedere, etiam ad vſumfructum, vel vſum, adminiſtrationem, aut commendam. Adminiſtratio autem bonorum Monaſteriorum, ſeu conuentuum ad ſolos officiales eorundem, *δ ad nutum Superiorum amouibiles*, pertineat. Mobilium verò vſum ita Superiores permittant, vt eorum ſupellex ſtatui paupertatis, quam profeſſi ſunt, conueniat; nihilque ſuperflui in ea ſit; nihil etiam, quod neceſſarium, eis denegetur. Quòd ſi quis aliter quidquam tenere deprehenſus, aut conuictus fuerit, is biennio *ε actiua & 3 paſſiua voce* priuatus ſit, atque etiam iuxta ſuæ Regulæ, & Ordinis conſtitutiones puniatur.

a Cap. 8. & c. cum ad Monaſterium, de ſtat. reg.

DECLA

DECLARATIONES CARDINALIVM.

MOniales non poſſunt habere, vt proprium, quod ſuis manibus acquirunt, vel à parentibus relictum, vel datum eſt, licèt Monaſterium ſit pauperrimum, & facultas teſtandi eſt penitus ſublata, ſed Superiores de prædictis bonis datis, vel acquiſitis primùm prouideant donatariæ de neceſſariis, & quod ſupereſt ponatur in communi.

Item, Moniales, & alij Regulares etiam res parui momenti datas, vel acquiſitas non poſſunt retinere vt proprias, ſed dent Superiori.

Item, nec poſſunt habere, vt proprium, ſed quod in ingreſſu Monaſterij ſibi reſeruaſſent.

Item, officiales adminiſtrantes temporalia ſunt amouibiles, ad nutum alij non, ſed ſtandum iuri communi, vel Regulæ.

Item, Moniales deputatæ à Superioribus poſſunt adminiſtrare redditus Monaſteriorum.

Item, quando Papa concedit Ciuitati, vt adminiſtret temporalia, & cuſtodiat clauſuram Monialium, intelligitur cum interuentu, & conſenſu Superiorum Monaſterij, & dicti laici electi ſaltem ſint 40. annorum; nihil poſſunt ſtatuere; vel exequi, niſi de conſenſu Superiorum; non poſſunt loqui Monialibus, nec ingredi Monaſteria, niſi neceſſitas officij poſtulauerit, & in præſentia Superiorum Monaſterij.

Item, Ordinarius poteſt deputare officiales, qui adminiſtrent bona Monaſterij, ſic & Superiores Regulares in ſuis, qui officiales poſſunt ſeruare redditus extra Monaſteria, & expendere pro Monialibus, vt opus eſt, &c.

Officia ſi darentur in Titulum, non ſunt amouibilia, quia ſunt potiùs Dignitates, & poſſunt etiam renunciari in forma Dignitatum.

Item, Fratres de Obſeruantia ſancti Franciſci, non ſunt Capaces annui redditus legati, quia ſunt immobilia. Res tamen immobilis poteſt vendi, & pretium conuerti in vtilitatem Monaſterij, etiamſi hic modus non fuiſſet expreſſus in legato.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α REgularium.] An autem regularis factus Epiſcopus habilitetur ad diſponendum ad libitum de proprietate. Capic. *dec.* 200 tenet quòd ſic. D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 2. *ad* 4. *& quæſt.* 185. *artic. fin.* licèt Sotus aliter ſentiat *lib. fin. quæſt. final. artic. final. de iuſt. & iur. art.* 7. Prax. *in ver. Epiſcopus, quæſt.* 8. Nauarr. *de ſolut. conſ.* 7.

β *Liceat bona.*] An bona hæreditaria alicui monacho obuenientia poſſint ab Epiſcopo recuſari, vel ſtatim deferantur Monaſterio abſque vllo facto Monachi; & dic non requiri aditionem Monachi, ſed ſine vllo miniſterio acquiri monaſterio. Abb. *in cap. in præſtantia, de probat.* Corn. *conſ.* 88. *volumin.* 2. *num.* 3. qui dicit communem ſeq. Speculat. aur. *quæſt.* 341. *fol.* 225. ſed valet legatum factum Monacho ne acquirat Monaſterio ad eius vitam. Vincent. de Franch. *deciſ.* 718.

An Monaſterium pinguis redditus poſſit paciſci de dote cum Moniali volente ingredi in id Monaſterium ad vtramque partem, vide commun. contr. comm. *quæſt.* 439. *num.* 7. poſt Tolet. *lib.* 5. *cap.* 89. *& lib.* 1. *cap.* 36. *pro affirmatiua.*

γ *Superioribus.*] Niſi ſoli Papæ, qui ſolet Monachis concedere ius teſtandi, dummodò ad id accedat Superioris Prælati conſenſus, & de modica quantitate diſponatur. Staphil. *de litter. grat. & iuſtit. fol.* 188. *column.* 1. *ſeq.* Couarr. *tom.* 1. *cap.* 2. *num.* 10. Soccin. *conſ.* 13. *volum.* 1. Quinimò Regulares ſunt capaces peculij, vt tenet Nauarr. *par.* 2. *de Magiſt. conſ.* 1. *num.* 6. & poſſunt obtinere etiam Penſionem à Papa, vt per Gigas. *de penſion. quæſt.* 15. *per tot.* & ita conſuluit Nauarr. *de regular. conſ.* 20. *num.* 6. & quando dicat habere proprium, D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 86. *art.* 3. Quarant. *in ver. caſus reſeruati, fol.* 155. *& ſeq.* cum declarationibus Congregationis.

δ *Ad nutum Superiorum amouibiles.*] Et idcircò Moniales quæ à Capitulo ſui Monaſterij electæ ſunt in officiales, vt bona illius adminiſtrent, poſſunt in huiuſmodi officio perſeuerare quamdiu Superioribus huius Monaſterij viſum fuerit, vt Congregatio cenſuit, quod etiam facere poſſunt

Priores. Rot. *par.1. diuerſ.deciſ.* 555. Nauarr. *de regul.comment.2. num.* 18. ampliat etiam in fratribus ex cauſa præpoſitis adminiſtrationi boni, & cùm electio huiuſmodi officialium qui adminiſtraturi ſunt bona Monaſteriorum ſpectet ad Superiores Monaſterij ſi Epiſcopus eſt eius Superior, ipſe Officiales eligere poteſt pro adminiſtratione bonorum Monaſterij, à Superioribus eiuſdem poſſunt, prout ipſis magis expedire videbitur,redditus ipſorum monaſteriorum in loco conueniendi etiam extra Monaſterium conſeruari, & ab eiſdem miniſtrari pro tempore neceſſaria Monialibus.

ſ *Actiua, & paſſiua.*] Intellige capitulariter,Nauarr.*de elect. conſil. 6. & de verbor. ſignificat.conſ.* 8.

ADDITIO.

1 *Nemini.*] Ex hoc infertur quòd Regularis ſine licentia Superioris obligari non poſſit, cùm promiſſio de ſuo impleri nequeat, & de bonis Monaſterij verius eſt filios implenda non ſit.Nauarr.*de pact.conſ.* 5.vbi addit quod obligatio ne quidem virtute iuramenti roboratur.

De interpretatione huius *cap.* 2. plenè Ludouic.Lopez.*in inſtruct.conſc.par.2. cap.5. col.*34.

2 *Acquiſita.*] Hic text.de bonis acquirendis puta in hæreditate delata Monacho quàm Monaſterio,ipſi Monacho renunciare non poteſt, quamuis repudiare illam poſſit ad fauorem legitimorum hæredum, & ideò conſuluit Menoch. non valere licentiam datam Canonico Regulari à Capitulo generali agendi de hæreditate materna,nec de ea ad libitum diſpenſandum, *in conſ.*722. *num.* 58. *& ſeq. vol.* 2. Præterea cùm text.de acquiſitis loquatur, non procedit in acquirendis, & poterit illorum adminiſtratio concedi Monacho præſertim quoad fructus, vel mobilia, maximè aſſenſu Pontificis interueniente, Burſat. *conſ.*240.*num.*7.*lib.*3.

Quinimò,nec in quæſitis habebit locum hic text. accedente conſenſu Papæ,qui eſt ſuprà Concilium,Burſat.*d.conſ.*240.*num.*17. præſertim ſi huic decreto fuiſſet derogatum, vt derogatum cenſetur per non obſtant.&c.etiamſi de eo ſpecialis,&c.quando clauſula derogatoria habet verbum quibuſcumque.Burſat.*ibidem.*

3 *Paſſiua voce.*] Sibi fauorabili, vel quæ ei ſit præeminentiæ, vel honori, ſecùs ſi oneri,vel pœnæ,& an intelligatur de voce Capitulari tantùm,vel etiam electiua,Nauarr.*conſ.6.de elect.*

An ſuſpenſus ab officio de ſuſpenſione à voce actiua, & paſſiua, & an ſuſpenſus à voce Beneficia obtinere poſſit, ibidem Nauarr. *conſ.8.de electìon.*

CAPVT III.

Omnia Monaſteria,præter Monaſteria Minorum de Obſeruantia & Capucinorum, poſſunt poſſidere bona immobilia. Plures non recipiantur in Monaſteriis, quàm honeſtè ſuſtentari poſſint ex reditibus aut Eleemoſynis.

Concedit ſancta Synodus omnibus Monaſteriis, & domibus tam virorum, quàm mulierum, & *a mendicantium,* [a] exceptis Domibus fratrum ſancti Franciſci, Capucinorum,& eorum, qui Minorum de Obſeruantia vocantur, etiam quibus aut ex conſtitutionibus ſuis erat prohibitum, aut ex priuilegio Apoſtolico non erat conceſſum, vt deinceps bona immobilia eis poſſidere liceat. Quòd ſi aliqua loca ex prædictis, quibus auctoritate Apoſtolica ſimilia bona poſſidere permiſſum erat, eis ſpoliata ſint, eadem omnia illis reſtituenda eſſe decernit. [b] *β In prædictis autem Monaſteriis, & domibus* tam virorum, quàm mulierum, bona immobilia poſſiden

a Cap. exiit, qui Seminat. §. porrò de ver.ſign. in 6.

b Conc. Arel. 3.c.8. Concil. Mogũtiacum, c.19 c.2. &c. auctoritate,de inſt.c.quoniã, vt ait de vit. & hon.Cleric.

poſſidentibus, vel non poſſidentibus, γ *Is tantùm numerus* conſtituatur, ac in poſterum conſeruetur, qui vel ex reditibus propriis Monaſteriorum, vel ex conſuetis eleemoſynis commodè poſſit ſuſtentari: nec de cætero ſimilia loca erigantur δ *ſine Epiſcopi*, in cuius Diœceſi erigenda ſunt, ε *licentia priùs obtenta*.

vnico, § ſanè, vt hoc de ſta. reg. in 6.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

Moniales ſanctæ Claræ de Obſeruantia poſſunt habere bona ſtabilia in communi.

Item, Epiſcopus præſcribit certum numerum in Monaſteriis, etiamſi ſint exempta iuxta Bullam Gregorij XIII.

Item, ad Archiepiſcopum ſpectat videre numerum Monialium augendum; vel minuendum, etiamſi ſint Hieroſolymitanæ.

Item, Epiſcopus in Monaſteriis ſibi ſubiectis præfigat numerum intra duos menſes, ita tamen ſubiectis, ſi Superiores moniti non præfigant numerum, Epiſcopus intrà tres menſes præfigat, & interim nulla Monialis admittatur, donec numerus ad Papam reducatur: ſi ſecùs fiat Epiſcopus reddat rationem Papæ, & ſuis expenſis reficiat damnum Monaſterij.

Item, Ordinarij Regulares dantes conſenſum contra hoc decretum ſuſpenduntur, Abbatiſſæ priuantur.

Item, poteſt ſuprà numerum aliquas admittere ſi competentem dotem in ſtabili ferant, vt alantur, admiſſæ ſine dote competenti, remittantur domum.

Item, licèt ſine conſenſu Epiſcopi noua Monaſteria erigi non poſſunt, tamen fabricæ earum iam cœptæ poſſunt perfici ſine licentia Epiſcopi.

Item, Fratres ſancti Franciſci non poſſunt eorum Domicilia erigere in Monaſteria ſine licentia Epiſcopi.

Item, Monachi non poſſunt erigere Monaſteria in Parochia, in qua id non habent ſine licentia Epiſcopi.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α Mendicantium.] Sic mendicantes dicuntur, licèt habeant poſſeſſiones ad ſuſtentationem, vt per Lap. *alleg.* 4. *per tot.* & qui propriè ſint mendicantes, vide *per eund. Lap. alleg.* 44. Ant. 3. *par. tit.* 16. *cap.* 1. § 12. *fol.* 257. *column.* 2. ex Congregationis ſententia vidi deciſum hunc text. non comprehendere Moniales ſanctæ Claræ. Quæ autem requirantur, vt ſit aliquis ex mendicantibus, Rota *diuerſ. par.* 3. *lib.* 3. *deciſ.* 1106. *cum tribus ſeq.* Fratres etiam Heremitarum ſancti Auguſtini proprium non poſſident, & ſunt mendicantes. Caputaq. *par.* 2. *deciſ.* 224. & ſi ſunt ſpoliati non reſtituuntur, idem *par.* 3. *deciſ.* 187.

β *In prædictis autem Monaſteriis, & domibus.*] Ideò vtrumque dictum, quia Monachi à Fratribus in aliquibus differunt, & in aliquibus conueniunt. Aretin. *conſ.* 130. exequutio autem huius decreti competit Epiſcopis & regularibus reſpectiuè, *cap. periculoſo*, § 1. *de ſtat. regul. lib.* 6. & ex Bulla Pij V. circa Paſtoralis, 4. Calend. Iunij, 1566. anno primo *ad fin.*

γ *Is tantùm numerus.*] Quis numerus conſtituendus ſit habetur ex Bulla Sanctiſſimi Domini Noſtri Pauli V. quam refert Quarantig. *in ver. Monaſteria, fol.* 334.

Item, quando eleemoſynæ ſint exigendæ, vide decretum Congregationis ibidem *fol.* 359.

Item, quomodo prouideri debeat circa loca vacantia, ibi.

δ *Sine Epiſcopi.*] Quia Monaſteria omnia iure communi non ſubſunt inferioribus, ſed Epiſcopis tantùm in cuius territorio ſunt conſtructa, *cap. Monaſteria, & cap. dudum*, 18. *quæſt.* 2. *cap. fin. de offic.* Archid. *Clem.* 2. *de ſtat. Monach.* & vbi per Doct. *add. in cap. fin. de conſecrat. diſt.* 1. & in authent. *vt nulla fabr. orat. dom. præter vol. Epiſc. colum.* 5. Clemens autem Octauus in ſua Bulla prohibet Ordinarios poſſe dare licentiam ad erigenda noua Monaſteria, niſi priùs vocatis procuratoribus aliorum Monaſteriorum ibidem exiſtentium, vt priùs videatur an ibi commodè ſuſtentari valeant, vide Bullam quam refert Quarantig. *in ver. Monaſteria, fol.* 331.

ε *Licentia priùs obtenta.*] Per hæc verba corrigitur Bulla 17. §. *nec ab alieno Leo X.* quia

quia non ſufficit hodie petere licentiam, niſi obtineatur, nec ſufficit citatio, de qua per Verall. *par.2.deciſ.*284.ſecùs in reparatione Monaſterij, Prax. *in ver. Eccleſia, in principio*, licèt ſufficiat tacita, ibidem,§.3. nam ſcriptura oſtendit vocem & conſenſum. Maſcard.*de probat. volum.1.concluſ.*183. & quod licentia debet eſſe ſcripta, facit gloſ.*in cap.placuit,in ver.dote.1.quæſt.*2.& in authen.*vbi ſuprà* §.*ſi quis autem.*

CAPVT IV.

Regularis ſubiiciens ſe obſequio alicuius alterius loci, aut perſonæ, prætextu pÿ operis, ſine Superioris licentia, puniendus eſt; ſicut & à Conuentu recedens ad Superiores, niſi ab eis fuerit appellatus. Regulares ſtudioſè viuant in communitate.

PRohibet ſancta Synodus, ne quis Regularis, α *ſine ſui Superioris licentia*, prædicationis, vel lectionis, aut cuiuſuis pij operis prætextu, [a] ſubiiciat ſe 1 *obſequio alicuius Prælati*, Principis, vel Vniuerſitatis, vel Communitatis, aut alterius cuiuſcumque perſonæ, ſeu loci; neque ei aliquod priuilegium, aut facultas ab aliis ſuper iis obtenta, ſuffragetur. Quòd ſi contra fecerit, tanquam inobediens, arbitrio Superioris puniatur. β *Nec liceat* Regularibus à ſuis Conuentibus recedere, γ *etiam prætextu* ad Superiores ſuos accedendi, niſi ab eiſdem miſſi, aut vocati fuerint. 2 *Qui verò* ſine prædicto mandato, in ſcriptis obtento, repertus fuerit; ab Ordinariis locorum, tanquam δ *deſertor ſui inſtituti puniatur.* Illi autem, qui ſtudiorum cauſa ad Vniuerſitates mittuntur, in Conuentibus tantùm habitent: alioquin ab Ordinariis contra eos procedatur.

[a] Cap. quàto, de off. ordin. Clem. ne in agro, §. quia verò de ſtatu mon.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

REgulares huiuſmodi ſunt puniendi, ſed non ſunt excommunicandi.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α SIne ſui Superioris licentia.] Sine qua nec in iudicialibus ſe intromittere poteſt. Rot. Veralli *par.1. deciſ.* 174. & ex Bulla Pij V. præcipitur etiam Epiſcopis ne fratres extra clauſtra degentes ſub eorum protectione recipiant, eóſque inuitis ſuis Superioribus retineant.

β *Nec liceat.*] Hinc emanauit decretum Congregationis Regular.incip. Quoniam, anno 1587. Ne liceat regularibus omiſſis ſuis Superioribus immediatis habere recurſum ad Vrbem Romam, niſi gradatim, id eſt, à Priori ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, & à Generali ad Protectorem, & contra facientes ad ſuos eoſdem Superiores ſeueriori pœna plectendi remittantur. Nauarr. *de ſenten. excomm. conſ.* 33. *num.* 2. licèt quatenus loquitur de fugientibus ad Papam, & ad eum ſcribentibus malè loquatur, quia impediretur recurſus contra Bullam in Cœna Domini.

γ *Etiam prætextu.*] Hoc valet ſicut appellatio ob iuſtum grauamen, quòd non videtur prohiberi hoc textu, vt per Nauarr.*in cap. non dicatis, num.* 61. 12. *quæſt.*1. circa quod decreuit ſacra Congregatio, vt ſuprà, videlicet, vt appellatio hoc ordine proſequatur à Guardiano ad Prouincialem, à Prouinciali, ad Generalem, à Generali ad Protectorem, & à Protectore ad ſacram Congregationem. Quarantig. *de Ar. biep. auctorit. verb. concluſionem, fol.*66. & ne poſſint vagari de Prouincia in Prouinciam ſine licentia ex Conſtitut. Sixti V.

Quaran

Quarantig. *in ver. Monaſterium, fol.* 307. vbi vide de criminoſis, & illegitimè natis cum moderatione Greg. IV. vſque ad *fol.* 327.

δ Deſertor ſui inſtituti.] Videtur, vt Apoſtata puniendus, quando autem ſit verus Apoſtata, vide per d. Quarantig. *de Apoſtat. lib. 1. cap. Apoſtata, fol.* 40.

ADDITIO.

1 *Obſequio alicuius Prælati.*] Prælati, hinc probatur Monachos ad exercitium iuriſdictionis non eſſe aſſumendos, & Vicarios Epiſcopi fieri non poſſe, etiam de licentia ſuorum Superiorum, niſi id eis in priuilegium eminentiſſimæ ſcientiæ tribuatur, ita colligit, & limitat Io. Sec. Dauâl. *in Direct. Iud. Eccleſiaſticorum, c. 17. n. 6. &* 7. Sbrot. ſimpliciter Religioſos Vicarios Epiſcopi creari poſſe, *lib. 1. de offic. Vicarij cap.* 40. Rot. ante Concil. tenuit, quòd ſimpliciter Monachus non poſſet eſſe Officialis, vel Vicarius Epiſcopi, ſicut nec Procurator eiuſdem, ſecùs in Abbate habente adminiſtrationem per Guid. Pap. *quæſt.* 563. Guidob. *dec.* 112. incipienti *Monachus.*

2 *Qui verò.*] Hoc decreto non eſt ſublatum Regularibus Beneficium appellationis, & de hoc Capitulo vide Nauarr. *in conſ. 4 de appellat. in prima impreſſ.* Emanuel. Rodericus *de reg. q. tom. 1. quæſt. 30. art. 3.*

CAPVT V.

Admitantur Epiſcopi, vt procurent obſeruari clauſuram Monaſteriorum, adhibito etiam brachio ſæculari, ſi neceſſe fuerit. Qui ingredi valeant licitè Monaſteria, aut egredi. Monaſteria Monialium expoſita malorum hominum prædæ ſunt intra vrbes transferenda.

1 BOnifacij [a] Octaui conſtitutionem, quæ incipit, Periculoſo, renouans ſancta Synodus, vniuerſis Epiſcopis *α ſub obteſtatione diuini iudicij*, & interminatione maledictionis æternæ præcipit, vt in omnibus Monaſteriis ſibi ſubiectis, ordinaria, in aliis verò Sedis Apoſtolicæ auctoritate *β clauſuram* Sãctimonialium, vbi violata fuerit, diligenter reſtitui, & vbi inuiolata eſt, conſeruari maximè procurent; inobedientes, atque contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, aliáſque pœnas, quacumque appellatione poſtpoſita, compeſcentes, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Quod auxilium, vt præbeatur, omnes Chriſtianos Principes hortatur ſancta Synodus, & ſub excommunicationis pœna, ipſo facto 1 *incurrenda*, omnibus magiſtratibus ſæcularibus iniungit. [b] *γ Nemini autem* Sanctimonialium liceat poſt profeſſionem exire à Monaſterio etiam ad breue tempus, quocumque prætextu, niſi ex aliqua *δ legitima cauſa*, ab Epiſcopo approbanda: in adultis quibuſcúmque & priuilegiis non obſtantibus, [c] ingredi autem *ε intra ſepta* Monaſterij nemini liceat, cuiuſcúmque, generis aut conditionis ſexus, vel ætatis fuerint, ſine Epiſcopi, vel Superioris licentia, in ſcriptis obtenta, ſub excommunicationis pœna, ipſo facto incurrenda. [d] Dare autem tantùm Epiſcopus, vel Superior licentiam debet in *ζ caſibus neceſſariis*, neque alius vllo modo poſſit, etiam vigore cuiuſcúmque facultatis, vel indulti hactenus conceſſi, vel in poſterum concedendi. Et quia Monaſteria Sanctimonialium extra mœnia vrbis, vel oppidi conſtituta, malorum hominum prædæ, & aliis

a Cap. periculoſo, de ſtat. mon. in 6. Dec. l. 6. de ſtat. Regularium, cap. 1.

b Conc Cabilon. 1. ca. 37. 62. & 61.

c Concil. Matiſcon. c. c. 1. Concil. Arela. c. 7.

d Cap. definimus, 18. q. 2.

facinoribus ſine vlla ſæpè cuſtodia ſunt expoſita: *curent Epiſcopi*, & alij Superiores, ſi ita videbitur expedire, vt Sanctimoniales ex iis ad noua, vel antiqua Monaſteria intra vrbes, vel oppida frequentia reducantur, inuocato etiam auxilio, ſi opus fuerit, brachij ſæcularis. Impedientes verò, vel non obedientes per cenſuras Eccleſiaſticas patêre compellant.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

PRohibetur laicis ſeruare Claues Monaſterij Monialium. Item, laudatur Epiſcopus, qui prohibet ingreſſum Monaſterij etiam non ſibi ſubiecti Confeſſionario, & inſtitui faciat Rotam, & feneſtram, quæ ſunt in cubiculo Confeſſarij.

Item, Moniales omnes etiam Tertiariæ, ſi tria vota emittant ſeruent Clauſuram Concilij, ſi non emittant ſeruent Bullam Pij V. anno primo, & non ſeruetur iuſſio præfigendi tempus ad profitendum, & ſi ſecus, remittantur ad parentes, quia nulla Bulla extat huiuſmodi.

Item, Epiſcopus poteſt viſitare Monaſterium immediatè ſubiectum Papæ in his, quæ ſpectant ad Clauſuram, & ſi Monaſterio imminet Cura animarum, ſeruetur *cap. 9 ſeſſ. 25.* etiamſi ſint Hieroſolymitanis ſubiectæ, tanquam delegatus Sedis Apoſtolicæ, non obſtante conſuetudine.

Item, quoad acceſſum, & colloquium ad Crates ſeruetur conſuetudo, quoad licentiam ingrediendi ſeruetur Concilium.

Item, Epiſcopus in Monaſteriis ſuę Diœc. ſed ſubiectis alteri Epiſcopo, poteſt viſitare Clauſuram, & poteſt facere ea, quæ poteſt in Monaſteriis ſubiectis Regularibus.

Item, Monialis, vt ex cauſa exeat ad Eccleſiã exteriorem, verbi gratia, vt exorciſetur coram Reliquiis, conceditur, ſic vt ſit apud parentes per menſem, conceſſit Papa.

Item, Monialis non poteſt tranſire de vno ad aliud Monaſterium de conſenſu Epiſcopi ſine licentia Papæ, & faciliùs conceditur ſi tranſit ad aliud eiuſdem Ordinis.

Item, quando Monialis de licentia Papæ transfertur de loco ad locum, fiat in Aurora, ne à multis videatur, & deducatur à parentibus grauibus, & Dotes remaneant primo Monaſterio.

Item, non eſt iuſta cauſa Moniali exeundi à Monaſterio, vt Curam Nepotum habeat, licèt nullum proprium habeant.

Item, Papa ſi concedit, vt Monialis eat ad balnea curandi cauſa, Epiſcopus aſſignet Comitatum honeſtum, nec moretur in Balneis vltra neceſſitatem, nec eundo, vel redeundo conuertat aliò.

Item, quando reſtaurantur Monaſteria fuit conceſſum, ſi ita expedire videbitur, vt Nouitia Monialis transferatur ad aliud, donec fit opus.

Item, mulieres ſuccurſus Monaſterij, quæ ibi viuunt, vt curent alios, non ſunt cogendæ ad clauſuram, vel profeſſionem.

Item, ſi cauſa eſt legitima exeundi è Monaſterio, licentia dabitur ab Epiſcopo, & Superiore Regulari.

Item, ſi quæ vult ingredi Monaſterium, in quo aliquando profiteri cupit, vt videat formam viuendi, & Regulæ, indiget licentia Papæ.

Item, Mulieres non poſſunt ingredi ſepta Monaſterij.

Item, Mulieres ingredientes Domicilia Fratrum ſancti Franciſci incidunt in Bullam Gregorij XIII. contra ingredientes locos Regularium.

Item, non licet etiam Regularibus ingredi ſepta Monaſterij, etiam vt celebrent anniuerſaria, ſic relicta, ſed celebrent in exteriori Eccleſia & ſatisfaciant.

Item, intra ſepta Monaſterij non licet ingredi, etiam cauſa celebrandi Miſſas.

Item, Superiores Monialium poſſunt ingredi viſitandi cauſa.

Item, ex gratia ſpeciali aliquando fuit conceſſum, vt Guardianus, & Confeſſor ingrediatur in die Corporis Chriſti, vt proceſſionaliter cum Monialibus procedat.

Item, vbi non erat Eccleſia exterior fuit conceſſum per ſex menſes, vt ſemel in menſe ingrediantur, & celebrent, & illas communicent, & interim prouideatur de Eccleſia exteriori.

Item, Nobili fœminæ, cuius Progenitores fundarunt Monaſterium fuit conceſſum ex magna cauſa, vt bis in anno cum

duabus

Digitized by Google

duabus Matronis illud poſſit ingredi, ſed non pernoctet.

Item, Papa permittit, vt Viduæ, & aliæ ingrediantur, vt in eo perpetuò viuant, retento habitu modeſto ſæculari, tamen de conſenſu Abbatiſſæ, & maioris partis Monialium, & ſi ſemel egrediantur, non ampliùs ingrediantur.

Item, permiſſum eſt etiam aliquãdo mulieres habẽtes maritum abſentem ad tempus manere in Monaſterio Monialium.

Item, mulieres non poſſunt ingredi Monaſteria mulierum, nec virorum per Bullam Pij V. tamen poſſunt ingredi primum clauſtrum, vbi ſunt conceſſæ indulgentiæ viſitationibus, vel ſi de more patriæ mulieres laborant more operariorum iuuantes fabricatores.

Item, Bulla Pij V. fuit declarata valere ſolùm in clauſura Monaſterij virorum, & non in locis antiquis.

Item, ex gratia aliquando Papa conceſſit, vt aliquæ mulieres intrent ſepta Clauſuræ Cartuſianorum cauſa viſitandi quandam Cappellam, & de licẽtia Superiorum.

Item, poſſet Ordinarius iure proprio puellas, de quibus eſt lis collocare in Monaſterio, donec lis finiatur.

Item, mulier ſæcularis, quæ eſt in Monaſterio ſine licentia Papæ, & contra voluntatem maioris partis Monialium eſt expellenda.

Item, cauſa infirmitatis Monialium Papa conceſſit, vt habeant ſæcularem cum clauſura, & habitu; ſed Epiſcopus non poteſt concedere.

Item, puellæ poſſunt educari in Monaſteriis ſolitis educare cum habitu modeſto, & clauſura, & conſenſu Abbatiſſæ, & maioris partis, & ſi ſemel egrediantur non permittantur ingredi ſine noua diſpenſatione, niſi in eo profiteri voluerint. Item, educatio ſaltem extenditur vſque ad 25. ætatis annum.

Item, mulier ſemel egreſſa è Monaſterio, vbi educabatur non ſolùm in idem, ſed nec in aliud ſine licentia Papæ intret.

Item, puella, quæ ex cauſa, vt infirmitatis de licentia Ordinarij egreditur, de eadem licentia poteſt egredi, vt priùs.

Item, ſi Sedes Apoſtolica conceſſit, vt puella educanda habeat famulas, intelligitur cum eiſdem legibus.

Item, qui habet licentiam ingredien di Monaſteria, & illa vtitur leui cauſa, incidit in pœnam Bullæ Gregorij XIII. & aliàs, ac ſi ſine licentia.

Item, Epiſcopus poteſt dare licentiam ingrediendi Monaſteria etiam exempta ſuæ Diœceſis, ſi non ſunt Regularium, quia tunc dabit Superior Regularis.

Item, licentia eſt danda in ſcriptis, & non oretenus, ſecùs ſi cum Epiſcopo ingreditur, non enim eſt neceſſaria in ſcriptis licentia.

Item, qui vult ingredi ex quacumque cauſa neceſſaria, debet petere licentiam ab Epiſcopo, qui poteſt concedere in cauſis neceſſariis.

Item, Vicarius generalis non poteſt dare hanc licentiam etiam abſente Epiſcopo, niſi ſpecialiter ſit illi conceſſum ab Epiſcopo.

Item, non poteſt Epiſcopus facere exire Moniales cauſa correctionis, pœnitentiæ, vel examinis; etiam in criminalibus, nec ipſæ egredi poſſunt.

Item, Epiſcopus, vt Delegatus poteſt Monaſteria quæ ſunt extra, intra Vrbem transferre, etiamſi ſint exempta & ſoli Papæ.

Item, ſi eſt conſuetudo, quòd ſolus Epiſcopus det licentiam ingrediendi, & colloquendi Moniales etiam in Monaſteriis ſubiectis Regularibus, eſt ſeruanda etiam priuatiuè ad Regulares.

Item Epiſcopus viſitans clauſuram Monialium Regularium ſubiectarum poteſt ſingulas examinare in his, quę pertinent ad clauſuram, & poteſt habere ſermonem ad Moniales intra, & extra crates, & Sacramenta miniſtrare.

Vide multa de Tertiariis, & mulieribus admittendis ad monaſteria, & nouum decretum, *fol.* 205. de Tertiariis.

Si perſona, cupit ſepeliri in Monaſterio Monialium, ſepeliatur in exteriori Eccleſia, & non in clauſura.

Item, ſi quæ Monialis eſt docta pulſare organa; non eſt prohibenda pulſare in eadem Eccleſia, & ſi opus eſt Concinnatores organi poſſunt admitti, ſicuti & coerceri Artifices.

Item, abſoluto termino educationis ſi non ſtatim egreditur puella, nullas incurrit pœnas, ſed Epiſcopus prudenter præfigat terminum, vt eligat, vel egrediatur, &c.

Digitized by Google

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α S*Vb obteſtatione diuini iudicij.*] Et in terminatione maledictionis æternæ, quid ſit cenſura, an veniat per iſta verba, vel ſimilia, veluti Eccleſiaſticæ diſtrictionis diſciplinæ Eccleſiaſticæ, ſeueritatis Eccleſiaſticæ pœnæ Canonicæ, vel ſub pœna obedientiæ, vel animaduerſionis, vel indignationis noſtræ, vel indignationis Petri, & Pauli, vel diuinæ indignationis, vel ſub obteſtatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ, vel anathematis, vel acrimoniæ noſtræ, vel mucronis, vel diuinæ vltionis, & de aliis pœnis, vide plenè per Franſc. *de viſitat. lib. cap.* 31. *fol.*196.

β *Clauſuram.*] In ſpectantibus ad conſeruationem profeſſionis poteſt indici ſtrictior vita religioſis. Silueſt. *Religio.7.num.* 16. *& religio 6.* §. 6. quia religioſi propriæ voluntati renunciauerunt, *cap. non dicatis* 12.*quæſt.* 1. & ideò nolle non habent, *cap. ſi religioſus*; *de elect. in 6.* & probatur *in cap. vnico de ſtat. Monach. in 6.* vt per Abb. *in cap. ad noſtram, de appell.* Card. Alex. ante trienium, *colum.*2.*diſt.*31. refert, & ſequitur Rebuff. *in concord. de Reg. ad præfat. de nomin. ſocien.* §.1. *ver. quæro an religioſi*, & ibi vide duas limitationes, Innoc. de Regul. *cap. ſuper eo*, licèt qui ſe obligauerunt ad certam regulam, vel viuendi formam, non debent arctari ad vitam aſperiorem contra eorum voluntatem. Abb. *in cap. ſuper eo, de regul. ver. ad quid teneatur.* Felin. *in d. cap. ad noſtram, de appell.* & ibi Dec. *num.* 6. Tabien. *ver. religio, num.*21. Armill. *num.*9. *&* 10. & ex D. Bernard. *Voto mea ne augeas, ſine meo voluntate, nec diminuas, ſine aliqua neceſſitate.* Ferrett. *conſ.* 176. præſertim in mulieribus, ſed hoc intellige, quando præcipitur aliquid quod eſt contra primam regulam illius Ordinis, ſeeùs ſi agatur de reſtitutione primæ regulæ, quæ laxior euaſiſſet, & ita concordantur iura.

Ex Bulla felicis recordat. Pij V. circa Paſtoralis, datur hæc poteſtas Epiſcopis quoad clauſuram, etiam in Monaſteriis Regularium, ſed cumulatiuè cum regularibus; non autem priuatiuè, & Epiſcopus debet prouidere in his quæ faciunt ad clauſuram Monialium, & aliis earum neceſſitatibus.

In Moniales autem quæ priuilegio, vel indulto Papę ſunt immunes, in his quæ non tangunt clauſuram, Epiſcopus non habet iuriſdictionem, & ita cenſuit ſacra Congregatio.

Item, Pius V. reuocauit licentias mulieribus conceſſas ingredientes Monaſteria Cattuſianorum, & aliorum Mendicantium, quam reuocationem confirmauit Gregorius XIII. cum aliis quibuſdam qualitatibus relatis per Quarantig. *in ver. Monaſteria, fol.*305. *& ſeq.* vbi etiā vide duas declarationes Cōgregationis, quarum prima eſt Monaſterio nondum perfectè clauſtrato, nondum iniungi clauſuram: altera pro fratribus Minimorum non præiudicari ipſorum priuilegiis quoad Reginas, & fundatrices circa ingreſſum intra clauſuram.

γ *Nemini autem.*] Ad hoc facit *epiſt.9. lib. 3. ex regis. Greg.* 1. & Monialis non poteſt exire è Monaſterio extra clauſtra, niſi de conſenſu eius Superioris regularis, ſi ei ſubiecta ſit, & Epiſcopi Diœceſani, ex Congregationis ſententia, & per Bullam Pij, *ne Moniales exeant extra clauſuram, niſi in tribus caſibus*, vide apud Quarantig. *in ver. Monaſterio, fol.* 346. & an poſſint hi tres caſus extendi ad ſimiles. Specul. aur. *quæſt.* 509. *in fin.* negatiuè contra Nauarr. qui tenuit poſſe extendi.

δ *Legitima cauſa.*] Cauſæ ſunt morbi aliqui cōtagioſi, vel ſi ſcandaloſè viuatur, iuxta *ca. periculoſo*, & ad has tantùm ſe reſtrinxit S.D.N. addidit etiam cauſas magni incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epidimiæ, & tunc non ſolùm de licentia Superioris Ordinum, ſed etiam Epiſcopi, aut loci Ordinarij, vide Bull. ſub datis Romæ Calend. Februar. 1569. anno quinto.

ε *Intra ſepto.*] Conſtitutionem Gregorij XIII... prohibentem ipſis Epiſcopis ingreſſum intra Monaſteria etiam ſibi ſubiecta, niſi in caſibus, vide apud Quarantig. *in ver. Monaſteria, fol.*343. Nauarr. *de ſtat. Monach. conſ.*6. Quod amplia procedere in habentibus licentiam ingrediendi in caſibus neceſſariis, ſi extra illos caſus ingrediantur, quia ipſo facto excommunicationem incurrunt, ex alia Conſtitutione dicti Gregorij XIII. ibidem, *fol.*344. *& ſeq.* vbi vide limitationem.

Epiſcopus autem non habet poteſtatem dandi licentiam matri, & ſororibus, aut conſanguineis, vt Monaſterium ingrediantur cauſa viſitandi filiam, vel ſororem, quæ graui aliqua infirmitate detineatur. Minùs quando filiæ, aut aliæ profeſſionem emittunt, vel habitum religionis ſuſcipiunt, ex Congregationis ſententia.

Nec poteſt Epiſcopus licentiam dare viduæ Monaſterium ingredi volenti, & in habitu laicali permanere, etiamſi ibi vſque ad finem vitæ ſuæ permanere, nec amplius egredi vellet; quia in iſtis nulla adeſt cauſa neceſſaria, licebit tamen Epiſcopo, vel Superiori in Monaſteriis ſibi ſubiectis dare licentiam recipiendi puellas, & ibi commorandi, vt rectè in moribus inſtituantur, etiamſi nolint habitum religionis ſuſcipere, cum certis tamen conditionibus, non obſtante hoc decreto.

ζ *In caſibus neceſſariis.*] Nulla enim danda eſt licentia introeundi ſepta Monaſterij Monialiũ, niſi in caſibus neceſſitatis, quorum aliqui expliciti fuerunt in edicto Vicarij Vrbis Romæ ſub Pio IV. & ex Nauarr. in reſponſ. ad dubia per me illi propoſita, & conſultiſſimè reſoluta; illæ perſonæ etiam extraneæ poſſunt intrare ſepta Monaſteriorum, iuxta text. & gloſ. *in cap. 1. ver. cauſa, de ſtat. regular.* veluti medici, barbitonſores, Carpentarij, & alij ſimiles de licentia Superioris, vt idem latiùs tractaſſe refert de hoc *in tract. de pauper. cap. ſtatuimus, nu. 69.* vbi concludit quòd tribus concurrentibus poteſt quis intrare: primò, quòd ſit perſona honeſta: ſecundò, quòd cauſa ſit rationabilis: tertiò, de licentia Superioris, & licentia ex hoc text. debet eſſe ſcripta à Superiore cuiuſmodi non eſt Abbatiſſa ſufficiens, ſed Superior reſpectiuè in Monaſteriis ſibi ſubiectis ſecundùm Domin. & Perus. *in d. cap. 1.* Cenſuit tamen Congregatio quòd cauſa euidentis vtilitatis Monialium danda eſt licentia ab Ordinario earum procuratoribus in ea ingrediendi, dũmodò eorum ætas, & morũ grauitas ea ſit, quæ eos cõmendet; Dari etiam poterit probis, & nobilibus viris curatoribus fabricæ cauſa exercendi, & vrgendi ſtructores ædificationis ad celerem, & optatam inſtituti operis ædificationem.

η *Curent Epiſcopi.*] Hoc licuit Archiepiſcopo Salernitano facere, qui ſacras Virgines Piratarum excurſionibus expoſitas in tuto eiuſdem Ordinis vrbano Monaſterio collocauit decima quarta Octobris, 1564. & poterat fieri huiuſmodi tranſlatio de iure ex pluribus cauſis, quæ ſunt 16. *quæſt. 7. cap. antepenult.* Item, propter concurſum hoſtium *7. quæſt. 1. cap. temporis reliquias.* vide per Lap. *alleg. 68. num. 2.*

Et ſimul cum Monialium, & Monaſterij tranſlatione debent etiam tranferri, & ſequi redditus, & prouentus eiuſdem Monaſterij tranſlati, nec debent in alios vſus conuerti, & ita reſcripſit ſacra Congregatio Cardinali Ferrerio, 28. Iulij, 1566. Præterea eadem Congregatio cenſuit quòd, Moniales quæ habent Monaſteria expoſita incurſionibus Piratarum, & hominum nequam, Monaſterio vrbano collocari debent, non ſunt tamen diſtribuendæ pluribus vrbanis Monaſteriis, dum proprium ædificatur. Item, fuit in Congregatione approbata tranſlatio Monaſterij Nolani in alium locum, quia effluxerit ex mõte quædam aquæ vis, quæ quotieſcumque erumpit peſtilentiam infert locis, & hominibus illis, & ita reſcriptum fuit Epiſcopo Nolano, ſub die 28. Iulij, 1576. eadem ratione ſi teſtator mandet conſtrui Monaſterium in certo minus apto loco, poterit arbitrio Epiſcopi, & exequutoris alibi commodiùs. Couarr. *tom. 1. cap. 3. num. 9.* & quod per ſuperuenientem aëris peſtilentiam poſſit fieri tranſlatio de vno in alium locum cenſuit ſacra Congregatio.

Reſolutiones ſacræ Congregationis ad hoc cap. 5. ead. ſeſſ. 25.

Superiores Monialium tenentur quoad clauſuram ad obſeruantiam Conſtitutionum Pij V. & Gregorij XIII. prout reſcripſit ſacra Congregatio Generali Reformatori Regularium.

Item, cenſuit Epiſcopum non poſſe exercere iuriſdictionem in Monialibus, Regularibus profeſſis alicuius religionis; Epiſcopi Sulmonen.

Item, cenſuit Epiſcopum non poſſe impediri à Regularibus quominus ingrediatur ſepta Monaſterij ipſis regularibus ſubiecti, ad effectum videndi ſi clauſura ſeruata fuerit, vel ne, die 28. Aprilis, 1594.

Item, cenſuit licentias ingrediendi ſepta Monaſteriorum Monialium Regularibus ſubiectarum ex vera tantùm neceſſitate concedendas ſpectare dumtaxat ad ipſos Superiores Regulares, die 19. Iunij, 1597.

Item, poſſe Epiſcopos Moniales Regularibus ſubiectas in iis quæ clauſuram concernunt toties viſitare, quoties verè cognouerint expedire, die 1. Iulij, 1597.

Moniales ſubiectæ poteſtati Regularium exemptorum, ſi ſine licentia Ordinarij è Monaſteriis egreſſæ fuerint, debent ipſæ, & earum Superiores, de quorum licentia egreſſæ fuerunt per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia iuris remedia ab eodem Ordinario puniri, non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis ex Congregationis ſententia.

Item, cenſuit facultatem concedendi licentiam accedendi ad colloquium cum Monialibus Regularibus ſubiectis, ſpectare ad ipſos Superiores regulares, niſi eſſet conſuetudo legitimè præſcripta, vt huiuſmodi licentia quoad Monaſterium prædictum ab Epiſcopo tantùm, vel ab Epiſcopo, & Superiori regulari coniunctim obtineretur, tunc enim conſuetudinem eſſe ſeruandam, die 17. Iulij, 1597.

Item, cenſuit non eſſe permittendum quampiam mulierem, tametſi regia dignitate inſignitam, vel ex regia ſtirpe procreatam fundatricémve Monaſteria Religionis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Paula intrare, die 24. Februarij, 1598.

Item, cenſuit quòd mulier coniugata ſi ſit in Monaſterio Monialium, & cōſtiterit, quòd ſi inde exeat, verſabitur in mortis periculo, debet relinqui in Monaſterio, dummodò ſit ſine ancillis, & famulatu extraneo, teneatúrque clauſuram, & alia prout ipſæ Moniales ſeruare.

Item, quoque cenſuit Neophitas poſſe manere in Monaſteriis Monialium, ſi Ordinarij, Abbatiſſæ Monialium, earúmque Superioris conſenſu acceſſerit, ipſæque ſolæ maneant in Monaſterio, neque inde exeant, niſi in Monaſterium ampliùs non reuerſuræ, reliquiſque in rebus omnibus, præſertim in iis quæ ad clauſuram pertinent, leges ſeruent Monialibus præſcriptas.

Item, cenſuit mulieres non prohiberi in caſu proceſſionis aſſociandæ ingredi clauſtra religioſorum.

ADDITIO.

1 *Bonifacij Octaui.*] De pœnis violantium clauſuram Monialium, de cauſis, ob quas Moniales exire Monaſteria, vel alios admittere poſſunt, & de conueſſis, vide in Manual. Viſit. Fratr. Felic. *lib. 2. in fin. in appen.* vide etiam Nauarr, *de reg. conuent. 4. quæſt. 18.* & de Extrauag. Pij V. & Gregor. XIII. ibidem *num. 62.* Graſſ. *cap. 24. pa. 1.* vbi etiam agitur de clauſura virorum.

2 *Incurrenda.*] A qua Epiſcopus abſoluere poterit, cùm non fuerit reſeruata, *cap. nuper, de ſent. excomm.* niſi habens licentiam ingrediendi, & abuſus fuit, tunc enim incurrit excommunicationem Papæ reſeruatam per Breue Pij V. & Conſtit. Gregor. XIII. de qua Steph. Quarant. *in Compilat. nouiſſ. extrauag. Commun. tit. de ſtat. Regul. cap. reuocatio in amit.* vbi plura de ingrediendo, & reuocatione licentiarum ingrediendi, *pag. 110.*

Ipſi verò Epiſcopi, vel Superiores, quatenus facultate ingrediendi vti poſſint, vide *dicto tit. de Regul. cap. declaratio.* vbi de declaratione Greg. XIII. & infrà eodem *cap. 7. in fine.*

CAPVT VI.

Omnes Superiores eligibiles eligantur collatione ſuffragiorum ſecretorum: Abſentium vota non ſuppleantur: aliter eligi ſe permittens exiſtat inhabilis ad omnia officia in religione obtinenda, & electio irrita, &c.

1 IN *electione* Superiore quorumcumque Abbatum temporalium, & aliorum 2 *Officialium*, ac Generalium & Abbatiſſarum, atque aliarum Præpoſitarum, quò omnia rectè, & ſine vlla fraude fiant, in primis ſancta Synodus diſtrictè præcipit, omnes ſupradictos eligi debere per 3 *vota ſecreta*; ita vt ſingulorum eligen

eligentium *α nomina* numquam publicentur. *β Nec in poſterum* liceat; Prouinciales, aut Abbates, Priores, aut alios quoſcumque Titulares ad effectum electionis faciendæ conſtituere, aut voces, & ſuffragia abſentium ſupplere. Si verò contra huius decreti conſtitutionem aliquis electus fuerit; electio *γ irrita ſit*; & is, qui ad hunc effectum ſe in Prouincialem, Abbatem, aut Priorem creari permiſerit; deinceps ad omnia officia, in religione obtinenda, inhabilis exiſtat; facultatéſque ſuper his conceſſæ, eo ipſo abrogatæ cenſeantur; &, ſi in poſterùm aliæ concedantur, tanquam ſubreptitiæ habeantur.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

TVtelares etiam conſtituti particulariter ad effectum electionis non poſſunt ferre ſuffragium in electione Superiorum.

Procuratores legitimè conſtituti cum generali mandato eligendi non excluduntur, dummodò non habeant mandatum de certa perſona eligenda, quia tunc votum non eſſet ſecretum.

Item, electio Abbatiſſæ per vota non ſecreta etiam ex ignorantia huius decreti non valet, nec Epiſcopus poteſt diſpenſare, vt valeat, Papa ſic.

Item, vota dicuntur ſecreta etiamſi aliqui Superiores, id eſt quatuor, vel quinque illa ſciant, ſi hoc eſt ſecundùm ſtatuta Religionis, *cap. quia propter, de elect.*

Item, ſi fundator in fundatione mandet, vt pro tempore Abbatiſſa eligatur de ſua familia eſt ſeruandum, ſi adeſt idonea, vt *infrà cap. 7.*

Item, ſi eligentes, quia pauca de neceſſitate detegantur, ſi eſt ſecundùm ſtatutum, Concilium, etiam tolerat.

Item, mortua Abbatiſſa, verbi gratia, Hieracen. ſi habet Prouincialiſſam, Meſſan. Epiſcopus non poteſt accipere vota, ſed is, cui Prouincialiſſa mandauit.

Item, ſi in electione Priorum, Abbatum, & ſimilium eſt diſcordia, Superiores Ordinum poſſunt nominare alios Fratres abſentes, vt ex illis aliquis eligatur.

In electione Abbatiſſæ Epiſcopus cum ſuo Vicario, vel Secretario, vel alio vota ſingularum Monialium oretenus dicta audiant.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α NOmina.] In *cap. quia propter, de election.* dicitur ſecretum quod patet tribus ſerutatoribus, & hoc procedit dummodò vota non ſint conditionalia, vel incerta. Lap. *alleg. 6. per tot.* & *alleg. 50. num. 10. per cap. 2. de elect. in 6.* Poteſt tamen Epiſcopus vnà cum Vicario ſuo, vel Secretario, vel alio ab ipſo aſſumpto vota ſingularum Monialium oretenus expreſſa audire, vt cenſuit ſacra Congregatio, & ſecretum dicitur etiamſi fiat coràm quinque, dummodò ſecretè ſit actum. Troil. Maluit. *de Canonix. ſanct. §. reſtat. quartum, num. 24. & ſeq. tom. 3. fol. 26.* Qua verò pœna puniantur eligentes non ſeruata forma, dic quòd priuantur pro illa vice poteſtate eligendi, *d. cap. quia propter, de elect.* Boët. *deciſ. 1. num. 72.* & electus etiam peccat ibidem, *num. 71. & per tot. deciſ.* Nauarr. *de elect. conſ. 4.*

β Nec in poſterum.] Hîc caſus non videtur comprehendere electionem Priorum, & Correctorum, quia iſti eliguntur per voces ſimplices locales, non autem per Abbates, aut alios Superiores, ſed videtur loqui de Generalium electione, quæ fit per Prouinciales, & Priores, & alios Abbates titulares; illa enim fit in definitorio, & dicitur promiſſio potiùs quàm electio, ſed fallit in Dominicanis qui eligunt etiam Priores inferiores.

γ Irrita ſit.] Denotat nullitatem ipſo iure Catech. Neapol. *lib. 5 cap. 20. fol. 302.* licèt autem requiratur per hunc text. in electione ſicut in Matrimonio plena libertas, tamen poteſt multis modis reſtringi. Nauarr. *conſ. 5. de conſtitut.* ſi quis autem ſit in quaſi poſſeſſione dandæ vocis pro duabus

perſonis

perſonis ex duplici Dignitate, vel Officio quo fungitur, eſt deferendus in tali poſſeſſione, per *cap. in litter. de reſtitution. ſpoliat.* Federic. de Sen. *conſ.61. colum. 2. ver. præterea conſuetudo.* Barbat. *in cap. ſi ex litteris, column. 21. de probat.* ex *l. tutorem. ff. de his quib. vt in d.* & *l. generaliter. C. de fideiuſſ.* ita tenet Innoc. *in cap. cùm olim, de re iudic.* Iaſon. *in l. ſingularia colum. 3. §. nota etiam. ff. ſi cert. pet.*

ADDITIO.

1 *In electione.*] Ex hoc Capite ſupponit Nauarr. liberam eſſe debere eligendi facultatem, valere tamen ſtatutum, vt non tantùm de vna natione eligantur, *conſ. 5. de Conſtitut.*

Non valere electionem nocte factam ſine lumine, Nauarr. *conſ. 3. de election. in fin.*

2 *Officialium.*] Fuit dubitatum an Officialium appellatione hic diſcretos comprehenderet, & pro negatiua adducit. Silu. *in ſum. ver. electio, num. 4.* agebatur enim de mutanda forma electionis diſcretorum, quæ fiebat per ſecreta ſuffragia, vt fieret coniectis nominibus quorumdam Seniorum in vrnam, & extractis diſcretis, atque ita per ſortes, Congregatio cenſuit, nihil eſſe immutandum.

3 *Vota ſecreta.*] Nota quòd ſi ſcribat ſuum ſuffragium, & aliis publicaret, non per hoc infirmaretur, & de mente Concilij in hac parte, Nauarr. *conſ. 4. de election.*

CAPVT VII.

Quadragenaria, aut ſaltem trigenaria eligatur in Abbatiſſam, aut Prioriſſam, quæ vni tantùm præſit Monaſterio, cuius clauſtra Epiſcopus non ingrediatur ad votorum receptionem.

ABbatiſſa, & Prioriſſa, & quocumque alio nomine Præfecta, vel Præpoſita appelletur, *a eligatur β. non minor* annis quadraginta, & quæ octo annis poſt expreſſam profeſſionem laudabiliter vixerit. Quòd ſi his qualitatibus non reperiatur in *γ eodem Monaſterio*, ex alio eiuſdem Ordinis eligi poſſit. Si hoc etiam incommodum Superiori, qui electioni præeſt, videatur; ex iis b quæ in eodem Monaſterio annum trigeſimum exceſſerint, & quinque ſaltem annis poſt profeſſionem rectè vixerint, Epiſcopo, vel alio Superiore conſentiente, eligatur. c *δ Duobus* verò Monaſteriis nulla præficiatur. Et, ſi qua duo vel plura quocumque modo obtinet, cogatur vno excepto, intra ſex menſes cætera reſignare. Poſt id verò tempus, niſi reſignauerit, omnia ipſo iure vacent. Is verò, qui electioni præeſt, Epiſcopus, ſiue alius Superior clauſtra Monaſterij 1 *non ingrediatur*; ſed ante cancellorum feneſtellam vota ſingularum audiat, vel accipiat. In reliquis ſeruentur ſingulorum Ordinum, vel Monaſteriorum conſtitutiones.

a Conc. Carthag. 3. Concil. Agat. cap. 19. cap. ſanctimoniales, 20 q. 1.

b Cap. indemnitatibus, de Elect. in 6.

c Conc. Agat. c. 57. c. vnum, 21. q. 1. Conc. Cabil. cap. 2.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

SI in Monaſterio nulla ſit habilis pro Abbatiſſa, eligatur alterius, quæ ſine licentia Papæ poteſt Monaſterium ingredi. Hodie verò requiritur licentia Papæ ex Bulla Pij V. ſuper clauſura Monialium.

Item, ſi aliqua eſt idonea in Monaſterio, vel in vicino, eiuſdem qualitatis non poteſt eligi Monialis 30. annorum, & 10. profeſſionis ſuæ.

Item, qualitates requiſitæ in eligenda Abbatiſſa requiruntur etiam in præſenti.

Item, Epiſcopus ad excipienda vota, vel alia cauſa non neceſſaria, non poteſt ingredi

gredi clauſuram. Actus accipiendi vota poteſt delegari.

Item, ſi in Monaſterio nulla ſit 40. annorum cum qualitatibus, non tenentur accipere aliquam alterius Monaſterij eius Ordinis cum qualitatibus, ſed eis liberum eſt de conſenſu Epiſcopi.

Item, ſi in proprio non ſit 30. annorum, 5. annorum profeſſa, nec in alio Monaſterio 40. annorum, poſſunt eligere aliquam de Monaſterio, quæ expleuerit 30. annum; & ſit expreſsè profeſſa bonæ vitæ.

Item, ſi nulla ſit 30. annorum poſtulent à Papa.

Electa debet eſſe à duplo maiori parte profeſſarum, *cap. indemnitatis, de elect. in 6*.

Item γ ſi Superior Regularis eſt abſens, electam Abbatiſſam poteſt confirmare Vicarius abſente Epiſcopo.

Item, Epiſcopus benedicat Abbatiſſam electam, quæ à die electionis petit benedici intra annum.

Item, Epiſcopus non ingrediatur clauſuram ad examinandam puellam pro profeſſione, ſed in Cancellis.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α ELigatur.] A duplo à maiori parte Monialium quæ duodecimum annum excedant, & ſint expreſsè, vel ſaltem tacitè profeſſæ habita ratione numeri non zeli ad zelum, vel meriti ad meritum, *cap. indemnitatibus, de electionibus in 6.* & *cap. nullus, eod. tit.* vbi gloſ. *in ver. expreſsè.*

β *Non minor.*] De iure in Abbatiſſa requirebantur triginta anni, in Abbate 25. *cap. indemnitatis, in princip. de elect. in 6.* vbi gloſ. Abb. *in cap. ſuper inordinata, num. 7. de præbend.* Dec. *in cap. cum in cunctis. num. 25. de elect.* Silueſt. *ætas num. 2.* nam Abbatiſſæ iuuenculæ eſſe non debent, 20. *quæſt. 1. cap. iuuenculas.* ex Gregor. *in regiſt. lib. 3. ep. 11. propè fin.*

γ *In eodem Monaſterio.*] Quia de gremio facienda eſt electio, in primo Lateranenſi, ſum. Gregorio I. deficiente autem in Monaſterio ex Monialibus quæ in Prioriſſam eligi poſſit, aſſumi poteſt ex alio Monaſterio: vbi autem fieri poteſt, debet eſſe quadragenaria, & profeſſa ab octo annis, aliàs ſufficit ſi ſit triginta annorum, & profeſſa ab annis quinque, prout in text. & ita reſcripſit ſacra Congregatio Archiepiſcopo Iſpalenſi, & Epiſcopo Alatricenſi.

δ *Duobus.*] Similiter, nec olim vnus Abbas duobus præeſſe poterat Monaſteriis, vt in Concilio Agathen. *cap. 38. & 57.* Venet. *cap. 8.* Epanen. *cap. 9.* ſicut nec in vno Monaſterio duo poſſunt eſſe Abbates. Concil. Cabilon. 1. *cap. 12.* Deciſ. fid. Cath. *cap. 5. fol. 3.*

ADDITIO.

1 *Non ingrediatur.*] Vide ſuprà *eodem cap. 5.*

CAPVT VIII.

Monaſteria non habentia Ordinarios regulares viſitatores, & non ſubdita Epiſcopis, ſingulis trienniis ſeſe in Congregationes vnius, vel diuerſæ Prouinciæ redigant, & deputati ibidem reforment reformanda ac viſitent: negligentia omittentium id facere, digna eſt, cui annectatur ſubiectio reſpectu Epiſcopi illius Diœceſis.

1 MOnaſteria omnia, quæ generalibus Capitulis, aut Epiſcopis non ſubſunt, nec ſuos habent Ordinarios regulares viſitatores, ſed α ſub immediata Sedis Apoſtolicæ protectione, ac directione regi conſueuerunt, teneantur infrà annum à fine præſentis Concilij; & deinde triennio ſeſe in Congregationes redigere, iuxta formam Conſtitutionis Innocentij III. in [a] β Con- α Cap. in ſingulis, de ſtatu

cilio generali, quæ incipit, In ſingulis; ibique certas regulares perſonas deputare, quæ de modo, & ordine, de prædictis Congregationibus erigendis, ac ſtatutis in eis exequendis deliberent, & ſtatuant. Quòd ſi in his negligentes fuerint; liceat Metropolitano, in cuius Prouincia prædicta Monaſteria ſunt, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato, eos pro prædictis cauſis conuocare. Quòd ſi infrà limites vnius Prouinciæ non ſit ſufficiens talium Monaſteriorum numerus ad erigendam Congregationem, poſſint duarum, vel trium Prouinciarum Monaſteria vnam facere Congregationem. Ipſis autem Congregationibus conſtitutis, illarum generalia Capitula, & ab illis electi Præſides; vel Viſitatores eandem habeant auctoritatem in ſuæ Congregationis Monaſteria, ac regulares in eis commorantes, quam alij Præſides, ac Viſitatores in cæteris habent Ordinibus: teneantúrque ſuæ Congregationis Monaſteria frequenter viſitare; & illorum reformationi incumbere; & ea obſeruare, quæ in ſacris Canonibus, & in hoc ſacro Concilio ſunt decreta. Quòd ſi etiam, Metropolitano inſtante, prædicta exequi non curauerint; Epiſcopis, in quorum Diœceſibus loca prædicta ſita ſunt, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatis, ſubdantur.

mon. Decretal. l. b. 3.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

Conuocare Monaſteria ad faciendam Congregationem pertinet ad Prælatos tantùm, & ipſis renuentibus, vel negligentibus ad Metropolitanum, & conuocatio eſt facienda per maiorem partem Prælatorum.

Item, ſi Epiſcopus ſit in quaſi poſſeſſione viſitandi aliquas Moniales, perſeueret in ea, & Moniales habeant ius in petitorio.

Item, Ordinarius in exemptis ex indulto Papæ exerceat iuriſdictionem ſpiritualem, & Epiſcopus Curam temporalem.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

Hic text. per non vſum abit in deſuetudinem, & an per Papam ſit innouandus, vide per Nauarr. *de Regul. conſ.* 83. *per tot. & conſil.* 18. *de ſtat. Monach. num.* 1. & 3.

α *Sub immediata.*] In talibus exemptis indulto, vel priuilegio Apoſtolico poteſt Ordinarius virtute huius text. exercere iuriſdictionem, quod attinet ad ſpiritualium rerum rationem, reliquam verò bonorum curam ad Epiſcopum non pertinere cenſuit ſacra Congregatio reſcribens Archiepiſcopo Brunduſino, 8. Calend. Nouembris, 1566.

β *In Concilio generali.*] Lateranen. 2. *cap.* 12. *cap. cùm in ſingulis, de ſtat. Monach.* ad cuius exequutionem emanauit hic text. vt conſuluit Nauarr. *vbi ſuprà.*

ADDITIO.

1 *Monaſteria omnia.*] Hoc decretum locum etiam habet in Canonicis Regularibus, niſi probetur vſu non fuiſſe receptum, & quòd à Metropolitano Concilio congreganda ſunt, ſub vno Metropolitano tot Monaſteria quot requiruntur ad Concilium triennale congregandum, & ad quem appellandum ſit. Nauarr. *conſ.* 83. *de Regul. in prima impreſſ.* An habeat locum in Monaſteriis Commendatis, in quibus Commendatarij habent omnimodam iuriſdictionem, vide in libro in forma ſuper Concilio, *fol.* 329. *& ſeq.* vbi habes reſolutionem quòd Congregatio cenſuit, quòd ſit reſeruata Commendatario iuriſdictione.

CAPVT

CAPVT IX.

Monaſteria Monialium immediatè ſubiecta Sedi Apoſtolicæ gubernentur ab Epiſcopis, alia autem à deputatis in Capitulis generalibus, vel aliis regularibus.

Monaſteria Sanctimonialium, ſanctæ Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiecta, etiam ſub nomine Capitulorum ſancti Petri, vel ſancti Ioannis, *α vel aliàs quomodocumque nuncupentur*, ab Epiſcopis, tanquam dictæ Sedis delegatis, ª gubernentur, non obſtantibus quibuſcumque. *β Quæ verò* à deputatis in Capitulis generalibus, vel ab aliis Regularibus, reguntur; ſub 1 *eorum cura*, & cuſtodia relinquantur.

ª Cap. cognouimus, cap. 9.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

IN Monaſteriis ſubiectis immediatè Papæ per hoc cap. Epiſcopus nil poteſt in temporalibus, ſed tantùm in ſpiritualibus.

Item, per hoc cap. Moniales ſub nomine ſancti Spiritus ab Epiſcopo gubernantur.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *VEl aliàs quomodocumque nuncupentur.*] Licèt Moniales prætendant ſubeſſe iuriſdictioni Prouincialiſſæ, eas tamen Ordinarius debet coërcere, in iis præſertim quæ pertinent ad clauſulam, vt de earum exemptione, vide Ferrett. *conſi 69. num. 5. fol. 70.* & Epiſcopus poteſt viſitare Monaſteria exempta Apoſtolica auctoritate. Abb. *lib. 2. conſ. 26. per tot.*

β *Quæ verò.*] Et earum Capellanus poteſt etiam abſoluere, quia tanquam exemptæ non recurtunt ad Epiſcopum. Federic. de Sen. *conſ. 95. num. 4. colum. 3.* Idem dic de omni Prælato religioſo, qui poteſt abſoluere ſuos ſubditos regulares. Calderin. *conſ. 536. aliàs 6. de ſentent. excomm.* licèt Federic. de Sen. dubitat *conſ. 14. per tot.* intellige, niſi abſolutio ſit reſeruata. Calderin. *ibidem*, ſic Prælati exempti habêtes in ſuos regulares iura Epiſcopalia, dicuntur eorum Ordinatij. Federic. de Sen. *conſ. 95. column. 3. circa med.* Paul. de Eleaz. *in Clem. 2. §. ſtatuimus, de ſepultur.*

ADDITIO.

1 *Eorum cura.*] An Monaſterium Monialibus ſubiectū ſit viſitandum per Ordinarium, vel per deputatum à Monialibus, vide pro, & contra in libro informationum ſuper Concilio, *fol. 1071. cum pluribus ſeqq. & fol. 1681.*

CAPVT X.

Menſibus ſingulis confiteantur, & communicent Sanctimoniales, quibus dare poteſt Epiſcopus Confeſſarium extraordinarium, vt ei peccata detegant, ſi confiteri ſacramentaliter voluerint bis, aut ter in anno, &c.

Attendant diligenter Epiſcopi, & cæteri Superiores Monaſteriorum Sanctimonialium, vt in conſtitutionibus earum admoneantur Sanctimoniales, ª vt ſaltem ſemel ſingulis menſibus

ª Clem. ne in agro. §. ſanè, de ſtatu mon.

Confeſſionem peccatorum faciant, & ſacroſanctam Euchariſtiam ſuſcipiant; vt eo ſe ſalutari præſidio muniant, ad omnes oppugnationes Dæmonis fortiter ſuperandas. Præter Ordinarium autem *a Confeſſorem* alius extraordinarius ab Epiſcopo, & aliis Superioribus bis, aut ter in anno offeratur; qui omnium Confeſſiones audire debeat. Quod verò ſanctiſſimum Chriſti Corpus intra chorum, vel ſepta Monaſterij, & non in publica Eccleſia conſeruetur, prohibet ſancta Synodus: non obſtante quocúmque indulto, aut priuilegio.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

SVper hos Confeſſores Regulares extraordinarios datos Monialibus, Epiſcopus nullam iuriſdictionem habet.

Confeſſores Monialium, quæ degunt ſub Cura Regularium non ſunt examinandi ab Epiſcopo, ſed à Superiore Ordinis.

Superior poteſt offerre Confeſſorem ſæcularem, vel Regularem alterius Ordinis, ſed non tenetur.

Item, Regulares poſſunt dare Euchariſtiam etiam in Paſchate, & Extremam vnctionem, & ſepelire in eorum Eccleſiis laicos, qui habitant intra Clauſtra Regularium, & illis actu ſeruiunt.

Item, Epiſcopus non poteſt prohibere quin Eccleſia exempta, vt Hoſpitalis ſancti Spiritus ſeruet ſanctiſſimũ Chriſti Corpus.

Item, Epiſcopus poteſt dare Confeſſorem Monialibus ſubiectis Regularibus quę nulla ratione induci poſſunt, vt Regularibus confiteantur.

Item, Euchariſtia non in Choro Monialium, ſed in exteriori Eccleſia conſeruetur non obſtante quacumque conſuetudine.

Item, non poteſt retineri in feneſtra illius parietis quæ diſiungit Chorum ab Eccleſia, & tollatur conſuetudo contraria.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a *COnfeſſorem.*] Confeſſores huiuſmodi in Monaſteriis Monialium, quæ degunt ſub cura Regularium, non ſunt examinandi ab Epiſcopo, ſed à Superiore Ordinis. vide Bullam Pij V. in fauorem Mendicantium editam, ſed poſtea Sanctiſſimus Dominus Noſter Gregorius etiam ex ſententia ſacræ Congregationis Concilij declarauit hoc decretum ita eſſe intelligendum, vt poſſit Epiſcopus concedere Confeſſarium Monialibus extra Ordinem tam ſæcularem quàm regularem alterius Ordinis; Cenſuit item Congregatio quod licèt prohibitum ſit celebrare Miſſam intra clauſtra Monialium, tamen datur licentia Confeſſario, vt quandoque ibi celebrare valeat. Archiepiſcopo Lancianenſi.

Item, cenſuit claudenda eſſe oſtia à Cella confeſſoris ad Moniales, & tutiorem habitationem eſſe prouidendam. Epiſcopo Adrien.

CAPVT XI.

Vbicumque imminet cura perſonarum ſæcularium, præter eas quæ ſunt de Monaſteriorum familia, viſitet Epiſcopus, & Sacramentorum miniſtros, etiam ad nutum amouibiles, deputet, exceptis monaſteriis Abbatum generalium, aut Capitum Ordinum, &c.

1 IN *Monaſteriis*, ſeu domibus *a virorum*, 2 *ſeu mulierum*, quibus imminet animarum cura perſonarum ſæcularium, præter eas, quæ ſunt de illorum Monaſteriorum, ſeu locorum familia, perſonæ,

perſonæ, *β tam regulares*, quàm ſæculares, huiuſmodi curam 3 *exercentes*, quàm ſubſint immediatè in iis, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent; iuriſdictioni, γ *viſitationi*, & correctioni Epiſcopi, in cuius Diœceſi ſunt ſita. [a] δ *Nec ibi* aliqui, etiam ad nutum amouibiles, 4 *deputentur*, niſi de eiuſdem conſenſu, ac præuio examine per eum, aut eius Vicarium faciendo, excepto Monaſterio Cluniacenſi cum ſuis limitibus, & ε *exceptis* etiam iis Monaſteriis, ſeu locis in ζ *quibus* Abbates Generales, η *aut Capita Ordinum* ſedem ordinariam principalem habent: atque 5 *aliis monaſteriis*, ſeu domibus, in quibus Abbates, aut alij Regularium Superiores iuriſdictionem Epiſcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos exercent: ſaluo tamen eorum Epiſcoporum iure, qui maiorem in prædicta, vel perſonas iuriſdictionem exercent.

a Cap. Qui religioſis, 18. quæſt. 2.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

IN Monaſteriis Virorum, ac mulierum in quibus malè ſpiritualia adminiſtrantur, Epiſcopus vltra admonitiones alia remedia adhibere poteſt.

Item, Parochiales Eccleſiæ vnitæ Monaſteriis, quæ ſunt capita Ordinum, ſi ſunt vltra dicta Monaſteria poſſunt ab Epiſcopo viſitari, *ſeſſ. 7. cap. 7. de Reform.*

Item, Epiſcopus nullam iuriſdictionem habet in Curatos ſæculares Monaſteriorum, in quibus eorum generales habent Sedem ordinariam.

Item, Epiſcopus poteſt viſitare Eccleſias Curatas vnitas Eccleſiis Regularibus præter caſus exceptos in hoc cap. ſed de Hieroſolymitanis ſeruentur Bullæ, & quid poſſit Archiepiſcopus in Curatis vnitis Hieroſolymitanæ Religioni. Vide *ſeſſ. 21. cap. 8.*

Item, Eccleſia in qua Abbas habet iuriſdictionem Epiſcopalem, Ordinarius non poteſt viſitare, ſi non habet hanc iuriſdictionem poteſt viſitare Curatos, & Parochias, quas habet Abbas.

Item, poteſt viſitare Parochiales vnitas Monaſteriis, quæ habent iuriſdictionem, quoad ea quæ ſpectant ad Curã, & ibi Regulares poſſunt ponere Capellanos ad nutum amouibiles, dũmodò ab Epiſcopo approbentur, licèt ſint ſub militia Portugalliæ. vide declarationes *infrà fol. 203. pag. 2.*

Item, Regulares, qui habent Curam animarum in Monaſteriis, poſſunt viſitari ab Ordinario in his, quæ pertinent ad Curam, ſed non ad Monaſterium.

Item, Ordinarius poteſt viſitare Eccleſias Curatas, non ſolùm Militibus vnitas, ſed quæ ſunt membra.

Item, dum loquitur de viſitatione perſonarum quæ habent Curam, intelligitur de punitione earundem in his, quæ circa curam.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *VIrorum.*] Etiamſi ſint militiæ Sancti Ioannis Hieroſolymitani, & ita fuit reſolutum, quoad ea quæ pertinent ad animarum Curam, vt de ſententia Pij V. cenſuit Congregatio ſub die ſexta Octobris, 1570. dixi ſuprà *ſeſſ. 24. cap. 3.* cenſuit tamen Congregatio, Epiſcopos, & alios locorum Ordinarios vigore decretorum Concilij nullam habere facultatem in Monaſteriis exemptorum regularium, quibus non imminet cura animarum ſæcularium, viſitandi Sacriſtias, paramenta, vaſa ſacra, altaria, & cætera huiuſmodi, aut etiam tabernaculum, ſeu pixidem in qua aſſeruatur Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum.

β *Tam Regulares.*] Et ſic perſona etiam regularis exercens Curã, & locus ipſe curæ viſitari poterunt; ſed ſi regularis extra curam, & adminiſtrationem Sacramentorum deliquerit, non poteſt ab Epiſcopo puniri: ex Congregationis ſententia die 30. Maij, 1601. Put. *lib. 3. deciſ. 239.* cenſuit item Congregatio iuriſdictionem tributam Epiſcopo per hunc text. in perſonas exercen-

Digitized by Google

di curam animarum, & adminiſtrationem Sacramentorum in Monaſteriis Regularium, quibus incumbit animarum cura, competere etiam Præpoſitis iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus. Item, eam iuriſdictionem eſſe cumulatiuam cum ea quæ competit Superioribus regularibus; cæterùm ſi Præpoſiti decreta hac in re à Superioris Regularium decretis diſcrepant, præualere, vtique & obſeruanda eſſe decreta Præpoſiti; in vna Licien. ſeptima Iunij, 1592.

γ *Viſitationi.*] Ex ſacræ Congregationis ſententia Ordinarius non habet ius viſitandi capita Ordinum, licèt annexam habeant curam animarum, nec membra proxima capiti. Item, nec Sacellum, vel altare, quod cura careat animarum, & membrum ſit Sancti Antonij Viennenſis. Item, cenſuit Epiſcopum habere ius viſitandi Parochiam ſitam in ſua Diœceſi, &c. In his quæ ſpectant ad curam animarum, licèt dicta Parochialis ſit ſub cura Canonicorum Regularium, Vicariúmque ex ipſis Canonicis Regularibus ab eorum Superioribus nominatum, & prævio examine per ipſum Epiſcopum, vel eius Vicarium faciendum idoneum ad curam animarum exercendam inuentum, & approbatum, ad nutum tamen eius Superiorem amouibilem deputare debere, non obſtantibus quibuſcumque.

δ *Nec ibi.*] Aliqui etiam ad nutum amouibiles ſuprà *ſeſſ. 7. cap. 7.* dicit etiam, perpetuos ad nutum amouibiles, vt oſtendat per hanc dictionem, *etiam*, quæ eſt implicatiua non abhorrere Concilium à Vicario perpetuò, vel amouibili, & cùm non exprimat, an talis Vicarius ſit Sacerdos ſæcularis, vel Regularis, remanet in arbitrio conſtituentis; In Monaſterio autem in quo Generalis alicuius Religionis regularium Sedem ordinariam principalem habeat, licèt perſonæ ſint ſæculares in eodem Monaſterio curam animarum exercentes, quantùm ad ipſam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem ſpectat, nulli viſitationi, ſeu iuriſdictioni Epiſcopi Ordinarij Diœceſis in qua ipſum Monaſterium ſitum eſt, ſubiectæ ſunt.

ε *Exceptis.*] Cenſuit Congregatio hanc exceptionem procedere quoad Regulares Eccleſias, in quibus duo, aut tres regulares commorantur, & quæ dependent à Monaſteriis in quibus Abbates Generales, aut capita Ordinum Sedem principalem habent, etiamſi in illis Eccleſiis Regularibus dependentibus non vigeat regularis conſuetudo, ideóque Epiſcopum ab huiuſmodi viſitatione Eccleſiarum debere omninò abſtinere; die ſecunda Septembris, 1599.

ζ *Quibus Abbates Generales, aut Capita Ordinum.*] Ita legendum eſt, vt litt. Abbates ſint generales, & non quicumque Abbates, vel ſint capita Ordinum, & idcircò virgula in medio poſita deleri debet, & ita cenſuit Congregatio in vna Caurien. die 9. Maij, 1592.

η *Aut Capita Ordinum.*] Et quod non licet in capite, nec licet in membris capiti proximis, vt de Monaſterio montis Oliueti Aretinæ Diœceſis, cenſuit Congregatio ſcribens Epiſcopo Aretino decima quinta Iunij, 1566.

ADDITIO.

1. *In Monaſteriis.*] Monaſteria iure communi ſubſunt Epiſcopis, in quorum Diœceſi ſunt, *cap. Abbates, cap. Abbatibus. 18. quæſt. 2.* Nauarr. *conſ. 5. num. 5. de Regular. in prima impreſſ.* Hìc de perſonis agitur Curam animarum exercentibus, vt ibi perſonæ tam Regulares.

2 *Seu mulierum.*] Nota quòd Monialibus Cura animarum competere poteſt, de quo vide Felin. *in cap. cum venerabilis, num. 33. de except.* Anchar. *in cap. in Lateranen. 4. & 5.* notabili, vbi etiam an inſtituendi ab Epiſcopis examinari poſſint.

3 *Exercentes.*]. Nota quod exemptio non impedit quo minùs exemptos Parochos, & Parochianos, quantùm ad ea, quæ Curam; & Sacramenta concernunt, viſitare poſſint, facit *cap. per exemptionem de priuilegiis, in 6.* Fuſch. *de viſit. lib. 2. cap. 6. num. 6.*

4 *Deputentur.*] Non poſſunt eſſe exempti ſine licentia Epiſcopi, alicui Curam animarum committere, *cap. cum & plantare, de priuileg. in 6.* Fuſch. *de viſit. lib. 2. cap. 8. num. 6.*

5 *Aliis Monaſteriis.*] Etiam ſæcularibus perpetuò Commendatis, vt in voto Congregationis 20. Martij, 1597. fuit etiam dubitatum, An haberet locum hic text. in Monaſteriis Commendat. in quibus non

viget

viget Regularis obſeruantia, & pro affirmatiua facit, quod in his militat eadem ratio, vt latiùs in dicto voto, & quod Cõmendatarij veniunt appellatione Prælati ſecundùm Fuſch. *vbi ſuprà cap. 9. num. 5.* & propterea comprehenduntur alio Capitulo huius Concilij, quo viſitatio, & cætera de quibus hic Prælatis Eccleſiarum committuntur, ſuprà *ſeſſ. 7. de Reformat. cap. 8.* Hæc poteſtas data Ordinariis viſitandi perſonas exercentes curam animarum in Monaſteriis virorum, aut mulierum, intelligitur data cumulatiuè, niſi aliud exprimatur. Iaſ. *in l. qui in rebus, §. ſi quis, num. 8. de leg. 1.* gloſ. *in Clem. 2. de reſcript.* & ita Plat. *lib. 2. deciſ. 67.* Tiſicen. iuriſdictionis, qui loquitur in terminis huius cap.

Quod aliqua Capella ſit in Monaſterio habens Curam animarum vigore huius *Capituli* 11. quò ius viſitandi eſt Ordinario attributum, videtur competere ſolùm reſpectu perſonarum curam animarum in ea, Cap. exercendi, non autem viſitandi ipſum Capitulum: ſi verò Capitula non eſſent in Monaſterio, ſed extra vnita tantùm ipſi Monaſterio, poteſt Ordinarius etiam ipſum Capitulum viſitare, vigore *cap. 7. & 8. ſeſſ. 7.* ita Plat. *in d. dec. 67.* Piſcen. iuriſdictionis, Congregatio cenſuit petentibus Ieſuitis in Parochia Toletana in Monaſterio erecta, & vnita eorum Collegio, gubernari poſſit à deputato ab ipſis, modò ſit approbatus ab Ordinario. Congregatio cenſuit poſſe; Congregatio dixit, neque Vicarios perpetuos, neque temporales poſſe ab Ordinariis poni in Monaſteriis quibus Cura imminet animarum, vel à principio, vel ratione annexationis, ſed tantùm à Superioribus eorum, præuio tamen examine ipſorum Ordinariorum, iuxta præſcriptum huius decreti, *ſeſſ. 25. de reg. cap. 11.*

Has duas deciſiones refert Gonzal. *ſuper reg. 8. Cancell. gloſ. 5. §. 4. num. 54.*

CAPVT XII.

Conformentur Regulares ſæcularibus in obſeruatione cenſurarum Epiſcopalium, & dierum feſtorum qui ſeruantur per Diœceſim.

a CEnſuræ, & interdicta, [a] nedum à Sede Apoſtolica emanata, ſed etiam ab Ordinariis promulgata; mandante Epiſcopo, à Regularibus in eorum Eccleſiis publicentur, atque ſeruentur. [b] *Dies etiam feſti*, quos in Diœceſi ſua ſeruandos idem Epiſcopus præceperit, ab exemptis omnibus, etiam Regularibus, ſeruentur.

[a] Cap. delict. 13. diſt.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

HIeroſolymitani, & qui licèt exempti debent publicare cenſuras Epiſcopi, Item, debet publicare cenſuras ritè latas à Superioribus Hieroſolymitanis.

Item, Regulares ſeruare, & publicare poſſunt interdicta non ſolùm generalia, ſed particularia vnius hominis.

Item, Epiſcopus poteſt punire Rectorem Eccleſiæ Parochialis Religionis Hieroſolymitanæ, ſi nolit publicare edictum, vel cenſuras, vel alia mandata.

Item, dies feſti præcepti ab Epiſcopo ſunt ſeruandi a quolibet exempto, ſi eſt Diœc.

Item, Regulares qui ſeruant feſta Ciuitatis, non ſunt cogendi ſeruare ritum, & effectum Cleri, ſed ſeruent ſuum Regularem.

Item, Peruſij poteſt tolerari, vt concedatur poteſtas vendendi in feſto plus offerenti, quia non eſt peccatum.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a CEnſuræ, & interdicta.] Quid veniat cenſurarum appellatione, Abb. *in cap. quærenti, de verb. ſignification.* & Congregatio cenſuit hoc decretum habere locum etiam in interdicto hominis alicuius particularis, vt puta interdicti ab ingreſſu Eccle

Eccleſiæ, vt ſcilicet mandante Epiſcopo debeat publicari in Eccleſiis Regularium, & violans interdictum Apoſtolicum incidit in excommunicationem Papalem, *cap. etſi Dominici, de pœnit. & remiſſ.* Nauarr. *de priuileg. conſ. 7. per tot.*

β Dies etiam feſti.] Congregatio Concilij declarauit hoc ita eſſe intelligendum, vt regularium ritus illis diebus feſtis ſemper permaneat quoad Miſſas celebrandas, & cætera diuina officia, tam publicè quàm priuatim ab ipſis regularibus in eorum Eccleſiis perſoluenda, nec circa hæc ab Epiſcopis quoquomodo quicquam in contrarium eiſdem regularibus præcipi poſſe. Quod ſi de facto præceperint, Regulares ne vtiquam ipſis Epiſcopis obedire teneri, verùm quoad conciones, & lectiones quas iidem regulares ad populum habuerint, debere ſe cōformare Euangeliis, & Epiſtolis, quibus Clerus ſæcularis vtitur illis diebus feſtis.

Item, Congregatio cenſuit Epiſcopum oportere aliquod tempus ſtatuere quo ad victum neceſſaria exponi poſſint venalia, quinimò ob paruitatem operis feſtum non violatur, & neceſſitas extrema excuſat. Nauarr. *de feriis conſ. 1.* Item cenſuit licere diebus feſtis dare operam rebus ad victum neceſſariis, ac tempore perituris; præſertim tempore vindemiarum, meſſium, ac recollectionis fructuum: vel vbi neceſſitas vigeat, aut ſuadeat pietas, die tertia Iunij 1599. Pro obſeruatione dierum feſtorum, vide Conſtitutionem Pij V. Cùm primum, & quando nundinæ in diebus feſtis ſint prohibendæ, refert Quarantig. *in ver. dies feſtus, fol.* 211. ex Congregationis ſententia in vna Neapolitana, in qua Archiepiſcopus eas prohibuit in die Annunciatæ, & Spiritus ſancti. An Eccleſia poſſit inſtituere feſtum, & conſequenter Epiſcopus ſolus Concilium decreuit, hic affirmatiuè concordat Concilium Ticinenſe, ſub Ludouico Secundo Imperatore, *cap. final. tom. 3. fol.* 482. Aliqui opponunt requiri populi conſenſum, *cap. 1. de conſecrat. diſt.* 3. & non debere imponi populis hoc iugum. Reſpondetur *d. cap.* 1. vbi gloſ. *in ver. non generaliter procedere.* Si vellet ſua ſtatuta, vel feſta obſeruari facere extra ſubditos ſuæ Diœceſis; nam in ſua Diœceſi poteſt, *cap. 2. de maiorit. & obed.* Et ſi Synagoga Iudæorum potuit hoc facere, vt habetur Eſther *cap.* 9. Iudith. *cap. final.* & Machab. *lib.* 7. *cap.* 4. Ergo multò magis poteſt Eccleſia. Ita firmat Card. Bellarm. *in tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 31. & latiùs *tom. 1. lib.* 2. *cap.* 10. debet tamen hoc facere, vt minus quàm poteſt grauet populos, iuxta decretum ſacræ Congregationis Epiſcoporum.

An Epiſcopus loci ordinarius prohibere poſſit ne regulares in Eccleſiis ſuis Sacerdotes ſæculares exteros diuina officia celebrare permittant, niſi prius ab Epiſcopo viſis litteris commendatitiis ipſi Sacerdotes admiſſi fuerint, & Congregatio cenſuit poſſe, die 17. Nouembris, 1594.

CAPVT XIII.

Controuerſias de præcedentia eueſtigio componat. Exempti omnes ad ſupplicationes publicas accedere compellantur, exceptis quibuſdam.

CONtrouerſias omnes *α de præcedentia*, quæ perſæpè cum ſcandalo oriuntur inter Eccleſiaſticas perſonas, tam ſæculares, quàm 1 *regulares*, *β cùm in proceſſionibus* publicis, tum in iis, quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, & in deferenda vmbella, & aliis ſimilibus, 2 *Epiſcopus*, *γ amota omni appellatione*, & non obſtantibus quibuſcumque, 3 *componat.* 4 *Exempti* autem omnes, *δ tam clerici ſæculares*, quàm regulares, quicumque etiam Monachi, ad publicas proceſſiones vocati, accedere compellantur: iis tantùm exceptis, qui in ſtrictiori clauſura perpetuò viuunt.

DECLA

DECLARATIONES CARDINALIVM.

VBi eſt conſuetudo contra *cap. ſtatuimus, de maiorit. & obed.* Canonici Diaconi, & Subdiaconi antiquiores præferuntur Presbyteris poſterioribus, Epiſcopus per hoc cap. non mutare.

Item, ſi Epiſcopus negligit, vel recuſat iudicare in cauſa præcedentiæ, Sedes Apoſtolica iudicet.

Item, appellatio in cauſa præcedentiæ non ſuſpendit ſententiam, ſed tantùm habet vim deuolutionis.

Item, omnes exempti, & Clerici Hieroſolymitani ire debent ad proceſſiones publicas.

Item, exemptis in proceſſionibus locus ſolitus eſt aſſignandus.

Item, omnes exempti ire debent ad proceſſiones, & recuſantes ſunt cogendi per cenſuras Eccleſiaſticas ab Ordinario. Fallit in Clericis Societatis IESV, quia Gregorius XIII. ab hoc exemptos fecit, & hoc decretum procedit etiam in Mendicantibus, nec obſtat motu proprio Pij V. quia poſtea à Gregorio XIII. fuit reductum ad terminos Concilij.

Item, Monachi Montis Oliueti debent ire ad omnes proceſſiones publicas conſuetas, vel factas pro bono, vel honore publico, non tamen ad proceſſiones 40. horarum orationis extra eorum Eccleſias. Vide declarationem de recenti, infrà *fol.* 203. & 204.

Item, Regulares qui ſecundùm inſtitutum tenentur ad ſtrictiorem clauſuram, ſi eam non obſeruant, eant ad proceſſiones.

Item, Commendatarius qui habet Abbatiam cum Cura iuriſdictionali in vna Diœceſi, & Beneficium ſimplex in alia, tenetur ire ad proceſſiones Abbatiæ, & ſimplicis Beneficij.

Componat de plano, & ſummariè ſine ſtrepitu, & figura iudicij.

Item, exempti qui ſunt nullius Diœc. vel locorum, non ſunt comprehenſi.

Item, Confraternitates poſſunt inuitari ab Epiſcopo ad proceſſiones, ſed non compelli.

Item, dummodò Monaſteria non diſtent ab Vrbe vltra vnum milliare.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α DE *præcedentia.*] De Epiſcoporum facultate ad componendas differentias de præcedentia, & an præferatur antiquius inſtitutum, vel antiquior in vſu eundi ad proceſſiones. Burſatt. *conſ. 2. per tot. tom.* 4. vbi concludit pro antiquiori inſtitutione, & *num.* 32. quod non fit perſonarum comparatio in præcedentia religionum, add. Sarnen. *de viſitat. lib. 2. num. 65. ſol.* 324. vbi vult attendi locorum conſuetudines, & regulæ approbatæ tempus: ſed fel. record. Gregor. XIII. per ſuam Bullam 86. declarauit inter Mendicantes, & confraternitates, vt antiquior quaſi poſſeſſio præcedat, quod ſi non conſtet, præferatur in illo loco, & Confraternitas quæ prius induit ſaccum, ſuper quo vide conſ. Nauar. *de Maiorit. & obed. lib. 1. conſ.* 1. Tandem ſub felic. record. Clem. VIII. Congregatio referente Cardinali Alexandrino, de Pontificis conſenſu decreuit ſub die 26. Augusti 1592. ad tollendas omnes lites, & controuerſias, quæ inter regulares plerúmque ſolent oriri ſuper eorum præcedentia in proceſſionibus, cæteriſque actibus tam publicis, quam priuatis, illud in futurum obſeruandum vbique cenſuit, quod in vrbe Roma omnium Magiſtra ſeruatur, & fuit reuocata ſupradicta Bulla Gregorij XIII. quæ antiquitatem, & quaſi poſſeſſionem conſiderabat. Quarantig. *in verb. præcedentia, fol.* 397. vbi vide quæ dicantur publicæ proceſſiones. Componitur autem controuerſia de præcedentia ſine præiudicio iurium, & ratione præcedentiæ antiquior præfertur, vt cenſuit Congregatio pro Capitulo Valuen. tanquam antiquiore contra Capitulum Sulmonen. De quæſtione inter Archidiaconum, & Vicarium Epiſcopi quis præcedat, & an Præſes Capituli præcedat ipſum Epiſcopum quando ibi ſedet, vt Canonicus, vide per Nauarr. *par. 1. lib. 1. de Maiorit. & obedien. conſ. 3.*

β *Cum in proceſſionibus.*] Epiſcopi poſſunt etiam cenſuris cogere regulares exemptos ad publicas proceſſiones, nonobſtantibus eorum priuilegiis, quod ſuſpendi, interdici, aut excommunicari non poſſint, ſecundùm veriorem opinionem, non obſt. *conſ.*

Calderin. 8. vide Prax. Neapol. *cap.* 58. *num.* 9. Cenſuit tamen Congregatio Regulares Monaſterij vltra medium milliare à Ciuitate diſtantis, non poſſe ab Epiſcopo compelli accedere ad proceſſiones. Item, cenſuit ſacerdotes inſeruientes Eccleſiis Religionis Equitum Hieroſolymitanorũ compelli poſſe ab Ordinario, vt ad proceſſiones publicas accedant.

Item, etiam Monachos ſancti Benedicti, Canonicos Regulares, & ſancti Saluatoris.

Item, omnes Canonicos, & alios Presbyteros, Beneficia, vel officia Eccleſiaſtica obtinentes; die 17. menſis Iulij de anno, 1597.

y *Amota omni appellatione.*] Intellige ad effectum ſuſpenſiuum, ſed cùm paruerit ſententiæ Epiſcopi, bene appellare poterit ad effectum deuolutiuum, ex Congregationis ſententia, in vna cauſa Hieracen.

z *Tam Clerici ſæculares.*] An omnes Clerici cogi poſſint ad proceſſiones. Congregatio Concilij cenſuit Beneficiatos tantùm cogi poſſe, per ea quæ not. gloſ. Archidiac. & Turrecrem. *in cap. quando, diſt.* 38. niſi ſit ſpecialis conſuetudo in contrarium, vt not. Doct. prædicti. ſed dubium eſt, quid de clericis non beneficiatis, ſed adſcriptis ſeruitio alicuius Eccleſiæ, cui inſeruiunt de mandato Epiſcopi, iuxta *cap.* 6. *ſuprà ſeſſ.* 23. & credo quod ſi proceſſio fiat in Eccleſia cui eſt adſcriptus, teneatur ad eam proceſſionem venire, aliàs ſecus cùm non ſit propriè beneficiatus, nec intitulatus alibi. An Clerici ſæculares exempti ex fundatione ad hæc onera teneantur. Congregatio de menſe Martij 1602. cenſuit negatiuè, non obſtan. *cap.* 22. *infrà eod.* vbi includuntur omnes caſus, quia ille text. reſtringit ſe ad Regulares tantùm.

ADDITIO.

1 *Regulares.*] Etiam exemptos Paul. Fuſch. *de viſit. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 12.

2 *Epiſcopus.*] Fuſch. vbi ſuprà *cap.* 15. *nu.* 65. & hoc text. colligit has quæſtiones non eſſe iudicialiter finiendas, ſed extraiudicialiter arbitrio Epiſcopi.

3 *Componat.*] Ita tamen, vt qui per ſe præſentes ſunt, puta in Concilio Prouinciali procedant procuratorum eorum, qui procedere deberent, quia quamuis Vicemgerens ſit honorandus tanquam repræſentans eum, cuius vices gerit, non tamen quantum ille. Nauarr. *conſ.* 3. *de offic. deleg. num.* 2.

De Procuratore; An in Concilio comparendum, *vt ſuprà ſeſſ.* 24. *de reformat.* qui ſunt in aliqua dignitate eiuſdem Ordinis, puta Abbatiæ, vel præpoſituræ priùs promoti præcedant, niſi poſteriores qualitates aliquas habeant, ex quibus aliis præcedere debeant, & hæc militatio reſtringirur quando talis Prælatus etiam actualiter incederet, ac cum alia religione, quæ præeminentię prærogatiuam haberet, contenderet, Nauarr. *conſ.* 1. *de maiorit. & obed.* vbi de præcedentia inter Canonicos Regulares & Monachos Benedictinos, de qua latiſſimè in Scrutin. Conciliorum in illa cauſa edictorum, & ibi de loco Abbatum vtentium Epiſcopalibus inſigniis in Concilio Prouinciali de exemptis, & nõ exemptis per tex. *in c. vt Apoſtolicæ, de priuil. in* 6. Ampliandũ videtur quod de his Abbatibus dixi in his quoque qui Collegio carent hi omnibus dignitatibus Epiſcopo inferioribus præferantur, excepto Capitulo Cathedrali Eccleſiæ Collegialiter ſedente, vel incedente. Dec. *conſ.* 2. *de iudic.* vel niſi agatur de reſpicientibus exercitium regendi Collegium per *cap. licet Canon. in gloſ. Parochialis, de elect. in* 6. Vicarius quoque Epiſcopi in Choro præcedit omnes præter Epiſcopum de iure communi, conſuetudo tamen contraria valeret, quando autem eſt *in cap. vt Canonicus*, cedit antiquioribus, ſicut quod magis eſt Epiſcopus quaſi Canonicus cedit Archidiacono, vel Decano, ſeu præſidenti ipſius Capituli gloſ. recepta ab omnibus *in cap. à Collatione, de appellat. in* 6. Nauarr. *conſ.* 3. *de maior. & obed.* ſed quantùm ad conſuetudinem, quod non valeat etiam immemorabilis Gabr. *concluſ.* 1. *de præſcript. num.* 37.

Eodem modo cedit antiquioribus ſi Canonicus eſſet Prior alterius Eccleſiæ Collegiatæ, quamuis æquipararetur Abbati habenti Conuentum, & habeat iuriſdictionem in ſuos de Collegio, & dicatur Prælatus etiamſi eſſet I.V.D. & Protonotarius Apoſtolicus, & hoc quando Capitulariter ſederent, vel incederent, ſecùs ſi Presbyter. Nauarr. *de maior. & obed. conſ.* 4.

4 *Exempti.*] Paul. Fuſch. *de viſit. lib.* 2. *cap.* 8. ſi bene recolo, intelligit tam de

exemptis

exemptis ab Ordinario quàm à Sede Apoſtolica, & quod ad proceſſiones publicas, ſ. ad Rogationes publicas teneantur accedere omnes Clerici territorij. Vide Abb. *in cap. nimis, de exceſſ. Prælat.* & Io. Graſſ. *in tractat. de melioramentis, cap. 21. ſub num. 37. circa finem*, & *num. 38.* vbi extendit iſtum text. ad proceſſiones publicas, quæ fiunt in feſto Corporis Chriſti.

CAPVT XIV.

De ſupplicio Religioſi publicè delinquentis.

α REgularis, non ſubditus Epiſcopo, qui intra clauſtra Monaſterij degit, & extra ea β *ita notoriè* deliquerit, vt populo ſcandalo ſit; γ *Epiſcopo inſtante*, à ſuo Superiore intra tempus ab Epiſcopo præfigendum, ſeuerè puniatur, ac de punitione Epiſcopum certiorem faciat: ᵃ ſin minùs, à ſuo Superiore officio priuetur, vt delinquens ab Epiſcopo puniri poſſit.

ᵃ Cap. fin. §. ſi vero, de ſtat. mon.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

EPiſcopus non poteſt Regularem delinquentem incarcerare, vel proceſſare, ſed ſolùm inſtare apud Superiorem pro pœna.

Et quis dicatur notoriè delinquere remittatur ad ius commune, *cap. fin. de cohab. Cleric. & mulier.*

Item, Regularis delinquens in Domicilio ſuæ Religionis, in quo ſolus degit, poteſt ab Epiſcopo puniri.

Item, Regularis degens extra clauſtrum, ſi delinquit, debet puniri ab Ordinario loci, ſi degit intra Clauſtra, & extra deliquit notoriè, debet capi à miniſtris Epiſcopi, & ad Monaſterium ſtatim ducatur puniendus à Superiore, nec Epiſcopus in hoc caſu faciat proceſſum, ſed ſi quas habet probationes, illas det Superiori, qui Superior debet procedere ad præſcriptum huius Capitis.

Item, Regulares non poſſunt Ciuiliter conueniri coram Epiſcopo, & ſuis creditoribus, ſed coram ſuo Superiore, vel conſeruatore, *ſeſſ. 14. cap. 5.*

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α REgularis.] Hinc fuit quæſitum an regulares poſſint conueniri ciuiliter coram Epiſcopo à creditoribus ſuis, vel coram Conſeruatoribus; & fuit reſponſum, quòd ſi ſunt ſub regulari obſeruantia non poſſunt conueniri coram Epiſcopo, quia habent proprium Superiorem, & nihil habent cum eis commune Epiſcopi propter exemptionem. Syluest. *exemptio, num. 10.* etiamſi exemptio non allegetur, ſed coram Conſeruatoribus in caſibus ſibi permiſſis, *vt ſuprà ſeſſ. 14. cap. 5.* poſſunt conueniri. Et ita cenſuit Congregatio ſub die nona Iulij, 1573. Sed Abb. *in cap. 4. num. 4. & 5.* concludit, quòd poſſunt conueniri coram Epiſcopo, quod not. & vide ibi multa ad materiam, *de offic. Ordinar. per cap. volentes, de priuileg. lib. 6.* Decretum hoc extenditur ad Cruciatam, & Inquiſitores, vt non poſſint extrahere regulares ſine conſenſu Superiorum.

β *Ita notoriè.*] Ergò ſi non ſit offenſa notoria non procedet iſte text. ſed remanebunt regulares ſub exemptione ſua, iuxta *cap. 20. infrà eadem in fin.* argum. eorum quæ dicit gloſſ. *in cap. 1. in ver. Conſeruatores, circa med. de offic. deleg. lib. 6.* & gloſſ. *in cap. placuit, in ver. Parochian. 6. quæſt. 3.* & hodie emanauit Bulla S.D. N. Clem. VIII. contra Superiores non punientes ſuos ſubditos iuxta formam huius decreti, ſub pœna priuationis ipſo facto dignitatum, & officiorum, & inhabilitatis; Anno quinto, ſeptimo Calend. Martij. 1595. Prax. Neapol. *cap. 58.*

γ *Epiſcopo inſtante.*] De forma inſtantiæ quam facit Epiſcopus, vide Fuſch. *de viſitat. lib. 2. cap. 17. num. 11.*

CAPVT XV.

Profeſſio tamen validè emittitur anno decimo ſexto ætatis expleto.

IN quacumque 1 *Religione*, [a] tam virorum, quàm mulierum, α *profeſſio* non fiat ante decimum ſextum 2 *annum* expletum; nec qui minore tempore, quàm β *per annum*, poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit, ad profeſſionem 3 *admittatur.* [b] Profeſſio autem, anteà facta; 4 *ſit nulla*; nullámque inducat γ *obligationem* ad alicuius Regulæ, vel Religionis, vel Ordinis obſeruationem; aut ad alios δ *quoſcumque effectus.*

a Cap. Cõſal. 27. qu. 2. c. ad Apoſtolicã, de reg. & c. non ſolum, eod. ti. in 6.

b c. ad noſtrã, c. cum virum, & c. poſtulaſti, eod. tit. & c 1 eo. ti. in 6.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

HOc & ſequens decretum non comprehendit conuertitas.

Item, licèt in Religione, vt ſancti Franciſci de Paula ſit Conſtitutio, vt nullus recipiatur ante 18. annum, tamen ſi poſt 16. profiteatur profeſſio tenet, & ſi diſcedit eſt Apoſtata, *ſeſſ.25.cap.19.*

Item, profeſſus intra annum probationis ad nihil tenetur,& poteſt ducere vxorẽ ſine diſpenſatione,& ius antiquum eſt correctum, ſed de voto emittendi profeſſionem facto intra annum probationis Concilium non loquitur.

Item, profeſſio tacita per hoc cap. non eſt abrogata, ſed remanet prout de iure.

Item, durante anno probationis ſi Nouitia egreditur cum licentia Superioris cauſa curandi valetudinem, & poſtea reuertitur, eodem tempore profitebitur, ac ſi numquam eſſet egreſſa.

Item annus probationis ex Cauſa prorogari poteſt.

Item, cùm dubitatur an puella ſit legitimè profeſſa, & an donatio facta Monaſterio ſit libera & valida, Epiſcopus eam amoueat à Monaſterio, & ponat in loco tuto, & non ſuſpecto alicui parti, & in eo diligenter eam interroget.

Item, puella ex damnato coitu nata, non prohibetur ſumere habitum, & profiteri.

Item, annus etiam iſte expectandus eſt à donatis Religioni.

Item, Nouitius deferens habitum per annum,& ſtans ſub obedientia Superioris, licèt manſerit extra Clauſtra,poteſt etiam per Procuratorem in fine anni profiteri.

Item, annus Nouitiatus debet eſſe continuus,ſecùs profeſſio eſt nulla,nec iuuant priuilegia data ante Concilium.

Item, tacita profeſſio poteſt induci eo tempore, & ætate, quo eſt expreſſa.

Item, profeſſio facta ante annum probationis qui renunciari non poteſt, vel ante annum 16. ætatis eſt nulla.

Hoc decretum etiam 19. comprehendunt Ordines militares,Regulares,ſed loquitur de Monialibus, quia Milites Hieroſolymitani debent profiteri poſt annum, non obſtan. &c. de aliis Militibus eſt dubium. Vide.

Item,qui à Commendatariis accipiunt, & geſtant habitum,vetbi gratia,ſancti Baſilij per aliquot annos, licèt non expreſsè profeſſi ſint, tamen ſunt tacitè profeſſi.

Item, eſt locus tacitæ profeſſioni inter Milites degentes extra Clauſtra,ſiue Conuentu Hoſpitalis Militum.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α PRofeſſio.] Cenſuit Congregatio profeſſionem factam à Moniali ante decimum ſextum annum expletum, debere ab Ordinario declarari nullam; deinde mulierem in aliquo loco honeſto, ac tuto, neutrique parti ſubiecto curabit collocandam,quo in loco eius liberam voluntatem neceſſariis interrogationibus explorabit, atque illud prætera diligenter animaduertet an poſt decimum ſextum annum expletum tamdiu in eodem Monaſtero atque ita reſederit, vt tacitam profeſſionem emiſiſſe

emiſiſſe videatur. Item, cenſuit aſſerentem habitum per eam geſtum diſtinctum fuiſſe diſtinctione patenti ab habitu profeſſarum, ipſámque numquam ſe in actibus per profeſſas fieri ſolitis immiſcuiſſe minimè tacitam emiſiſſe profeſſionem; Neapolitana 9. Septembris 1593. Item, cenſuit Moniales nullo pacto ad profeſſionem admittendas, niſi per annum poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterint, iuxta hoc decretum, neque vllam rationem habendam contrariæ conſuetudinis etiam immemorabilis, vtpotè ſublatæ decreto, *cap. 22. infrà ead. ſeſſ. de regular. die 14. Auguſti,* 1602. Sed quid ſi ex inſtituto alicuius regulæ profeſſio non fiat ante decimum octauum annum expletum, vt ſunt noſtrates de Minimis Sancti Franciſci de Paula, an ſit eorum profeſſio nulla ſi eam emiſerint poſt tempus Concilij; ſed ante tempus in earum regula ſtatutum, & quia ex verbis regulæ non annullatur talis actus profeſſionis, ſed tantùm imponitur pœna Superiori ſi eum reciperet, & eget confirmatione Superioris. Cenſuit Sacra Congregatio profeſſionem tenere, argum. *cap. ad Apoſtolicam de Regul.* Boër. *deciſ. 1. num.* 14. Nauarr. *de Regul. conſ. 35. num. 2.* dicit non valere. Quid ſi ſponſus poſt ſponſalia contracta de præſenti ingrediatur religionem, an ſponſa expectare illum debeat per duos menſes, iuxta *cap. ex publico, de conuer. coniug.* vel vſque ad annum profeſſionis, iuxta hunc text. Nauarr. *de ſponſal. conſ.* 40. diſputat ad vtramque, & caſum indeciſum reliquit.

β Per annum.] Erit iſte annus continuus completus, & de iure præſumi debet non interruptus, iuxta conſ. Nauarr. 17. *&* 19. *num. 14. de Regular.* Datur enim in fauorem Monaſterij, vt mores profitendi experiantur, *cap. ad Apoſtolicam, de Regular.* Nauarr. *eod. tit. conſ 36. &* 43. Item datur ob fauorem ſui, & ob fragilitatem humanæ conditionis, *cap. 2. de regular. in* 6. Lap. *alleg.* 46. *num. 2. &* 3. & quia *in cap. ad Apoſtolicam, de regular.* profeſſio facta intra annum tenebat, fuit hoc prohibitum poſtea in Fratribus Minorum, & Prædicatorum, *cap. non ſolùm, de regular. in 6.* quæ prohibitio fuit iterum poſtea ampliata ad omnes Mendicantes, *cap. Conſtitutionem, eod. tit.* & *lib.* Tandem Concilium hic voluit extendere dictam prohibitionem, ne fiat profeſſio infra annum ad omnes religioſos tam virorum quàm mulierum, & intelligatur Concilium hic habere locum in profitentibus verè, iuxta *d. cap.* ad Apoſtolicam non ſolùm, & conſtitutionem, præſertim cùm ſit ſub rubric. *de regular.* & eius ſubiecta materia ſit profeſſio; verba autem intelligenda ſunt ſecundùm ſubiectam materiam. Dec. *in l. 1. num. 16. l. qui admitt.* Gramm. *in tract. de extenſ.* Neuizan. *conſ. 92. num. 16. cum ſeq.*

γ Obligationem.] Intellige contra Capitulum Conſtitutionem *de regularibus in 6.* vt profeſſio facta abſque hac forma non obliget etiam in genere ad quamcumque regulam, de qua difficultate, vide gloſſ. *in cap. non ſolùm, eod. tit. de regul. in 6.* ſed hic text. non prohibet ſuſcipere habitum ante annum decimum ſextum. Nauarr. *de Regular. conſil. 30. num. 1.*

δ Quoſcumque effectus.] Inter quos is erit ne acquirat ſuo Monaſterio cùm profeſſio ſit nulla, licèt regulariter quicquid acquirit Monachus, acquirat religioni in genere, ſi ſit ad nutum amouibilis, vel ſuo Conuentui in ſpecie, ſi ſit de eo loco, vt ſunt Moniales. Ferrett. *conſ. 150. num.* 4. & Monialis non ſanæ menſis nulliter profitetur. Rot. *par. 2. deciſ. 129. num. 16. & deciſ.* 134.

Quid operabatur profeſſio ante Concilium, & quid hodie, Nauarr. *de Regular. conſ. 62. num. 7.* Fuſcus *de viſitat. lib. 2. cap. 18. num. 29.* Theſaur. *for. Eccleſ. par. 1. cap. 16. num.* 36. Profeſſio autem debet fieri ſimpliciter, & purè, aliàs ſub conditione facta violatur, commun. contr. commun. *quæſt.* 85. & dicitur Mors ciuilis, idem *quæſt.* 64.

ADDITIO.

t *Religione.*] Propriè hic Religio accipienda eſt in qua timor Apoſtaſiæ ſubſit, qui fuit cauſa finalis huius decreti, & ideò non habet locum in Militib. puta ſancti Stephani, vel ſancti Ioannis Hieroſolymitani, aut Rectoribus Hoſpitalium, etiam proprium habitum geſtantium, aut in regula tertij Ordinis ſancti Franciſci per Rotam *dec. 591. in nouiſ. par. 1.* vide Mohed. *dec. 10. de cauſ. poſſ. Contra in milit. Hieroſol.* Nauarr. *conſ.* 5. de his quæ vt & Mulieres non profitentur profeſſionem virorum, neque viri mulierum, aliàs profeſſio ſit nulla,

& liceat egredi, & profeſſus poſſit eiici, quod in hermaphroditis locum habet, quod non profiteantur, niſi generis, in quo præualent profeſſionem, etiamſi eſſent in vtroque genere paris potentiæ, Nauarr. *de ætat. & qualit. conſ.* 8. Vide Apoſtil. *ad l. quæritur de ſtat. hom.*

2 *Per annum.*] Continuum, interpellatus enim non ſufficeret, Bart. *in l. interdum, §. quoties, num.* 2. Caſtren. *num.* 3. *de puber. & vectigal.* Bard. *in tract. de vtil. & contin. cap.* 3. *num.* 10. Gonzal. *lib.* 2. *diuer. argum. iuris cap.* 15. *num.* 2. vbi teſtatur ſacram Congregationem ita cenſuiſſe; Amplia etiam propter negotia Monaſterij, limita ſi exiiſſet propter aduerſam valetudinem, & hoc innui.

De Mulieribus autem dubitat Gonzales, vbi ſuprà, vide Carol. Tapia. *in autent. ingreſſi. C. ad ſacroſ. Eccleſ. cap.* 4.

3 *Admittatur.*] Nota, quòd non eſt aliquis ante hoc tempus admittendus, ſi ergo ex cauſa hoc tempus excedatur, quia à Prælato Regulari prorogetur valet prorogatio. Nauarr. *de offic. iud. ord. conſ.* 12. & Congregatio ita ſæpiùs declarauit, vt *in cap. ſequenti dicetur, in num. intra duos menſes, & num. Congregatio cenſuit.* Admittentes autem ad profeſſionem intra annum etiam Moniales, incidunt in pœnas, *cap. non ſolùm, & in 6. nec excuſantur ignorantes,* Mohed. *dec.* 3. *de ſent. excom. & prima de regul.* Put. *deciſ.* 100. *lib.* 1.

Et non à ſuſpenſione, quam Moniales contrafacientes incurrunt, abſoluant Fratres vigore facultatum, & in foro contentioſo, Rota *diuerſ. par.* 3. *lib.* 3. *deciſ.* 1113.

A quo autem ſit probanda profeſſio, Put. *deciſ.* 408. *par.* 1. Mohed. *deciſ.* 3. *de regul. & dec.* 1. *ex præſumpt.* Acchil. *deciſ.* 175. intra annum autem liberè exire poſſunt, *cap.* 1. *de reg. in* 6. & non tenentur Monaſteria ad expenſas ſibi factas intra annum probationis Barbat. *in cap. pernicioſum, de offic. ordin. num.* 15.

4 *Sit nulla.*] Huic decreto partes renunciare nõ poſſunt, & ideò infertur quòd quamuis quando poſt Matrimonium intra duos menſes profiteri olim debuiſſet, per *text. in cap. ex publico. de conuer. coniug.* Hodie tamen per annum expectandum eſſet. Caro. Zap. *in autent. ingreſſi, cap.* 11. *num.* 14. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* An autem Prodigus ſine Curatore profeſſionem emittere poſſit, vide apud Lap. *alleg.* 25. *num* 1.

Quid de demente, dic non poſſe. Rot. *diuerſ. deciſ.* 129. *par.* 2. & ibi quomodo probatur dementia, & intellige de ea, quę admittit vſum rationis. Rot. *deciſ.* 134. *par.* 2.

CAPVT XVI.

Renunciatio, aut obligatio quæcumque, fiat intra duos menſes proximos ante profeſſionem, alioquin eſt nulla. Nouitij inuenti habiles ſine mora admittantur ad profitendum, aut è Monaſterijs eiiciantur: Nihil innouatur in pio inſtituto clericorum Societatis IESV. *Ne illaqueentur Nouitij, aut Nouitiæ, &c.*

1 NVlla quoque *a* 2 *renunciatio*, aut obligatio *ß antea facta*, etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuſcumque cauſæ piæ, valeat, niſi cum licentia Epiſcopi, ſiue eius Vicarij, fiat 3 *intra duos* menſes proximos ante profeſſionem; ac non alias intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione: aliter verò facta, etiam ſi cum huius fauoris expreſſa renunciatione, etiam iurata, 4 *ſit irrita*, & nullius effectus. [a] *δ Finito tempore* nouitiatus, Superiores nouitios, quos habiles inuenerint, ad profitendum admittant; aut è Monaſterio eos eiiciant. Per hæc tamen ſancta Synodus non intendit aliquid innouare, aut prohibere, quin Religio Clericorum Societatis IESV, iuxta pium eorum inſtitutum, à ſancta Sede Apoſtolica approbatum, Domino, & eius Eccleſiæ inſeruire

[a] Cap. cũ cauſam, in fin. de elect.

uire

uire poſſint. *e* *Sed neque ante profeſſionem*, excepto victu, & veſtitu, nouitij, vel nouitiæ illius temporis, quo in probatione eſt, quocumque prætextu, à parentibus, vel propinquis, aut curatoribus eius Monaſterio aliquid ex bonis eiuſdem tribuatur, ne hac occaſione diſcedere nequeat, quod totam, vel maiorem partem ſubſtantiæ ſuæ Monaſterium poſſideat; nec facilè, ſi diſceſſerit, id recuperare poſſit: quin potiùs præcipit ſancta Synodus ſub anathematis pœna dantibus, & recipientibus, ne hoc vllo modo fiat; & vt abeuntibus *ζ ante profeſſionem* omnia reſtituantur, quæ 4 *ſua erant*. Quod vt rectè fiat, Epiſcopus etiam per cenſuras Eccleſiaſticas, ſi opus fuerit, compellat.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

NOuitij licèt non poſſint renunciare (vt hic dicitur,) tamen non prohibentur facere teſtamentum, quando volunt ſine licentia Epiſcopi.

Item, datio facta à tacitè profeſſo eſt nulla.

Item, hoc Cap. non comprehendit teſtamentum, vel Codicillum.

Item, renunciatio debet fieri intra duos menſes vltimos ante profeſſionem.

Item, moriente Moniali ante profeſſionem, Dos eſt reſtituenda hæredibus defunctæ retentis expenſis factis pro illa.

Item, donatio facta ante, vel poſt habitum ſuſcepium eſt nulla non finito anno, etiam in fauorem Monaſterij.

Item, Donatio facta per ſex, vel octo menſes ante profeſſionem eſt nulla per hoc Cap. licet profeſſio prolongetur vltra annum.

Item, renunciatio de licentia Epiſcopi vltra duos vltimos menſes, licèt annus 16. non ſit expletus, valet.

Item, donatio facta à muliere in ingreſſo anno profitendi de licentia Epiſcopi, ſi moriatur poſt annum probationis, vel poſt 14. menſes non valet.

Item, finito tempore Nouitiatus Superiores admittant habiles ad profeſſionem, aut eos eiiciant, niſi ſint tacitè profeſſi.

Item, ſi conuerſitæ finito anno probationis ſint inhabiles, vel nolunt profiteri non ſunt reiiciendæ, quia hoc tempus po teſt prorogari.

Profeſſus in vna Religione, ſi de licentia Papæ tranſit etiam ad laxiorem, debet poſt annum probationis iterum profiteri.

Item, hoc Cap. non habet locum ſi donat, vel renunciat ante ingreſſum, ſed in ipſo ingreſſu, vel intuitu ingreſſus. Item, ſi non adeſt licentia Epiſcopi, & ſecuta profeſſione renunciatio eſt nulla.

Item, oblati perpetuò qui ſe, & ſua perpetuò dederunt Monaſterio non comprehenduntur in hoc, vel in 15. *cap.*

Item, nec ex bonis cuiuſdam tribuatur, ne ex bonis parentum, vel Conſanguineis propter eandem cauſam.

Item, renunciatio facta intra duos menſes ante tempus profeſſionis de licentia Epiſcopi eſt valida, licèt deinde profeſsio differatur.

Item, ante profeſsionem poteſt depoſitari in banco dos, vel eleemoſyna; ſed non eſt danda cautio bancaria, vel ſub mutuo.

Item, Nouitius ſi eſt ſui iuris ſine parentibus, vltra victum non poteſt aliquid dare Religioni, nec ſe & ſua, &c.

Item, qui ante ætatem expreſsè profitetur, & ſequitur vſque ad 18. annum eſt tacitè profeſſus, licèt aliqui dubitent.

Item, profeſſus ſi moriatur ſiue in habitu, ſiue ſine, ſiue intra, ſiue extra Clauſtra, omnia bona ſunt Matrimonij per Bullam Pij V.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a RENunciatio, aut obligatio.] Quid ſi renunciatio fuerit facta ante ſuſceptum habitum, vel ingreſſum religionem, & videtur quòd Concilium in caſu prædicto non habeat locum, loquitur enim de ſumentibus habitum, vel ingredientibus religio

religionem. Nauarr. *de regular. conſ.* 81. *cum ſequen.* ſed ſi donatio, vel renunciatio facta fuerit intuitu religionis ingrediendæ tanquam facta in fraudem huius Canonis, videtur ſubeſſe huic diſpoſitioni ex Congregationis ſententia. Nauarr. *vbi ſuprà*, ea enim eſt mens huius cap. vt liberum ſit donatori redire ad propria in omni caſu excepto, ſi fiat duos menſes ante profeſſionem, & profeſsio ſequatur.

Quæritur an vſusfructus eius, qui ingreditur religionem Mendicantium proprium non habentem, deferatur ſubſtituto, vel venientibus ab inteſtato pro vtraque parte, vide Specul. aur. *quæſt. 63. 64. & 65.* & an expectetur eius mors naturalis, *ibidem*. An autem Monaſterium habeatur pro filio, & præferatur venientibus ab inteſtato pro affirmatiua. Dec. *conſ. 159. & 426.* & ad partes diſputat comm. contr. commun. *quæſt. 192. & ſeq. contra deciſ. Pedemont. 126. per tot.* & an hæreditas relicta Monacho ſtatim acquiratur Monaſterio, ibidem *quæſt.* 341. ſine aliquo miniſterio Monachi, & an hæres inſtitutus per ingreſſum Monachi, habeat hæreditatem poſt profeſſionem, vel poſt mortem naturalem Monachi, ibidem *quæſt.* 63. & an Patre profeſſo debeant filij habere legitimam non expectata morte patris, ibidem *quæſt.* 342. & ſtatutum prohibens ſucceſſionem ingredientibus religionem non valet, ibidem *quæſt.* 142. De ingrediente religionem, & donante, ac moriente, vel profitente, Menoch. *tom. 4. conſ. 396. & tom. 9. conſ. 819. num.* 20. Quomodo autem probari poſſit profeſſionis emiſſio. vide per Rot. *diuerſor. par. 3. lib. 3. deciſ.* 1119.

β *Antea facta.*] Verba iſta non referuntur ad ætatem, iuxta text. præcedentem, ſed ad duos menſes ante profeſſionem, & ita cenſuit Congregatio ſub die ſecunda Februarij, 1601.

Item, cenſuit hoc decretum non vindicare ſibi locum in teſtamentis, atque alijs vltimis voluntatibus; die vigeſima ſecunda Ianuarij, 1598.

Item, renunciationem factam cum licentia Epiſcopi, ſiue eius Vicarij, infrà duos menſes proximos, tempore quo profeſſio emitti legitimè potuerit, non cenſeri inualidam, ex eo quod ipſa actualis profeſſio per aliquot menſes dilata fuerit; die 17. Octobris, 1594.

γ *Sit irrita.*] Decretum irritans inficit titulum & poſſeſſionem. Rot. Pot. *lib. 3. deciſ. 180. num. 3.* dixi ſuprà *ſeſſ. 24. cap. 1. de reform. matrim.* ibi contractus irritos, vide eundem *lib. 1. deciſ. 50. num. 2.* vbi limitat, & *deciſ. 309.*

δ *Finito tempore.*] Quòd ſi eius Ordinis Moniales ſunt, qui requirat profeſsionem, non ſufficit Monialibus tacitè profiteri, quod ſi palam, & expreſsè id factum non fuerit, tamen cogendæ ſunt, vt profiteantur, ex Congregationis ſententia. Puellæ autem quæ ſunt in Monaſterijs, finito tempore Nouitiatus ſunt admittendæ ante profeſsionem, ſi habiles inuentæ fuerint, ſi verò non, eiciendæ ſunt è Monaſterio; ex his infertur, quòd per Concilium non ſit ſublata tacita profeſsio in maſculis, adeò vt ſi quis ante ætatem profeſſus ſit expreſsè, & poſtea ſciens, & prudens perſeuerauerit vltra decimũ octauum, licèt non obligetur ex profeſsione expreſſa, quæ eſt nulla iuxta *cap. 15. ſuprà ead. ſeſſio.* obligatur tamen ex noua profeſsione tacita, quæ inducitur poſt annum probationis, ſicut ſi expreſsè iterum profiteri vellet in ætate legitima; non enim prohiberetur, vide Nauarr. *in ſumm. cap. 12. num.* 71. Caiet. 22. *quæſt. 189. art.* 5. Idem Nauarr. *de Regular. conſ. 4. num. 8. & conſ.* 34. Idque iure factum cenſetur, ne detur occaſio iis, qui poſtquam per longum tempus in religione ſteterint ab ea diſcedere, & habitum abiicere poſsint maximo cum omnium ſcandalo, ex eo quod ante legitimam ætatem expreſſam emiſerint profeſsionem; ſed hæc licèt ſint in vſu, tamen multum me mouent verba Concilij, in *d. cap.* 15. Si enim incipit quis ligari ex tacita profeſsione poſt decimum ſextum annum, ergo numquam habebit locum nullitas expreſſæ profeſſionis factæ ante ætatem legitimam, quandoquidem vſque ad ætatem legitimam idem operatur tempus per ſe, vt cuilibet liceat redire ad ſæculum; poſt ætatem verò legitimam incipit tempus tacitæ profeſsionis; ergo non remanet aliud tempus in quo poſsit verificari illud decretum Concilij.

ε *Sed neque ante profeſſionem.*] Poſt profeſsionem verò quilibet regularis, etiam extra Clauſtra degens, ſiue moriatur cum habitu, ſiue non, omnia bona ſua mobilia, & immobilia acquirit Ordini in quo profeſſus eſt. vide Bullam Pij V.

ζ. *Ante*

ζ *Ante profeſſionem omnia reſtituantur.*] Non enim dicuntur ingreſsi, niſi vt fiant Monachi, quod contingit poſt profeſsionem, & ita intellig. auth.*ingreſſi,C.de ſacroſanct.Eccleſ.*tenet Felin.*in cap. cum deputati, num.5. de iudic.*Dec.*conſ.*330.*num.*4. Staphil. *de var.mod.vacat.fol.*61.*num.*101. vide Feder. de Sen.*quaeſt.*5.& Nauarr. *de ſucceſſio.ab inteſtat.canſ.*9.qui extendit hunc text.ad morientes ante profeſsionem qui abire dicuntur.

ADDITIO.

1 *Nulla.*] Vide Nauarr: *in conſ. 7. de donat.*& Io.Guttier. *in cap. quamuis partem,de pact. in 6.in ver. dum nuptui traderetur, fol.* 402.Fuit dubitatum an procederet hic text. in donatione remuneratiua, ad quod vide votum meum, & pro negatiua adde Gonzal.Mendoz.*lib.1.diuer.iur.arg.cap.quaeſt.*qui dicit *cap.12.ſuprà ſeſſ.24.de reformat.*non habere locum in remunerat.

2 *Renunciatio.*] F.Marian. *de Plot.adbib. conſ.55.num.9.*

An valeat legatum relictum Monaſterio,vt teneatur recipere ad habitum virginem aliquam. Nauarr.*conſ.618.lib.3. fol.152.* Magon.*deciſ.28.num.7.*Bart.*in l.vxoris haeres num.2.de leg.3.*

Iſte text. non habet locum in teſtamentis factis ante profeſsionem, ſed ſolùm in actibus inter viuos, Menoch.*ad lib.2.de arbitr.iud.caſ.436.num.16.& num. 29. & per tot.*vbi multa ad declarationem huius Capituli Hier.de Ceual.*in ſuis pract.quaeſt.Com. contra Com.par.1.quaeſt. 63. num. 7. fol. 72. & 73.* vbi multos citat in hanc ſententiam.

Item,iſte textus non habet locum quando cogitans ingredi Religionem,atque ita eius cauſa, & praetextu de bonis ſuis inter viuos diſponit, vt puta ea parentibus, & ſanguine coniunctis renunciando; hoc enim caſu bona efficiuntur eius, cui iſte renunciauit, dummodò renunciatio iure communi inſpecto valida ſit,vel ſecundùm ipſum iùs commune renunciationem ipſarum non poſsit reuocare, & ſic Congregatio Concilij cenſuit hoc decretum non habere locum in renunciatione facta ante ſuſceptionē habitus,vt infert, ac comprobat Menoch. *d.caſ.436. in addit.ſub num.2. verſ. 2. eſt caſus fol.* . . . & de donatione facta de conſenſu Ordinarij ante 16.annum, vide *in lib.informat.ſuper Concilio, fol. 683.* vbi habes reſolutionem.

3 *Intra duos menſes.*] Hos autem duos menſes profeſsioni emittendae proximos eſſe debere ſtatuit Concilium, vt magis proximi ſint ingreſſui aetatis 16. annorum, quàm habilem eſſe voluit Concilium ad profitendum, & renunciandum, quam ob rem ſi maior 16. annis ingrederetur Religionem,& ante duos menſes renunciaret, renunciationem valere putat. Menoch. *de arbitr.caſ.436.num.8.*

4 *Sua erant.*] Clericis,qui Monaſterium ingreſsi fuerint per annum profeſsionis Beneficia conſeruantur,quibus interim per Oeconomum prouidetur,*cap.Beneficium,de regul.in 6.* Paul.Steph.*de viſitat.lib.2.cap.15. num.84.*

CAPVT XVII.

Virgines volentes habitum religionis aſſumere, ſint maiores duodecim annis, examinentur ab Ordinario, ſicut & ante emiſſionem profeſſionis. Proinde Praefecta Monaſterio certiorem faciat Epiſcopum ante menſem finiti Nouitiatus.

α LIbertati profeſſionis 1 *virginum* Deo dicandarum proſpiciens ſancta Synodus ſtatuit atque decernit, vt, ſi puella, quae habitum regularem ſuſcipere voluerit, maior duodecim annis ſit, non ante β *eum ſuſcipiat*; nec poſtea ipſa vel alia profeſſionem emittat, γ *quàm explorauerit Epiſcopus*, vel, eo abſente, vel impedito, eius Vicarius, aut aliquis eorum ſumptibus ab eis deputatus, Virginis voluntatem diligenter, an δ *coacta*, an ſeducta

ſit, an ſciat quid agat: & ſi voluntas eius pia, ac libera cognita fuerit; habueritque conditiones requiſitas iuxta monaſterij illius, & Ordinis regulam; necnon Monaſterium fuerit idoneum; liberè ei profiteri liceat. Cuius profeſſionis tempus ne Epiſcopus ignoret; teneatur ᵋ *Præfecta monaſterio*, eum ante menſem certiorem facere, quòd ſi Præfecta certiorem Epiſcopum non fecerit; quamdiu Epiſcopo videbitur, ab officio ſuſpenſa ſit.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

IN media probatione Epiſcopus non debet examinare puellam etiam aliquo inſtante, quod coactè maneat, vt nubat.

Item, Epiſcopus bis puellam examinet, Primò ante ſuſceptionem habitus: Secundò ante profeſſionem, etiamſi Monaſteria ſint exempta.

Item, voluntas eſt exploranda ante crates, vel ex iuſta cauſa in Eccleſia exteriori, aut alio loco commodiori,& non alibi.

Item, Epiſcopus examinet, & exploret puellas, etiamſi ſint in Monaſteriis exemptis, & ſub pœnis cogat Superiores,&c.

Item, puella vi ſtuprata ſi velit Monachari, ingrediatur Conuertitas.

Item, puella, quæ inconſulto Epiſcopo habitum accepit, examinetur diligenter ab ipſo ante profeſſionem.

Item, in Monaſterio exempto ſubiecto Regi, fiat examen ſecundùm Concilium Prouinciale, & ſine cauſa non differatur, & communicet Superiori.

Item, puella 12. annorum oblata à parente, poteſt ſuſcipere habitum Regularem ante completum 12. annum. Item, puella per vim incluſa educatur, prouideatur indemnitati eius, puniantur grauiter vim inferentes.

Item, poſt habitum ſuſceptum, quando eſt ſuſpicio contrarij dentur 20. dies, vt deliberet an velit profiteri, quod ſi non vult, remittatur ad parentes.

Item, ſumptus faciendi in profeſſione, & velo ſumendo taxentur ab Epiſcopo, pecunia pro veſtitu detur Abbatiſſæ.

Item, Virgines, quæ non modò habitum ſuſceperunt, ſed profeſſionem fecerunt, ſine examine non ſunt moleſtandæ, ſed Superiores puniendæ.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

ᵅ LIbertati.] Requiritur enim in matrimonio ſpirituali omnimoda libertas, *cap. præſens*, vbi gloſſ. 20. *quæſt.* 3. Abb. *in cap. cùm virum, de regul. & in d. optim. conſ.* Barbat. 54. *propè fin. & conſ.* 60. *per tot. volum.* 1. Et quæ ſcripſi in cauſa Dominæ Iſabellæ Capiciæ ad annullandam eius profeſſionem metu reuerentiali factam, pro quo obtinui de anno 1568. menſe Februarij in Rota coram R.P.D. meo Oradino.

β *Eum ſuſcipiat.*] Per hæc verba ſacra Congregatio reſcripſit, non debere admitti aliquam puellam ad ſuſcipiendum habitum ante annum duodecimum, quia cum requiratur exploratio voluntatis puellæ, non eſt eius voluntas, neque conſilium ante illam ætatem, eſtque exploranda voluntas virginum bis; ſemel, quando ſumunt habitum regularem, & iterum quando volunt emittere profeſſionem.

γ *Quàm explorauerit Epiſcopus.*] Poteſt Epiſcopus facere hanc explorationem voluntatis etiam in Monialibus, quæ non ſunt ſibi ſubiectæ. Fuſc. *de viſitat. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 40. *fol.* 357. examen autem faciendum ab Epiſcopo non excludit examen Superioris regulariũ puellæ voluntas diligenter coacta, an ſeducta ſit, an ſciat quid agat, ex hoc textu. Item, an puella illa habeat legitimam ætatem ſexdecim annorum completorum, *ex cap.* 25. *ex ſuprà ead. ſeſſ.*

Item, an poſt habitum ſuſceptum per annum integrum in nouitiatu ſteterit, continuum (inquam) non interruptum, iuxta Nauarr. *de regular. conſ.* 35. 36. *&* 43.

Item, an Monaſterium illud ſit idoneum, id eſt, quod poſſit recipere ad profeſſionem.

Item, an dos ei Monaſterio ſoluta & conſignata fuerit, ex Congregationis decreto.

Item,

Item, quòd Abbatiſſa Epiſcopum per menſem ante certiorem faciat de ſuæ Monialis profeſſione facienda; ſub pœna ſuſpenſionis Epiſcopi arbitrio, ex hoc textu. Et ante explorationem non admittitur puella ad profeſſionem, Congregatio ad Epiſcopum Comen. poteſt tamen profeſſionis tempus prorogari ratione infirmitatis, prout eadem Congregatio reſcripſit ad Cardinalem Pacecchum, vide Theſaur. for.Eccleſ.*par.2.cap.16. num.* 39. Exploratio autem voluntatis profiteri volentium ad præſcriptum huius text. vtroque tempore ſcilicet ingreſſus, & profeſſionis faciendæ ad Epiſcopum, vel Archiepiſcopum pertinet, quamuis Monaſterium ab eius iuriſdictione exemptum ſit, vt ſuprà dictum eſt, & cenſuit ſacra Congregatio die 21. Octobris 1591. quæ etiam cenſuit explorationem voluntatis ad profitendum non debere fieri, niſi ante crates, vel in Eccleſiæ commodiori loco, ad Archiepiſcopum Iſpalen.

3 *Coacta.*] Quia vis, & metus annullant profeſſionem. Nauarr. *de regular. conſ.* 89. latè Menoch. *tom.*10.*conſil.*917.*per tot.*

4 *Præfectis Monaſterio.*] Et ſi Superiores earundem alicui habitum dederint, antequam ab Ordinario examinatæ fuerint contra hoc decretum faciunt.

Item, ſi prædictæ Moniales antequam iterum ab Ordinario examinentur, profiteantur contra eiuſdem Concilij decreta faciunt. Qui caſus ſi euenerint, tenetur Ordinarius explorare voluntatem earum quæ habitum tantùm ſuſceperunt antequam in religione profiteantur. Ab illis verò Virginibus ſacris, à quibus non modò habitus eſt ſuſceptus, ſed iam facta eſt profeſſio, etſi examinatæ non fuerint, tamen ab eis nihil ſciſcitari prædictus Ordinarius debet; ſed eas permittere in ſuo ſtatu permanere, & prout à Concilio Tridentino ſtatuitur in Abbatiſſas, & Præfectas animaduertere, debéntque per eundem Ordinarium Moniales, & earum Superiores admoneri, ne illis Virginibus ſacrum habitum dare debeant, ac multo minùs patiantur in religione profiteri, niſi priùs earum voluntas perſpecta, & explorata ſit ab eodem Ordinario. Quo facto contra facientes poterit idem Ordinarius coërcere non ſolùm pœnis à Concilio Tridentino ſtatutis, & præſcriptis, ſed etiam Eccleſiaſticis cenſuris, & aliis iuris remediis, nonobſtantibus quibuſcumque priuilegiis, ex Congregationis ſententia, etiamſi non ſint ſibi ſubiectæ.

ADDITIO.

1 *Virginum.*] Virgines Deo dicandæ ſunt, vt hîc; Dubitatur an corrupta poſſit ingredi Monaſterium, in quo videnda eſt Rota *deciſ.*101.*in nou.par.*2. *num.* 3. & 4. vbi traditur, quod vxor inuita à viro carnaliter cognita poteſt emittere profeſſionem, ſecùs in ea, quæ voluit copulam experiri, & per quam non ſtetit, quominus à viro cognoſceretur, quamuis cognita non fuit, & hoc habetur in ſumma illius deciſionis, ipſa tamen deciſio contrarium probare videtur, B. quòd ea, quæ tribus diebus cum viro dormiuit, Monaſterium ingredi poteſt, ſi cognita non fuiſſet, & cum Monaſterium ingreſſa fuerit, non propterea per eam ſtetiſſe viderit, quominus matrimonium conſummàretur, cum per tres noctes paſſa fuiſſet experientiam copulæ.

CAPVT XVIII.

Anathematizantur quicumque cogentes puellam, viduam, aut quamcumque mulierem ad ingrediendum Monaſterium, emittendam profeſſionem, & ad id fauorem dantes, & quoquo modo eidem actui conſentientes. Excipiuntur caſus iuris.

1 Anathemati *ſancta Synodus ſubiicit omnes, & ſingulas perſonas, cuiuſcumque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam Clericos, quàm laicos, ſæculares, vel regulares, atque etiam

qualibet dignitate fungentes, ſi quomodocumque *β coëgerint* aliquam Virginem, vel viduam, aut aliam quamcumque mulierem inuitam, [a] præterquam in caſibus in iure expreſſis, *γ ad ingrediendum Monaſterium*, vel ad ſuſcipiendum habitum cuiuſcumque religionis, vel ad emittendam profeſſionem; quique conſilium, auxilium, vel fauorem dederint; quique ſcientes eam non ſponte ingredi Monaſterium, aut habitum ſuſcipere, aut profeſſionem emittere; quoquo modo eidem actui, vel præſentiam, vel conſenſum, vel auctoritatem interpoſuerint. [b] *δ Simili quoque* anathemati ſubiicit eos, qui ſanctam Virginum, vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel voti emittendi, quoquomodo ſine iuſta cauſa impedierint. Eáque omnia, & ſingula, quæ ante profeſſionem, vel in ipſa profeſſione fieri oportet, ſeruentur non ſolùm in Monaſteriis ſubiectis Epiſcopo, ſed & in aliis quibuſcumque. [c] Ab his tamen excipiuntur mulieres, quæ *ε Pœnitentes*, aut Conuertitæ appellantur: in quibus *ζ conſtitutiones* earum *η ſeruentur*.

a Cap. de Lapſis, c. Epiſco. 35. q. c. Impudicas, cap. Si homo 27. q. 1

b Concil. Tolet. 3. c. 10. ca. puellæ, 20. qu. 2. cap. vlt. 32. quæſt. 2.

c Conc. Tolet. 4. c. 30. in fin.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

Conuertitæ nil dant pro dote, ſed totum eſt nomine eleemoſynæ, vel alimentorum, & priùs impenſæ ſunt ſoluendæ, reliquum conuertatur in emptionem ſtabilium bonorum.

Item, in admittendis Conuertitis ſeruentur Conſtitutiones earum tam circa receptionem, quàm circa profeſſionem, nec Concilium Prouinciale poteſt contrarium ſtatuere.

Item, Conuertitæ inhabiles ad velum nigrum non ſunt repellendæ à Monaſterio.

Item, Conuertitæ ſeruent Clauſuram, emittant tria vota, non poſſunt egredi, ex Pio V. & Gregorio XIII. & cum eis non ponantur aliæ Moniales correctionis cauſa.

Puella incluſa per vim in Monaſterium, educatur, & ſi eſt paſſa damnum reddatur indemnis expenſis cogentium, qui puniantur, & ſi vult fieri Monialis, fiat etiam contradicente Patre.

Item, inſtituens filiam naturalem hæredem ſi ingrediatur Monaſterium, ſin minùs ſit hæres Monaſterium, non dicitur cogere illam.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α A*Nathemati.*] Incurritur anathema, ſed abſolutio eſt Epiſcopalis, quia non eſt reſeruata. Catech. Neapol. *lib. 3. caſ. 94. fol. 196.* Cardin. Tolet. *in ſumm. lib. 1. cap. 41. verb. nona habetur.*

β Coëgerint.] Cenſuit ſacra Congregatio quòd incluſa per vim in Monaſterium, debet inde educi, & ſi quod damni ob eam cauſam paſſa eſt, curari iterũ debet, vt indemnitati eius prouideatur impenſis eorum, qui talem vim intulerunt, qui debent etiam ſeuerè caſtigari; ſed ſi puella Monialis effici velit, deſiderij ſui compos eſt facienda, licèt eius pater contradicat.

Per metum inducta profeſſio eſt ipſo iure nulla, ſicut per vim, idem de electione per metum facta. Delphin. *lib. 1. deciſ. 106. fol.* 28. Metus autem debet eſſe, qui cadat in conſtantem virum, licèt in filia ſufficiat metus reuerentialis patris, qui erat iracundus, & conſueuerat verberare. Menoch. *tom. 1. conſ. 29. num. 19.* Ceſſante autem cauſa ceſſat metus. idem *conſ. 1. num. 199.* Quid in caſu ſi pater naturalem filiam inſtituit hæredem ea lege, vt ingrediatur Monaſterium, & niſi ingrederetur inſtituit Monaſterium, & filiæ reliquit pro alimentis aureos vigintiquinque, & videtur quod cùm Concilium hic loquatur per verbum coëgerit, & ſic de vi incuſſiua, quæ ceſſat in caſu iſto, in quo non poteſt conſiderari

alia

alia cauſa quàm inductiua, mulier iſta ingrediendo Monaſterium non dicatur coacta, præſertim cùm iſta filia ſit naturalis, & nihil poſſet prætendere de hæreditate paterna, & mens teſtatoris videtur eſſe, vt habeat Monaſterium hæredem, & ita cenſuit Congregatio die 18. Iunij, 1573.

γ *Ad ingrediendum Monaſterium.*] Sufficit ergo ſi adulterium horum inducatur, vt conſuluit Nauarr. *de ſentent. excommun. conſ.* 56. etiamſi cogatur, vt ibi honeſtè viueret, ibidem.

δ *Simili quoque.*] Niſi iuſtis de cauſis, & aliqua bona intentione hoc faciat, vt per Nauarr. *in ſumm. cap.* 12. *num.* 45. quia metus reuerentialis excuſat, idem Nauarr. *de renunciat. conſ.* 53. *num.* 6. Impediens autem propoſitum caſtitatis viduæ, vel Virginis anathematizatur, 32. *quæſt.* 2. *cap. final.* ſed aduertatur ex hoc text. non prohiberi, niſi quoad mulieres, nec comprehendi ſuaſiones, ſed prohibitionem, vel impedimentum. Nauarr. *de regular. conſil.* 6.

ε *Pœnitentes.*] Hæ dicuntur perſonæ Eccleſiaſticæ, quia alicui religioni addictæ ſunt, & ſolemniter pœnitent de quibus loquitur hic text. ſicut Romæ eſt Monaſterium Sanctæ Mariæ Magdalenæ Ordinis Sancti Auguſtini, quæ Pœnitentes ſiue Conuertitæ vocantur. Calderin. *conſ.* 121. *aliàs* 7. *de iudic.* Clarus *in* §. *final. quæſt.* 35. *num.* 20.

ζ *Conſtitutiones.*] Cenſuit ſacra Congregatio poſſe huiuſmodi mulieres profeſſionem emittere iuxta diſpoſitionem iuris communis earúmve Conſtitutiones.

η *Seruentur.*] Hodie tenentur ad clauſuram formalem, & ad profeſſionem trium vororum, ex decreto Pij V. & Gregorij XIII. nec in huiuſmodi Monaſteriis poſſunt reponi amplius Moniales aliorum Monaſteriorum, quæ ſub clauſura degunt correctionis cauſa, nec iſtæ amplius egredi poſſunt.

CAPVT XIX.

Modus procedendi in cauſa qua quis prætendit ſe per vim, aut ante ætatem debitam profeſſum fuiſſe. Quòd ſi habitum antea ſuſceptum dimiſerit, puniatur tanquam Apoſtata, & nullo religionis iuuetur priuilegio. Laxior religio non quæratur, nec occultè habitus religionis feratur.

QVicumque α *Regularis* prætendat, [a] ſe per vim, & metum ingreſſum eſſe religionem; aut etiam dicat, ante ætatem debitam profeſſum fuiſſe; aut quid ſimile, velítque habitum dimittere quacumque de cauſa, aut etiam cum habitu diſcedere ſine licentia Superiorum; non audiatur, niſi intra 1 *quinquennium* tantùm β *à die profeſſionis*, & tunc non aliter, niſi cauſas, quas prætenderit, deduxerit coram Superiore ſuo, & Ordinario. [b] Quòd ſi antea habitum ſponte dimiſerit, nullatenus ad allegandum quamcumque cauſam admittatur; γ *ſed ad Monaſterium* redire cogatur, & tanquam apoſtata 2 *puniatur*: interim verò nullo priuilegio ſuæ Religionis iuuetur. δ *Nemo etiam Regularis* cuiuſcumque facultatis vigore transferatur ad laxiorem Religionem; nec detur licentia cuiquam Regulari occultè ferendi habitum ſuæ Religionis.

a Cap. puellæ 20. q. 1. c. cum virum, de reg.

b Conc. Arel. 1. c. vlt. Conc. Arel. 2. c. 25.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

SI Monialis, vel Nouitia negat ſe eſſe profeſſam audiri poteſt etiam extra Monaſterium.

De his, qui exire debent committantur Ordinario loci, ſimul cum Superiore Monaſterij in quo fecerunt profeſſionem.

Introitus ad parem, vel arctiorem Religionem ne fiat, niſi cognita cauſa tranſeuntis, & vitæ, ac morum ratione ex approbatione Capituli generalis.

Contra validitatem Profeſſionis poteſt adiri ſi ſit in alio Monaſterio ſuæ Religionis, & de licentia Superioris; & reaſſumpto habitu.

Item, poſt quinquennium à die profeſſionis non poteſt reclamare, etiamſi dicat ſemper fuiſſe in vi, & metu, ſed ſi intra quinquennium reclamauit, poteſt etiam poſt quinquennium reclamare.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α REgularis.] Licèt Hieroſolymitani Milites dicantur regulares, vt per Abb. *in rubr. de Regular.* tamen cùm comprehenduntur ſub *cap.15.ſupr.eod.* neque ſub hoc text. quia in eis non requiritur ætas præſcripta per Concilium, nec clauſura. Contrarium tenet. Prax. Neapol. *cap. 32. poſt med.*

β *A die profeſſionis.*]Sic videtur quod hoc decretum retrotrahatur ad tempus profeſſionis prætéritæ contra naturam legis, quæ proſpicit futuris negotiis, *l. leges, C. de legib.* ſed ideò fit, quia hic text. facit mentionem de profeſſione, & præſcripſit tempus quinquennij iis, qui ante Concilium fuerant ingreſſi, ſed intelligatur currere tempus iſtud à die ceſſantis metus. Et ita cenſuit declarandum eſſe hunc Canonem ſacra Congregatio, ſed iterum in Congregatione propoſito dubio, an Monialis per vim, & metum ingreſſa, quæ infra tempus quinquennij non reclamauit, poſſit hodie poſt quinquennium audiri ex quo vſque hodie durauerit cauſa, vis, metúſve, qua ceſſante reclamat, & poſt multa ad vtramque partem maior pars Illuſtriſſimorum, declarauit ex hoc textu neminem poſt quinquennium eſſe audiendum ne detur occaſio ſcandali, verùm in caſu propoſito, & in aliis particularibus conſulendum eſſe S. D. N. qui pro ſua prudentia occurrentibus neceſſitatibus prouidebit, ſub die 21. Auguſti, 1572. Rota autem in vna Neapolitana pro Monialibus de Loſredo coram Orano tenuit contrarium.

γ *Sed ad Monaſterium.*] Quid ſi ſit eiectus, vel fugitiuus, & nolit redire, dic quòd ſi non inuenit religionem in qua recipiatur, tenetur viuere regulariter, & honeſtè. Summ. Anton. *3. par. tit. 16. cap. 5.* §. 3. *in final.* Silueſt. *religio 6. num. 12.* ſi verò vult redire, recipiendus eſt, ſi regula non contradicat, *cap. final. de regular.* ſi regula contradicat, recipiatur ad ſeruiendum, nó in numerum Religioſorum, iuxta Innoc. *in d. cap. fin.* ſed in aliquo arcto loco, vt ergaſtulo, ſecund. Abb. *ibidem num. 1.* vel in aliquo competenti loco, vbi eſt alimentandus. Silueſt. Apoſtaſ. *num. 10. quaeſt. 5.* Summ. Anton. *vbi ſuprà* §. 1. 2. *& 3.* Sed impoſterum nemo etiam incorrigibilis eiciatur, ſed à Superiore ignominia, & carcere caſtigetur, & acriùs etiamſi opus fuerit pro modo delictorum puniatur.

δ *Nemo etiam Regularis.*] etiam tranſitus ad parem, vel arctiorem religionem non fiat, niſi cognita cauſa tranſeuntis, & vitæ, ac morum ratione, idque ex approbatione Capituli generalis; & Mendicantes, ſine Apoſtolica licentia non tranſeant ad Mendicantes. Martinus V. *in cap. viam ambitioſè, de regul. tranſe. ad reliq.* aliàs incurrunt excommunicationem Papalem, tam qui ſe transferunt, quàm recipientes. Catech. Neapol. *lib. 3. cap. 6. num. 19.* contra Maſeard. *de probat. volum. 1. concluſ. 112. num. 14.* Tranſlatio autem Monialium de Monaſterio in Monaſterium debet fieri auctoritate Apoſtolica, ſiue fiat pro reformatione alterius Monaſterij, ſiue pro puniendis tranſlatis, & Moniales in aurora diſcedere debent, itaut à paucis conſpici poſſint, aſſociatæ ab honeſtis, & coniunctis, relicta dote ei Monaſterio à quo diſcedunt, ex Congregationis ſententia Epiſcopo Ciuitatis Caſtellanæ, quæ etiam cenſuit Nouitias poſſe ex ſuo Monaſterio in aliud transferri, quouſque proprium Monaſterium reſtauratum fuerit, vt in eo commodè Moniales

omnes

omnes habitare poſſint, Archiepiſcopo Salernitano.

ADDITIO.

1 *Quinquennium.*] Fallit vbi aduerſus lapſum termini, quis obtinuiſſet reſtitutionem in integrum à Papa, quia per eam in priorem locum repoſitus cenſeretur, ita quod non ſecùs à ſe à die profeſſionis infrà quinquennium vim, & metum in iudicium deduxiſſet, ita hodie facere poteſt; Oran. in vna Neapolitana Profeſſionis 18. Iunij, 1598.

2 *Puniatur.*] De Apoſtatarum pœnis, vide Bull. Sum. Pont. Pauli IV. & Pij V. de quarum intellectu agit. Nauarr. *de Apoſt. conſ. primo, in prima impreſſ. par. 2. fol. 366.*

CAPVT XX.

Abbates qui ſunt Ordinum Capita, & alij prædictorum Ordinum Superiores in prædicta Monaſteria iuriſdictionem exercere conſueti eam omninò exerceant, viſitent loca prætacta, quorum Superiores à Capitulis generalibus, vel Viſitatoribus inſtituantur.

Abbates, qui ſunt Ordinum Capita, ac cæteri prædictorum Ordinum Superiores. Epiſcopis non ſubiecti, quibus eſt in alia inferiora Monaſteria, Prioratúſve legitima iuriſdictio, eadem illa ſibi ſubdita Monaſteria, & Prioratus, ſuo quiſque loco, atque ordine ex officio viſitent, etiamſi Commendata exiſtant. Quæ cùm Ordinum ſuorum Capitibus ſubſint, declarat ſancta Synodus, in iis, a quæ aliàs de viſitatione Monaſteriorum commendatorum definita ſunt, *a non eſſe comprehenſa*: teneantúrque quicumque prædictorum Ordinum Monaſteriis præſunt, prædictos Viſitatores recipere, & illorum ordinationes exequi. Ipſa quoque Monaſteria, quæ ſunt Ordinum Capita, iuxta ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, & cuiuſque Ordinis conſtitutiones viſitentur. Et quamdiu durabunt huiuſmodi Commendæ, Priores clauſtrales, aut in Prioratibus conuentum habentibus, Subpriores, qui correctiones, & ſpirituale regimen exercent, à Capitulis generalibus, vel ipſorum Ordinum Viſitatoribus inſtituantur. *ß In cæteris omnibus* præfatorum Ordinum priuilegia, & facultates, quæ ipſorum perſonas, loca, & iura concernunt, firma ſint, & illæſa.

a Sup. Seſſ. 21. de reform. c. 2.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

Prioratus, qui ſuis Capitibus ſubſunt etiam Ordinis Hieroſolymitani ab Epiſcopis viſitari non poſſunt.

Si Monaſteria ſint Commendata, quæ habent certum numerum profeſſarum, & ad morientium portiones perpetuas Nouitij ſubrogantur. Commendatarius cui ſolet committi regimen, & adminiſtratio in ſpiritualibus, & in temporalibus plenariè prouidebit, niſi Monaſteria ſint ſub aliqua Congregatione habente Superiores, vel ſit conſuetudo contraria.

Item, Bulla Pij V. in fauorem Mendicantium, vt non ſubſint Epiſcopis, fuit reducta ad terminos Concilij indicti à Gregorio XIII.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a Non eſſe comprehenſa.] Ideò reſcriptum fuit Archiepiſcopo Salernitano

tano volenti viſitare Prioratum quendam equitum Hieroſolymitanorum, qui Præceptores ſunt, non Commendatarij, & habent capita ſui Ordinis, vt deſiſtat à viſitatione, niſi is Prioratus coniunctam habeat curam exercendi præbendique ſacramenta; ſeptima Octobris, 1564.

β In cæteris omnibus.] Et contra formam ſuorum priuilegiorum non tenetur Epiſcopis obedire, *cap. ſanè de exceſſ. prælat. cum ſeq.* ſunt enim omnia Monaſteria exempta. Ferrett. *conſ.69. num.5.* Cardinal. Tuſc. *tom. 1. concluſ.7. per tot. ſol.6.*

CAPVT XXI.

Monaſteria collapſa reſtituantur, perſonæ nonniſi Regulares iis præficiantur. Quidam Commendatarij tenentur ſolemniter profiteri infrà ſex menſes, aut Commendis cedere, &c.

CVm pleraque Monaſteria, [a] etiam Abbatiæ, Prioratus, & Præpoſituræ ex mala eorum, quibus commiſſa fuerunt adminiſtratione, non leuia paſſa fuerint tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus detrimenta; cupit ſancta Synodus ea ad congruam Monaſticæ vitæ diſciplinam omninò reuocare. Verùm adeò dura, difficiliſque eſt præſentium temporum conditio, vt nec ſtatim omnibus, nec commune vbique, quod optaret, remedium poſſit adhiberi: vt tamen nihil prætermittat, vnde prædictis ſalubriter aliquando prouideri poſſit; primùm quidem confidit, Sanctiſſ. Romanum Pontificem pro ſua pietate, & prudentia curaturum, quantum hæc tempora ferre poſſe viderit, vt iis, quæ nunc commendata reperiuntur, & quæ ſuos conuentus habent, Regulares perſonæ, eiuſdem Ordinis expreſsè profeſſæ, & quæ gregi præire, & præeſſe poſſint, præficiantur. [b] Quæ verò in poſterum *α vacabunt*, nonniſi Regularibus, ſpectatæ virtutis, & ſanctitatis *β conferantur*. Quoad ea verò Monaſteria, quæ Capita ſunt, ac Primates Ordinum, ſiue Abbatiæ, ſiue Prioratus, filiæ illorum Capitum nuncupantur; teneantur illi, qui in præſenti ea in Commendam obtinent, niſi ſit eis Regulari ſucceſſore prouiſum, infrà ſex menſes Religionem illorum Ordinum propriam ſolemniter profiteri, aut iis cedere: aliàs Commendæ prædictæ ipſo iure vacare cenſeantur. Ne autem in prædictis omnibus, & ſingulis fraus aliqua adhiberi poſſit; mandat ſancta Synodus, vt in prouiſionibus dictorum Monaſteriorum qualitas ſingulorum nominatim exprimatur; aliterque facta prouiſio ſurreptitia eſſe cenſeatur: nullaque ſubſequenti poſſeſſione, etiam triennali, adiuuetur.

a Concil. Lat. ſub Leone X. Seſſ.9. in Bulla, de Reform. Curiæ.

b Sup. Seſſ.14. cap.10.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

OBligatio ſumendi habitum requiritur in Beneficiis, & non in penſionibus, quare qui habet penſionem ſuper fructibus Beneficij Religionis Hieroſolymitanæ non tenetur ſumere habitum.

Item, Monaſteria capita Ordinum & nullum membrum ſubiectum habent, non ſunt ſub hoc decreto, nec ad profeſſionem tenentur.

Item, priuatus ob non ſuſceptionem habitus, & profeſſionem intra ſex menſes eſt reſtituendus, & priuantes ſunt arguendi.

Beneficia

Beneficia Regularia Regularibus conferantur, Rota tenet eſſe verba præceptiua, Congregatio eſſe conſultiua.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

CEnſuit pro nunc Congregatio non eſſe veriſimile text. hunc comprehendere Monaſteria, quæ nulla ſub ſe membra habent, ſed ea quæ habent membra recognoſcentia eorum Superioritatem, quia non decet Commendatarium præeſſe tot regularibus, ſed noluit declarare.

α *Vacabunt.*] Idem fuerat ſtatutum in Concilio Lateranen. ſub Leone X *ſeſſ. 9. cap. 3.* in Bulla Supernæ *tom. 4. fol. 631.* Regulariter enim beneficia ſæcularia ſæcularibus, & regularia regularibus ſunt conferenda, vt poſt alios quos refert, tenet Couarr. *tom. 1. cap. 2. num. 2. & 3. fol. 40.* & Aretin. *conſ. 7. num. 3. ſuprà ſeſſ. 14. cap. 10.*

β *Conferantur.*] DD. de Rota intelligunt hæc verba præceptiuè non conſultiuè, & hunc dicunt eſſe ſenſum perfectum ne de cætero alicui non regulari conferantur, iuxta doctr. Soccin. Iun. *conſ. 144. num. 9. volum. 3.* quod augetur ex ratione ſumpta à procemio huius cap. qua prohibetur de cætero commendari, ratio enim procemij refert ad rationem fin, *leg. item quia §. final. ff. de pact.* Aym. *conſ. 301. num. 2.* ſed Congregatio Illuſtriſſimorum tenuit hæc eſſe verba conſultiua, & deſcendere ex illo verbo confidit, ſub quo reguntur, & ſic non important neceſſitatem, ſed quod verba conſultiua importent quandoque præceptionem, ſi ei diſpoſitioni ſint adiecta quæ imponit neceſſitatem, teſtatur Couarr. *par. 1. cap. 1. num. 12. fol. 35.*

CAPVT XXII.

Superiora decreta omninò obſeruentur, & quidem ſtatim vt potuerint obſeruari.

HÆc omnia & ſingula in Superioribus Decretis contenta, obſeruari ſancta Synodus præcipit in omnibus cœnobiis, ac Monaſteriis, Collegiis, ac domibus quorumcumque Monachorum, ac Regularium, necnon quarumcumque Sanctimonialium Virginum, ac viduarum, etiam ſi illæ ſub gubernio Militiarum, etiam Hieroſolymitanæ, viuant, & quocumque nomine appellentur, ſub quacumque regula, vel conſtitutionibus, & ſub cuſtodia, vel gubernatione, vel quauis ſubiectione, aut annexione, vel dependentia cuiuſcumque Ordinis, Mendicantium, vel non Mendicantium, vel aliorum Regularium Monachorum, aut Canonicorum quorumcumque; Non obſtantibus eorum omnium, & ſingulorum priuilegiis ſub quibuſcumque formulis verborum conceptis, ac Mare magnum appellatis, etiam in fundatione obtentis, necnon conſtitutionibus, & regulis etiam iuratis, atque etiam conſuetudinibus, vel præſcriptionibus, etiam immemorabilibus. Si qui verò Regulares tam viri, quàm mulieres ſunt, qui ſub arctiori regula, vel ſtatutis viuunt, excepta facultate habendi bona ſtabilia in communi, eos ab eorum inſtituto, & obſeruantia ſancta Synodus amouere non α *intendit.* β *Et quia* ſancta Synodus deſiderat, vt omnia, & ſingula ſupradicta quamprimùm executioni demandentur; præcipit omnibus Epiſcopis in Monaſteriis γ *ſibi ſubiectis*, & in omnibus aliis, ipſis in Superioribus decretis ſpecialiter commiſſis, atque omnibus Abbatibus, & Generalibus, & aliis Superioribus Ordinum

ſupradictorum, vt ſtatim prædicta exequantur. Et ſi quid executioni mandatum non ſit, Epiſcoporum negligentiam Concilia prouincialia ſuppleant, & coërceant. Regularium verò Capitula Prouincialia, & Generalia, & in defectum Capitulorum generalium Concilia Prouincialia, per deputationem aliquorum eiuſdem Ordinis prouideant. Hortatur etiam ſancta Synodus omnes Reges, Principes, Reſp. & Magiſtratus, & in virtute ſanctæ obedientiæ præcipit; vt velint prædictis Epiſcopis, Abbatibus, ac Generalibus, & cæteris Præfectis in ſuperiùs contentæ reformationis executione ſuum auxilium, & auctoritatem interponere, quoties fuerint requiſiti; vt ſine vllo impedimento præmiſſa rectè exequantur ad laudem Dei omnipotentis.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

Carthuſiani non poſſunt vti ſuis ſtatutis in his, quæ ſacro Concilio aduerſantur.

Item, per hanc derogationem Maris Magni Regulares cuiuſcumque Ordinis ſint, non poſſunt abſoluere à Caſibus Epiſcopo reſeruatis, de quo *ſuprà ſeſſ. 14. cap. 7. de pænit.*

Item, Decreta Concilij non derogant priuilegiis Religioſorum, niſi quatenus ſunt illis contraria.

Item, Moniales ſanctæ Valeriæ Mediolani cogantur ad tria vota, & ad Clauſuram, ſecùs mittantur, ad proprias Domus.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

Per hunc text. videntur ſublata Regularibus omnia priuilegia, quibus obſtat Concilium, ad cuius intellectum, vide Nauarr. *de priuileg. conſ. 7. num. 9. & 15.* & hunc datur exequutor Epiſcopus. Prax. Neapol. *cap. 59. ſub num. 9. fol. 309.* Pacta verò confirmata à Sede Apoſtolica non tolli per hoc decretum cenſuit Congregatio in vna Cauen. pro Monachis ſancti Benedicti, contra Epiſcopum loci.

α *Intendit.*] Et ſic remanent Regulares ſub ſtatutis regulæ in reliquis, & inter alia, vt non teneantur obſeruare formulam in procedendo, iuxta *cap. qualiter, & quando, el 2. §. final. de accuſat.* Rot. *diuerſor. par. 1. deciſ. 778. fol 27.*

β *Et quia.*] Per hæc verba videtur Concilium velle ſtatim ligare non expectata confirmatione, cùm ſtatim firmum per ſe ſit ex interuentu legatorum Sedis Apoſtolicæ, important etiam hæc verba legis, vt liget etiam ignorantes quoad actus nullitatem, licèt non quoad pœnas, per gloſſ. *in Clem. 2. de hæretic. in ver. ex nunc.* Nauarr. *de Regular. conſ. 22. num. 4.* Sed hoc fieri non potuit, niſi poſtquam Concilium fuit per Apoſtolicam Sedem (cui ſe ſubmiſit) receptum, & approbatum, neque enim poteſt aliqua pars Concilij obſeruari donec totum admittatur.

γ *Sibi ſubiectis.*] Etiam in non ſubiectis, ſi Monachi volunt ſe ſubmittere iuriſdictioni Epiſcoporum. Federic. de Sen. *conſil. 14.* Nauar. *par. 1. lib. 1. de offic. ord. conſ. 8.*

DECRETVM DE REFORMATIONE.

CAPVT I.

Epiſcopi exemplo bono ſint omnibus hominibus, abſtineant ab immodica elargitione bonorum temporalium: ſimiliter, & Cardinales.

Optandum eſt, vt ij, qui Epiſcopale miniſterium ſuſcipiunt, quæ ſuæ ſint partes, agnoſcant; ac ſe non ad propria commoda, non ad diuitias, aut luxum, ſed ad labores, & ſollicitudines pro Dei

Dei gloria vocatos eſſe intelligant: [a] nec enim dubitandum eſt, & fideles reliquos ad religionem, innocentiámque faciliùs inflammandos, ſi præpoſitos ſuos viderint non ea quæ mundi ſunt; ſed animarum ſalutem, ac cœleſtem patriam cogitantes. Hæc cùm ad reſtituendam Eccleſiaſticam diſciplinam præcipua eſſe ſancta Synodus animaduertat, admonet Epiſcopos omnes, vt ſecū ea ſæpè meditantes, *a factis etiam ipſis*, ac vitæ actionibus, quod eſt veluti perpetuum quoddam prædicandi genus, ſe muneri ſuo conformes oſtendant: in primis verò ita mores ſuos omnes componant, vt reliqui ab eis frugalitatis, modeſtiæ, continentiæ, ac quæ nos tantopetè commendat Deo, [b] ſanctæ humilitatis exempla petere poſſint. Quapropter, exemplo Patrum noſtrorum in Concilio [c] Carthaginenſi, non ſolùm 1 *iubet*, vt Epiſcopi modeſta ſupellectili, & menſa, ac frugali victu contenti ſint; verùm etiam in reliquo vitæ genere, ac tota eius domo caueant, ne quid appareat, quod à ſancto hoc inſtituto ſit alienum; quódque non ſimplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præ ſe ferat. [d] *β Omnino verò* eis interdicit, ne ex reditibus Eccleſiæ conſanguineos, familiarésve ſuos augere 2 *ſtudeant*: cùm & Apoſtolorum [e] Canones prohibeant, ne res Eccleſiaſticas, quæ Dei ſunt, conſanguineis donent; ſed, ſi pauperes ſint, iis, vt pauperibus diſtribuant: eas autem non diſtrahant, nec diſſipent illorum cauſa: immò, quàm maximè poteſt, eos ſancta Synodus monet, vt omnem humanum hunc erga fratres, nepotes, propinquóſque carnis effectum, vnde multorum malorum in Eccleſia ſeminarium extat, penitus deponant. Quæ verò de Epiſcopis dicta ſunt, eadem non ſolùm in quibuſcumque beneficia Eccleſiaſtica, tam ſæcularia, quàm regularia obtinentibus, pro gradus ſui conditione obſeruari, [f] ſed & ad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales pertinere decernit: quorum conſilio apud Sanctiſſimum Romanum Pontificem cùm vniuerſalis Eccleſiæ adminiſtratio nitatur, nefas videri poteſt, non iis etiam virtutum inſignibus, ac viuendi diſciplina eos fulgere, quæ meritò omnium in ſe oculos conuertant.

a Cap. Magna de voto, cap. qualiter, & quando, de accuſat. Supr. Seſſ. 22. de Reform. c. 1, in princ.

b Pſalm. 101. Eccl. 3. 25. & 66. Matth. 10. & 18.

c Conc. Cart. 4. c. 15. Conc. Tolet. 3. c. 7 c. Epiſcopus, 41. diſt. c. pro reuerentia, 44. diſt. c. Seſſ. 3.

d Concil. Antioch. c. 25. c. quiſquis cap. ſint manifeſta, c. Epiſ. & cap. res Eccleſiæ, cum ſeq. 12. q. 2.

e Canō Apoſt. 39. & 75. diſt. 86. cap. eſt probanda.

f Concil. Lat. ſub Leone X. Seſſ. 9. de Reform. Curiæ.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a F*Actis etiam ipſis.*] Multa poteſt facere Epiſcopus, ſed ne tædio afficiam lectorem, remittendo eum ad nonnullos Doctores antiquos, & noſtri temporis, aliqua recenſebo, & primò eis creditur in pertinentibus ad eorum officium. Rot. diuerſ. *p. tr. 3. lib. 3. dec.* 1164. *n.* 4. & Caputaq. *par.* 3. *deciſ.* 87. eſt Illuſt. Angel. *conſ.* 276. dicitur officialis Ciuitatis, Ancaran. *conſil.* 340. *in princip.* & plenius *conſil.* 341. Dec. *conſ.* 40. vocatur pater particularis illius Eccleſiæ, *cap. ſicut, de ſimon.* Abb. *in quæſt. 3. incip. Sempronius dicitur ſponſus Eccleſiæ ſuæ, & Eccleſia eius ſponſa, cap. ſicut alterius 7. quæſt. 1.* & Eccleſia eo mortuo dicitur viduata, *cap. ne pro defectu, de tranſlat. ep.* dicitur Vicarius Chriſti in ſua Eccleſia, & Diœc. *cap. mulier 33. quæſt. 5.* Abb. *in d. cap. quæſt. 2. num* 4. Item Legatus Chriſti, add. ad Bartol. *conſil.* 167. *incip. ad quod miniſter, lib. 1.* Item pater pauperum, Ancaran. *conſ.* 129. *num* 8. poteſt eſſe teſtis pro Eccleſia ſua, vbi agitur de proprio intereſſe. Maſcard. *de probation. concluſ.* 627. Ad ipſum recurrebatur pro iuſtitia etiam à ſæcularibus, auth. *vt differentes iudices. §. ſi tamen contingit, colum.* 9. præſertim in materia peccati. Calderin. *conſ.* 95. *num.* 5. quod conſilium eſt primum de treuga & pace. Bald. *conſ.* 114. *num.* 3. *lib.*

4. poteſt ſæcularibus per cenſuras præcipere, vt exequantur ſententias Eccleſiaſticas. Angel.*conſil.276.num.* 3. tenetur autem Epiſcopus initio præſtare ſolitum iuramentum ſuo Metropolitano. Ægid. Bellam. *conſ.31.num.* 25. vbi diſtinguit, ipſe eſt Prælatus omnium Eccleſiarum ſuæ Diœceſis carentium Prælato Oldrad. *conſ.* 67. *circa fin.* & dicitur Curatus totius Diœceſis,*cap.in plerique, de offic.ordinar.*Butr.*conſ.* 10.*num.*2.Ancaran.*conſil.* 186. *num.* 5. eique ſubſunt omnes Eccleſiæ,& Monaſteria ſuæ Diœceſis. Oldrad. *conſ.* 274. habet pro ſe intentionem fundatam in omnibus Eccleſiis ſuæ Diœceſis. Felin. *in cap.cum venerabilis,num.32.de exceptr.* Ioann. de Salicet. *in tract.de beneſ.par.2.quæſt.22.num.*52. Roman. *conſ.*361.*num.*3.Rot.*deciſ.*803.*par.*1. Caputaq. *par.*1.*deciſ.* 306. Quod intellige circa ſpiritualia. Cardinal. Zabarell. *conſil.* 118. *in fin.* & de collatione beneficiorum Roman.*d. conſ.*361.*& conſil.*180.Maſcard.*concluſ.*167.*&* 245. Habet iuriſdictionem in locis exemptis ratione delicti. Federic. de Sen. *conſil.* 2 *per tot.*Item, ratione contractus, idem Federic. *d. conſil.* 2. Poteſt in eis prædicare, celebrare,& ordinare,etiam inuitis rectoribus, non tamen erigendo Tribunal, *cap.cùm Epiſcopus,de offic.ordinar.lib.* 6. Calderin.*conſil.*192.*circa med.*Geminian.*conſ.*86. *num.* 7. ſi haberet iuriſdictionem in loco exempto, poſſet ibi erigere Tribunal, vel de ipſorum conſenſu. Feder. de Sen.*conſ.*2. ſecùs ſi haberet in perſonas exemptas.Rot. *diuerſ.par.*1.*deciſ.* 796. Viſitat omnes Eccleſias exemptas,& Monaſteria Commendata, Montes Pietatis, Hoſpitalia, & confraternitates. Concil. Trident.*ſeſſ.* 7. *cap.*8.*&* 22.*cap.* 8. In omnes Clericos ſuæ Ciuitatis, & Diœceſis habet iuriſdictionem.Bellam. *conſ.* 6. *num.*4. In omni loco regulari non exempto poteſt erigere Tribunal, etiam inuito Prælato Monaſterij.Gemin. *conſ.* 35. *in fine num.* 7. Poteſt diſpenſare cum profeſſo minore vigintiquinque annis,vt tranſeat ad laxiorem.Bald.*conſ.*111.*lib.*1. *num.* 2. vbi poteſt viſitare, debet procurationem habere,& ſicut viſitatio, ita nec procuratio præſcribitur. Abb. *conſ.*26.*in princip.lib.* 2. & poteſt ab exemptis etiam accipere charitatiuum ſubſidium. Abb. *ibidem in princip. lib.* 2. ſi ex aliquo Monaſterio ſint expulſi Religioſi,poteſt Epiſcopus bona illius alienare pro ſanandis debitis, & Monaſteriis reparandis, & aliis neceſſariis, quibus aliter reparari non poteſt, de conſenſu tamen Capituli.Din.*conſ.* 22. ipſe ſolus eſt Ordinarius in ſua Diœceſi. Iulius Clar.*in* §.*fin.quæſt.35.num.15. ver.quæro quis ſit iudex.* Non tamen ſe intromittit in his quæ concernunt obſeruantiam regulæ. Clar. *ibidem in fin.* Poteſt etiam Epiſcopus extra ſuam Diœceſim multa facere, nempè exercere voluntariam iuriſdictionem. Oldrad.*conſil.73.in princip.* Federic.de Sen. *conſ.92.in fin.*Calderin.*conſ.*48.poteſt etiam beneficia conferre, *cap.qua fronte,de appellat.*Oldrad. *d. conſ.* 73. Calderin. *conſil.*468. *num.*3. *qui fil.ſint legit.* poteſt excommunicare ſubditum,vt conſulat eius animæ.Federic.de Sen.*d.conſ.92.in fin.*Poteſt quoque delegare cauſas cognoſcendas in ſua Diœceſi, quia non requiritur in hoc cauſæ cognitio.Calder.*d.conſ.*468. *num.3. qui fil. ſint legit.* non poſſunt autem iudicare extra ſuam Diœc.quia eius ſententia eſſet nulla. Oldrad.*conſil.251.in fin.* & *d.conſ.73. num.*3. Nec exercere contentioſam iuriſdictionem. Calderin.*d. conſ.* 48. *de elect.*vbi vide qui ſunt voluntariæ, vel contentioſæ iuriſdictionis cùm ſit iudex ſuæ Diœceſis, poteſt condere ſtatuta pœnalia, *cap. cum contingat, de foro compet.* Federic. de Sen. *conſ.2.in princip.*& Bartol.*conſ.136.in princip. lib.*1. etiam perpetua, & quæ durent tempore ſucceſſoris, *cap. ſi quis conuenerit, de maiorit.& obed.*Federic.de Sen.*conſ.16.num.* 2.etiamſi eſſent contra alia ſtatuta Epiſcopalia. Lap.*alleg.87.num.*3.Item,poteſt facere ſtatuta ligantia etiam laicos ſuper exequutione vltimarum voluntatum circa legata pia, Angel.de Perus.*conſ.*64.Abb.*conſ.* 59.*lib.*1. Paul. de Caſtr.*conſ.97. num.* 7. Gemin.*conſil.*114.*num.* 5. nec requiritur monitio, quia ipſa conſtitutio habetur pro monitione.Roman.*conſil.69.nu.* 5. Præſertim ſi ſint ſtatuta coadiuuantia ius Canonicum. Federic.de Sen.*conſ.17. per tot.*Limita in iis quæ Sedes Apoſtolica ſibi recuſauit, quia in his nihil poteſt, ſine ſpeciali mandato, *cap.quoad tranſlationem,de offic. leg.* Nec poteſt contra generale Concilium, neque in totum ius Canonicum tollere, ſed poſſet declarare, & pœnas augere,& facere ſtatuta præceptiua, prohibitiua, & pœnalia. Caſtillion.*conſil.22.num.16.& ſeq.*idem cum Capituli ſui conſenſu poteſt ſtatuere cogendo Canonicos,& alios ad reſidentiam. Oldrad.

Oldrad.*conſ.*181.Abb.*conſ. 67. circa fin.lib.*1. ſed non ligat exemptos ſubditos alteri Epiſcopo. Federic.de Sen. *conſ. 99.* Abb.*d. conſ. 67.* Non poteſt tamen diſpenſare cum Canonico, vt in abſentia poſſit lucrari fructus ſine reſidentia.Zabarell.*conſ.*130. *per tot.* niſi eſſent duo Canonici qui abſunt pro ſeruitio Epiſcopi, *cap.ad audientiam de cleric.non reſid.*Zabarell.*conſil.*130.*n.*2.Poteſt habere familiam armatam.Federic.de Sen. *conſ.2.per tot.*& *conſ.*145.*num.*6. Dec. *in cap. ſignificaſti,de offic. deleg. num.* 17. Aufred.*in Clem.de offic.ordin.ver.*24. Ruin.*conſ.*22.*num.* 5. *lib.* 1. Quod procedit non ſolùm contra Clericos.Oldrad.*conſ.*86.& Boër.*deciſ.*264. *num.* 3.ſed etiam contra laicos in cauſis mixti fori,vt *in cap.3.ſeſſ.25.de Reformat.*vbi notaui ſi præſcript.Iulius Clar.*in* §.*fin. qu.* 37. *in fin.* Couarr.*pract. quæſt. cap.*10.*num.*2. Barba.*conſ.*93. *inter conſil.crimin.tom.*1.*num.* 15. Item, habet fiſcum, & poteſt confiſcare, dummodò piis locis applicet. Felin. *in cap.irrefragabili.de offic.ordinar.* Couarr.*variar.reſolut.lib.*2.*cap.*9. *num.* 11. De familia armata quoad laicos aliqui dubitant.Boër. *deciſ.*227.*num.*10.*& ſeq.*At in crimine hæreſis habet confiſcationem & exequutionem. Boër.*deciſ.*264. *num.* 4. *&* 5. Ad ipſum ſpectat vt venalia iuſto pretio vendantur. *leg. munerum.*§.*item Epiſcopi.ff. de muner. & honor.*Ancar.*conſ.* 157. & *l. munerum.* §. *ſed & cura.verb.ſed & Epiſcopi.*vbi gloſ.*in ver.venalibus,*quia magna eſt eius auctoritas.Ancaran.*conſ.*155.*num.*7.ipſe poteſt punire laicum in cauſis Eccleſiaſticis mixti fori.Oldrad.*conſil.* 86. præſertim in cauſis miſerabilium perſonarum.Paul.de Caſtr.*conſ.*351. *lib.* 1. intellige inuocando brachium ſæculare.Oldrad.*conſ.* 86. Couarr. *practic.quæſt. cap.*10.Poteſt eſſe iudex in cauſa ſuæ Eccleſiæ. Oldrad.*conſ.*156.Calderin.*conſ.*120.*aliàs 6.de iudic.*Gemin.*conſ.*114.*num.*3.dummodò non habeat partem in cauſa. Calderin. *conſ.*158.*aliàs* 13.*de priuileg.*Bolognin.*in add. ad conſ.*84. Ioann. de Anan. Et poteſt cauſam ſuæ Eccleſiæ delegare in caſu quo poteſt cognoſcere. Oldrad. *conſil.* 283. *num.*2. Federic.de Sen.*conſ.*138.*in fin.*& in eo quod iuſtè poſſidet, poteſt procedere contra inquietantem.Calderin. *conſ.* 120. *aliàs 6. de iud.& for.compet.*quo caſu intraret Concilium Tridentinum,*ſeſſ.*22.*cap.* 11. Præſertim in cauſa Legatorum piorum. Gemin.*conſil.* 114.*num.*3.Calderin.*d.conſ.*120.& ſi in cauſa ſuæ Eccleſiæ allegetur ſuſpectus, poſſet cauſam delegare alteri non ſuſpecto. Capic.*deciſ.*137.*num.* 10. & ibi *num.* 4. *de elect. arbit.* quando Epiſcopus litigat cum ſubdito.

Fuit quæſitum, An Epiſcopus poſſit eſſe tutor laicorum? & dic negatiuè quoad tutelam teſtamentariam, *cap. peruenit, cum gloſ.in ver.tutel. diſt.* 86. *cap. generaliter* 16. *quæſt.*1. *& cap. Cyprianus* 21. *quæſt.* 3. poſſet tamen eſſe legitimus tutor, vt notat in dd. locis, & tenet.Berta: *de Epiſcopo lib.*1 *par.*1. *num.*22.de quo dubitat Cardin.*in d.cap.peruenit.*prout refert templum iud.de Epiſcopo *lib.*2.*cap.*5.*n.*37.An poſſit eſſe procurator laicorum, & ad vnum negotium tantùm videtur permittit vt not.Abb.*in cap* 2.*num.* 4.*ne Cler. vel Monac.* Roman. *ſingul.*273. An poſſit fungi officio Viceregis, Comitis, vel locorum tenentis Principis ſæcularis? & Abb.concludit quòd non, indiſtinctè, nec poteſt habere ſub cura aliquam Ciuitatem,vel locum temporalem, vt per eum *in cap. ſed nec, num.* 7. *nec Cleric. vel Monac.* Aliqui volunt quod poſſit habere gubernationem pupillorum, & miſerabilium perſonarum,dummodò ſine lucri affectatione eam ſuſcipiat, vt habetur *diſtinct.* 88. *in ſumma.*

Fuit quæſitum, An Epiſcopus poſſit Eccleſiam ſibi ſubditam in totum à ſe eximere? & pro negatiua. Oldrad. *conſ.* 244. *num.*5.*&* 6.& *conſ.*172.*num.*8. nec eam mutare,vt incipiat poſt obitum ſuum.Oldrad. *conſ.* 209. *num.* 6. nec etiam cum conſenſu Capituli poteſt vnire Collegiatam ſine conſenſu ipſius Collegiatæ.Bald.*lib.*1.*conſ.* 1. minus poteſt Eccleſiam alicui religioni ſine Capituli conſenſu, niſi poſtea accedat,Bald. *conſ.*282. nec in ſpiritualibus poteſt aliquid attentare ſine conſenſu Capituli, vel ſaltem ſine conſilio. Calder. *conſ.* 270. Nec poteſt vnire beneficia ſine conſenſu ſui Capituli, aliàs vnio eſſet nulla. Gemin.*conſ.*87.Concil.Trident.*ſeſſ.*21.*cap.*5. Poteſt tamen ſine conſenſu Capituli concedere in emphiteuſin bona Eccleſiæ concedi ſolita. Calder.*conſ.* 257. *aliàs* 1. *de his quæ fieri à Prælat.* & poteſt cedere laudemium.Calderin.*ibidem* Poteſt etiam donare Canonicam portionem ſibi debitam mortuariorum,quia ſpectat ad ſolum Epiſcopum. Calder. *conſ.* 258. ſed non in præiudicium ſucceſſionis. *Ibidem.* poteſt quo-

que locare ſine Capituli conſenſu fructus Eccleſiæ ad modicum tempus. Calderin.*d. conſ.*270. *aliàs* 8.*de reb. Eccleſ. non alien.* Poteſt diſpenſare ſolus in omnibus diſpenſabilibus.Roman.*conſ.*325.*num.*16.Concil.Trident.*ſeſſ.*24.*cap.*6.*de reformat.* Oldrad.*conſil.* 195. præſertim ex conſuetudine, ibidem *num.*4.& *conſ.*251. Epiſcopus de iure habet fundatam intentionem ſuper collatione omnium beneficiorum ſuæ Diœceſis.Alex. *conſ.*97.*lib.*5. ſed ſi Capitulum habet ſimultaneam collationem cum Epiſcopo, non poteſt ſolus Epiſcopus conferre contra Ægid.*deciſ.*10.*num.*58.Aymon.*conſ.*134.*num.* 14.& *conſ.*170.*num.* 3. Ita tenet Abb. *in cap. cum Eccleſia num.*8.*de elect.* Caſſader.*dec.*12. *de præbend.*quia præſumitur fuiſſe præbendas erectas de communi, niſi conſuetudo ſit in contrarium. Paul.de Caſtr. *conſ.* 366. *lib.*1.Rot.*deciſ.* 4. *in nou. de conceſſ. præbend.* Oldrad.*conſil.*244.*num.*19.Gabr.*conſil.* 199. *num.*11.Ferrett.*conſil.*266.*per tot.* Præſertim in dignitatibus quarum collatio eſt communis Epiſcopo, & Capitulo.Oldrad.*conſ.* 244.*num.*19.& multò magis ſi accidit concordia. Paul. de Caſtr. *conſil.* 266. *lib.*1. ſed aliud eſt habere collationem communem cum Capitulo, aliud conferre de conſenſu Capituli, quia is qui habet collationem de conſenſu Capituli,habet quidem liberã facultatem.Biſignett. *deciſ.*10.*de præb.*& *dec.* 2.*de conceſſio. prebend.* Ægid. *deciſ.* 181. *in fin.*& Cott.*dec.*197. Federic. de Sen. *conſ.*1. & vox Epiſcopi æquiualet toti Capitulo, immò eſt pinguior, quia ipſe eſt caput, & Capitulum membrum. Federic. de Sen. *conſ.*232.*colum.*2. vbi vide quod neuter poteſt ſine altero conferre. Quod procedit etiamſi Epiſcopus habeat duos de Capitulo ex parte ſuà. Federic. *ibidem* & *conſ.* 1. In concurſu collationum Superior magis debet gratificare collationi factæ per ipſum Epiſcopum. Federic.*ibidem*, & not. quòd collatio ſit ſub nomine Epiſcopi, & præſumitur interueniſſe conſenſus Capituli, niſi aliter probetur.Feder.*conſ.*259. & Gemin.*conſ.*87.Quod ſi Epiſcopus requirat Capitulum,& illud nolit conuenire,poteſt conferre, & tenet collatio.Federic.de Sen. *d.conſ.*232.*col.*2. *ver. nunc quæritur.* niſi Capitulum haberet tunc iuſtam cauſam non conueniendi, quia tunc iterum vocari deberet. Federic. *ibidem*. Quando Epiſcopus habet collationem communem cum Capitulo, eo mortuo tota collatio deuoluitur ad Capitulum, *cap.*1.*ne Sed.vacan.lib.*1. Oldrad. *conſ.* 200. Federic. de Sen. *conſ.*1. *num.*7. & *conſ.*232. *colum.* 2. Si verò Epiſcopus confert de conſenſu Capituli,eo mortuo ius non deuoluitur ad Capitulum. Federic. *vbi ſuprà conſ.*1.*num.*4. Quando electio pertinet ad Canonicos, ſi ex eis aliqui ſint excommunicati,vel aliàs inhabiles,vel mortui, deuoluitur electio ad eos qui ſuperſunt habiles. Federic.de Sen. *d.conſ.*232. *colum.*2.Ita ſi totum Capitulum ſit inhabile, tota electio deuoluitur ad Epiſcopum. Feder.*ibidem.* vbi eſt conſuetudo optandi, poſt viginti dies Epiſcopus poteſt conferre. Oldrad.*conſ.*304. *num.* 10.,infrà non poteſt, ſicut nec etiam poteſt conferre beneficia electiua.Federic. *conſ.*34.Nec deuoluta etiamſi ſint minima. Federic. *conſ.* 111. *num.*6. nec beneficia litigioſa in Curia *cap.* 1.*vt lit. pend.* Zabarell. *conſ.*33. *num.*2. nec beneficia Officialium Papæ, aut aliàs reſeruata.Extrauag.*ex debito,de elect.* Zabar. *d.conſ.*33.*num.*2.Et poſt collationem factam vni etiam abſenti non poteſt alteri fieri, niſi conſtet de eius diſſenſu. Ibidem *num.* 2. Epiſcopus non poteſt committere collationem beneficij alteri quàm eius Generali Vicario.Oldrad.*conſ.*77. Rot. *in nou. deciſ.*5.*aliàs* 397.Epiſcopus poteſt agere, & defendere pro qualibet Eccleſia ſubdita. *in cap.fin.de ſucceſſ. ab inteſtat.* Oldrad. *conſ.* 257. *num.* 6. Item ſæculares Eccleſias curatas Regularibus conferre poteſt. Federic. de Sen. *conſ.* 136. poteſt cogere inferiores collatores ad exequendas inſtitutiones iuriſpatronatus, aliàs eorum negligentiam ſupplere.Bald.*conſil.*35.*lib.* 4. Poteſt erigere noua beneficia,& nouas dignitates. Felin. *in cap.cum acceſſiſſent*, *num.* 14. *de conſtit.* & *cap.ad audientiam,* & *Eccleſ.ædifican.* Poteſt inquirere de beneficiatorum titulo,*cap.*1.*de regul.iur.lib.*6.Card.Zabarell.*conſ.*33. *in primo dubio.* Ponit œconomum in beneficio vacante pro cuſtodià bonorum, & pro ſe nihil capit.Franc.Aretin.*conſ.*63. *num.* 4. & *ſeq.* etiamſi beneficium ſit deuolutum,idem ibidem *n.*6. Non poteſt eximere Eccleſiã à viſitatione, & ſolutione quartæ Epiſcopalis.Federic. de Sen.*conſ.*247. Item,nec ſine cauſa legitima,& conſenſu Capituli poteſt diuidere,aut diſmembrare beneficia. Abb. *conſ.*106.*lib.*2.vbi etiam vide quod non poteſt ex liberalitate concedere iuſpatronatus,

Digitized by Google

tus,quia induceret ſeruitutem. Poteſt cum conſenſu Capituli vnire omnia beneficia ſuæ Diœceſis adhibitis ſolemnitatibus alienationum, quia vnio eſt alienationis ſpecies. Calderin.*conſil.*271.Gemin. *conſ.* 87. Ad Concil.Trident.*ſeſſ.*21.dat formam Epiſcopus commendare beneficia ad ſex menſes tantùm,*cap.nemo,& elect.lib.6.* Bald.*conſil.* 164. *lib.* 1. Item, Epiſcopus non poteſt conferre alicui tertio beneficium iuriſpatronatus non expectato tempore dato ad præſentandum, vel ſine conſenſu patroni, etiam ex cauſa permutationis. Calderin. *conſ.*294.*aliàs* 2.*de rer.permut.*Ægid.Bellam. *conſ.*6.*in princ. & num.* 16. Felin. *in cap.cum acceſſiſſent, num.* 17. *de conſtitut.* & in caſu quod iuſpatronatus vacaret, non poſſet Epiſcopus illud conferre, niſi iuxta qualitates appoſitas in fundatione, videlicet ſi ſit Preſbyterale conferatur Preſbytero: Felin.*d.cap.cum acceſſiſſent, num.* 18. Minus poteſt idoneum præſentatum reiicere, niſi Papa,quia quoad Papam Iuſpatronatus eſt gratia, quoad Epiſcopum eſt ius. Felin. *in cap. ſuper eo de offic. deleg. in princip.* Poteſt Epiſcopus cum conſenſu Capituli bona vnius Eccleſiæ alteri dare ex cauſa rationabili. Calder.*in conſ.*265. *aliàs* 2.*de reb.Eccleſ. non alienan.* Item, poteſt commutare legatum factum ad vnum vſum in alium pium, dummodò primus non omninò deſtruatur; Idem Calder. *d. conſ.* 265. Poteſt commutare legatū factum pro conſtruenda Capella in Eccleſia Fratrum Minorum, vt ſibi fieri non poſſit, fiat alibi ſuo arbitrio. Bald.*conſ.*453.*lib.*2. Bartol.*conſ.*26.*lib.*1. Idem poteſt commutare locum pro Hoſpitali conſtruendo. Roman.*conſ.*409.*num.* 10. *& ſeq.*& ibi in add. *ver. facere.* & vbi exequutores alicuius legati eſſent negligentes in diſtributione ipſius, poteſt Epiſcopus applicare alicui alteri operi pio.Bald.*conſ.* 96. *lib.* 2. Doct. *in cap.non quidem de teſtam.* Guidopap.*deciſ.*556. licèt Bald.*in conſ.* 240. *&* 421.*lib.*2.valdè dubitet, quia proprietas eſt hæredum inſtitutorum quæ deuoluitur ad Epiſcopum. Item, poteſt legatum incertum applicare cui Eccleſiæ magis voluerit. Afflict.*deciſ.*244.*num.* 4. Item, poteſt Epiſcopus diſpenſare ſuper vſuris incertis, vt dentur filio vſurarij ſi eſt pauper. Abb.*conſ.* 34. *lib.* 1. ſed non poteſt legatum factum pro pauperibus applicare Preſbyteris etiam ad vſum pium. Cappell.Tholoſ. *deciſ.* 26. & ibi Apoſtill. Poteſt dare licentiam cuicumque ſuo Diœceſano confitendi peccata cui voluerit, etiam Parocho inuito. Oldrad.*conſ.*230.*num.* 2. etſi eius ſubditus deliquit extra Diœceſim poteſt eum punire,& abſoluere. Federic. de Sen.*conſil.* 33.*num.*2. Non tamen poteſt Epiſcopus relaxare interdictum poſitum à Papa in ſua Diœceſi,*cap.præſenti,de ſentent.excom.lib.6.* Oldrad.*conſ.*244. *num.* 15. Nec poteſt præcipere Monialib. ſeu regularibus, vt recipiant certam perſonam. Lap. *alleg.* 32. Minùs poteſt diſpenſare contra ius,niſi in caſibus à iure permiſſis.Federic.de Sen. *conſ.* 17.*num* 3.Paul.de Caſtr.*conſ.*404. *lib.*1.*num.* 2.Roman.*conſ.*325. *num.* 5. vbi vide quando adſit magna,& vrgens cauſa per text.*in l.ſi hominem.ff.mandati.*idem Roman.*conſil.*428. *num.* 5. Poteſt diſpenſare cum condemnato de falſo,quia eſt infamis ſuper exequutione ſuorū Ordinum, ſi infamia eſt leuis. Bald.*conſ.*350.*lib.* 1. ſimiliter poteſt diſpenſare cum beneficiatis ſibi ſubiectis,vt poſſint ſtudere iuri Canonico, vel Theologiæ per annos ſeptem, & poſſint percipere fructus ſuorum beneficiorum.Abb.*conſ.*88. *per tot.* Poteſt ad famam reſtituere. Bartol. *conſil.*18.*in princip.lib.*2.Non tamen diſpenſat contra conſuetudinem quando quis non admittatur ad Canonicatum, niſi Nobilis.Rom.*ſingular.*491. nec contra Concilium.Idem *ſingul.*492.vbi vide alias limitationes. Nec poteſt diſpenſare cum minore viginti quinque annis ad Eccleſiam curatam.Rot.*de præbend.in antiq.deciſ.*9. *aliàs* 2. Paul.de Caſtr.*conſil.*404.*lib.*1.Diſpenſat tamen cum illegitimo ad minores Ordines, & ad beneficium ſimplex, *cap.*1. *de fil.Preſbyt.lib.*6.Abb. *ibidem cap.final.*Oldrad. *conſ.* 215.*num.*6. Ad Canonicatum in Cathedrali non poteſt.Rot. *de offic. ordin.deciſ.*3.*in antiq.aliàs* 408.& in nou.*deciſ.*2.*de fil.Preſbyt.* Nec ad Ordinem ſacrum, vel ad beneficium requirens talem Ordinem. Abb. *in d. cap final.de fil. Preſbyt. lib.* 6. Nec diſpenſat ad duo conformia ſub eod.tecto. Abb.*conſ.* 96.*lib.*2. niſi ex vtilitate, & neceſſitate Eccleſiæ.Rot.*deciſ.*2.*de præbend. in antiq.* Poteſt ex magna cauſa diſpenſare, vt Regularis de ſui Superioris licentia præficiatur Eccleſiæ ſæculari curatæ.Rot.*deciſ.* 5. *de iurepatronat.in neu.aliàs* 262. Ægid. *deciſ.*751. Item, ſuper reſidentia ad tempus. Cardin. Zabarell.*conſ.*130.*in princip.* Item, diſpenſat contra

contra ſuam Conſtitutionem, niſi tranſierit in vim contractus, vel niſi ſit iurata. Roman. *conſ.325.num* 4.8. *&* 10. præſertim ſi ſibi reſeruaſſet omnimodam iuriſdictionem. Roman. ibidem *num.* 11. & ibi vide plures alios caſus. Item, poteſt ad libitum reuocare ſtatutum factum à Capitulo Sede vacante. Federic. de Sen. *conſ.16.num.* 5. Poteſt quoque prorogare tempus datum exequutoribus ad exequendum. Bald. *conſil.207.per tot.lib.3.* Non poteſt tamen ſtatuere, vel diſpenſare contra ius vel Conſtitutionem Papalem modificando, corrigendo, mutando, detrahendo, addendo, diſpenſando, vel renunciando. Federic. de Sen. *conſ.* 17. Oldrad. *conſ.259.num.6.* Alex. *conſ.* 106. *num. 6. lib.* 2. Quod ſi ſtatueret contra ius, nemo tenetur obedire. Calderin. *conſil.5.num.2. & conſ.342. aliàs 13. de teſtam.* Cardin. Zabarell. *conſ.138. in princip.* nec in Synodo poteſt aliquid contra ius ſtatuere, *cap. quod ſuper his, de maiorit. & obedien.* Petr. Ancaran. *conſ.*18. poteſt creare Notarios in ſua Diœceſi, *conſil.75. in princip.* Poteſt abſoluere percuſſorem Clerici ſi non eſt atrox. Lap. *alleg.77.* Item, incendiarium ante denunciationem. Gemin. *conſ.* 116. *num.* 3. eſt exequutor omnium legatorum pauperibus diſtribuendorum, niſi adſint exequutores teſtamentarij idonei. Franc. *in cap.* 2. *de teſtam. num. 63. lib.6.* Gemin. *conſ.139. num.9.* Petr. de Ancar. *conſ.*4. Paul. de Caſtr. *conſil.* 197. *num.3. lib.* 2. Item poteſt adire hæreditatem pauperibus relictam, non autem certæ Eccleſiæ Bald. *conſ.453. lib.2. num.* 2. Item incertæ vſuræ per eius manus diſtribuuntur. Federic. de Sen. *conſ.* 33. etiamſi ſint dati alij exequutores. Abb. *conſ.59. num.2. lib.* 1. præſertim ſi ſint negligentes Calderin. *conſ.5. aliàs 342. vel 13. de teſtam.* Idem ſi ſint mortui, vel impediti, vel inhabiles. Federic. de Sen. *conſ.293.* Ioann. de Imol. *conſ.*112. Bald. *conſ.229. lib.2.* niſi teſtator habuiſſet Epiſcopum ſuſpectum. Alex. *conſ.* 206. *num, 8. lib.6.* Caſtr. *conſ.167. num.* 3. *lib.*2. Epiſcopus poteſt, & debet ponere edictum, vt omnes oſtendant titulos ſuorum beneficiorum. Cardin. Zabarell. *conſ.33.* vbi vide multa, & non datur appellatio. Maſcard. *concluſ.*180. Tenetur facere denunciare excommunicatos, aliàs punitur, & participat. Gemin. *conſ.* 171. Item, palatium Epiſcopi gaudet immunitate, & ſic coloni perpetui Epiſcopi. Decian. *cap.* 51. *per tot. lib.* 3. quando exemptio eſt realis, ſic familiares, & ſeruitores. Bald. *in l. omnis not.3. C. de Epiſcop. & Cleric.* & ibi in Apoſtill. à Vicario, vel Officiali generali non appellatur ad Epiſcopum, cum faciant idem tribunal. Abb. *quæſt.1. num.20. & conſ.45. lib.* 2. ſecùs à delegato. Calderin. *conſ.208. aliàs 2. de appellat.* vbi vide idem eſſe in Officiali temporali qui eſt ſub iuriſdictione Epiſcopi. idem Calder. *conſ.* 94. ſi Epiſcopus habet iuriſdictionem temporalem in feudum, appellatur ab eodem ad Regem, aliàs ad Papam. Capic. *dec.137. num.11.* multa alia poteſt, de quibus apud Theſaur. for. Eccleſ. *par.2. rop. 16. num.13. ſol.223.* & quæ pertineant ad Epiſcopum. Vide per Card. Tuſc. *in litt. E. concluſ.234. tom 3. ſol.198.*

β Omnino verò.] Quòd familiares, & conſanguinei ditandi non ſunt de bonis Eccleſiæ, D. Bernard. *de conſider. ad Eugen. lib. 4. cap. 6. & in ſerm. ſeu declamatione de ver. Euang. Matth.* 19. Qui altari ſeruit, de altari viuat, iuxta Apoſtolum, viuat, inquit, & non ſuperbiat, non luxurietur, denique non ditetur. Non ſibi de bonis Eccleſiæ ampla palatia ſabricet, nec loculos inde congreget, nec in vanitate, aut ſuperfluitate diſpergat, nec extollat de facultatibus Eccleſiæ, Conſanguineos ſuos, aut neptes. vide in Canonibus Apoſtol. *can.39. & 75.* & in Concil. Antioch. *cap.*25. Cartag.4. *cap.15. & 31.* Matiſcon. 2. *cap.* 13. Hiſpal. 1. *cap.*1. Meritorium tamen eſt Epiſcopis, cæteris paribus, conſanguineis, & præſertim pauperibus beneficia conferre. Speculat. aur. *quæſt.274. num.4.*

ADDITIO.

1 *Iubet.*] Nauarr. *de reb. Eccleſ. in pr. quæſt.4. dicto principali num 28 ſol.* 33. & An ad reſtitutionem teneatur, qui contra hoc decretum intenderit, Nauarr. *vbi ſuprà quæſt.2. num.24. ver.7. ſol.*189.

2 *Studeant.*] Cauſa alendi parentes non eſt iuſta cauſa ad obtinendum plura Beneficia, vt habetur *in reſp. Caſ. Conſc.* Paleot. *anno 1581. ſol* 332.

Vide Nauarr. *de red. Eccleſ. quæſt.2. num.* 4. Sarnen. *de redd. Eccleſ. par.2. cap.3. num.23.* Nauarr. *in Apolog. quæſt. 2. monitione 21. ſol.* 415. *vt in propag. num.29.* Nauarr. *de reddit. Eccleſ. quæſt.1. num.66. ſol.81.*

CAPVT

CAPVT II.

Profeſſio fidei emittenda eſt ab omnibus gradum aliquem hîc nominatum adepturis, aut beneficium Eccleſiaſticum obtenturis, ipſis Vniuerſitatibus, verbi diuini interpretibus, ac Doctoribus.

COgit temporum calamitas, & inualeſcentium hæreſum malitia, vt nihil ſit prætermittendum, quod ad populorum ædificationem, & Catholicæ fidei præſidium videatur poſſe pertinere. Præcipit igitur ſancta Synodus Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & omnibus aliis, qui de iure, vel conſuetudine in Concilio prouinciali intereſſe debent, *α vt in ipſa prima Synodo* Prouinciali, poſt finem præſentis Concilij habenda, ea omnia, & ſingula, quæ ab hac ſancta Synodo definita, & ſtatuta ſunt, palàm recipiant, *β necnon* veram obedientiam ſummo Romano Pontifici ſpondeant, & profiteantur, ſimúlque hæreſes omnes à ſacris Canonibus, & Generalibus Conciliis, præſertímque ab hac eadem Synodo damnatas, [a] publicè deteſtentur, & anathematizent. Idémque in poſterum quicumque in Patriarchas, Primates, Archiepiſcopos, Epiſcopóſque promouendi, in prima Synodo Prouinciali, in qua ipſi interfuerint, omninò obſeruent. Quòd ſi quis ſupradictis omnibus, quod abſit, renuerit, Epiſcopi comprouinciales ſtatim ſummum Romanum Pontificem admonere ſub pœna diuinæ indignationis teneantur; interímque ab eiuſdem communione abſtineant. *γ Cæteri verò* omnes, ſiue in præſenti, ſiue in futurum beneficia Eccleſiaſtica habituri, & qui in Synodo Diœceſana conuenire debent, idem, vt ſuprà, in ea Synodo; quæ primo quoque tempore celebrabitur, faciant, & obſeruent: aliàs ſecundùm formam ſacrorum Canonum puniantur. Ad hæc, omnes ij, ad quos Vniuerſitatum, & ſtudiorum generalium cura, viſitatio, & reformatio pertinet, diligenter curent, vt ab eiſdem Vniuerſitatibus Canones, & Decreta huius ſanctæ Synodi integrè recipiantur; ad eorúmque normam Magiſtri, Doctores, & alij in eiuſdem Vniuerſitatibus ea, quæ [b] Catholicæ fidei ſunt, doceant, & interpretentur; séque ad hoc inſtitutum initio cuiuſlibet anni ſolemni iuramento *ε obſtringant*: ſed & ſi aliqua alia in prædictis Vniuerſitatibus correctione, & reformatione digna fuerint, ab eiſdem, ad quos ſpectat, pro Religionis, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ augmento emendentur, & ſtatuantur. *δ Quæ verò* Vniuerſitates, immediatè ſummi Romani Pontificis protectioni, & viſitationi ſunt ſubiectæ, has ſua Beatitudo per eius delegatos eadem, qua ſuprà ratione, &, prout ei vtilius viſum fuerit, ſalubriter viſitari, & reformari curabit.

a Cap. ſicut, & cap. excommunicamus, in 2. de hæret. c. 2. in fin. de ſumm. Trin. cum ſimp.

b Vide ſeſſ. 9. c. 1. de Refor.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

FIat Bulla, quæ in omnibus Gymnaſiis præcipiat omnes Lectores profiteri fidem ſecundùm tempus à Bulla datum,nec aliquis eſt Doctorandus,niſi priùs Promotores gratis forment proceſſum de eius vita,& fide Chriſtiana.

Item, Epiſcopus curet, vt in Gymnaſio ſuæ Diœc. Doctorandus priùs faciat profeſſionem fidei iuxta Bullam Pij IV. quæ incipit *ſacroſanctæ*, & in reliquis etiam ſeruetur Bulla.

Item,Doctoratus,in quibus non fuit adhibita profeſſio fidei, ſunt irriti per Bullam Pij IV.

Item, per aliam Bullam Pij IV. omnes qui volunt docere, etiamſi ſint Regulares, faciant profeſſionem fidei.

Item, Bulla Pij IV. de profeſſione fidei locum habet etiam in docendis primis principiis Grammaticæ, Arithmeticæ,Muſicæ, & aliarum artium, licèt non publicè,ſed in priuatis domibus doceant, quoad pœnas tamen Bullæ non extenditur ad priuatas ſcholas, nec Ordinariis ſi tolerabant antea videtur eas imponere.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *VT in ipſa prima Synodo.*] Præcipitur ergo, vt in Prouinciali Synodo recipiantur quæ hoc Concilio ſtatuta ſunt de reformationibus, & articulis fidei,poſſet tamen Synodus Prouincialis noua decreta componere, vt conſulat erroribus tunc renaſcentibus, maiorem fortè imponendo pœnam, vt celeriùs malis occurrendo, quod videtur feciſſe Concilium Senonen.in prooemio,*in ver.hinc eſt.*

β *Nec non.*] Tenentur enim omnes iurare obedientiam Summo Romano Pontifici,iuxta *c.ego N.de iur.iuran.* vbi Bald. *num.* 11.& Alex.de Neuo *num.* 24.

γ *Cæteri verò.*] Idem mandauit Pius IV. in Bulla Idibus Nouembris 1564. *num.* 114. *fol.* 832. & obſeruari ſtatuit Cardin.Borromeus, ſanctæ memoriæ, in collatione Canonum facta per Epiſcopum Cremonenſem,*tit.*1. *cap.* 2. *fol.* 1. ampliando etiam in regularibus prouiſis.

δ *Quæ verò.*] Auctoritate huius decreti ad eius exequutionem mandauit Sanctus Dominus Noſter Gregor. XIII. Illuſtriſſimo Cardinali Caraffæ reformationem Vniuerſitatis Bononiæ,& Peruſiæ,de menſe Octobris, 1583.

ADDITIO.

1 *Obſtringant.*] Vide Conſtitutione Pij Quarti iniunctum, in qua hoc decretum ampliatur.

CAPVT III.

Excommunicationis gladius non eſt temerè ſtringendus; ſed maturè; ac vbi executio realis, ac perſonalis fieri nequit. Legatur bene, ac ſeruetur huius capituli tenor.

QVamuis ᵃ excommunicationis gladius *a neruus ſit Eccleſiaſticæ* diſciplinæ,& ad continendos in Officio populos valdè ſalutaris; ſobriè tamen, magnáque circumſpectione exercendus eſt: cùm experientia doceat, *β ſi temerè*, aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quàm formidari; & perniciem potiùs parere, quàm ſalutem. Quapropter excommunicationes illæ, quæ *γ monitionibus præmiſſis*, ad finem 1 *reuelationis*, vt aiunt, aut prò deperditis, ſeu ſubtractis rebus ferri ſolent, à nemine prorſus, præterquam

ᵃ Cap. dilectio,de ſentẽt. excomm. in 6. cap. multi in princ. 2.q.1.c. viſit. in ſi.16. q.2.cap.corripiantur,14.q. 3.

terquam δ 2 *ab Epiſcopo*, 3 *decernantur*; & tunc non aliàs, quàm ε *ex re non vulgari*, ζ *cauſáque* diligenter, [b] ac magna maturitate per Epiſcopum examinata, quæ eius animum moueat; nec ad eas concedendas cuiuſuis ſæcularis, etiam Magiſtratus, auctoritate adducatur; ſed totum hoc in eius arbitrio, & conſcientia ſit poſitum: quando ipſe pro re, loco, perſona, aut tempore eas decernendas eſſe iudicauerit. In cauſis verò iudicialibus mandatur omnibus iudicibus Eccleſiaſticis, cuiuſcumque dignitatis exiſtant, vt quandocumque η *executio* realis, vel perſonalis in qualibet parte iudicij θ *propria auctoritate* ab ipſis fieri poterit, abſtineant ſe tam in procedendo, quàm definiendo, à cenſuris Eccleſiaſticis, ſeu interdicto: ſed ι *liceat eis*, ſi expedire videbitur, in cauſis ciuilibus, ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentibus, contra quoſcumque, 4 *etiam laicos*, κ *per mulctas pecuniarias*, λ *quæ locis piis*, ibi exiſtentibus, eo ipſo quòd exactæ fuerint, aſſignentur; ſeu per captionem pignorum, perſonarúmque diſtrictionem, μ *per ſuos proprios*, aut alienos executores faciendam, ſiue etiam per priuationem beneficiorum, aliáque iuris remedia procedere, & cauſas definire. Quod ſi executio realis, vel perſonalis aduerſus reos hac ratione fieri non poterit; ν *ſitque erga iudicem contumacia*, [c] tunc eos etiam anathematis mucrone, arbitrio ſuo, præter alias pœnas ferire poterit. 5 *In cauſis quoque criminalibus*, vbi executio realis, vel perſonalis, ξ *vt ſuprà*, fieri poterit; erit à cenſuris abſtinendum; ſed ſi dictæ executioni facilè locus eſſe non poſſit; licebit iudici hoc ſpirituali in delinquentes vti; ſi tamen delicti qualitas, præcedente bina ſaltem monitione, etiam per edictum, id poſtulet. Nefas autem ſit ſæculari cuilibet Magiſtratui prohibere Eccleſiaſtico iudici, ne quem excommunicet; aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet, ſub prætextu, quòd contenta in præſenti decreto non ſint obſeruata; cùm non ad ſæculares, ſed ad Eccleſiaſticos hæc cognitio pertineat. [d] Excommunicatus verò 6 *quicumque*, ſi poſt legitimas 7 *monitiones* non reſipuerit, non ſolùm ad Sacramenta, & communionem fidelium, ac familiaritatem non recipiatur: ſed, ſi 8 *obdurato animo*, cenſuris annexus, in illis ο 9 *per annum* 10 *inſorduerit*, etiam contra eum, tanquam 11 *de hæreſi ſuſpectum*, 12 *procedi poſſit*.

b Cap. Epiſcopi, c. nem. Epiſcoporum, & cap. nullus Sacerdotum. 15. q. 3. c. ſacro de ſent. Excomm. Concil. Aurelian. 5. c. 2.

c Cap. ſi quis deinceps, in fin 17. q. 4.

d Cap. rogo, cum ſeqq. 11. q. 3. c. nulli, cũ ſeq. c. deſiderès, & cap. ſi concubinæ, de ſent. Excom.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

MOnitoria pro rebus perditis à ſolo Epiſcopo ſunt decernenda, nam inferiores Ordinarij etiam exempti, & immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiecti, vel nullius Diœc. non poſſunt illa concedere, nec vicinior Epiſcopus, ſed ſolus Papa, cui recurrendum eſt pro eis.

Item, Epiſcopus, vel eius Vicarius, ſi hoc eſt illi ſpecialiter demandatum, vel conceſſum, debet concedere litteras Monitoriales.

Item, licèt ſolus Epiſcopus concedat monitoria, quæ exempti requiſiti ab Epiſcopo publicabunt, vt in *cap. 12. ſeſſ.* 25. tamen cauſæ moræ occaſione monitoriorum ſunt terminãdæ à proprijs iudicibus, etiam inferioribus.

Item, Vicarius Archiepiſcopi poteſt concedere litteras dimiſſorias, de quibus in hoc cap.

Item, quando per litteras Apoſtolicas datur facultas excõmunicandi moroſos in ſolutione penſionis, executor non tenetur

ſeruare formam huius Capituli, nec talis facultas cenſetur dari in ſubſtit.

Item, non eſt mandandum ſub pœna excõmunicationis Curatis, ne vltra duos, vel ad ſummum tres dies abſint ab Eccleſiis ſuis, quia à cenſuris abſtinendum eſt.

Item, pœnæ fori Eccleſiæ ſunt applicandæ locis piis, & conſuetudo contraria, vt pars pœnæ detur Vicario, non valet.

Item, pœnæ Capitularium applicentur piis locis. Epiſcopus in excommunicationibus non poteſt procedere, vt Delegatus Papæ, niſi in Caſibus à Concilio expreſſis.

Item, Vicarius Capituli Sede vacante poteſt excommunicare ad finem reuelationis.

Item, in cauſis iudicialibus excommunicatio lata antequam conſtet, cum propter aliam viam non poſſit ſuum habere, valet, ſed abſtinendum.

Item, contumax excommunicatus ſi compareat, & vult ſtare iuri, eſt abſoluendus ab Epiſcopo.

Item, ſi duo ſint obligati in ſolidum in forma Cameræ, & contra vnum poteſt fieri executio realis, & perſonalis, contra ſecundum non, tunc hic ſecundus non poteſt excommunicari in ſubſidium.

Qui negligunt Confiteri, & ſacramẽtum accipere ſtatutis temporibus Eccleſiæ, non curant pœnas, *cap. omnis vtriuſque*, etiam excommunicari ab Epiſcopo, niſi Confeſſor, vel rationabilis cauſa diſtuliſſet ad tempus.

Poſſunt etiam multari pecuniis applicandis pio loco pro emendatione, non tamen debet reſeruare ſibi abſolutionem talis excommunicationis.

Item, quod executio realis, vel perſonalis non poſſit fieri, debet conſtare ex actis per Notarium, & non extra iudicium.

Item, Vicarius generalis non indiget ſpeciali mandato ad hanc excommunicationem, ita tamen vt ipſemet ad cauſæ cognitionem adhibeatur.

Item, citatio eſt neceſſaria, ſed non aliæ monitiones.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α NEruus ſit Eccleſiaſticæ diſciplinæ.] Cenſura dicitur Neruus, quia non rumpitur, ſed flectitur, vel quia ſicut vires hominis conſiſtunt in neruis, ita vires Eccleſiæ in ſententia cenſuræ. gloſſ. & Card. *in Clem.1.de ſent.excomm.* Abb. *in cap. cum in te, not.2.de conſuet.* Marc. Mant. *Apoſt.* 88. & contemnens eam poteſt ſpiritualiter, & temporaliter puniri. Couarr. *in cap. alma mater, de excommun. ſentent. lib.6. par.1.relect.*§.7. Prax. Neapol. *cap.8.fol.74.*

β *Si temerè.*] Nam ad propriam vindictam non eſt inferenda. Gregor. *in regiſtr.* excommunicatio namque non eſt pœna corporis, ſed medicina animæ, *cap. notandum 24. quæſt. 3. & cap. medicinalis eod.tit. lib.6.* Federic. de Sen. *conſ. 11. num.10.* Limita, niſi ex contemptu, inobedientia, vel ſuperbia. Roman. *conſ.369. num.12.* gloſ. *in cap. præſenti, ver. declaramus, eod. tit. in 6.* & non incurritur, niſi in caſu expreſſo. Lap. *alleg.48. num. 2.* eſtque maior pœna quæ ab Eccleſia imponi poſſit. Iul. Clar. *in d.*§. *final. quæſt. 77. in princ.* Rom. *d. conſ. 369. per text. in cap. corripiuntur 24. quæſt. 3.* comm. contr. comm. *quæſt. 698.* Item, excommunicatio lata contra exemptos caret iuriſdictione, gloſ. *in cap. in præſenti, ver. ad cautelam, eod. tit. lib.6.* ſiue lata ſit ab Epiſcopo extra ſuam Diœceſim. Feder. de Sen. *conſ. 11. num. 6.* Item ſi lata ſit poſt appellationem interpoſitam à definitiua erit nulla. Federic. de Sen. *d. conſ. 11. num.4.* & in ea celebrans non eſt irregularis. Gemin. *conſ.199. num.5.*

Excommunicatus ipſo iure poteſt ad terrorem iterum excommunicari, gloſ. *in c. grauem, in ver. promulgare.* vbi Abb. *num.5. eod. tit.*

Excommunicatio non præſumitur, niſi probetur apertis probationibus. Oldrad. *conſ.183. num.16.* Maſcard. *de probation. concluſ. 699. & ſeq.* & petens iudicialiter abſolui præſumitur excommunicatus. Maſcard. *concluſ.13.* Requirit ſcripturam regulariter, *cap.1. eod. tit. in 6.* Lap. *alleg.74. num.3.* qui limitat pluribus modis. Requirit trinam monitionem præcedentem, vel vnam pro tribus, *cap. ſacro, eod. tit.* Couarr. *relect. par.1.*§.*9. num.5.* Lap. *alleg.13.* & Abb. *conſ.53. lib.1.* & pro grauitate cauſæ debet eſſe perſonalis. Roman. *conſ.482. num.5.* Franc. Aretin. *conſ.163. num. 9.* vbi ponit differentiam inter citationem, & monitionem, ſine qua excommunicatio, licèt non ſit nulla, eſt tamen iniuſta. Federic. de Sen. *d. conſ. 11.* Roman. *conſ.354. num.3.* Nemo enim excom-

munica

municati debet, niſi priùs monitus ad ſatisfaciendum contemnat. Ægid. Bellam. *deciſ.*40. non tamen requiritur in excommunicatione libellus, vel litis conteſtatio, quia habetur pro ſententia interloquutoria. Alex. *conſ.*134. *lib.*7. ſicut nec in abſolutione, & debet fieri cum expreſſione cauſæ, & in ſcriptis, *d. cap.* 1. *eod. tit. in* 6. Theſaur. for. Eccleſ. *par.* 3. *cap.* 28. *num.* 6. *fol.* 625.

Quando quis incurrit excommunicationem, ipſo iure quæritur, an in declaratione citatio, vel monitio, pro affirmatiua. Dec. *in cap. irreprehenſibilis, num.* 18. *de appell.* Felin. *in cap. Rodulphus, num.* 41. *de reſer.* plena apoſtilla ad Roman. *conſ.* 482. *nu.* 6. Aret. *conſil.* 163. *num.* 7. Ruin. *conſ.* 50. *num.* 11. *&* *conſ.* 153. *num.* 17. *lib.* 1. Ferrett. *conſ.* 84. magis communem dicit Iul. Clar. §. *fin. quæſt.* 31. *num.* 3. *ver.* Item adde, & quando ſit ipſo iure, gloſ. *in Clem.* 2. *de vſur.* Item verba præſentis, vel futuri temporis attenduntur caſ. conſcien. ibidem pro negatiua Roman. *d. conſ.* 482. latiſſimè tertia opinio eſt, vt ſi factum ſit notorium, notorietate facti permanentis non requiratur citatio, quia manifeſta, & notoria ordinem iuris non requirunt. Ægid. Bellam. *conſil.* 40. *num.* 8. *&* 12. Couarr. *in cap. alma mater, prima part. relect.* §. 2. *num.* 9. Franc. Aretin. *d. conſ.* 164. *num.* 7. *&* 8. Roman. *d. conſ.* 482. *num.* 6.

Quod ampliatur procedere quando fertur excommunicatio ipſo iure pro futuris culpis: tunc enim tempus ſupplet pro monitione. Innocent. *in d. cap. ſacro, de ſentent. excommunic.* Lap. *alleg.* 74. Federic. de Sen. *conſ.* 2. *& conſ.* 11. *num.* 3.

Item, pro manifeſta offenſa non requiritur monitio contra præſentem. Lap. *alleg.* 73. *& in add. ad conſ.* 11. Federic. de Sen. nec à Superiore, quia religioſ. ſubdit. requiritur monitio. Lap. *alleg.* 73. licet in *alleg.* 13. dubitet ſi procedit, vt Iudex. Innoc. *in d. cap. venerabilis, de cenſib.*

Excommunicatio facta per iudicem Eccleſiaſticum iudici laico, ne procedat in cauſa Eccleſiaſtica, ſub excommunicationis pœna ligat, vt nec proceſſus, nec ſententia valeat. Ioann. de Imol. *conſil.* 127. *num.* 4.

Excommunicatio lata poſt appellationem interpoſitam, etiamſi appellatio ſit deſerta non ligat. Lap. *alleg.* 43. *num.* 5. quia lata eſt ſine iuriſdictione. gloſ. *in cap. licet, de ſentent. excomm. lib.* 6. Calderin. *conſ.* 537. aliàs, *de ſentent. excomm.* Geminian. *conſ.* 99. *num.* 3. *&* 5. quod ſi celebret non ſit irregularis, nec indiget abſolutione. Iul. Clar. §. *final. quæſt.* 77. *in fin.* Theſaur. for. Eccleſ. *par.* 3. *cap.* 38. *ſub num.* 5. Prax. Neap. *cap.* 28.

Idem poſt recuſationem iudicis, Lap. *alleg.* 1. *num.* 2. Geminian. *d. conſil.* 99. *in fin.* Eſt enim ipſo iure nulla. Lap. *allegat.* 48. *num.* 3. Federic. *d. conſil.* 11. *num.* 4. Calder. *d. conſil.* 137. & Gemin. *d. conſ.* 99. *num.* 3. Nec eſt vitandus in actibus familiaribus non publicis. Abb. *conſil.* 33. *lib.* 1. Idem erit ſi appelletur ante excommunicationem. Angel. *conſil.* 188. *circa princip.* limitatur poſt ſententiam quæ tranſiuit in iudicatum. Gemin. *d. conſ.* 99. *num.* 1. *&* 11. caſus ſententiæ nulliter latæ, vide per gloſ. *in cap. præſenti, ver. ad cautelam, de ſentent. excomm. lib.* 6. quos refert Card. Tuſc. *tom.* 3. *concluſ.* 452. *fol.* 378.

Excommunicatio ſiue iuſta, ſiue iniuſta timenda eſt, 11. *quæſt. cap.* 1. Federic. de Sen. *conſ.* 21. Abb. *conſ.* 33. *lib.* 1. Roman. *conſ.* 369. *num.* 11. Quòd ſi contemnatur incipit ligare quoad Deum. Federic. *d. conſ.* 11. nec dicitur tunc medicinalis. Roman. *d. conſil.* 369. *num.* 11. & ita ligat quoad Eccleſiam ſicut iuſta. Federic. de Sen. *conſ.* 74. *per cap. per tuas, eod. tit.*

Excommunicatus minori excommunicatione non impeditur eligere & præſentare. Federic. de Sen. *conſil.* 147. nec repellitur a teſtimonio. Maſcard. *concluſ.* 705. *num.* 9. nec celebrans coram ipſo incurrit pœnam, *cap. Epiſcoporum, de priuileg. in* 6. vbi Franc. *in fin.* ſed ſi ipſe celebrat, mortaliter peccat. Theſaur. for. Eccleſ. *par.* 3. *cap.* 38. *num.* 9. *fol.* 626. vbi etiam vide multa quæ poteſt facere.

Excommunicati ſeparantur à Corpore Chriſti, item ab Eccleſia. Rom. *d. conſ.* 369. *num.* 10. carent enim commercio hominum, *argum. lib.* 11. *qui ſanctam. C. de apoſt.* fiunt de familia diaboli. Roman. *d. conſ.* 369. *per cap. audi* 11. *quæſt.* 3. ſeparantur à Deo, & ſic excommunicatio nocet animæ, *cap. certum* 24. *quæſt.* 4. æquiparantur bannitis, qui ſeparantur à communione ciuium. Bartol. *quæſt.* 1. *num.* 9. Non ſufficit ſententia iudicis qui excommunicat, ſed requiritur publicatio, vt deueniat ad aliorum notitiam, Federic. de Sen. *conſ.* 74. Nam vbi ignoratur habetur pro integro, ibidem. & debet excommunicatio fieri in ſpecie, non in genere. Feder. *conſ.* 118. Card. Zabarell. *conſ.* 40. &

debet fieri per Notarium fides de excommunicatione, aliàs non probatur. Calder. *conſ.* 41. Publicè excommunicatus non poteſt teſtari actiuè, & paſſiuè. Feder. de Sen. *d. conſ.* 740. *& conſ.* 118. Bartol. *conſ.* 238. *num.* 2. Archidiac. *in cap. pia eod. tit.* Plures effectus refert Tolet. *lib.* 1. *cap.* 11. *&* 13.

Repelletur ab omni actu iudiciali actiuè, *cap. intelleximus, de iudic.* Maſcard. *de probation. concluſ.* 705. Non debet admitti, vt audiat diuina, aliàs celebrans interdicitur, *d. cap. Epiſcoporum, eod. tit. lib.* 6. Reſcriptum ab eo impetratum eſt nullum. Bartol. *d. conſ.* 238. *lib.* 1. & ibidem quòd non valet collatio beneficij ab eo facta.

Si diu inſordeſcit in excommunicatione, priuatur etiam ſucceſſione, quæ defertur de iure. Ioann. de Anan. *conſ.* 91. *per auth. credentes. C. de hæret.*

Et eſt occultus, ſi impetrat gratiam, non facta mentione excommunicationis, gratia eſt nulla. Roman. *conſ.* 506. *num.* 12. Vitandus eſt etiam ſi iniuſtè excommunicatus ſit. Federic. de Sen. *conſ.* 11. *& conſ.* 231. *num.* 3. Lap. *alleg.* 48. Celebrans debet abſtinere à celebratione eo præſente ſi aduertit ante Canonem, *d. cap. Epiſcoporum*; ſed omnes alij debent exire ab Eccleſia. Franc. *ibidem.*

Etiamſi Epiſcopus cum eo participans incidit in minorem: Geminian. *conſ.* 71. *num.* 1. efficitur infamis, & inhabilis ad feudum. Card. Zabarell. *conſ.* 129. *num.* 1.

Et abſolutus ab vna excommunicatione, ſi remanet ligatus alia, vitandus eſt. Roman. *conſ.* 387. *num.* 1. ſemel excommunicatus debet ſemper vitari donec doceat de abſolutione, & ei non creditur ſi dicat ſe abſolutum, *cap. ſicut nobis*, & *cap. miramur, eod. tit.* Roman. *d. conſ.* 387. ſi autem dubium ſit, an ſit abſolutus, debet vitari in foro cõſcientiæ, ſed non in foro fori. Roman. *vbi ſuprà, per cap. ſolet, eod. tit. in* 6. In caſu quando eſt notoria, ſed percuſſor non eſt notorius, qui ſcit debet eum vitare in foro conſcientiæ, ſed non in foro fori, id eſt, publicè. Federic. *d. conſil.* 230. *num.* 3. *& conſ.* 267. *ad fin.* Limitatur quando ſequerentur ſtrages, vel periculum occiſionis hominum. Abb. *conſ.* 60. *lib.* 1. vbi vide aliàs limitationes, de quibus Cardinal. Tolet. *in ſumm. lib.* 1. *cap.* 11.

Repellitur à iudicio excommunicatus tam in Ciuilibus, quàm in criminalibus. Feder. de Sen. *conſ.* 116. Amplia, vt nec agere, nec excipere poſſit. Alex. *conſ.* 12. *num.* 13, *lib.* 2. etiamſi ſit tertius veniens ad cauſam pro ſuo intereſſe. Ancaran. *conſ.* 333. etiamſi fiat proceſſus coram exequutore ad eius inſtantiam. Bald. *conſ.* 257. *lib.* 5. & opponenti hanc exceptionem dandus eſt terminus ad probandum, nec iudex poteſt procedere reiecta exceptione. Signor. *conſ.* 129. *colum. fin.* Tamen exceptio oppoſita debet approbari infra octo dies. Lap. *alleg.* 55. *num.* 10. ſententia quoque iudicis excommunicati eſt nulla. Roman. *conſ.* 48.

Reus ſi citat; vel promoueat in poſſeſſorio recuperandæ, vt annullet tenutam alterius, quia tunc eſt actor, repellitur per excommunicationem. Alex. *conſ.* 225. *num.* 11. *lib.* 6.

Nec auditur comparens pro intereſſe publico. Geminian. *conſ.* 71. *num.* 2. ſecùs ſi pro ſua defenſione. Roman. *conſ.* 217. Abb. *conſ.* 30. *lib.* 1. poteſt etiam audiri, ſi vult ſe defendere aduerſus exceptionem excommunicationis. Calderin. *conſ.* 110. *aliàs* 1. *de arbitr. num.* 2. Alex. *conſ.* 103. *num.* 8. *lib.* 5.

In caſu in quo propter excommunicationem non debet audiri, ſi tamen fuerit auditus, tenet proceſſus, quia multa facta tenent quæ fieri impedirentur. Paul. de Caſtr. *conſ.* 184. *lib.* 1. Roman. *conſ.* 225. *num.* 4.

In multis caſibus admittitur, quia poteſt bonis cedere. Federic. de Sen. *conſ.* 193. poteſt profiteri, & obligare ſe religioni. Calderin. *conſ.* 397. *aliàs* 12. *de regul.* Zabar. *conſ.* 46. *in fin.* item contrahit matrimonium. Alex. *conſ.* 56. *num.* 4. *lib.* 4.

Poteſtas laicalis non prohibetur obtinere ab Epiſcopo per modum deprecatiuum monitoria ad effectum reuelandi, ſed non præceptiuo. Nauarr. *de immunit. Eccleſ. conſ.* 3. *in fin.* Et ſi Epiſcopus deneget in caſu licito dare monitorium ad effectum reuelandi poteſt appell. ad Metropolitanum. Quarantig. *de auctorit. Archiep. fol.* 79. *in addit. propè fin.*

Excommunicatio Epiſcopi non ligat exiſtentes extra territorium, ſed bene ligat delinquẽtes intra territorium. Specul. aur. *quæſt.* 59. *num.* 6. *fol.* 70. vbi vide quòd nec ligat ignorantes, & *quæſt.* 597. Communicantes excommunicato quandoque venialiter, quandoque mortaliter peccant. com. contr. commun. *quæſt.* 505. Excommunicatio eſt inducta iure poſitiuo. Specul. aur. *quæſt.* 110. *num.* 1.

Excommunicatus ſi eſt nauigaturus, poteſt

teſt abſolui propter periculum. commun. contr.comm.*quæſt.427.num.2.*

Excommunicatio non incurritur ex ſolo animo percutiendi clericum, ibidem *quæſt. 698. num. 5.* vbi vide quod excomm. adhæret hæreſi tanquam lepra leproſo, & excommunicatus poteſt in iudicio excipere de comprehenſione, ibidem *quæſt.67.*

Pro excommunicatione poteſt aliquid accipi in pœnam, non autem pro abſolutione.D.Thom.*in 4.diſtinct.25. quæſt.3.art.2.* Sot.*quæſt.6.art.1.ad 3.*

γ *Monitionibus præmiſſis.*] An in omni caſu debeant præmitti monitiones ante excommunicationem? Reſpondetur quòd in notoriis,& vbi vrgens neceſſitas aliud ſuaſerit, poſſunt omitti monitiones, & aliàs vbi periculum eſſet in mora.Sot. *in 4. diſt. 22.quæſt.1. art. 2.*Intellige pro rebus præteritis,*cap.ſacro.& cap.contingit.de ſentent.excommun.* Prax. *in ver. excommunicatio 3. in ver.cauſa formalis,fol.94.*Menoch.*tom.9.conſ.* 898.Prax.Neapol.*cap.28.num.28.*

δ *Ab Epiſcopo.*] An Parochus poſſit excommunicare? & dic quod non, quia in excommunicatione requiritur poteſtas fori contentioſi, quam non habet Parochus, vt per Abb.*in cap.ſi Sacerdos, num.10.de offic.ordin.24.quæſt.3.cap.corripiantur.*

ε *Ex re non vulgari.*] Quanta ſit iſta res non vulgaris,vide *per Sot.in 4.diſt.22.quæſt. 1. art. 2.* qui tenet non debere concedi, niſi pro rebus maximis, cùm ſit maxima pœnarum,*cap. corripiantur 24.quæſt.3.*& Romæ practicatur pro ſumma quinquaginta aureorum, licèt ſint ſemotim ſubtracti. Couarr.*lib.1.cap.3.num.12.var.reſolut.* Prax. *excommun.3. quæſt. 1. fol.89. à tergo.* Eſt enim cauſa grauis arbitraria.Menoch.*tom.5.conſ.* 466.*num.*30. & ad hunc effectum relinquitur arbitrio Epiſcopi. Theſaur. for. Eccleſ.*par.3. cap.*38. *num.* 11. & vbi profutura non eſt, fulminari non debet. Henric. Bot. *de Synod.Epiſc.tom.3.num. 55. par. 2.* & non cum impetu, ſed magna maturatione ferenda eſt.Ioann. de Ligna. *in tract. de cenſ. Eccleſ.§.24.num.11.tom.11.fol.*188. Item, Nicola.Plo.*in tract.de excomm.§. reſtao.num.1. tom.3.fol.235.*& ad excommunicationis ſententiam iudex feſtinare non debet de modo procedendi, contra Apoſt. *num.6.tomo 15.fol.71.*

ζ *Cauſáque.*] Argum. cap. ſacro. de ſent. excomm.ſed an debeat in hoc examine citari pars aduerſa,Romæ non eſt in vſu,ſed Prax.Epiſc. *excommunicatio tertia in princip. fol.* 89. tenet quod ſic,& quod Neapoli ita obſeruatur.

η *Exequutio realis.*] Priùs in mobilibus, & poſtea in immobilibus. Maſcard. *de probation.volum.concl.219.*

θ *Propria auctoritate.*] Per hunc text.non videtur tribui Epiſcopis poteſtas maior in laicos,quàm iure communi fuerit eis conceſſa.Iacob.Perett.*conſ.* 4. Quòd ſi Epiſcopus propria auctoritate non poteſt exequi contra laicos, poteſt ab initio vti cenſuris, idem *conſ.5.propè fin.*

ι *Liceat eis.*] Intelligitur tam de iure, quàm de facto,vt declarat Bart. *in l. ſtipulatio iſta.§.hi qui ſub num.3.de verb.obligat.* & per verba quæ ſequuntur, ſi expedire videbitur, videtur hoc remitti eius conſcientiæ, & ſic nec concitatio requiritur, nec appellatio datur, vt per Pariſ. de Put. *de Synodic.§.an iudex num.5.tom. 14. fol.123.* Felin.*in cap.Canonum ſtatuta,colum. 20. num. 51.de conſtit.ind.*Bald.*conſ.434.in fin.lib.1.*

κ *Per mulctas pecuniarias.*]Conſueuerant in Eccleſia Tridentina ſoluere Vicario generali ſuas merces ex his mulctis; ſed Cõgregatio ex hoc text. prohibuit id fieri vlteriùs,cum ſint piis vſibus applicandæ.

Item, cenſuit, quòd ſi duo ſunt in ſolidum obligati in forma Cameræ pro eodem debito, & quòd contra vnum tantùm poſſit deueniri ad exequutionem realem, vel perſonalem,non poſſe contra alterum, contra quem non poteſt fieri exequutio realis, vel perſonalis,ad inſtantiam Creditoris in ſubſidium relaxari cenſuras; die vltima Iunij,1600. Prax.Neapol.*cap.67.poſt princip.fol.371.*

λ *Quæ locis piis.*] Ex hoc text. mulctæ pecuniariæ applicandæ ſunt locis piis, eo ipſo, de quo vide Felin.*in cap. irrefragabili, de offic.ordin.*Couarr.*var.reſolut. lib.2.cap.4. num.9.*Diaz.*in prax.cap.* 146. Quarantig.*de cap.Sed.vac.fol.131.* & *in ver.ordo,fol.395. & ſeq.* vbi vide quando Epiſcopus pauper poſſit eas ſibi applicare.

μ *Per ſuos proprios.*] Quia hæc exequutio ſuccedit in locum excommunicationis, poteſt Epiſcopus hanc exercere etiam in laicos. Theſaur. for. Eccleſ. *par. 2. cap. 16. num.18.*

ν *Sitque erga iudicem contumacia.*]Et ideò monitionibus præmiſſis debet ad excommunica

municationem deuenire; ſed ſi excommunicatus tanquam contumax coram Ordinario compareat, & paratus ſit ſtare iuri, debet per eundem abſolui. Gregor. *in regiſtr.lib.2.ep.* 14. Propoſito dubio, An ſi iudex, deficientibus cæteris remediis, velit excommunicare contumaces, neceſſarium ſit ex hoc text. *in ver. quod ſi exequutio*; vt ex actis conſtet realem, vel perſonalem exequutionem fieri non poſſe; an verò ſufficiat hoc extra iudicium liquere? videbatur ſufficere quomodocumque et liqueat, cùm iſta facultas ſit commiſſa Epiſcopo arbitrio ſuo, quo caſu ſolemnitates in procedendo poſſunt remitti, iuxta Clem. *ſæpe*, vbi gloſſ. *in ver. defenſiones, de verb. ſignific.* præſertim cum hoc arbitrium ſit commiſſum Epiſcopo, qui aliàs eſt bonus vir, & verba debent aliquid operari. Felin, *in cap. Canonum ſtatuta, colum.* 24. *num.* 52. *ver. etſi dicatur committimus, de conſtit.* Sed Congregatio ſub die 3. Septembris, 1587. decreuit quòd debeat conſtare ex actis, ſaltem per relationem Nuntij.

§ *Vt ſuprà.*] Iſta dictio, vt ſuprà, eſt repetitiua præcedentium, & habet vim expreſſionis eorum quæ ſupradicta ſunt ad trad. per Iaſon. *conſ.* 15. *num.* 5. *volum.* 1. Ruin. *conſ.* 32. *num.* 2.

• *Per annum insorduerit.*] Ad inſordeſcendum videbatur requiri triennium, ſed tandem ſufficit annus, vt habeatur pro ſuſpecto de hæreſi. D. Pegna in direct. Inquiſ. *par.* 2. *ſchol.* 13. *fol.* 41. & ſic quantò maior ſit mora, tantò magis grauatur, argum. *cap. ſicut dignum.* §. *illu.* vbi gloſſ. *de homicid. per cap. rurſus conſtitutum eſt*, & *cap. ſeq.* 11. *quæſt.* 3. quibus add. quod Clericus qui ſuſtinet excommunicationem per annum, priuatur beneficio, quia videtur de hæreſi ſuſpectus. Felin, *in cap.* 1. *num.* 8. *de iudic.* qui refert de commun. ſeq. Iul. Clar. *lib. ſent. ver.* §. *fin. quæſt.* 73. *ver. Item clericus*, vide Ægid. *concluſ.* 677. & per Nicol. Arelat. *de hæret. not.* 41. & quæ not. *ad cap. cum contumacia, in fin. de hæret. l.* 6. per illum text. vide Nauar. *cap.* 27. *num.* 10. Sarn. *de v. ſitat. cap.* 29. *lib.* 1. *num.* 2. vbi diſputat quid ſit extra caſum fidei. Inſordeſcens autem in excommunicatione poſt annum habetur pro confeſſo, & conuicto. Prax. Neapol. *lib.* 1. *cap.* 31. *in princip.* & cenſetur ſuſpectus de fide, etiamſi eſt excommunicatus ex alia cauſa quàm hæreſis: nam ſi ex cauſa hæreſis, tunc cenſendi ſunt, vt hæret. Prax. Neapol. *cap.* 8. *in princip.* Menoch. *de arbitr. iud. caſ.* 450. & qua pœna puniri poſſit inſordeſcens per annum in excommunicatione, latiſſimè per eundem Menoch. *caſ.* 416. *cent.* 5. *num.* 54. *& ſeq.*

Congregatio cenſuit excommunicationes ad effectum reuelandi in locis nullius Diœceſis pertinere ad Sedem Apoſtolicam, non ad Commendatarium, vel Epiſcopum viciniorem; Archiepiſcopo Lancianen.

Item, cenſuit abſtinendum eſſe à frequenti conceſſione cenſurarum, & ſi quando ſunt dandæ, tunc ſeruetur priùs forma iuris, & caueat à ſuſpicione auaritiæ.

Item, cenſuit excommunicatos eſſe expellendos à participatione diuinorum officiorum, & poſſe puniri Sacerdotes etiam regulares coram eis celebrantes; Epiſcopo Theani.

Item, cenſuit poſſe Epiſcopum delegare Vicariis foraneis facultatem concedendi litteras monitoriales pro rebus deperditis, vel ſubtractis, non obſtante hoc decreto; dum tamen in ſpecie, & expreſsè concedatur, & tales Vicarij ſint perſonæ circumſpectæ & graues, quorum ipſe nouerit prudentiam, & iudicium; die vltima Iulij, 1592.

Item, cenſuit non poſſe procedi aduerſus eum tanquam ſuſpectum de hæreſi, qui tribus ab hinc annis ab A. Cameræ excommunicatus, ad hanc vſque diem in excommunicatione permanſit, ſed in feſtis Paſchalibus quolibet anno ab eodem A. Cameræ abſolutionem obtinuit; die decima octaua Februarij, 1598.

ADDITIO.

1 *Reuelationis.*] De his plenè Silu. *nupt.* & Probraſ. *in cap. . . de elect. in 6.* dixi in repert. R. V. I. & de procedendi modo, per denunciationes, ibi vide, & apud Garg. *lib.* 2. *patro. in.* 43. *in princ.*

2 *Ab Epiſcopo.*] Concordantia alleg. Nauarr. *conſ.* 2. *de pact. num.* 6. & ibi ponit quòd fideiuſſores eius, qui deceſſit non ſoluendo, poſſunt impetrare hanc monitionem ad reuelationem, & vt poſſidentes bona ſoluant ſub pœna executionis latæ ſententiæ.

3 Decernan.

3 *Decernantur.*]Fuit dubium præſuppoſita declaratione aliàs edita, quòd Vicarius generalis Epiſcopi poſſit excommunicationes ad finem reuelationis decernere, non obſtante hoc decreto, An poteſtas eadem cōpetat Vicario Capituli, Sede vacante, & Congregatio die 4. Auguſti, 1586. cenſuit quòd ſic, & ego dicebam quòd poteſtas excommunicandi pertinet ad Clauem iuriſdictionis. Couarr. *in cap. alma mater*, §. 11. *num.* 1. *de ſent. excom. in* 6. In qua iuriſdictione Epiſcopi omnimoda ſuccedit Capitulum Sede vacante, *cap. penult. & vlt. de ſupplen. negligentia Prælat. in* 6. *& cap. Sede vacante poteſt abſoluere.* gloſ. *in cap.* 2. vbi Imol. *num.* 6. *ne Sed. vac. cap. vnic. de maior. & obed.* vbi Butr. *num.* 12. Ergo, & excommunicare poſſunt, tenet Panuin. *de offic. & aut. Capit. Sede vac. quæſt.* 62. *par.* 2. *num.* 10. & appellatione Vicarij venit Vicarius. *C. Sede vac.* gloſ. *& ſi principalis, de reſcript.* vbi Cardin. *quæſt.* 13. Imol. *num.* 20. & facit Conſil. Feder. 30. & iſte text. dum dicit à nemine mine prorſus, hoc dicit ad excludendum Abbates, & alios inferiores.

Præterea hæc facultas excommunicandi ad finem Superiorum competit Epiſcopo iure communi, & auctoritate ordinaria, & *cap. Sede vac.* ſuccedit in his omnibus, niſi expreſsè, & ſpecialiter aliquid ſit prohibitum, *cap. cum olim, cap. his quæ*, & ibi Abb. *num.* 2. *de maior. & ob. cap. ad abolen. de hæret. cap.* 1. *de inſtit. in* 6. & paſſim idem reperitur, vt latè Panuin. *d. tract. prima parte, quæſt.* 2. *&* 10. *&* 2. *par. q.* 2. *num.* 14. Fuit etiam dubitatum an prædictas excommunicationes concedere poſſit Vicarius generalis Epiſcopi, & hanc facultatem ſpecialiter Epiſcopus non conceſſerit, & fuit dictum quod ſic; nam ſub generali conceſſione hæc comprehenduntur. Doct. *in cap. de Offic. Vic.* 6. *& in cap.* 1. *de offic. deleg. cap. quærenti de verbor. ſignific.* & regulariter ſolent omnes Epiſcopi id eis concedere, vt conſtat ex forma Vicariatus, quam componit Rebuff. in Prax. ſed eſt idem, clarius probatur, quamuis coniunctio cauſarum criminalium ſpectet ad Epiſcopos ſolos, eorum Vicarij eas indiſtinctè cognoſcant, vt notiſſimum eſt. Non deferunt qui reſtringerent, iſtum textum non habere locum in Prælatis exemptis, vt in libro informat. ſuper Concilio, *fol.* 698.

4 *Etiam laicos.*] Die 26. Aprilis 1603. fuit tentum in ſacr. Congregatione quoad ex decreto huius Capituli tertij, Epiſcopus, vel alius iudex Eccleſiaſticus in delictis mixti fori contra laicos ſibi alios in temporalibus non ſubditos pœnis etiam pecuniariis, & corporalibus procedere poſſit, &c.

5 *In cauſis quoque criminalibus.*] Ad intelligentiam huius verſiculi faciunt tradita per Couarr. 10. *num.* 2. *pract. quæſt.*

6 *Quicumque.*]Siue ex Criminali, ſiue ex Ciuili. Menoch. *de arbitr. caſ.* 416. *num.* 54. vt iudicat vniuerſalis hæc dictio quicumque, & quod ſuperius ſtatutum fuit, poſſe etiam ob cauſam ciuilem excommunicari, quod ante hoc decretum fuerat controuerſum, vt ibi.

7 *Monitiones.*] Pluries ergò monendus eſt. Menoch. *d. caſ.* 416. *num.* 16.

8 *Obdurato animo.*] Hic text. non videtur procedere quando medio tempore fuiſſet abſolutus, & iterum excommunicatus, quia tempora non coniunguntur. Rebuff. *in cap. poſtulaſti, num.* 252. *& ſeq. de Cler. excom. mini.* vide Rot. *in cap. vult. de pœnis.*

Hoc quando non ſtetit animo pertinaci per annum in excommunicatione, ex quo infertur, quòd ſi intra annum inſtaret pro abſolutione, non procederet hic text. argumento eorum quæ tradit Rebuff. *vbi ſuprà num.* 245. *& ſeq.* vbi hoc tradit in excommunicato, qui eſſet priuandus Beneficio, & quando qui declaratus fuit excommunicatus, non erat comprehenſus in litteris monitorialibus, Rota *diu. par.* 1. *dec.* 283.

9 *Per annum.*] Perfectum Menoch. *de arbitr. d. caſ.* 416. *num.* 55.

10 *Inſorduerit.*] Huic facta collatio à Papa cum abſolutione à cenſuris non prodeſt, niſi cum derogatione Regulæ de inſordeſcen. Nauar. *de iud. notab.* 2 *in fin.* gloſ. vlt. *num.* 14. *&* 16. *fol.* 182. Put. *deciſ.* 128. *lib.* 3.

11 *De hæreſi ſuſpectum.*] An hic pertinax ſit verè hæreticus, & ſit ipſo iure priuatus Beneficiis. Menoch. *d. caſ. num.* 57. 61.

12 *Procedi poſſit.*] Hinc poterit interrogari ſuper articulis fidei, & ſi excommunicatus fuerit ob crimen, Beneficio priuandus eſſet, poſt contumaciam priuari poterit, ſi ob hæreſim pro hæretico habeatur. Graff. *deciſ. caſ. conſc. lib.* 4. *cap.* 14. *& ſeq. tom.* 1.

Inter inſordeſcentiæ incommoda eſt

Digitized by Google

quod ei non proſit abſolutio ad effectum Rebuff. *in prax. Beneficiali, fol.* 158. . . . excommunicatio ergo hoc ſuperueniente non eſt ad medelam, ſed eſt mortalis, & criminalis, quod procedit etiam in eo, qui examinatus fuit excommunicatione generali fulminata in ſcientes, & non reuelantes bona alicuius. Garg. *lib.* 2. *patroc.* 43. *num.* 1. *ver. non video.*

De hac ſuſpicione. Vide Lucer. Inquiſit. *in* §. *ſuſpicio, num.* 5. *&* 16. adde ad Ambroſ. *de ſignat. quæſt.* 19. *num.* 192. *&* 193. & ibi adden. Grillan. *de hæret. q.* 8. Nicol. Aulat. *de hæret. notab.* 41. Io. de Anan. *in cap. excommunicamus,* §. *quia autem, num.* 8. *de ſent. excom.* vbi declarat, procedere ſi nullas defenſiones allegaret, aliàs ſecùs, quia probata legitima excuſatione ceſſaret hæc ſuſpicio, Palat. Rub. *in cap per veſtras,* §. 18. *incipiente ex quibus, num.* 24. *de donat. int. vir. & vxor.* An autem poſt annum excommunicatus ſit admittendus ad allegandum innocentiam ſuam, & impedimentum, & quando quis poſſit poſt annum priuari propriis Beneficiis, & generaliter ſit citádus, & à quo iudice, vide Seraph. *dec.* 150. *l.* 1. in vna Segobricen. inſordeſcentiæ 5. Iunij, 1598. cuius concluſiones poſui in meis reportatis, *in ver. excommunicatio maior, fol.* 391. *& ſeq. n.* 79. *& duob. ſeqq. num.* 89. *& plurib. ſeqq.* vbi etiam habes quod tempora non coniunguntur.

CAPVT IV.

Epiſcopi, Abbates, & Generales Ordinum poſſunt pro ſua conſcientia ſtatuere omne quod magis expedire iudicauerint circa Miſſarum numeroſarum recitationem.

Contingit ſæpè in quibuſdam Eccleſiis vel tam *a* magnum *1 Miſſarum* celebrandarum numerum ex variis defunctorum *β relictis* impoſitum eſſe, vt illis pro ſingulis diebus, à teſtatoribus præſcriptis, nequeat ſatisfieri; vel Eleemoſynam huiuſmodi pro illis celebrandis adeò tenuem eſſe, vt non facilè inueniatur, qui velit huic ſe muneri ſubiicere; vnde depereunt piæ teſtantium voluntates; & eorum conſcientias, ad quos prædicta ſpectant, onerandi occaſio datur. Sancta Synodus, cupiens hæc ad pios vſus relicta, quo pleniùs, & vtiliùs poteſt, impleri, facultatem dat *γ Epiſcopis*, vt in Synodo Diœceſana, itémque *2 Abbatibus*, & Generalibus Ordinum, vt in ſuis Capitulis Generalibus, re diligenter perſpecta, pro ſua conſcientia in prædictis Eccleſiis, quas hac prouiſione indigere cognouerint, ſtatuere circa hæc, quidquid magis ad Dei honorem & cultum, atque Eccleſiarum vtilitatem viderint expedire; ita tamen, vt eorum ſemper defunctorum commemoratio fiat, qui pro ſuarum animarum ſalute legata ea ad pios vſus reliquerunt.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

SI redditus relicti pro certo numero Miſſarum in perpetuum ſint, hæres non eſt compellendus, vt ſuppleat, ſed moderatur numerus Miſſarum ſecundùm hoc cap. quòd ſi non inueniantur Sacerdotes, qui hoc onus ſuſcipiát, tunc hæres debet eleemoſynas ex dicto legato aliis Sacerdotibus, qui in eorum Miſſis dicant collectas pro teſtatore.

Item, quando Miſſæ ſunt dicendæ in Capellis erectis à teſtatore, non habet locum hoc cap. de Miſſis reducendis.

Item, Regulares, qui ob paucitatem Sacerdotum nequeunt ſatisfacere oneri Miſſarum, prouideant in Capitulo generali, prout

prout magis expedire iudicauerint.

Item, Commemorationi faciendæ in hoc decreto ſatisfit per intentionem, & per preces in ſecundo Memento, vt per collectas, & ſic ſemper non referrur ad tempus, vel diem, ſed ad Miſſas, quas iure reductionis celebrare contingat.

Hoc Caput intelligitur de Miſſis tantùm & non de aliis ſuffragiis, & de Miſſis relictis, & non de impoſitis in fundatione.

Hoc Cap. habet locum etiam in reductione Officiorum pro Defunctis.

Item, improbatur certa taxa eleemoſynarum pro Miſſis.

Item, ex hoc decreto Epiſcopus non poteſt minuere onus à teſtatore impoſitum hæredibus pro certis Miſſis, & anniuerſariis, & eleemoſynis dandis pauperibus propter cauſas, de quibus hîc, neque in onere impoſito à fundatione Beneficij ſi fructus non ſufficiunt.

Item, ſi ab habente poteſtatem eſſet facienda reductio præferantur Miſſæ eleemoſynis dandis.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α MAgnum Miſſarum.] Qui enim obligatur duobus diſtinctè, non ſatisfacit vnica Miſſa. Sot. *de iuſtit. & jur. lib. 9. quæſt. 2. art. 2.* Deciſ. *caſ. conſcien. lib. 2. cap. 48. num. 18.*

β *Relictis.*] Ergo non videtur comprehendere eos qui non relinquunt Miſſas, ſed ex fundatione inſtituunt onus Miſſarum in ſuis beneficiis, applicando in eis redditus qui pro earum celebratione ſufficiunt, ex relatione Card. Matthæi facit. Rot. *par. 2. diuerſ. deciſ. 264. & ſeq. facit conſ. 6.* Nauarr. *de prebend. iuxta antiq. impreſſ.* & cenſuit Congregatio tertia Mart. 1597. vt ex hoc decreto non liceat Epiſcopo reducere onera Miſſarum beneficio in fundatione appoſita. Prax. Neapol. *cap. 24. num. 9.* Nauarr. *de celebrat. Miſſar. conſ. 11. dubitat.*

γ *Epiſcopis.*] Licèt commutatio vltimarum voluntatum ſit prohibita regulariter, tamen poteſt Epiſcopus, vt hic habetur diminuere in Synodo numerum Miſſarum relictarum à fidelibus, vbi tenues ſunt eleemoſynæ, & Miſſæ non dicuntur; ſed quanta cum circumſpectione circa hoc procedere debeat. vide per Nauarr. *in ſumm. cap. 25. num. 138. & de celebr. Miſſ. conſ. 6. num. 9.* poſt gloſſ. *in cap. ex parte, in ver. diminuti, de conſtit.* Sacra Congregatio circa hoc declarauit ſufficere ſi in monitorio fiat commemoratio pro defunctis, pro quibus erunt dicendæ Miſſæ reductæ, & quod dicitur in hoc textu de Miſſa, ampliatur procedere etiam in anniuerſariis ex Congregationis ſententia ad Archiepiſcopum Neapolit. relata per Quarant. *in verb. Miſſa, fol. 304.* obligans autem ad celebrandum Miſſas pro Capellania, etiam in infirmitate tenetur eam celebrari facere ad certum tempus. Prax. Neapol. *lib. 1. cap. 15.* An obtinens duo, vel tria altaria pro Miſſarum celebratione dicatur habere beneficium ſeruitorium, & teneatur reſidere, pro negariua, vide Prax. Epiſcop. *in ver. beneficia. §. octaua concluſio, fol. 35. per tot.*

ADDITIO.

1 *Miſſarum.*] De reductione Miſſarum, vide in *lib. infor. ſuper Concilio, fol. 967.*

2 *Abbatibus.*] An iſte textus extendatur ad Priores, vide in *lib. infor. ſuper Concilio, fol. 348.*

CAPVT V.

Rebus bene conſtitutis, & certum onus annexum habentibus nihil omninò detrahatur.

RAtio poſtulat, vt illis, quæ bene conſtituta ſunt, contrariis ordinationibus non detrahatur: quandò igitur ex beneficiorum quorumcumque *erectione, ſeu fundatione*, aut aliis conſtitutionibus, qualitates aliquæ requiruntur, ſeu certa illis one-

ta ſunt iniuncta, in beneficiorum collatione, ſeu in quacumque alia diſpoſitione, eis non derogetur. Idem in præbendis Theologalibus, Magiſtralibus, Doctoralibus, aut Preſbyteralibus, Diaconalibus, ac Subdiaconalibus, quandocumque ita conſtituta fuerint, obſeruetur, vt eorum qualitatibus, vel Ordinibus nihil in vlla prouiſione detrahatur: & β *aliter facta prouiſio* ſurreptitia cenſeatur.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

Epiſcopus non poteſt, etiam cum conſenſu Patroni, derogare qualitatibus poſitis in fundatione Beneficij.

Item, Clerico, qui non ſit Sacerdos, poteſt conferri Cappellania, cui ſit annexum onus celebrandi, niſi in fundatione ſit onus celebrandi per ſe, & non per alium.

Item, hodie non poteſt Epiſcopus de conſenſu Patroni conferre Beneficia illi, qui non habet ætatem in fundatione requiſitam, & per hoc eſt derogatum cap. cum acceſſiſſent, de conſtit.

Item, Cappellania cui eſt onus duarum Miſſarum per proprium Rectorem celebrandi in hebdommada, poteſt conferri Clerico 14. annorum, non obſtante hoc decreto, quia non dicitur Sacerdotalis.

Cappellanus non tenetur ordinari Sacerdos, niſi in fundatione cautum ſit, vt per ſeipſum celebret, nec ſatisfit oneri ſi Miſſæ alibi celebrentur, nec requiritur perſonalis reſidentia, niſi ſit cautum in fundatione.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *Rectione, ſeu fundatione.*] Vide Prax. Neapol. *cap. 24. num.* 10. vbi habetur non licere hodie contra fundationem aliquid concedere. Quarantig. *in ver. ſeruitium, fol.* 458. *& ſeq.* quod limitatur, niſi accedente conſenſu patroni. Rebuff. *in 3. par. ſignat. num.* 46. *fol.* 130. Sed hodie ex hoc text. non permittitur ex Congregationis ſententia. Prax. Neapol. *d. cap. 24. num.* 10.

An ex verbis fundationis teneatur quis per ſeipſum deſeruire, vel per alium, quando verba ſunt dubia, vide per Quarantig. *in verb. ſeruitium Cappellaniæ, fol.* 458. Comm. contr. commun. *quæſt. 693. num. 17. fol.* 82.

β *Aliter facta prouiſio.*] Nam in beneficiis reſeruatis Epiſcopus non poteſt ſe intromittere. Quot autem modis dicantur reſeruata, vide per Quarantig. *de benef. reſeru. fol.* 120. *& ſeq.*

Congregatio cenſuit *cap. 4. ſeſſ. 6.* & hoc cap. procedere in cap. exemptis tantùm, quia in non exemptis non requiritur hæc forma præſcripta hoc text. vt aliàs cenſuit Congregatio contra Nauarr. qui vult hoc procedere tam in exemptis, quàm in non exemptis, vt conſuluit *par.* 1. *de offic. ordinar. conſ.* 3. & contr. Put. *lib. 1. deciſ.* 209. Quomodo autem procedat hic text. poſt *cap. 4. ſeſſ. 6.* declarat Rot. *in nou. deciſ.* 743. vbi vide pleniſſimè de intellectu huius text. & *d. cap.* 4. & quod procedat in Capitulis exemptis. Rot. *par. 2. diuerſ. deciſ.* 308. *& dec.* 321. & aliàs Congregatio Epiſcopo Caſalen. etiamſi ex Conſtitutione illius Eccleſiæ fuerit hoc ſtatutum in omnibus Capitulis etiam non exemptis. Algaren.

CAPVT VI.

Præſcribitur modus quem obſeruare debet Epiſcopus viſitans Capitula exempta, ac perſonas, cum deputatis duobus ex parte Capituli, tam in criminibus ex incontinentia, quàm aliter.

Statuit ſancta Synodus, vt in omnibus Eccleſiis Cathedralibus, α & 1 *Collegiatis* Decretum ſub fel. rec. Paulo III.ª quod incipit,

a Supr. Seſſ. 6. de refor. c. 4.

incipit, Capitula Cathedralium, obſeruetur, non ſolùm; quando Epiſcopus β *viſitauerit*, ſed & quoties ex officio, vel ad petitionem alicuius, contra aliquem ex contentis in dicto Decreto procedat: ita tamen, vt, cùm extra viſitationem proceſſerit, infraſcripta omnia locum habeant: videlicet, 2 *vt Capitulum* initio cuiuſlibet anni 3 *eligat* ex Capitulo 4 *duos*: γ *de quorum conſilio*, & aſſenſu Epiſcopus, δ *vel eius Vicarius*, tam in formando ε *proceſſum*, quàm in cæteris omnibus actibus vſque ad finem cauſæ incluſiuè, coram Notario tamen ipſius Epiſcopi, & in eius domo, 5 *aut conſueto* ζ *tribunali*, procedere 6 *teneatur*. Vnum autem tantùm ſit vtriuſque votum, poſſitque alter Epiſcopo 7 *accedere*. Quòd ſi ambo ab Epiſcopo diſcordes in aliquo actu, ſeu interlocutoria, vel definitiua ſententia fuerint; tunc intra ſex dierum ſpatium cum Epiſcopo tertium eligant: &, ſi in electione tertij etiam diſcordent, ad viciniorem Epiſcopum electio deuoluatur; & iuxta eam partem, cum qua tertius conueniet, articulus, in quo erat diſcordia, terminetur: aliàs proceſſus, & inde ſecuta nulla ſint, nullóſque producant iuris effectus. [b] 8 *In criminalibus* tamen ex incontinentia prouenientibus, de qua in Decreto de concubinariis, & in atrocioribus delictis, depoſitionem, aut degradationem requirentibus, η *vbi de fuga* timetur, ne iudicium eludatur, & ideò opus ſit perſonali detentione, [c] poſſit initio ſolus Epiſcop. ad ſummariam informationem, & neceſſariam 9 *detentionem* procedere: ſeruato tamen in reliquis ordine præmiſſo. 10 *In omnibus autem* caſibus ea ratio habeatur, vt iuxta qualitatem delicti, ac perſonarum, delinquentes ipſi in loco decenti cuſtodiantur. [d] Epiſcopis præterea vbique is honor tribuatur, qui eorum dignitati par eſt; eiſque in choro & in Capitulo, Proceſſionibus, & aliis actibus publicis ſit θ *prima ſedes*, & locus, quem ipſi elegerint, & præcipua omnium rerum agendarum auctoritas. Quod ſi aliquid Canonicis ad deliberandum proponant; nec de re ad ſuum, vel ſuorum commodum ſpectante agatur, [e] Epiſcopi ipſi ι *Capitulum conuocent*, κ *vota exquirant*, & iuxta ea concludant. Abſente verò Epiſcopo omninò hoc ab eis de Capitulo, ad quos hoc de iure, vel conſuetudine ſpectat, perficiatur, nec ad id Vicarius Epiſcopi admittatur. λ *Cæteris autem* in rebus Capituli iuriſdictio, & poteſtas, ſi qua eis competit, & 11 *bonorum adminiſtratio* ſalua, & intacta omninò relinquatur. μ 12 *Qui verò* non obtinent 13 *dignitates*, nec ſunt de Capitulo, ij omnes in cauſis Eccleſiaſticis Epiſcopo ſubiiciantur: non obſtantibus, quoad ſupradicta, priuilegiis, etiam ex fundatione competentibus, necnon 14 *conſuetudinibus*, ν *etiam immemorabilibus*, ſententiis, ξ *iuramentis*, ο 15 *concordiis*, quæ tantùm ſuos obligent auctores 16 *ſaluis tamen* in omnibus, priuilegiis, quæ Vniuerſitatibus Studiorum generalium, ſeu earum perſonis ſunt conceſſa. π *Hæc autem omnia*, & ſingula in iis Eccleſiis locum non habeant, in quibus Epiſcopi, aut eorum Vicarij ρ *ex conſtitutionibus*, vel priuilegiis, aut conſuetudinibus, ſiue 17 *Concordiis*, ſeu quocumque alio iure maiorem habent poteſtatem, auctoritatem, ac iuriſdictionem, quàm præſenti Decreto ſit comprehenſum, quibus S. Synodus derogare non intendit.

[b] Infr. c. 14. & ſupr. Seſſ. 24. de matrim. c. 8.

[c] Cap. qualiter, c. 2. de accuſ. & c. tuæ de pœn.

[d] Conc. Carth. 4. c. 35. c. Epiſ. in Eccleſia, 95. diſt.

[e] Cap. nouit. cũ ſeq. de his quæ fiunt à prælat. ſine conſ. cap.

[f] Cap. iur. alleg. in meo tracta. de priuilegiis ſcholarium, maximè priuil. 64. cum ſeq.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

HOc cap. loquitur de Capitulis exemptis, & non de non exemptis, licèt habeant multa priuilegia.

Item, Capitula exempta gaudeant priuilegiis conceſſis, tamen perſonæ illis ſeruientes non gaudent.

Item, hoc Cap. eſt ſeruandum in Capitulis exemptis, licèt habeant ſtatuta contraria, niſi ſint à Papa approbata.

Item, facultas data ex hoc cap. contra Capitula Cathedralia habet locum etiam in Capitulis.

Item, Epiſcopus criminaliter procedens contra Canonicum priuilegiatum, debet ſeruare decreti huius formam.

Item, facultas conceſſa Epiſcopis etiam extra actum viſitationis, non eſt priuatiua ad illa Capitula, quæ poſſunt punire ſuos.

Item, in actu viſitationis poteſt Epiſcopus punire delinquẽtes Capitulares etiam exemptos, non ſeruata forma huius Capitis.

Item, Capitulum licèt poſſit eligere duos Canonicos, qui cum Epiſcopo interſint Criminalibus, non tamen eligit Fiſcalem, ſed ſolus Epiſcopus.

Item, Epiſcopus ſolus eligit non ſolùm Fiſcalem, ſed Notarium, qui debet formare proceſſum contra Canonicos.

Item, electi à Capitulo ſunt adhibendi, licèt Canonicus de mandato Capituli deliquiſſet.

Item, ſi totum Capitulum deliquit, vel illi duo electi, Epiſcopus non debet quærere aſſenſum illorum.

Item, abſolutio Canonici condemnati ab Epiſcopo, & duobus Canonicis pertinet ad eoſdem condemnantes.

Item, Notarius eſt adhibendus tàm in viſitatione, quàm in correctione, ſed electus ab Epiſcopo, vel Vicario.

Item, Tribunal debet erigi vbi Epiſcopus vult, etiamſi ex conſuetudine ſoleat in Eccleſia erigi, quando contra Canonicos agitur; immò prohibetur haberi Tribunal in Eccleſia, non obſtante conſuetudine.

Item, Epiſcopus poteſt procedere contra captores, & alios de quibus *in cap. 40. ſeſſ. 6.* ſeruata hac forma in electione ſoci, & Fiſcalis, non obſtan. ſtatutis contrariis Eccleſiæ, quibus non eſt derogatum.

Item, in crimine concubinatus poteſt ſolus Epiſcopus procedere ad informationes ſummarias, & incarcerationem, vbi de fuga timetur, etiam abſque monitione, & forma huius Capitis; ſed in criminalibus ſolius incontinentiæ, vbi de fuga timetur, Epiſcopus ſolus non poteſt procedere.

Item, licèt Canonici ſint cuſtodiendi in loco decenti, tamen carcer debeat eſſe in domo Epiſcopali, non in Eccleſia.

Item, Suffraganeo eſt etiam dandus primus locus, & honor, vt Epiſcopo, niſi eſſet conſuetudo, vel aliud contrarium.

Item, Epiſcopus non poteſt in propria domo conuocare Capitulum, & hoc cap. habet locum in Capitulis non exemptis.

Item, Epiſcopus poteſt ad libitum conuocare Capitulum, ſed non proponere res pertinentes ad ſuum, vel ſuorum commodum priuatum, etiam prout Epiſcopus eſt; ſed bene poteſt ſi ſpectet ad ſuum officium, iuriſdictionem, dignitatem, adminiſtrationem, regimen.

Item, Capitulum poteſt ſe ipſum congregare quandocumque vult.

Item, Epiſcopus cum conſilio Capituli diriget proceſſiones publicas, quò voluerit, & cum eodem conſilio Capitulum præſcribet rationem proceſſionum, non loquitur de priuatis, id eſt, quæ fiunt ſolùm à Capitularibus & Clericis Eccleſiæ Cathedralis ob priuatas cauſas, non vocatis Clericis alienis. Item, in publicis proceſſionibus abſente Epiſcopo eius Vicarius generalis habet eandem poteſtatem.

Item, in faciendis proceſſionibus Roſarij eſt ſeruanda conſuetudo loci, quæ ſi non eſt, fiat vt in Minerua Vrbis.

Item, in Hiſpania quoad eminentiam Sedis Archiepiſcopalis ſeruetur vſus Eccleſiarum Hiſpaniæ.

Item, Epiſcopus debet exquirere vota, & non dare in Capitulo.

Item, hoc cap. loquitur quando Capitulum nõ poteſt conuocari, niſi ab Epiſcopo, & quando Epiſcopus eſt tractaturus rem pertinentem ad ſe, vel ſuos, quia tunc debet abſtinere à voto dando, & ab intereſſentia, ſed in aliis caſibus Concilium remittit ad Ius commune.

Item, Vicarius generalis non admitti-

tur.

tur, intelligitur quando Capitulum eſt exemptum.

Item, obtinens Beneficium in Cathedrali, vel Collegiata, vel illis aliquo modo ſeruiens, etiamſi ſint portionarij, & aliquando Capitulis cum Canonicis intereſſe ſoleant, eſt ſubiectus omninò Epiſcopo.

Item, quando Concilium dat iuriſdictionem Epiſcopo contra exemptos, ſi Epiſcopus illa non vtitur, nullam pœnam incurrit; ſed ſi Concilium vtitur verbis præceptiuis, ſeu obligatoriis incurrit, & peccat mortaliter, *ſeſſ.7.cap.7.ſeſſ.21.cap.*8.

Item, concordiæ factæ inter Epiſcopum, & Capitulum etiam à Papa confirmatæ ſuper iure puniendi perſonas, non cenſentur abrogatæ per *cap.4.ſeſſ.6. & per hoc cap.*

Item, hoc cap. loquitur de Capitulis exemptis, & circa Capitula ſubiecta Ordinario ſeruetur ius commune.

Item, quando loquitur de electione duorum Canonicorum, debet intelligi de exemptis Capitulis.

Nomine proceſſus intelligitur etiam prima citatio, & quodlibet Capitulum ſeruet hoc decretum.

Item, in proceſſionibus Epiſcopus portet Euchariſtiam.

Item, Capitulum non poteſt cogi, vt habeat Secretarium Clericum, ſed habere laicum punctatum debet ipſe Clericus.

Item, qui non habent dignitatem non ſunt portionarij de Capitulo, qui in Cathedrali habent ſtallum in Choro, & veſtem Canonicalem, & votum conſultiuum ſint de Capitulo, & comprehenſi in hoc cap.

Item, ab hoc cap. ſunt reſeruatæ concordiæ confirmatæ à Sede Apoſtolica ex certa ſcientia, cum cognitione cauſæ, & non quæ in forma communi.

Hoc cap. non loquitur de Cathedrali, vt Cathedralis, ſed exempta, & ſi non eſt exempta, non eſt in hoc cap.

Item, omnes actus ſunt faciendi, & publicandi ſub nomine Epiſcopi, & adiunctorum.

Item, Epiſcopus ſine adiunctis non procedat ad priuationem Beneficij ex eo, quod non eſt ordinatus intra tempus, vel non reſederit, ſed ad alias pœnas, & mulctas ob non reſidentiam ex *cap.12.ſeſſ.*24.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a *ET Collegiatis.*] *Seſſ.6.cap.* 4. loquitur de Catholicis, & aliis maioribus Eccleſiis, non autem de Collegiatis. Et quod hic dicitur de Collegiatis in quibus non militant rationes Concilij in hoc textu, ſuper quo exorta controuerſia inter Epiſcopum Cremonenſem, & Præpoſitum Monticelli, volente Epiſcopo extra viſitationem corrigere Canonicos Collegiatæ Eccleſiæ Præpoſito ſubiectæ in cauſis criminalibus, iuxta *cap.* 20. §. *ad hæc ſeſſio.*24. Contra replicante Præpoſito, & Capitulo quod per Epiſcopum debeat ſeruari forma huius cap. Congregatio poſt multa hinc inde adducta decreuit contra Epiſcopum, videlicet non poſſe procedere contra Canonicos Collegiatæ, niſi ſeruata forma huius text. 2. Decembris, 1574.

b *Viſitauerit.*] Præſuppoſito quòd res, & bona Capitulorum ſint exempta à iuriſdictione Epiſcopi; an ſicut Epiſcopus poteſt viſitare, ita etiam poſſit res, & bona, rerumque, & bonorum adminiſtrationem viſitare; reſpondendum videbatur negatiuè, per *cap. volentes, de priuileg. lib.6.* vbi gloſ. *in ver. aut rei, & in ver. exempto*, quod bona, vel loca exempta non ſubſunt iuriſdictioni Ordinariorum, etiamſi ſint membra dependentia, per gloſ. *in cap. eam te, in verb. pendeant, de ætat. & qualitat.* alia enim eſt exemptio perſonarum, alia rerum, *cap. per exemptionem, de priuileg. lib. 6. & d. cap. volentes*, ſicut Epiſcopus qui poteſt viſitare exemptos ratione curæ animarum, non poteſt tamen viſitare eoſdem quoad eorum bona, vel iura exempta, ſuprà *ſeſſ.* 25. *cap.*11. *de regular.* & cùm in hoc text. Concilium reſeruet Capitulo ſuorum bonorum adminiſtrationem, ibi *ver. cæteris autem rebus, &c.* non eſt vlterius dubitandum, ſed propoſito dubio in Congregatione 16. Iulij, 1587. ex vndecim Illuſtriſſimis Cardinalibus ſex ſequuti ſunt contrariam ſententiam, moti ea ratione, quia validum eſt argumentum de re ad perſonam: ſi enim Concilium hic procedit contra Capitula etiam exempta, ergo multo magis procedere debet contra eius bona etiam exempta.

Item,

Item, cenſuit ex hoc decreto ſublatas eſſe communes exemptiones, quas Capitula Eccleſiarum exemptarum ſibi, & aliis inſeruientibus, & habentibus officia, vel beneficia Eccleſiaſtica, vel Capitulo huiuſmodi in diuinis, ſeu aliis miniſteriis famularentur, ſed ipſis tantùm Capitulis ſuffragari, non autem cæteris aliis ſupradictis; ſi tamen non ſint de Capitulo, licèt Capitulo inſeruiant, aut ſub Capitulo eſſe dicantur.

γ *De quorum conſilio.*] Deputatio duorum adiunctorum non habet locum, niſi in Capitulo exempto. Rot. *par. 2. diuerſor. deciſ. 305. & 308.* An deputatio Promotoris fiſcalis pertineat ad ſolum Epiſcopum, cùm procedendum eſt, contra perſonas de Capitulo, & declaratum fuit ſub die 22. Septembris, 1573. ad ſolum Epiſcopum pertinere, neque electorum à Capitulo conſilium, aſſenſúm ve ea in re requiri, generali Vicario Burgen.

An ad Epiſcopum, vel alium Superiorem pertineat facultas procedendi contra Capitulares, quando vniuerſum Capitulum deliquit, & reſpondetur cum diſtinctione, iuxta gloſ. *in cap. irrefragabili.* §. *cæterum, in ver. ſuper hoc delegatus*, vt ſi ipſe Epiſcopus ſit offenſus Metropolitanus aduertat: aliàs Epiſcopus poteſt eos punire. Et ibidem reſpondetur ad aliud quæſitum, videlicet, & dato quòd ad Epiſcopum pertineat, an de conſilio, & aſſenſu duorum de Capitulo procedere teneatur, iuxta hunc text. & reſpondetur negatiuè, quia eorum conſilium eſt ſuſpenſum, vt not. ibi gloſ. & cum Concilium hic loquatur de aliquibus Canonicis, non de toto Capitulo, remanet hic caſus ſub diſpoſitione iuris communis, iuxta Rot. *diuerſor. par. 3. lib. 3. deciſ.* 618. In crimine etiam concubinatus poteſt ſolus Epiſcopus ex hoc textu ad informationes ſummarias, & carcerationem procedere vbi de fuga timetur, idque abſque monitione, & forma illa quæ præſcripta eſt, infrà *cap.* 4. & ita cenſuit Congregatio 2. Iulij, 1575.

δ *Vel eius Vicarius.*] Licèt Vicarius habeat iuriſdictionem hanc in Capitulares, non tamen eſt ſuprà Capitulum. Menoch. *tom. 1. conſ. 52. num. 177. & per tot.*

ε *Proceſſum.*] Quid de citatione prima, An in ea requiratur conſenſus Canonicorum, vel ſolus Epiſcopus poſſit eam decernere, exiſtimo, quia ante citationem debet præcedere proceſſus ſaltem informatiuus pro habendis indiciis, quorum vigore decernatur citatio, debet in hoc caſu ſeruari forma Concilij. Quare Congregatio cenſuit, quòd ſub nomine proceſſus intelligatur etiam prima citatio.

ζ *Tribunali.*] Data optione Epiſcopo, vel eius Vicario, quo magis in loco velint, præcedant, quia optio competit ei qui ad aliquid faciẽdum obligatus eſt, & ita cenſuit Congregatio ſub die 19. Februarij, 1574. præſertim quia Epiſcopus poteſt ſedere pro Tribunali in quocumque loco Diœceſis vbi maluerit, per *cap. cùm Epiſcopus*, & ibi Doct. *de offic. ordin. lib. 6.* Conuocatio autem Capituli non debet fieri in domo Epiſcopi, ſed in loco vbi congregari conſueuit, prout reſcripſit Congregatio Epiſcopo Placentium. Item, cenſuit quòd carcer contra Capitulares non debet eſſe in Eccleſia, ſed in domo Epiſcopali, & ſicut Epiſcopus cum deputatis à Capitulo poſſunt aliquem ex Capitularibus ſuſpendere, ita poſſunt tollere ſuſpenſionem; Epiſcopo Lucan.

η *Vide fuga.*] An hæc conditio requiratur ad vtrumque caſum, videlicet tam de Concubinariis quàm de atrocioribus criminibus, & dic ad vtrumque: nam vbi non timetur de fuga, Epiſcopus non poteſt procedere contra concubinarios, niſi ſeruata forma, *cap. 14. in fin.* & quod concubinatus ſit inter grauia delicta. Put. *deciſ.* 209.

θ *Prima ſedes.*] Eſt enim Epiſcopus caput cleri, & ſpeciale caput, & Canonici ſunt membra. gloſ. *in cap. irrefragabili, ver. per Capitulum, de offic. Ordinar.* Vaſcon. *cap. 1. fol.* 4. Rot. Put. *lib. 2. deciſ.* 335. & per hæc verba fuit reſolutum, quòd Rector Parochialis Eccleſiæ Sancti Angeli Ripæ Tranẽn. qui ex immemorabili conſuetudine deferebat in publica proceſſione Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, iuxta *Clem. vnic. de relig. & vener. ſanct.* & ſuprà *ſeſſ. 13. Can. 5.* cedat Epiſcopo, nuper erecto qui vult per ſe huiuſmodi Sacramentum deferre. Decernere autem, & prouidere, quà, & quomodo ducendæ, vel dirigendæ ſunt proceſſiones pertinet ad ipſum Epiſcopum cum conſilio Capituli prout cenſuit ſacra Congregatio.

ι *Capitulum conuocent.*] An per hæc verba Epiſcopus habeat vocem in Capitulo ſicut

ſicut Canonici Capitulares, videtur quod non: nam Concilium dat ſolùm facultatem, vt Capitulum conuocare, vota exquirere, & iuxta ea concludere poſſit, & ſic concluſio eſt facienda iuxta vota Capituli conuocati, præſertim vbi talis eſſet conſuetudo Capituli, per gloſ. *in cap. ea noſcitur, in ver. libertate, de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſen. cap.* Quod tamen limitatur in caſu communi Epiſcopo, & Capitulo, vt per prædicta iura, & per *cap. nouit. eod. tit.* tenet Felin. in proëmio decret. *num.* 18. *& ſeq.* eſt enim proprium ex iure Canonico habère vocem in Capitulo, vt not. Innoc. *in cap. 2. de inſtitut.* & cùm Epiſcopus poſſit eſſe in Capitulo quandoque, vt Prælatus, quandoque ſpeciali iure vt Canonicus, in primo caſu non habebit vocem in Capitulo; ſed poteſtatem concludendi iuxta maiorem partem Capituli, *cap. à collatione*, vbi gloſ. *in ver. not. quod Epiſcopus, de appell. lib. 6.* dicit eſſe communem contra Hoſtien. & idem firmat gloſ. *in cap. cùm in Eccleſia tua, in ver. pro intellectu, de præbend. lib. 6.*

κ *Vota exquirant.*] Declaratum fuit debere hoc fieri iuxta conſuetudinem, & ſtatuta hactenus obſeruata; & idcircò non poterit cogi Capitulum ad tenendum Secretarium qui ſit Clericus, ſed poſſit habere laicum. Punctator verò debet eſſe Clericus in ſacris conſtitutus ſecundùm decretum Concilij Prouincialis Compoſtell. reuiſi per Sanctiſſimum Dominũ Noſtrum de anno 1565. & ſi ab immemorabili tẽpore deputatio punctatoris pertineat ad Capitulum id obſeruetur, quia in hoc Concilium nihil immutat. *lib. 1. deciſ. 5. fol. 2.*

λ *Cæteris autem.*] Per hæc verba videtur Concilium non ſubtuliſſe facultatem, aliàs ex immemorabili, & laudabiliter obſeruata conſuetudine Decano, & Capitulo, ſingulares Capituli ipſiuſque ſubiectas perſonas cumulatiuè cum Epiſcopo: ſeorſum tamen ab eodem ſua auctoritate toties quoties vti volentem non excludendi, viſitare, corrigere, & emendare, quia Concilium non videtur eam facultatem Epiſcopo conceſſiſſe, priuatiuè quoad alios inferiores Ordinarios, de quorum excluſione non conſtat, nec ab eis debitè punitus cogendus eſt coram Epiſcopo denuò ſe purgare, vel ab eodem iterum puniri. Quia Epiſcopus tenetur ſeruare ſtatuta Capituli, ſi non ſint contra Concilium, & bonos mores. Rot. *par. ſecunda diuerſor. deciſ.* 306.

μ *Qui verò.*] Fuit quæſitum, an Portionarij, qui in Cathedrali habent ſtallum in Choro, & veſtem Canonicalem, & votum conſultiuum ſint de Capitulo, vt comprehendantur hoc decreto. Dubium faciebat doctrina Innoc. *in cap. 2. ad fin. de inſtitut.* vbi requirit quòd quis habeat ius Canoniæ, & per alia quæ cumulat Felin. in proœmio decret. *num.* 19. Sed ſecùs viſum fuit ſacræ Congregationi propter votum conſultiuum quod habent illi Portionarij, per quod omninò dicuntur eſſe de Capitulo; 18. Calend. Ianuarij, 1569. Nam qui habet vocem in Capitulo habet ius Canoniæ. Felin. in Cap. cum M. *num. 34. de conſtit.* pro negatiua, vide Rot. Aldobran. *deciſ. 411. num. 5. par. 1.* & pro affirmatiua Rot. Verall. *par. 1. deciſ. 9.*

Item, cenſuit Congregatio hoc decretum præſeruare nedum Dignitates, quæ habent adminiſtrationem cum iuriſdictione, ſed etiam illas Dignitates, quæ pro talibus habentur in Eccleſia; quam ſententiam ad ſe relatam Sanctiſſimus approbauit die 22. Auguſti, 1596.

ν *Etiam immemorabilibus.*] An iſta derogatio immemorabilis, de qua in hoc text. extenditur etiam ad diſpoſita *in cap. 4. ſeſſ. 6.* & Congregatio cenſuit extendi. Conſuetudo autem, vt Epiſcopus poſſit priuare Canonicum ſine conſenſu Capituli, eſt contra Ius. Rot. Put. *lib. 1. deciſ. 18. per cap. nouit, & cap. quanto de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ. Cap.* Quandoque conſuetudo excuſat à pœna. Ludouic. Pontan. *ſingular. 19. tom. 1. fol.* 4. & Conſuetudine introduci poteſt, vt non requiratur conſilium Capituli. Capic. *deciſ. 134. num.* 3. Prax. Epiſcop. *in ver. Epiſcopus, quæſt.* 10. *fol.* 102.

ξ *Iuramentu.*] Qui enim iurat obſeruare debet iuramentum, *cap. ad noſtram*, vbi Felin. *de iureiuran.* Afflict. *deciſ.* 163. *num.* 2. & quòd Prælatus teneatur obſeruare proprium iuramentum, facit *cap. cùm veniſſent.* vbi Ioann. Andr. *de inſtit. cap. veniens, de tranſaction.* Felin. *in cap. de probat.* etiamſi ſit contra diſpoſitionem iuris communis. Mohed. *dec.* 250. *at ſi Clerici. §. de adulteriis, num.* 10. *de iudic.* Nam ſtatutum etiam illicitum ſeruandum eſt propter iuramentum. Archid. *in cap. non eſt 22. quæſt. 1. per cap. ſi aliquid 22. quæſt. 4. & cap. ſi verò, de iureiuran.*

quod limitatur ſi ſeruari non poſſit ſine interitu ſalutis. Rot.*dec.*1. *de iur. iur. in nou. &* 18.*aliàs* 401.*de reſtit. ſpoliat.* Item, limitatur ſi præiudicium inferatur Eccleſiæ inſeparabiliter, tunc enim ratione Eccleſiæ non eſt obſeruandum. Aret. *d. conſ.* 114. & cenſuit bis Rota coram Grato in vna Leodien. 1569. ſub die 16. Maij, & coram Seraphino, & coram de Graſſis ſub die 18. Maij 1573. Quid autem ſit in Papa, dic vt per Burſatt.*tom.*4.*conſ.*1. *per tot.* Iacob. Berett. *conſ.*72.*num.*1. & quod diſpoſitio iurata non tollatur per clauſulam, non obſtantibus quibuſcumque Conſtitutionibus & ſtat. tenet Lud. Pontan.*ſing.*7.*tom.*1.*fol.*20.

o Concordiis.] An per hanc derogationem tollantur concordiæ confirmatæ à Sede Apoſtolica, etiam in forma communi quibus ſuffragatur etiam conſuetudo immemorabilis, & ſic duplex funiculus. Poſt multa hinc inde adducta S. D. N. ex Congregationis ſententia declarauit, hunc tex. cum ſuis derogationibus non comprehendere concordias à Sede Apoſtolica confirmatas, & ita tenuerunt DD. de Rota, vide Rot. Put. *deciſ.*172.*lib.* 3. Alex. *in l.*1.*num.*25. *ad leg. falcid.* Ruin.*conſ.*201.*num.*13. *lib.Vital. in tract. clauſu. clauſula non obſtante.* Roman. *ſingul.*7. Barbat. *conſ.*47. *lib.* 1. Sarnen.*in regul. de anna. quæſt.*78.*num.*5. Achil. *de confirma. dec.* 1. Sed vbi tolluntur concordiæ, an intelligantur ſublatæ quæ fiunt in forma communi, vel etiam ex certa ſcientia, quæſtio eſt dubia; ſed dic ſecundùm ſubiectam materiam. Quando autem concordia dicatur in forma communi, vel ex certa ſcientia confirmata. vide Aretin. *conſ.*8. *per tot.*

π Hæc autem omnia.] Vel ſi caſus remaneat prout de iure communi, quia tunc Epiſcopus habet intentionem fundatam, & poteſt viſitare. Rot.*par.* 2. *diuerſor. deciſ.* 328. & attendenda ſunt hæc priuilegia Epiſcoporum. Nauarr.*de offic. iudic. ord. conſ.*9.

ρ Ex conſtitutionibus.] Quia conſtitutiones factæ inter Epiſcopum, & Capitulum ligant etiam ſucceſſores, & opponenti de non vſu incumbit onus probandi contrarium vſum. Rot. Verall.*par.*1.*dec.*200.

ADDITIO.

1 *Collegiatis.*] In originali Concilij exiſtente in Ara Sancti Angeli, *fol.* 261. adeſt additio in margine huius cap. poſt verb. *Collegiatis*, multi petunt, vt poſt illud verbum *Collegiatis*, dicatur, exceptis his perſonis de Capitulo, quæ ratione gradus ſubiectæ ſunt Rectori alicuius Vniuerſitatis, & ex ea cauſa fuere priuilegio Apoſtolico ab Ordinario exemptæ, & placuit omnibus partibus, pauci nimis, vt *fol.* 272. *vſque ad fol.* 311. apparet, & videre eſt in Toletana exemptionis inform. impreſſ.

2 *Capitulum.*] Quia Epiſcopus cauſas criminales abſque Capitulo cognoſcere non poteſt, *cap. Epiſcopus nullus* 15. *quæſt.*7. *alleg.* & Caputaq.*deciſ.*202.*par.*2.

3 *Eligat.*] An adiuncti nominati à Capitulo per ſe ſoli aliquid decernere, vel aliquas pœnas, vel cenſuras infligere poſſint; & an Epiſcopus, vel Vicarius poſſit decreta, & ſententias ſub nomine ſuo tantùm, vel etiam ſub nomine adiunctorum expedire; & an decreta, & ſententias de communi conſenſu factas poſſit Epiſcopus ſolus exequi facere, vide *in lib. infor. ſuper Conc. fol.*998.*& plur. ſeqq.*

4 *Duos.*] Dum Concilij decretum loquitur de adiunctis eligendis quando Ordinarius vult procedere contra aliquem Canonicum ex Capitulo exempto. Idem eſſet ſeruandum, vbi Capitulum non eſſet exemptum, ſed pro eo adeſſet immemorabilis eligendi duos, &c. vel aliter procedendum, quia tunc illa eſſet ſeruanda, vt ſenſit Rota *diu. par.*2.*deciſ.*308.*in fin.*

5 *Aut conſueto Tribunali.*] An intelligatur de conſueto Tribunali ipſius Capituli, vel potiùs Epiſcopi, aut Vicarij, vide *in lib. infor. ſuper Conc. fol.*27. & Congregatio aliàs in vna Salamantina cenſuit, quòd quando Epiſcopus ipſe procedit, eius Vicarius adeat Tribunal conſuetum Capituli. Dum Cõcilium vult Epiſcopum procedere contra Canonicos cum adiunctis, non videtur habere locum ſi totum Capitulum deliquit, quia iſte caſus eſt à Concilio omiſſus, ideò remanet ſub diſpoſitione Iuris communis nempè, vt eo caſu cognoſcat Metropolitanus, *cap. irrefragabili*, §. *cæterum, de offic. deleg.* Vide *in lib. infor. ſuper Conc. fol.* 69. Attamen Congregatio cenſuit, Epiſcopum poſſe procedere ſine adiunctis ſi delictum commiſſum à Capitulo non ſit in ſui iniuriam, & fuit die 5. Nouembris, 1587. vt adnotaui in dicta informatione, quòd ſi Epiſcopus

ſcopus procedat ad priuationem contra vnum, qui non ſe promouit ad Ordines ſuæ Præbendæ annexos, debet aſſumere adiunctos; & quid ſi procedat ad priuationem ob non reſidentiam, quòd non, vide *in lib. infor. ſuper Concilio, fol. 221. & 233. & 258.*

6 *Teneatur.*] Hoc ſeruari debet in quibuſcumque Capitulis, ſiue exemptis, ſiue non, in quibus Epiſcopi nullum ante Concilium erat quæſitum ius, præter ius commune, nam huius Capituli vigore etiam contra exemptos Epiſcopus, cum hac tamen moderatione procedere poteſt. Nauarr. *conſ. 9. de offic. iud. ordin.*

Contra hoc conſ. Nauarr. fuit deciſum, non habentia exemptionem non comprehendi ſub hoc cap. ſed remanere ſub diſpoſitione Iuris communis, vt in nouiſ. *diuerſ. deciſ. 143. num. 6. par. 1. deciſ. 305. & 308. & 644. prima par. & 321. par. 2.* vbi ampliùs traditur quando Capitulum fuiſſet exemptum, & ante Concilium Epiſcopus ſolus proceſſiſſet ita, & poſt Concilium procedere poſſet.

7 *Accedere.*]Hoc ei tollit dubitationem, de qua Achil. de Graſ. *deciſ. 57.* vide Mohed. *deciſ. 7. de præſcript.* Caputaq. *deciſ. 202. par. 2.*

8 *In criminalibus.*]Epiſcopus extra viſitationem in caſu incontinentiæ non grauis, nec enormis, & non merentis priuationem, vel depoſitionem, & vbi non eſt timor quòd reus fugiat, non poteſt procedere contra Capitularem ad ſummariam informationem, capturam, & carcerationem ſine adiunctis à Capitulo, vide *in lib. infor. ſuper Conc. fol. 1233.*

9 *Detentionem.*] Vide infrà in eadem *ſeſſ. cap. 14.*

10 *In omnibus autem.*] Epiſcopus cum adiunctis tenetur procedere etiam in leuibus, & Congregatio cenſuit, & vide *in lib. inform. ſuper Conc. fol. 679.* An per hoc decretum ſit ſublatum ſtatutum non confirmatum diſponens quòd Epiſcopus in delictis procedit ſine conſilio, conſenſu, & præſentia Capituli, & quod ſic. Vide *in lib. infor. ſuper Conc. fol. 192.*

11 *Bonorum adminiſtratio.*] Dum vult quòd Capitulū relinquatur, omninò ſalua, & intacta bonorum adminiſtratione, quia intelligitur de adminiſtratione, quæ cōpetit ſibi Capitulo propter præcedentia verba ſibi, ſi qua ei competit, vult enim præſeruare intactam Capitulo eam poteſtatem, quam habet, non autem prætendit priuare Epiſcopum poteſtate, quam de iure habet propoſita; qui fundat ſe in hac qualitate Concilij debet probare qualitatem, cum qua Concilium diſponit. Rota in vna Gadicen. adminiſtrationis decimarum, & fabricæ, 29. Nouembris, 1582. coram Oriolen.

12 *Qui verò.*]Hæc dictio, verò, aduerſatur in iure, & in facto, & probat Epiſcopum in perſonas, de quibus hic, habere diſpoſitionem priuatiuè, quia ſuperius dixit de cauſis, in quibus competebat iuriſdictio Epiſcopo cumulatiuè cum Capitulo, & fuerunt adiuncti Capitulares hic, vt aduerſetur hæc dictio in iure, & in facto, vt per Bart. *in l. prima, in fin.* ne quis eum, qui in ius voc. eſt *& in l. mariti, de adult. §. vlt.* Alex. *conſ. 134. vol. 6.* Soccin. Iun. *conſ. 83. num. 8. lib.* 1. Intelligitur priuatiuè, & ita fuit deciſum in vna Corulen. iuriſdictionis 22. Maij, 1593. idque comprobatur in eadem deciſ. per text. *in cap. 20. §. ad hæc de Reform. ſeſſ.* 24. & ita etiam Congregatio cenſuit.

13 *Dignitates.*] Quæ tales ſunt ex conſuetudine, & ſine adminiſtratione, & iuriſdictione, & ita ſacra Congregatio cenſuit die Iouis 22. Auguſti, 1596. vide in meo Dictionario in ver. dignitas, & quæ ſcripſi ad hunc text. in eod. art.

14 *Conſuetudinibus.*] An iſta verba, & derogatio cadat etiam ſub *cap. 4. ſeſſ. 6.* Vide *in lib. infor. ſuper Conc. fol. 27.*

15 *Concordiis.*] Sublatis concordiis non comprehenduntur pacta à Summo Pontifice confirmata. Acchil. *deciſ. 60.*

16 *Saluis tamen.*] Hæc verba fuerunt in ſpecie addita, contemplatione & fauore Eccleſiæ, & Vniuerſitatis Compluten. vt teſtatur, & fidem facit Secretarius Concil. Trident. quæ fuit impreſſ. in cauſa Toletan. exemptionis, vt in ſummario *num.* 4. quæ habeo in meis recollectis, & ideò Congregatio cenſuit in dicta Toletana die 20. Iulij, 1606. perſonas Vniuerſitatis Compluten. exemptas obtinentes Beneficia in Eccleſia SS. Iuſti, & Paſtoris ſubiecta Archiepiſcopo Toletan. non poſſe ab eo ratione Doctorum bonorum viſitari.

17 *Concordiis.*]In hoc ergo Cap. fauorabiliores ſunt Epiſcopi cū concordiis cōtra Cap. 5. derogatū. Nau. *de off. iud. ord. conſ. 9.*

CAPVT VII.

Acceſſus, aut regreſſus ad beneficia Eccleſiaſtica tolluntur; Coadiutor quomodo, cui, & ex qua cauſa concedendus.

1 CVm [a] *in beneficiis* Eccleſiaſticis ea, quæ 2 *hereditaria* ſucceſſionis imaginem referunt, ſacris conſtitutionibus ſint odioſa,& Patrum decretis contraria; nemini in poſterum acceſſus, aut regreſſus, etiam de conſenſu, ad beneficium Eccleſiaſticum cuiuſcumque qualitatis concedatur: nec hactenus *α conceſſi* ſuſpendantur; extendantur, aut transferantur. Hócque decretum in quibuſcumque beneficiis Eccleſiaſticis, ac in quibuſcumque perſonis, etiam Cardinalatus honore fulgentibus locum habeat. *β In Coadiutoriis* quoque cum futura ſucceſſione idem poſthac obſeruetur, vt nemini in quibuſcumque beneficiis Eccleſiaſticis permittantur. Quòd ſi quando Eccleſiæ Cathedralis, aut Monaſterij vrgens neceſſitas, aut euidens vtilitas poſtulet Prælato dari Coadiutorem; is non aliàs cum futura ſucceſſione detur, quàm hæc cauſa priùs diligenter à Sanctiſſimo Romano Pontifice ſit cognita,& qualitates omnes in illo concurrere certum ſit, quæ à iure, & decretis huius S.Synodi in Epiſcopis, & Prælatis requiruntur: aliàs conceſſiones ſuper his factæ ſurreptitiæ eſſe cenſeantur.

[a] Ca.ad Apoſtolicam, 8.q. 1. ca.ex tranſmiſſa, & ca.ad extirpandas ſucceſſiones de fil. Presb. cap. conſulit, de iur.pat. ca. ad hæc, de deci. Concil Ro. tempore Hilarij cap. 5.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

QVi ex acceſſu venit non dicitur de nouo acquirere.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α COnceſſi.] Si tamen regreſſus olim fuiſſent expediti, non ſunt per Concilium rettactati, etiamſi fiat locus regreſſui poſt Concilium, quia regreſſus habent cauſam de præterito. Caſſad. *deciſ. vnica de pact.& deciſ.4.de priuileg.num.6.*& vide quæ ſcripſi infrà de vero regreſſu, & de differentia regreſſus, & acceſſus Rot. *diuerſ par.4 manuſcript.deciſ.52.fol.84.*

β In Coadiutoriis.]De Coadiutoriis quando,& quomodo concedantur, vide Nauar. *de Cleric. ægrot. vel debilit. conſ.* 1. & quod concedenda ſunt propter neceſſitatem Eccleſiæ, cui coadiutus non poteſt inſeruire. Rot.Put. *lib.3.deciſ.226.num.13.*& vide Bullam Pij Quinti, *fol.*1132. *Conſtit.* 136. & in qua ætate, vel ex qua infirmitate Verall. *par.1.deciſ.*131. & quòd requiratur impedimentum perpetuum. Idem Verall.*par.1.deciſ.* 240. & quòd ſolus Papa poteſt dare Coadiutorem cum futura ſucceſſione,*cap. vnico, de Cleric. ægrot. lib. 6.* & habetur hic Oldrad.*conſil.*34.Quarantig.*de auctorit. Archiep.in Bull.auct.13.fol.* 47. & in add.*fol.*51. vbi refert decreta ſacræ Congregationis de Coadiutore.

ADDITIO.

1 *Cum in beneficiis.*] Vide Nauarr. *de reſcript.in Auctario in primo.*

2 *Hæreditariæ.*] Hinc admonemur hæreditariam ſucceſſionem in Beneficiis eſſe tollendam, & hanc fuiſſe cauſam finalem huius decreti, ex quo hîc dicta de tollendo regreſſu, vt per hanc rationem ius ipſius ſit penitus extinctum,ac à reſignante omninò abdicatum ſicut dixi; Rota *diuerſ.part. 2. deciſ.234.num.1.& 2.*& ad declarationem Bullæ Pij V. reuocatoriæ regreſſum,vbi per ſimilem rationem,qua illa

Conſti

Conſtitutio vtitur in proœmio ampliatur diſpoſitio, quæ reuocat regreſſus in tantùm, vt quis nequeat dicere ius à ſe non eſſe abdicatum.

CAPVT VIII.

Beneficiati ſint hoſpitales. Hoſpitalia regantur prout fert fundatio, patiuntur prouentus, ac bona. Epiſcopus ad hæc aduigilet, contra tamen fundationem nihil agat, quam obſeruari curet, adhibitis pœnis.

1 ADmonet ſancta Synodus quoſcumque Eccleſiaſtica beneficia, ſæcularia, ſeu regularia obtinentes, [a] vt Hoſpitalitatis officium, à Sanctis Patribus frequenter commendatum, quantùm per eorum prouentus licebit, promptè, benignéque exercere aſſueſcant; memores eos, qui hoſpitalitatem amant, [b] Chriſtum in hoſpitibus recipere. Illis verò, quæ Hoſpitalia vulgò nuncupata, ſeu alia pia loca, ad peregrinorum, infirmorum, ſenum, pauperúmve vſum præcipuè inſtituta, *α in Commendam*, adminiſtrationem, aut quemcumque titulum, aut etiam Eccleſiis ſuis vnita, obtinent; vel ſi Eccleſiæ Parochiales Hoſpitalibus fortè vnitæ, aut in Hoſpitalia erectæ, earúmque patronis in adminiſtrationem conceſſæ ſint; præcipit omninò, vt impoſitum illis onus, officiúmve adminiſtrent, atque hoſpitalitatem, quam debent, ex fructibus ad id deputatis actu exerceant, [c] iuxta Conſtitutionem Concilij Vienneuſis, aliàs in hac eadem Synodo ſub fel. rec. Paulo III. innouatam, quæ incipit, Quia contingit. *β Quod ſi Hoſpitalia* hæc ad certum peregrinorum, aut infirmorum, aut aliarum perſonarum genus ſuſcipiendum fuerint inſtituta; nec in loco, vbi ſunt dicta Hoſpitalia, ſimiles perſonæ, aut perpaucæ reperiantur; mandat adhuc, vt fructus illorum in alium pium vſum, qui eorum inſtitutioni proximior ſit, ac pro loco, & tempore vtilior, conuertantur, *γ prout Ordinario* cum duobus de Capitulo, qui rerum vſu peritiores ſint, per ipſum deligendis, magis expedire viſum fuerit: niſi aliter fortè, etiam in hunc euentum, in eorum fundatione, aut inſtitutione fuerit expreſſum: quo caſu, quod ordinatum fuit, obſeruari curet Epiſcopus; aut, ſi id non poſſit, ipſe, prout ſuprà, vtiliter prouideat. Itaque ſi prædicti omnes, & ſinguli, cuiuſcumque Ordinis, & Religionis, & dignitatis, etiamſi laici fuerint, qui adminiſtrationem Hoſpitalium habent, non tamen regularibus ſubiecti, vbi viget regularis obſeruantia, ab Ordinario moniti, hoſpitalitatis munus, adhibitis omnibus, ad quæ tenentur, neceſſariis, re ipſa obire ceſſauerint; non ſolùm per Eccleſiaſticas cenſuras, & alia iuris remedia ad id compelli poſſint, ſed etiam Hoſpitalis ipſius adminiſtratione, curáve perpetuò priuari poſſint; aliíque eorum loco ab iis, ad quos ſpectabit, ſubſtituantur. Et prædicti nihilominùs, etiam ad fructuum reſtitutionem, quos contra ipſorum hoſpitalium inſtitutionem perceperunt, quæ nulla eis remiſſione, aut compoſitione indulgeatur, in foro conſcientiæ teneantur; nec adminiſtratio, ſeu gubernatio huiuſmodi locorum vni, & eidem perſonæ vltra trien-

a Cap. 1. & c. quieſcamus, 42. diſt. c. Archid. 25. diſt. cap. volumus, 89. diſt. c. quia ad fin. & cap. Moſ. 11. qu. 2. cap. quoniam 16. quæſt. 1.

b Matth. 25.

c Clem. quia contingit, de rel. dom. & ſupr. Seſſ. 7. c. vlt.

nium deinceps committatur; niſi aliter in fundatione cautum reperiatur: non obſtante, quoad omnia ſupradicta, quacumque vnione, exemptione, & conſuetudine in contrarium, etiam immemorabili, ſeu priuilegiis, aut indultis quibuſcumque.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

HOſpitalia quinque ex cauſa rationabili à Papa Commendantur ad quatuor menſes tantùm cum clauſula, quòd eius fructus conuertantur in vſus pauperum.

Item, in Hoſpitalibus vnitis, licèt per longum tempus ſit intermiſſa Hoſpitalitas, denuò in eis introducatur Hoſpitalitas.

Item, vbi eſt conſuetudo antiqua Hoſpitalis, poſſunt miniſtrari Sacramenta degentibus in eo pauperibus, & ſepeliri, Clem. *quæ contingit*. §. *fin.* dummodò Sacerdotes ſint ab Ordinario approbati.

Item, ſi non ſint tales infirmi, ſecundùm fabricationē Hoſpitalis recipiant pauperes alio morbo laborantes, quia mos Concilij fuit, vt Curatores recipiant fructus in proprios vſus.

Item, Præpoſitus non propriè loco pio, ſed alicui conſortio non debet in ſingulis trienniis mutari, præſertim ſi eius priuilegia ſint à Sede Apoſtolica obtenta, & perpetuò.

Hoſpitale Melitenſe non poteſt ab Ordinario moueri, quia eſt ſub Sancto Spiritu de Vrbe, & ſic ſub Regularibus.

Item, ſi à comprouiſoribus adminiſtratio Hoſpitalis detur in titulum perpetuum alicui, tamen eſt ſub hoc cap.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a IN *Commendam*.] Petente Cardinale de Piſis, vt Hoſpitale Placentin. vacans morte eius familiaris ſibi Commendetur ſaltem ad ſex menſes; cenſerunt Cardinales Congregationis dandum ei cuſtodiendum ſaltem ad quatuor per Breue, & poſtea prouideat ſe idoneo viro ex hoc decreto, modò ipſe nullum inde fructum percipiat, ſed omnes in vſum Hoſpitalis conuertat.

β *Quod ſi Hoſpitalia.*] Quando dantur Hoſpitalia in titulum, veniunt appellatione beneficiorum, aliàs non. Rot. *par. 1. diuerſor. deciſ. 739. in fin.* Quærebatur, nunquid iſte textus habeat locum in Hoſpitalibus quæ gubernantur à laicis ad tempus, & ſunt Hoſpitalia laicorum. Hæc enim neque in titulum dantur, neque in adminiſtrationem, & propterea videtur, quòd in his nullum ius competat Epiſcopo, præſertim cùm text. hic ſe referat ad Clem. quia contingit de relig. dom. quæ loquitur de Hoſpitalibus, quæ dantur in titulum, vel adminiſtrationem; tamen cum diſtinctione reſpondendum exiſtimaui, his non obſtantibus. Quod autem Hoſpitale eſt priuatum, & abſque Epiſcopi auctoritate fundatum, & tunc procedat, quod dictum eſt, quia poteſt quilibet facere domum ſuam Hoſpitalem pauperum; Ita poſt Lap. *alleg. 41. per tot.* Abb. *in cap. ad hæc de relig. domib.* ſi verò Hoſpitale etiam laicorum ſit Epiſcopi auctoritate inſtitutum, vel ſi non conſtet de auctoritate Epiſcopi, tamen conſtet, quod ibi publicè celebrantur diuina officia, tunc cenſendum eſt, vt Eccleſiaſticum. Rot. *par. 1. deciſ. 725. diuerſor.* & viſitari debet ab Epiſcopo. Archid. *in cap. nemo, il primo, de conſecrat. diſt.* 1. Federic. de Sen. *conſ.* 105. Silueſt. *in ver. Hoſpitale, num.* 22. Hoſtien. *in ſumm. de regular.* §. 1. *ver.* Quid de ruſticis gloſ. *in d. Clem. quia contingit, in fin. in ver. altare.* Idem ſi habeat cœmiteria, & ſepulturas, vel intitulationem alicuius Sancti, vel quòd gaudeat priuilegio Apoſtolico, vel quòd bona ei donata non poſſint conuerti ampliùs in profanos vſus, vt per Abb. *in cap. patientibus in fin. de priuileg.* Calderin. *conſ.* 4. Felin. *in cap. de quarta num.* 12. de præſcription. Ioann. de Selu. *in tract. de benef.* 3. *par. quæſt.* 57. Soccin. *de viſitation. quæſt. 12. num. 14.* Abb. *in d. cap. ad hæc, & in add. ad eandem, ibi num. 2.* Item, ſi habeat formam Eccleſiæ cum campanis, & aqua benedicta. Calder. *conſ. 5. de relig. dom.* Paul. de Caſtr. *conſ. 167. lib. 2. propè fin.* Barbat. *in cap. officij, num. 9. in fin. de teſtam.* Item, ſi habeat beneficium vnitum. Biſignett. *deciſ. 4. de teſtam.* Felin. *in d. cap. de quarta, num.*

num.12.in fin. Item, quod bona ſint deſcripta in æſtimo Eccleſiaſtico. Bald. *in l. ſcriniarios.C. de milit. teſtam.* Balba. & Alex. *in apoſtilla in l.rura.C.de omn. agro deſerto.* Pleniſſimè quando Hoſpitale ſit cenſendum Eccleſiaſticum, vel laicale. Rot. *par.2.deciſ. 122.& deciſ. 154. & 302.*& de intellectu, *d. Clem.quia contingit.*Rot.*ead.deciſ.302.* Quis autem poſſit adminiſtrare Sacramenta infirmis Hoſpitalium miniſtris;An Parochus, vide Prax.Neapol.*cap.59.* & Rector Hoſpitalis laicalis erecti in beneficium facit fructus ſuos, ſicut Rector beneficij.Rot. ibidem *deciſ.122.num.4.*

γ *Prout Ordinario.*] Concilium permittit in hoc text. Epiſcopo cum duobus de Capitulo, vt fructus vnius Hoſpitalis conuertere poſſint in alium pium vſum vtiliorem,& inſtitutionem proximiorem.

Hinc videbatur dicendum poſſe Epiſcopum redditus ſuperfluos vnius fabricæ conuertere in vſum alterius fabricæ indigentis; ſed contrarium conſuluit Nauarr. *de reb. Eccleſ. non alienand. vel non. conſ.15.* pro prima opinione,vide Praxim Epiſcop. *in ver.Hoſpitale,quaſtio.8.* & *in ver.legatum, quaſt.2.fol.139.*

ADDITIO.

1 *Admonet.*] Vide Nauarr. *in manual. cap.25.num.67.ver.poriò.*

CAPVT IX.

Quomodo probandum ius patronatus: cui deferendum, ſimiliter etiam vetitæ nonnullæ acceſſiones, quædam verò minimè. Legatur, & teneatur hoc Capitulum.

1 S*Icuti legitima* patronatuum iura tollere, piáſque fidelium voluntates in eorum inſtitutione violare, 2 *æquum non eſt:* ſic etiam, vt hoc colore beneficia Eccleſiaſtica in ſeruitutem, quod à multis impudenter fit, redigantur, non eſt permittendum. Vt igitur debita in omnibus ratio obſeruetur,decernit ſancta Synodus; vt titulus Iuris patronatus ſit *α ex* [a] *fundatione*,vel 3 *dotatione*, qui ex authentico documento, & aliis iure requiſitis oſtendatur; ſiue etiam ex multiplicatis præſentationibus *β per antiquiſſimum 4 temporis curſum*, qui hominum memoriam excedat, *γ aliáſve ſecundùm 5 iuris diſpoſitionem.* In iis verò 6 *perſonis*, ſeu Communitatibus, vel Vniuerſitatibus, in quibus id Ius plerúmque ex 7 *vſurpatione* potiùs quæſitum præſumi ſolet, 8 *plenior, & exactior* probatio ad docendum verum titulum requiratur, *δ nec immemorabilis* temporis probatio aliter eis 9 *ſuffragetur*, quàm ſi præter reliqua ad eam neceſſaria, præſentationes, etiam continuatæ, non minori ſaltem, quàm quinquaginta annorum ſpatio, quæ omnes effectum 10 *ſortitæ ſint*, authenticis ſcripturis 11 *probentur.* ε *Reliqui patronatus omnes* in beneficiis, tàm ſæcularibus, quàm 12 *regularibus*,ſeu parochialibus, vel dignitatibus, aut quibuſcumque aliis beneficiis, in Cathedrali, vel collegiata Eccleſia; ſeu facultates, & priuilegia conceſſa tam in vim patronatus, quam alio quocumque iure nominandi,ζ *eligendi*, præſentandi ad ea, cùm vacant,exceptis patronatibus, ſuper Cathedralibus Eccleſiis,competentibus,& exceptis aliis, quæ ad 13 *Imperatorem*, & Reges, ſeu regna poſſidentes, alióſque ſublimes, ac ſupremos Principes, iura Imperij in dominiis ſuis habentes, pertinent; & [b] quæ in fauorem Studiorum generalium conceſſa

[a] Sup.Seſſ.14. de refor.c.12. ca.piæ mentis conſeq. 16. q. 1. & c. nobis de iur.patr.

[b] Not.præced. 19.Seſſ.24.

conceſſa ſunt) in totum ν *prorſus abrogata*, & irrita, θ *cum quaſi poſſeſſione* inde ſecuta 14 *intelligantur*: ι *Beneficiáque* huiuſmodi, tanquam libera, à ſuis collatoribus conferantur; ac prouiſiones huiuſmodi plenum effectum conſequantur. [c] κ 15 *Ad hac liceat Epiſcopo*, præſentatos à patronis, λ *ſi idonei* non fuerint, repellere. μ *Quod ſi ad inferiores* inſtitutio pertineat, ab Epiſcopo tamen, iuxta aliàs ſtatuta ab hac ſancta Synodo, examinentur: alioquin inſtitutio ab inferioribus facta, irrita ſit, & inanis. Patroni autem beneficiorum, cuiuſcumque Ordinis, & dignitatis, etiamſi Communitates, Vniuerſitates, Collegia quæcumque Clericorum, vel laicorum exiſtant, in perceptione fructuum, prouentuum, obuentionum quorumcumque beneficiorum, etiamſi verè de iure patronatus ipſorum ex fundatione, & dotatione eſſent, nullatenus, nullàve cauſa, vel occaſione ν *ſe ingerant*, ſed illos liberè Rectori, ſeu Beneficiato, non obſtante etiam quacumque conſuetudine, diſtribuendos dimittant. Nec dictum ius patronatus, ξ *venditionis*, ο *aut alio quocumque* titulo in alios contra Canonicas ſanctiones transferre præſumant: ſi ſecùs fecerint, excommunicationis & interdicti pœnis ſubiiciantur; & dicto Iure patronatus, ipſo iure priuati exiſtant. Inſuper acceſſiones, per viam vnionis factæ de beneficiis liberis ad Eccleſias Iuris patronatui, etiam laicorum, ſubiectas, tam ad parochiales, quàm ad alia quæcumque beneficia, etiam ſimplicia, ſeu dignitates, vel Hoſpitalia, ita vt prædicta beneficia libera eiuſdem naturæ cum iis, quibuſcum vniuntur, efficiantur, atque ſub Iure patronatus conſtituantur; hæ ſi nondum plenarium ſortitæ ſunt effectum, vel deinceps ad cuiuſuis inſtantiam fient; quacumque auctoritate, etiam Apoſtolica, conceſſæ fuerint, ſimul cum vnionibus ipſis per ſurreptionem obtentæ intelligantur: non obſtante quacumque in iis verborum forma, ſeu derogatione, quæ habeatur pro expreſſa: nec executioni ampliùs demandentur; ſed beneficia ipſa vnita, cùm vacauerint, liberè, vt antea, conferantur. [d] Quæ verò à quadraginta annis citra factæ effectum & plenam incorporationem ſunt conſecutæ; hæ nihilominùs ab Ordinariis, tanquam à Sede Apoſtolica delegatis, reuideantur, & examinentur: ac quæ per ſurreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, ſimul cum vnionibus irritæ declarentur, ac beneficia ipſa ſeparentur, & aliis conferantur. Similiter quoque patronatus quicumque in Eccleſiis, quibuſcumque aliis beneficiis, etiam dignitatibus antea liberis, acquiſiti à quadraginta annis citra, & in futurum acquirendi, ſeu π *ex augmento dotis*, ſeu ex noua conſtructione, vel alia ſimili cauſa, etiam auctoritate Sedis Apoſtolicæ, ab iiſdem Ordinariis, vti delegatis, vt ſuprà, qui nullius in his facultatibus, aut priuilegiis impediantur, diligenter cognoſcantur: & quos non repererint ob maximè euidentem Eccleſiæ, vel beneficij, ſeu dignitatis neceſſitatem legitimè conſtitutos eſſe, in totum reuocent; atque beneficia huiuſmodi ſine damno illa poſſidentium, & ρ *reſtituta patronis eo*, quod ab eis idcircò datum eſt, in priſtinum libertatis ſtatum reducant: non obſtantibus priuilegiis, conſtitutionibus, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus.

c Sup. Seſſ. 24. de refor. c. 18. & Seſſ. 24. de refor. c. 13.

d Sup. Seſſ. ea. de refor. c. 6.

DECLA

Digitized by Google

DECLARATIONES CARDINALIVM.

HOc Cap. ad eius qualitates procedunt etiamſi agatur de poſſeſſorio.

Item, Beneficia Iuriſpatronatus non poſſunt conferri conſanguineis, & aliis perſonis prohibitis in Bulla Pij V. 1568.

Item, Epiſcopus cognoſcit de dubio Iuriſpatronatus, licèt inſtitutio ſpectet ad Capitulum, vt *cap.13. ſeſſ.14.*

Item, hoc decretum habet locum tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio, vnde non eſt admittenda præſentatio, vel inſtitutio, niſi verificato patronatu, & ſi Epiſcopus cum cauſæ cognitione admiſit aliquem, patronus non poteſt repelli, & ſi conſtat Iuſpatronatus non habere qualitates requiſitas, eſt abrogandum.

Item, Iuſpatronatus acquiſitum ante per augmentum tertiæ partis dotis ante 40. annos ante Concilium eſt validum, ſi infrà examinetur, & ſi non fuit in euidentem renocetur, & de patronis id, quod ab eis datum fuit hoc nomine.

Item, ad probandum Iuſpatronatus non requiritur, vt ſimul probetur dotatio, vel fundatio, ac immemorabilis, ſed alterutrum ſufficit.

Item, Iuſpatronatus probatur ſolùm documento fundationis ſine aliqua præſentatione, & non tollitur à Concilio, niſi tranſierit tempus præſcriptionis rei Eccleſiaſticę, & ſit inſtrumentum proprium fundationis cum aliis requiſitis à iure.

Item, Iuſpatronatus probatur ex ſolis pręſentationibus continuis vltra hominum memoriam, licèt in eis nulla mentio fuerit facta de fundatione, vel dotatione.

Item, duæ præſentationes factæ poſt Concilium à præſentatis patronis habent locum in poſſeſſorio, & non in petitorio.

Item, illa verba (antiquiſſimum temporis curſum) intelliguntur prout de Iure.

Item, ad conficiendum tempus immemorabile concurrunt anni elapſi vſque ad terminum controuerſiæ motæ; idem dicendum de 50. annis quos requirit Concilium ad probandum Iuſpatronatus.

Item, omnes præſentati ſunt examinandi ab Epiſcopo etiamſi inſtituto ad inferiores pertineat, licèt ſint alienæ Diœceſis, *cap.15. ſeſſ.14.*

Item, etiamſi inſtitutores inferiores eſſent Monachi, vel Capitulum, & haberent iuriſdictionem in alios, tamen Epiſcopus debet examinare præſentatos ad Beneficium Iuriſpatronatus.

Item, in Beneficiis ſimplicibus, quæ non ſunt Iuriſpatronatus, & inferiores conferunt, examen non eſt neceſſarium.

Item, Iuſpatronatus non legitimè conſtitutum Epiſcopus reuocet, ſed ſoluat Patronis, quod datum eſt pro augenda dote.

Qui, vt Prior, vel Adminiſtrator Beneficiati colligit fructus, non eſt comprehenſus in hoc cap.

Requiritur tempus immemorabile, & ſi per teſtes probandum, ſufficiunt 60. anni, ſi per ſcripturas 100. Rota tenet.

Item, priuilegia, vel exceptiones ad inſtar non ſunt exceptuata, ſed ſublata.

Item, hoc cap. habet locum in omnibus beneficiis præter curata, de quibus in *ſeſſ. 24. cap.18.*

Item, Epiſcopus cum examinatoribus non agit, niſi vita, moribus, & doctrina; de aliis dubiis agant inferiores.

Item, vnio Parochiæ liberè ad alium Iuriſpatronatus non poteſt fieri, niſi ceſſet Iuſpatronatus.

Item, probatio fiat per authenticas ſcripturas eſt forma, & non ſufficit per teſtes tantùm.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a EX *fundatione, vel dotatione.*] Congregatio cenſuit Iuſpatronatus ex fundatione, vel dotatione præſumi, etiam multiplicatis præſentationibus per tempus ſupra hominum memoriam, tamen ſi nulliter inſtrumentum fundationis, vel dotationis oſtendatur, & quandoque etiam in dictis præſentationibus nulla appareat mentio facta fundationis, & dotationis; 23. Maij, 1594. & 25. Octobris eiuſdem anni.

β *Per antiquiſſimum.*] Sed per probationem antiquiſſimam temporis præſumitur titulus ſufficiens, nec opus eſt aliter probare famam tituli. Caſſad. *deciſ. 2. ad fin.* poſt Felin. *de probat.* Put. *lib. 2. deciſ. 436.* Dicitur autem tempus antiquiſſimum centum

 tum

tum ann. Innoc.*in cap. veniens, de verb. ſignification*.Caſſad.*deciſ.2.de probat*.Dec.*dec.3.lib*.4.ſed ad probandũ tempus antiquiſſimum ſufficiunt leuiores probationes. Affliđt.*deciſ*.13.*num*. 23. & eſt ſemiplena probatio ſuprà quadraginta annos.Dec.*in cap.* 1.*num*. 18. *de appellat*. & ſufficit ſi teſtes dicant audiuiſſe à maioribus quos nominant. Caſſador. *deciſ 3. num.9. de probation*. & valet probatio de alieno auditu. Ferret. *conſil*.18.*num.9*.

γ *Aliáſue ſecundùm iuris diſpoſitionem*.] Dic ſcripturis, vel antiquis inſtrumentis,in quibus fit mentio Iuriſpatronatus.Aymon. *conſ*.228.*num*.17.Item, per litteras Ordinarij inſtituentis, & alios plures modos, de quibus Epiſcopus Biſuntin. Pariſ. *de confid. quæſt*.28.*num*. 207. *&* 210. Commun. contr. commun.*quæſt*. 614. & plurimum valent in antiquis inditia coniecturæ, lapides, & inſcriptiones.Dec. *conſil*.135.*num*. 1. *& conſ.* 146.*num*. 14. Ann. *ſingul*. 289. Verba autem iſta aliáſve ſecundùm, intelliguntur per Rot. vt in perſonis non ſuſpectis ſufficiat illa probatio quam iuris diſpoſitio admiſit,& hunc intellectum tenuit Rot.7. Maij, 1590. coram Comitula in Aquilana Cappellaniæ.

δ *Nec immemorabilis*.] Requiritur ergo hoc caſu non modò probatio temporis immemorabilis, ſed præſentationes continuatæ, & quæ habuerint effectum cum ſpatio non minori quàm quinquaginta annorum, quod tempus refertur ad præſentationes tantùm, non autem ad immemorabilem, & quòd authenticis ſcripturis probentur,aliàs præſumitur in magnis dominis ex vſurpatione, & iſte text.procedit in petitorio,& poſſeſſorio.Rot.*diuerſor.par*. 1.*lib.3.dec*.1273.

ε *Reliqui patronatus omnes*.] Nam olim aliis modis acquirebatur ius præſentandi quot.not.Staphil.*de mod.& form.impetr.nu*. 14. *& ſeq. fol*. 4. An patronus intra tempus ſibi ad præſentandum conceſſum poſſit variare etiam pluries, quæſtio eſt dubia,ſed Specul.aur.*quæſt. 693. fol*. 8. concludit pro affirmatiua, & ibi vide aliam quæſtionem, An in caſu quo præſentandus eſt Preſbyter, poſſit præſentare is qui intra annum poteſt ſe facere ordinari ad Preſbyteratũ, *n.6*.pro affirmatiua pręſertim ſi ſit conſanguineus,*num*.11. niſi fundator dixerit quòd non poſſit præſentari, niſi Sacerdos, ibi, *num*. 20. & quomodo hodie conferantur beneficia Iuriſpatronatus, ibidem *quæſtio*. 163. *&* 164. vide quot modis acquiratur Iuſpatronatus, & an præſcriptione immemorabili,pro affirmatiua, ſeruata tamen in reliquis forma huius text.*in princip*.& cum immemorabili concurrant alia, de quibus in text. & de modo proban. Iuſpatronat. vide Maſcard.*de probation.vol.2. concluſion*. 958.Transfertur etiam in emptorem hæreditatis,ibidem.Commun. contr. commun. *quæſt*.717. *num*. 2. vbi etiam vide quod per vnicam præſentationem acquiritur Ius præſentandi poſt Menoch. *conſ.90.num*.125. Aymon. *conſ*. 124. *&* 132. Maſcard. *concluſ.* 958.*volum*.3.Oldrad. *conſil*. 313. Rot. *diuerſ. par.3.deciſ.202.num.6*.& quòd in dubio Iuſpatronatus præſumitur laicorum ſi ſunt in poſſeſſione præſentandi, ibidem *quæſt*.282. *fol*.200. Item, habens poteſtatem præſentandi conſanguineũ poteſt eligere remotiorem. Speculat.aur.*quæſt.265.num*.3.Præſentatio patroni debet effectum ſortiri,vt acquiratur poſſeſſio præſentandi, ibidem *quæſt*.614. *num*. 6. ſed quaſi poſſeſſio patris in præſentando non prodeſt filio hæredi ad effectum,vt ſit in quaſi poſſeſſione præſentandi. Caputaq.*par.2. deciſ.155.fol*.46.

ζ *Eligendi*.] Super hoc verbo fundabat ſe quidam Epiſcopus, dicens ius eligendi quod ex conſuetudine competebat Capitulo cuiuſdam Eccleſiæ Collegiatæ, ad Canonicatus vacantes eſſe ſublatum per Concilium hîc, quod falſum eſt, & fuit in Congregatione Illuſtriſſimorum reprobatum: nam text.iſte reſtringit ſe ad ius eligendi in Iurepatronatus electiuo, non autem in aliis electionibus, quæ competunt de iure communi Capitulis cum inferiori Prælato, iuxta deciſ.Caſſad. 22. *de præbend*. ſunt enim diuerſa eligere,& præſentare,*cap.cum illis de præbend*.Lapus *alleg*. 8.*num*.2.vide Hoſtien.*in ſumm.de election.in ver.quis poteſt eligere,num.2.circa med*.

η *Prorſus abrogata*.] Abrogato Iurepatronatus, quæritur an dos debeat reſtitui patronis dotantibus,hæc quæſtio eſt difficilis, quando apponitur tale pactum, aliàs non, vt tenuit Rot. Aldobrand. *par. prima, deciſ*.695.

θ *Cum quaſi poſſeſſione*.] Quaſi poſſeſſio poterat acquiri etiam per vnicum actum, vel conſenſum cum ſpatio viginti annorum, & bona fide. Creſcen. *deciſ*. 200. Put.

deciſ.

deciſ.22.vol.192.lib.1.de iurepatronat.& multum valet Rot. *diuerſ.par.3. lib. 3. deciſ.237.* Maſcard.*de probat.concluſ.173. vol.1. num.*8. & Congregatio cenſuit quòd patronus repelli non debet à ſua poſſeſſione,ſed adhibita cauſæ cognitione poſt Concil. Trident. eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi. Prax.Neapol.*cap.63.*Maſcard.*vbi ſuprà.*

ι Beneficiáque.] Eſt enim Iuſpatronatus plenè probatum,ad hoc ne beneficium cadat ſub reſeruatione, nec ſufficit probatio vltimi ſtatus.Rot.Verall.*deciſ.25.fol.25.*

κ Ad hæc liceat Epiſcopo.] Ergo requiritur præſentia præſentati , ad effectum , vt examinetur, gloſ.*in Clem. dudum,* verb.*præſentari , de ſepultur.* Abb. *in cap. paſtoralis, num.7.de Iurepatronat.* Prax.*in ver.Iuſpatronatus,quæſt.7.*ſemel præſentatus,& inſtitutus non poteſt per patronos reuocari , & reſcripſit Congregatio Epiſcopo Reatino.

λ Si idonei.] Nam paria ſunt non præſentaſſe , vel minùs ſufficienter præſentaſſe. Lap. *alleg. 22. num. 1.* & regulariter ad Epiſcopum pertinet inſtitutio, niſi ſpeciali iure aliud probetur, *cap. 1. de inſtitution.in* 6.Abb.*in cap.cum ex iniuncto, num.2. de hæret.* Felin. *in cap.cum venerabilis, num. 33. de except.*Lambert.*de Iurepatronat.ſol.*310.3.*art. 19.princip.*

μ Quod ſi ad inferiores.] Sed an inferior qui poteſt inſtituere,poſſit etiam examinare,& approbare præſentatum,& Lambert. *de iurepatron.*tenet quòd ſic;ſed maior pars Illuſtriſſimorum tenuit contrarium ex verbis Concilij,quibus reſeruatur hæc facultas Epiſcopo contra Ius commune.

ν Se ingerant.] Quid ſi tempore quo ſe ingerit, & fructus exigit , non ſit in actu præſentandi, ſed patronus in potentia,puta quia de familia patronorum, dic quòd non habet locum in eo Concilium,ſed alia pœna puniri poterit , veluti quia bona aliena inuaſit, vel ſubripuit ; & ita cenſuit Congregatio in vna Maratie. Quid ſi patronus velit conducere à præſentato bona Iuriſpatronatus, & quia verbum ingerere, eſt per viam illegitimam , titulus verò locationis eſt legitimus,maior pars Illuſtriſſimorum reſpondebat affirmatiuè. Quid ſi patronus in ipſa fundatione de Diœceſani conſenſu reſeruauit ſibi alios fructus ex iurepatronatus;& dic relinqui diſpoſitioni Iuris communis,vt per gloſ.*in cap.generali, ver. fundatione de elect.lib. 6.* quæ hoc permittit. Quid ſi patronus aliquid acciperet pro ſubſidio,An per hoc probetur Ius præſentandi pro negatiua.Rot. *diuerſ.par.3.deciſ.1245.*

ξ Venditionis.]Iuſpatronatus cùm ſit quid ſpirituali annexum, non poteſt vendi , tamen cum vniuerſitate venditur. Roman. *ſingul.57.lib.5.* Abb. *in cap. quærelam ne Prælat. Vic.ſuas.* Cardinal. Tolet. *in ſumm.lib.5. cap.9.ver.rurſus.*

ο Aut alio quocumque titulo.] Titulus donationis accedente conſenſu Papæ , vel Epiſcopi eſt validus.Rot.Verall.*par.1.deciſ.* 282. & ſi fiat compatrono , valet ſine conſenſu Epiſcopi,ibidem *deciſ.284. &* 287. & *par.2. dec.* 131. poteſt etiam donari filio de conſenſu Epiſcopi viuente patre , ibidem *num.3.* & poteſt conſenſus Epiſcopi,vel legati accedere quandocumque Verall. *par. 2.deciſ.146.*Prax.Neapol. *cap.63.num.21.*Donatio vniuerſalis omnium iurium,& actionum non comprehendit Iuſpatronatus contra commun.Rot.*diuerſo.par.3.lib.5.dec.* 1152.*&* 1363.Put.*contr.lib.2. deciſ.* 311. Iuriſpatronatui ex fundatione non cenſetur derogatum , per quamcumque clauſulam generalem , ſed requiritur ſpecialis derogatio.Rot. Verall.*par.1.deciſ.133.* Put. *lib. 1. dec.131.& lib.1.dec.412.*Quaſi poſſeſſio præſentandi non acquiritur in his quæ ſunt moræ.Caputaq.*par.2.deciſ.417.*Iuſpatronatus non dicitur Eccleſiaſticum ex eo, quia præſentatio facienda ſit de conſilio perſonæ Eccleſiaſticæ,quia conſilium tenemur adhibere,ſed non ſequi. Rot.Put.*lib.2.deciſ.* 106.poſt Bartol.*in l.1.§ ſi plures.ff.de except.* Patroni, qui præſentarunt tanquam vniuerſitatis etiam ſi ſint periuri. Rot. *diuerſ. par.3.lib.3.deciſ.513.num* 2. *& deciſ.* 547. Eccleſia præſumitur libera , & aſſerenti eſſe de Iurepatronatus,incumbit onus probandi.Rot.*diuerſ.par.3.lib.3.deciſ.589.* Præſentationis probatio ad Iuſpatronatus inducendum debet eſſe concludens.Rot.*ibidem deciſ.694.*& ex quibus actis probetur quaſi poſſeſſio iuriſpatronatus.Rot. *diuerſ. par. 3.lib.3.deciſ.1181.&* 1189.& in hoc Rota obſeruat *conſil. Calder.* 12.vt teſtatur Caputaq. *par.2.dec.338.in impreſſ. cum deciſ.ſeq. &* 418. Præſentatus à veris patronis exiſtentibus in quaſi poſſeſſione præſentandi præfertur præſentato à putatiuis,licèt eſſent numero plures.Rot.*par.3.lib.3. deciſ.* 802. Præſentatus ſi ſe ingerat adminiſtrationi ante inſti-

tu·ionem priuatur iure ſuo. Lap. *alleg.8.deciſ.Delphin.tom.1.dec.*480. *num. 9.* In inſtitutione Iuriſpatronatus debet proponi edictum, ſeu crida, aliàs actus eſſet nullus, iuxta *cap.fin.de elect.lib.6.* vbi notaui quod non procedit in collatione. Ægid. *deciſ.*620. Iuſpatronatus decem modis acquiritur: ædificatione, dotatione, fundatione, ſucceſſione, donatione, permutatione, venditione, conſuetudine, ſiue præſcriptione, priuilegio, & reædificatione. Prax. *in ver. Iuſpatronatus, quæſt.* 2. liber viſitationis non probat Iuſpatronatus, quia fit ſine cauſæ cognitione. Prax. Neapol. *cap.63. num.* 18. Datur appellatio ab inſtitutione, & interim ſuſpenditur immiſſio in poſſeſſionē, niſi in Curatis. Prax. Neap. *ibidem n.19.* Clericus fundans Iuſpatronatus ex bonis patrimonialibus facit illud laicale, ſecùs ſi ex bonis poſt clericatum quæſitis, vel ex fructibus beneficij. Put. *deciſ.*228.*lib. 2. & lib.3.deciſ.* 92.*&* 157. Ad docendum de iurepatronatus in Monaſterio ex fundatione, vel dotatione non ſufficiat probare fundationem, vel dotationem, niſi etiam oſtendatur priuilegium. Put. *lib.2.deciſ.*366.*num.*4.

** Ex augmento dotis.*] Congregationi viſum eſt ſi Iuſpatronatus ex augmento dotis conceſſum fuerit ſuprà quadraginta annos ante diem Calend. Maij, 1564. illud non fuiſſe abrogatum, aut irritum factum ab hoc text. ſi verò conceſſum ſit à quadraginta annis citra, eſſe diligenter ab Ordinario vti delegato Sedis Apoſtolicæ cognoſcendū, & ſi non repererit illud ob maximam Eccleſiæ neceſſitatem legitimè eſſe conſtitutum reuocandum eſſe, reddito tamen patronis, eo quod ab illis idcircò datum eſt; ſed interim non priuentur quaſi poſſeſſione præſentandi; die decima quarta Februarij, 1594. Vercellen. & aliàs Epiſcopo Camerinen. & in vna à Matelica die 5. Aprilis. 1576.

p Reſtituto patronis eo.] Aut enim Iuſpatronatus admittetur, aut dotantibus ſunt bona reſtituenda. Prax. *in verb. Iuſpatronatus, quæſt.* 14. *fol.* 122. Conditio enim nihil ponit in eſſe. Boër. *deciſ.1.num.*18. Rota autem in vna Lucana coram Aldobrandino cenſuit dotem ſemel datam, & Eccleſiæ incorporatam non debere ampliùs reſtitui laicis, quia ſemel dicatum, &c. *par.1.deciſ.* 457.*& deciſ.*491.*& deciſ.*529.534.646. *& ſeq.* 677. & melius quam alibi *deciſ.* 695. ſed ex hoc text. videtur fieri locum reſtitutioni dotis quando impugnatur Iuſpatronatus, vt voluit Rota in vna Neapolitana ad Primiceriatum me informante pro Dominis de Iamuariis coram Blanchetto. 3. Iulij, 1595.

Infra quod tempus inſtitutio ab Epiſcopo fieri debeat. Menoch. *de arbitr. iud.caſ.* 477.*num.*4. poſt Franch. de March. *dec.*492. *num.6. tom.* 2. qui dicunt eſſe arbitrarium. Præſentans autem indignum, ſi eſt Clericus priuatur iure præſentandi, laicus verò non. Commun. contr. *quæſt.*659.

ADDITIO.

1 *Sicuti legitima.*] Vide Rot. *diuerſ.dec.* 798.*num.1.par.1.fol.*278. & de regula Adria. reuocatur Iuſpatronatus, niſi ſi ex fundatione, aut dotatione, vide *deciſ.* 269. *par.2.* Ad hoc idem *cap.ad probationem Iuriſpatronatus.* vide Menoc. *conſ.*241.*vol.*3. & in meo R.V.I. *in ver. Iuriſpatronatus.*

2 *Aequum non eſt.*] Hinc infert. Mandoſ. ad Lap. *alleg.96.in littera M.* quo ſub generali reſeruatione Beneficiorum per obitum in Curia non comprehenduntur patronata laicorum, dixi *in cap. 2. de præben. in 6.* & in vna Lucerina iuris conferendi pro Reuerendiſſimo Epiſcopo Lucerin.

3 *Dotatione.*] Non ſufficeret probare promiſſionem de dot. Put. *deciſ.* 140. *par. prima.*

Probata autem fundatione præſumerentur præſentationes ſi de illis non appareret, etiam per longiſſimum tempus. Menoch. *conſ.*512.*num.* 30. *par. 6.* & Concilium tollit illud, quod eſt ex priuilegio cum clauſula per omnia, perinde ac ſi eſſet ex fundatione, & donatione, vide *in lib.infor. fol.*927.

4 *Temporis curſum.*] Si conſtat ergo de quaſi poſſeſſione non contraria præſumitur per vſurpationem, vel priuilegium Guidop. *deciſ.* 118. *aliàs* 116. *incip. Thomas Danuarticus.*

Sed cum hîc derogatur priuilegio, hodie præſumptio priuilegij nihil proderit; ſi verò quaſi poſſeſſio fuerit antiquior centenaria, vel conſtet verè de Iurepatronatus præſumitur ex fundatione, & dotatione. Guidop. *d. deciſ.* 118. Vide quæ dixi *in ver. Iuſpatronatus, fol.*691.5.*num.*201.

5 *Iuris*

5 *Iuris diſpoſitionem.*] De modis proban. Rota *in nouiſſ. deciſ.* 331. *par.* 2. ſi quidem in perſonis minimè ſuſpectis Concil. Triden. non excludit eos modos, quos alioquin communis diſpoſitio amittit ſecundùm intellectum, quem Rota ad hunc ver. ſæpiùs amplexa eſt. Ita Comitul. *dec.* 102. in vna Aquilania Cappellaniæ, 7. Maij, 1590.

6 *Perſonis.*] Vt Parochianorum, Put. *deciſ.* 57. *lib.* 1. Tan. *deciſ.* 68. vide eund. Put. *deciſ.* 205. *par.* 1. Rota *in nouiſſ. deciſ.* 331. *par.* 2. & ita reſoluit ſacra Congregatio 24. Septembris 1593. Coccinus in vna Cremonenſi Cappellaniæ 2. April. 1601. vbi idem eſſe dicit, licèt ſint pauci Parochiani, vel alicuius Magnatis, Put. *deciſ.* 57. *lib.* 1. vt in Marchione, qui ſi non doceat de fundatione, & dotatione, aut de centenaria non poteſt eſſe, niſi ex priuilegio, vt Congregatio ſacr. cenſuit, & ideò cenſetur ſublatum. Ita Seraph. *deciſ.* 177. *lib.* 5. Barchinonen. Iuriſpatronatus, 7. Maij, 1599.... Aut potentis familiæ, nec text. iſte reſtringendus eſt ad non recognoſcentes Superiorem, Rot. *in nouiſſ. deciſ.* 199. *par.* 2.

7 *Vſurpatione.*] In perſonis, in quibus præſumitur vſurpatio non ſolùm debet doceri de immemorabili; ſed etiam oſtendi præſentationes continuatas per 50. annos, vt hic, & quod de tempore præſenti ſint in quaſi poſſeſſione præſentandi, Put. *deciſ.* 140. *lib.* 1. Rota in vna Bonon. Iuriſpatronatus, 20. Martij, 1589. coram Giptio tit. meo de Iurepatronatus *num.* 4. Oranus in vna Albanen. Prioratus 26. Nouembris, 1588. *eod. tit. num.* 19. Vſurpatio, præſumitur in omnibus populis Italiæ, quia propter receſſum Curiæ omnes vſurparunt ius præſentandi, Put. *vbi ſuprà* Rot. *dicta Bonorum Iuriſpatronatus.*

Item, vſurpatio præſumitur in familia Vrſinorum, & Sabellorum, Oranus in d. Alban. Prioratus.

Item, præſumitur vſurpatio in vniuerſitate parua ſicut in magna, dicta bonorum Iuriſpatronatus Matic. in vna Foroſempronien, ſeu nullius 15. Decembris, 1593. Pamphil. in vna nullius Archipresbyteratus, 20. Maij, 1588. Vſurpationis præſumptio ceſſat, vbi datur in Rectore Eccleſiæ, vel Prælato æqualis, vel maior potentia, quam in allegante Iuſpatronatus Blanchett. in vna Toletan. iuris nominan. 9. Maij, 1583. *tit. de iurepatr. num.* 3. Mantic. in dicta Foroſempronien. vbi ſuprà.

Probatio in caſu vſurpationis, nec poteſt per æquipollens adimpleri Oran. in dicta Albanen. ſanctiſſimus; in vna Sabinen. Iuriſpatronatus 25. Nouembris, 1582. Mant. in dicta Foroſempronien, vbi dicit, ita tenere ſacram Congregationem. Cuccinus in vna Cremonen. Cappellaniæ 2. Aprilis, 1601.

Et ſi probaretur fundatio, & dotatio per probationes à Concilio requiſitas vbi ageretur de Beneficio Regulari Eccleſia ſatis non eſſet, niſi etiam probaretur per legitima documenta, de priuileg. Oran. in dicta Albanen.

Ad iſtum text. vide in repert. meo *in ver Iuſpatronatus, fol.* 687. *num.* 62.

8 *Plenior, & exactior.*] Dum in hoc cap. dicitur plenior, & exactior probatur, requirantur, iſta verba non poſſunt intelligi reſtrictiuè, quia illa dantis plerumque refragatur, ſed intelliguntur declaratiuè, atque ita indiſtinctè in illis perſonis, communitatibus, & in Vniuerſitatibus illa probatio eſt neceſſaria. Card. Mant. in dicta Foroſempronien. vbi dicit hanc interpretationem eſſe à ſac. Congregatione Cardinalium receptam quæ etiam hanc probationem requirit temporis immemorabilis, etiam in vniuerſitate Parochianorum.

Decretum huiut cap. 9. ſecundùm Congregationis declarationẽ habet locum tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio, & ideò non ſunt admittendæ patronorum præſentationes, niſi verificato priùs Iurepatronat. ſeruata forma huius decreti diſpoſitio redderetur inanis, & fruſtratoria, vt fuit in vna Vlcerean. Cappellaniæ 28. Aprilis, coram Blanchetto, & in vna Auximona Iuriſpatronatus, 28. Maij, 1595. coram Millino, & in alia Romana Parochialis 31. Ianuarij, 1600. coram Corduba. Verba declarationis d. S. Congregationis ſunt iſta, Congregatio Concilij cenſuit decretum, *cap.* 9. *ſeſſ.* 25. locum habere tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio, ideò non eſſe admittend. patronũ ad præſentationem, niſi verificato priùs Iurepatronatus ex *d. Conc. decreto*, Item, cenſuit, non poſſe patronum repelli à ſua quaſi poſſeſſione præſentandi, ſi adhibita cauſæ cognitione ſuper Iurepatronatus poſt Concilium. Ordinarius à patrono præſentatus admiſiſſet, etiamſi

Digitized by Google

poſt obitum eiuſdem præſentati de validitate Iuriſpatronatus iterum contigerit dubitare ſecùs ſi ſimpliciter patroni præſentatio abſque cauſæ cognitione admiſſa fuiſſet.

Item, cenſuit tunc demum debere adhibitam fuiſſe cauſæ cognitionem in probando Iurepatronatus, cùm ſeruata fuerit forma à Concilio tradita, ita eſt A. Cardinalis Caraffa.

Congregatio Concilij cenſuit Barones, & alios Dominos iuriſdictionem perpetuam habentes comprehendi decreto Concil.*ſeſſ.25.cap.9.in iis verò perſonis.*

Ibi aliáſve ſecundùm iuris diſpoſitionem, licèt Concilium præſeruetur, ius competens fundationi, vel doctrinæ non refutat illud, quod aliàs poſſet competere, & probari ſecundùm Regulas iuris communis, vt patet, quod ſæpe Rota cenſuit, vt teſtatur Pœnia in vna Tiraſonen. Iuriſpatron.5.Maij,1593.tradunt Gabr.*conſ. 198.lib.2.*Menoch.*conſ.241.num.1.& ſeq.lib.3.* Coccinus in vna Cremonen. Cappellaniæ 2.Aprilis 1601. nec Concilium tollit Iuſpatronatus acquiſitum ex augmento dotis quando apparet augmentum fuiſſe in euidentem Eccleſiæ vtilitatem; Pœnia in dicta Tiraſonen.

Et quod dictum eſt Concilium admittere aliquas probationes ſecundùm iuris diſpoſitioné procedit ceſſante præſumptione vſucapionis Pœnia in dicta Tiraſonen. Coccinus in dicta Cremonen. Rot. *diu.par. 2.deciſ.* 321. An Concilium tollat Iuſpatronatus in conuentialibus Eccleſiis cum non poſſit laicis competere, niſi ex priuilegio Apoſtolico, & quòd non, vide *in lib. inſor. ſuper Côc.fol.*871.vbi quod nó, & an ad proban.iuſpatronat. in dictis Eccleis ex cauſa fundationis, & dotationis ſufficiat immemorabilis iunctis multiplicatis præſentationibus, quæ fuerunt ſortitæ ſuum effectum, & fuit dictum quòd ſi ſumus in perſonis in quibus cadit ſuſpicio vſurpationis vltra immemorabilem requiri continuationem præſentationum per 50. annos *d.cap.d.fol.* 871.& 886.

9 *Suffragetur.*] Vide Chilan.*deciſ.67.*vbi dicit quod probata immemorabili licet allegare titulum quòd in perſonis, de quibus hic Concilium non admittitur. Rota *diuerſ.par.1.dec.*1199.

10 *Sortitæ ſint.*] Effectum ſortitæ non dicuntur probata tantùm inſtitutione, ſed requiritur quod inſtitutus poſſeſſionem acceperit, Caputaq. *deciſ.*131. *par.* 2. Ea autem accepta dicitur præſentatio ſortita effectum, licèt potuiſſet annullari. Put. *deciſ.* 189.*num.*1.*par.*1.

De effectuatione. Vide Oldrad.*conſ.*229. *num.*2.

11 *Probentur.*] Probatio ergo hic per ſcripturas fieri debet, nec admittitur æquipollens, cum hoc ſit de forma quare non probaretur per famam & poſſeſſionem immemorabilem Rot.*diu.dec.*199.*par.*2.

12 *Regularibus.*] Colligitur Iuſpatronatus de Conuentualibus, & Collegiati competere non poſſe, quòd procedit etiam in laicis. Menoch.*conſ.*512.*num.*28.*lib. 6.*

13 *Imperatorem, & Reges.*] Hinc colligere licet, Quòd Papa non tendit præiudicare Iuſpatronatus Imperatoris, & Regum, & propterea in generali derogatione Iuſpatronatus non continetur Regium, de quo etiam eſt regula Cancell. Paciſ. *conſ.*114.*num.*21.*vol.*4.

14 *Intelligantur.*] Irritat non legitimos patronatus legitimos præſeruauit 5. Menoch. *conſ.*512.*num.*30.*vol.*6.

15 *Ad hæc liceat.*] Offic. text. generaliter loquitur, & habet locum in omnibus Beneficiis patronatis, ſed quatenus refert ſe ad alia ſtatuta, reſpectu Curatorum debet relatio ad *cap. de Reformat. ſeſſio.* 24. reſpectu verò non lucratorum ad *cap.* 13. *de Reformat. ſeſſ.* 7. de quorum interpretatione, vide ibi Rot. *in nouiſſ.deciſ.*10.*num.* 2.*par.*2.

CAPVT

CAPVT X.

Præter Ordinarios locorum quædam perſonæ qualificatæ deſignentur à Capitulis, coram quibus ac eorum ſubſtitutis cauſæ Eccleſiaſticæ ſpirituales breuiter terminentur.

QVoniam ob malitioſam petentium ſuggeſtionem, & quandoque ob locorum longinquitatem, perſonarum notitia, quibus cauſæ mandantur, vſque adeò haberi non poteſt; hincque interdum iudicibus, non vndequáque idoneis, cauſæ in partibus delegantur, ſtatuit ſancta Synodus, in ſingulis Conciliis prouincialibus, aut Diœceſanis aliquot perſonas, quæ α *qualitates* habeant,[a] iuxta Conſtitutionem Bonifacij VIII. quæ incipit, β *Statutum*, & alioquin ad id ι *aptas* deſignari, vt præter Ordinarios locorum, iis etiam poſt hac cauſæ Eccleſiaſticæ ac ſpirituales, & ad forum Eccleſiaſticum pertinentes, in partibus delegandæ ε *committantur*. Et, ſi aliquem interim ex deſignatis γ *mori contigerit*, ſubſtituat ordinarius loci cum conſilio Capituli alium in eius locum, vſque ad futuram prouincialem, aut Diœceſanam Synodum: ita vt habeat quæque Diœceſis quatuor ſaltem, aut etiam plures probatas perſonas, ac vt ſuprà qualificatas, quibus huiuſmodi cauſæ δ *à quolibet* Legato, vel Nuncio, atque etiam à Sede Apoſtolica committantur: alioquin poſt deſignationem factam, quam ſtatim Epiſcopi ad ſummum Romanum Pontificem tranſmittant, delegationes quæcumquæ aliorum iudicum, ε *aliis quàm his* factæ, ζ *ſurreptitiæ cenſeantur*. Admonet dehinc ſancta Synodus tam Ordinarios, quàm alios quoſcumque iudices,[b] vt terminandis cauſis, quanta fieri poterit breuitate, ſtudeant: ac litigatorum artibus, ſeu in litis conteſtatione, ſeu alia parte iudicij differenda, modis omnibus, aut termini præfixione, aut competenti alia ratione occurrant.

[a] Cap. ſtatutum, de reſcr. in 6. Vide paulò poſt.

[b] Vide ſeſſ. 14. c. 20 c. finem litibus, & cap. fin. de don. & contu. c. 2. de re iud. & cap. conſtitutus de procur.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

SI Synodus non celebretur officium iudicum Deputatorum, prorogatur donec celebretur Synodus.

Item, ſi Epiſcopus in prima Synodo non conſtituit iudices, quibus à Papa, & Nunciis cauſa committatur, moneatur, vt in ſecunda eligat.

Item, ſi iudex Synodalis moriatur, vel diſtet per longum tempus, Epiſcopus, & alium ponat, debet petere ſe non ſequi Concilium Capituli.

Iudex Synodalis ſi reſignauerit Dignitatem, poteſt proſequi cauſam, quam inceperit.

Qui à Papa habent facultatem eligendi Conſeruatores non ſunt cogendi eligere iudicem Synodalem.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α QVALITATES.] Dignitates, perſonatus, vel Canoniæ Cathedralium exprimuntur, dummodò ſint in ætate legitima, vt per gloſ. *in d. cap. ſtatututum, in ver. Canonicis.*

β *Statutum.*] *De reſcript. in 6.* quorum nomina fuerunt per Epiſcopum Ferrarien. tranſmiſſa ad Sanctiſſimum, ſicut reſcriptum ei Epiſcopo fuit per litteras ſacræ Congregationis ſub die vndecima Nouembris, 1564.

γ *Mori*

γ *Mari contigerit.*] Quid ſi non moriatur, ſed abſit diuturna abſentia, an habeat locum iſte text. vt Ordinarius cum conſilio Capituli, poſſit alium ſubrogare, & cùm ſit eadem ratio, eadem debet eſſe diſpoſitio vulg. iur. Præterea à ſimili, ſicut per mortem, ita & per diuturnam abſentiam quæ æquiparantur, necnon & infirmitatem ceſſat iuriſdictio, & ita fuit reſolutum.

Eos qui facultatem à Sede Apoſtolica obtinuerunt eligendi aliquem conſeruatores non eſſe cogendos ad eligendum ex iis qui in Synodo prouinciali, vel Diœceſana iudices deſignati fuerunt; ex hoc decreto. Congregatio cenſuit Archipreſbyteratus nullius exiſtat, & omnimodam iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habeat diſpenſationes matrimoniales, atque litteras in forma ſignificauit pro ſuis ſubditis committendas eſſe, die quinta Iulij, 1599.

δ *A quolibet.*] Non autem ab Epiſcopo ordinario qui melius cognoſcit ſuos Clericos, & cuilibet cauſas committere poteſt, *d. cap. ſtatutum*, vbi gloſ. *in ver. Sedis Apoſtolicæ*.

ε *Aliis quàm his.*] Videntur reuocari officiales Epiſcopi etiam Foranei quibus de iure poterant committi, vt not. gloſ. *in d. cap. ſtatutum, in ver. obtinentibus*; idem dic de Prioribus Conuentualium, & Clauſtralium de quibus habetur in Clem. paſtoralis, *de reſcript.* ſed quoad Officialem generalem Epiſcopi, qui habet iuriſdictionem ordinariam non credo reuocatum.

ζ *Subreptitiæ cenſeantur.*] Et ſic partium conſenſu non reualidantur, quia inductum eſt in fauorem non ſolùm partium, ſed etiam Sedis Apoſtolicæ ne vilipendatur apud rudes iudices gloſ. *in d. cap. ſtatutum, in committantur.*

ADDITIO.

1 *Aptæ.*] Cùm iudices iſti ad iudicandum apti eligendi ſint non poterint electi aſſeſſores partium expenſis ſibi aſſumere, Io. Segur. in direct. iudic. *cap. 14. num. 45. par. prima.*

2 *Committantur.*] In his iudicibus ceſſat ratio, *cap. oblati de appellat.* Ideóque ceſſat eius diſpoſitio, quatenus loquitur de appellat. præueniente appellantem in commemoratione cauſæ Rot. *deciſ. 514. num. 6 par. 1. diuerſ.*

CAPVT XI.

Eccleſiarum bona non elocentur cum præiudicio ſucceſſorum, quocumque indulto non obſtante. Iuriſdictiones quoque Eccleſiaſticæ non locentur, & conceſſæ elocari, irritantur, &c.

1 MAgnam Eccleſiis perniciem afferre ſolet, cum earum bona, repræſentata 2 *pecunia*, in ſucceſſorum 3 *præiudicium* aliis locantur. Omnes igitur hæ locationes, ſi anticipatis ſolutionibus fiant, [a] nullatenus in præiudicium ſucceſſorum 4 *valida* intelligantur; quocumque indulto, aut priuilegio non obſtante: nec huiuſmodi locationes in Romana Curia, vel extra eam confirmentur. Non liceat etiam iuriſdictiones Eccleſiaſticas, ſeu facultates nominandi, aut deputandi Vicarios 5 *in ſpiritualibus*, locare; nec conductoribus per ſe aut alios ea exercere: aliterque conceſſiones, α *etiam à Sede Apoſtolica* factæ, ſurreptitiæ cenſeantur. β *Locationes verò* rerum Eccleſiaſticarum, etiam auctoritate Apoſtolica confirmatas, ſancta Synodus irritas decernit, quas à triginta annis citra, γ *ad longum tempus*, ſeu, vt nonnullis partibus, ad viginti nouem, ſeu bis vigintinouem annos, vocant, factas; Synodus prouincialis, vel deputandi ab ea, 6 *in damnum* Eccleſiæ & contra Canonicas ſanctiones contractas fuiſſe iudicabunt.

[a] Cap. de precariis 11. q. 2. & c. 2. de precar.

DECLA.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

PRohibetur locare iuriſdictiones Eccleſiæ, vel officium habens aliquam iuriſdictionem licèt paruam, non obſtante conſuetudine contraria.

Item, locatio domus Monialium ad 29. annos duret donec Synodus prouincialis quàm primùm iudicet de iuribus locationis.

Item, hoc cap. comprehenduntur etiam locationes perpetuæ, etiã in Emphiteuſim.

Item, iura, & bona Eccleſiaſtica, Eccleſiæ Placentin. non poſſunt vendi, vel emi in vim breuis, & *cap.* 11. *ſeſſ.* 22. & declaratur nulla, & 30. anni intelliguntur poſt confirmationem Concilij.

Locationes ad vitam dicuntur perpetuæ, & ideò inualidæ.

Item, Concilium non derogat facultati conceſſæ Epiſcopo per *cap terrulas* 12. *quæſt.* 2. *ſimile, cap. ambitioſè.*

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

EMphiteuſis Eccleſiaſtica conceſſa in perpetuum tranſit ad omnes, ſed priuati ad tertiam generationem. Bald. *conſ.* 372. *lib.* 4.

Emphiteuſis Eccleſiæ ſi concedatur ſine debitis ſolemnitatibus non eſt perpetua. Fulgoſ. *conſil.* . . . *col.* 2. niſi contraria conſuetudo eſſet in loco. Ancharan. *conſ. final. num.* 9. & quando eſt conceſſa in perpetuum, cenſetur conceſſa non ſolùm pro deſcendentibus, ſed pro extraneis. Gabr. *conſ.* 76. *num.* 7. *lib.* 2. & tranſit etiam ad fœminas. Fulgoſ. *conſil.* 224. *num.* 4. Ancaran. *conſil.* 44. & Fulgoſ. *d. conſ.* 238. *in fin.* vide Iul. Clar. *in* §. *emphiteuſis, quæſt.* 28.

Nullitas contractus emphiteutici, vel cuiuſlibet alienationis ex defectu ſolẽnitatis non poteſt allegari, niſi ab Eccleſia, ſi velit Rot. *par.* 2. *deciſ.* 133. *num.* 12. *diuerſ.*

Conceſſa pro filiis tam maſculis, quàm fœminis intelligitur, vt maſculi vocentur, & non fœminæ. Paul. de Caſtr. *conſ.* 300. *lib.* 2. Bartol. *conſ.* 60. & 183. *lib.* 1. niſi priùs vocentur maſculi, & in eorum defectu fœminæ. Bald. *conſ.* 137. *lib.* 2. Roman. *conſil.* 33. niſi conſtaret de mente contraria. Dec. *conſ.* 58. & ſi ſemel extiterunt filij maſculi, fœminæ ſunt perpetuæ excluſæ.

Emphiteuſis probatur per ſolutionem Canonis. Marſil. *in rubric. C. de probation. num.* 254. Roman. *conſ.* 127. Abb. *conſ.* 74. *lib.* 1. Bald. *conſ.* 177. *num.* 4. *lib.* 3. Maſcard. *concluſ.* 337. etiam contra tertium poſt triginta annos. Roman. *d. conſ.* 127. Crauett. *conſ.* 334. & ſolutio probatur per librum Eccleſiæ, cui ſolet dari fides, ſicut eſt platea. Alex. *conſ.* 124. *num.* 3. *lib.* 5. & *conſil.* 113. *num.* 10. *lib.* 4. Maſcard. *concluſ.* 603. Item, probatur per inſtrumentum inueſtituræ inter contrahentes, vide Apoſtill. *ad conſil.* 126. Iacob. Mandell. & gloſ. *in cap.* 1. *de cenſ. lib.* 6. ſed ibi nulla fit mentio de ſcriptura neceſſaria in cenſu inter alios contractus 34. quos refert, vide gloſſ. *in ver. neque ſcriptura, inſtit. de oblig. ex conſenſu.*

Item, ex aſſertione venditoris probatur dominium directum. Roman. *conſ.* 511. accedente præſertim directi domin. quia præſumitur inueſtitura. Ancaran. *conſ.* 63. *num.* 3. Anan. *conſ.* 9. Paul. de Caſtr. *conſ.* 329. *lib.* 2. Rimin. Sen. *conſ.* 224. *num.* 19. Iaſon. *in l. final. C. de iure emphit, num.* 41.

Emphiteuſis Eccleſiæ non poteſt alienari in aliam Eccleſiam, quia non eſt ſpes quod reuertatur Ancaran. *conſ.* 450. *num.* 4. Sed requiritur quod Eccleſia Domina reuocet. Iul. Clar. *in* §. *emphiteuſis quæſt.* 22. qui dicit communem Ancaran. *conſ.* 165. & 167. Rebuff. *de reb. Eccleſ. non alien. cum.* 61. *fol.* 71. Vincent. de Franch. *deciſ.* 656.

Emphiteuta poteſt inuito Domino renunciare emphiteuſim ex iuſta cauſa. Menoch. *tom.* 9. *conſ.* 855. ſi non ſit ſolitum ſolui laudemium non ſoluatur. Vincent. de Franch. *deciſ.* 201. *in fin.* Receptio Canonis facit ceſſare caducitatem, ſi fiat ſine proteſtatione. Menoch. *tom.* 1. *conſil.* 20. *num.* 56. & *tom.* 9. *conſil.* 865. *num.* 14. licet dubitet *volum.* 7. *conſil.* 674. Guidopap. *deciſ.* 174. & 171. Alex. *conſ.* 196. *num.* 2. *lib.* 7. Corn. *conſil.* 40. *lib.* 4.

Si Eccleſia ſit læſa in conceſſione emphiteuſis augenda erit penſio. Menoc. *tom.* 8. *conſ.* 747. *propè fin.* & legatum factum Eccleſiæ non poteſt Prælatus recuſare commun. contr. commun. *quæſt.* 661.

Quando res emphiteutica dicatur reuerſa, & facta de menſa Eccleſiæ ne poſſit

alienari Menoch.tom.1. conſ.79.num. 10. vbi refert quinque opiniones.

Qui probauit ſoluiſſe emphiteuſim per tres annos proximè præteritos non tenetur vltra. Menoch. tom.1.conſil.5.num.23.

Ratione iuramenti qui non ſoluit Canonem etiam per annum, poteſt priuari emphiteuſi.Menoch. tom.7.conſ.674.num. 4. & amittit melioramenta.

Contractus iu dubio præſumitur potiùs cenſualis quàm emphiteuticus. Menoch. tom.8.conſ.708. per tot. Iul. Clar. emphiteuſis quæſt.1.Maſcard.de probat.lib.2. concluſ.601. ſol. 11. licèt fauore Eccleſiæ præſumitur emphiteuticus, vel ſi fuerit ſolutus Canon vniformiter,idem Maſcard.volum.1.concluſ. 281.num.6.Menoch. tom.3.conſil.291. per tot. emphiteuta Eccleſiæ alienans partem non cadit à toto.Alex.conſil.99.colum. final. volum.5.Vrſill.ad Afflict. dec.107.num.7.

Directus Dominus emphiteuſis ſi conſtat manifeſtè rem eſſe emphiteuticam & alienatam irrequiſito Domino,poteſt propria auctoritate expellere emptorem , & ingredi poſſeſſionem rei, tanto magis ſi ex pacto ita conuenerit.Menoch. tom. 6. conſ. 503.num.4. etiamſi licentiam alienandi habuerint Vincent.de Franch.deciſ.4.num.20.

Emphiteuta non ſoluens Canonem debet inſtante Domino declarari incidiſſe in caducitatem.Ancharan. conſil. 420. num. 3. Ioann.de Anan. conſ.84.in princip. Riminal. Iun.conſ.94.nu.6.Dec.conſ.146. col.3.Caſſad. deciſ. 2. & 3. de locat. Dec. conſ. 185. num.9. Alex.conſ.82.num.3. lib. 7. Iaſon. in l.2.num. 10.C.de iur.emphit. Iul.Clar.in d. §. quæſt.9. Abb.conſ.67.num.2.lib.2. Bald.conſ.280.lib.5. Crauett.conſ.212. num.3. Beniiend. deciſ.37. num.12.Paul. de Caſtr. conſ.68.in princ.lib.2. ſed ſufficit declaratio tacita , quia Dominus facit conuenire emphiteutam ſuper caducitate.Decian. conſ.4.Riminald. d.conſ. 94.num.17.lib.1.

Et ſi declaratio fiat extra iudicium Iaſon.in d.l.2.colum.3.C.de iur. emphit.ſed declaratio debet eſſe certa,& debet conſtare de actu præcedenti per quem inducitur caducitas Abb.conſ.67.num.4.lib.2.licèt Bero dicat ſufficere coniecturas, conſ. 119.in fin.lib.1.

Nec requiritur ſententia,quia cadit ipſo iure ob Canonem non ſolutum,Apoſtill.ad Roman.conſ.212.num.7.Iaſon .in d.l.2.nu.14. Abb.d.conſ.67.lib.2. Alex. conſ.6.nu.22.lib.3.

Tamen requiritur declaratio caducitatis, & quod D. acceptauit.d.conſ.211.num.4. & 212.num.8.Abb.d. conſ. 67. lib. 2. colum.2. Signor.conſ.131.num.5. Dec.conſ. 138. Afflict. deciſ.174.Cephal.conſ.25.num.26. Tiraquell. in l.ſi vnquam,in ver.reuertatur, num.10.C.de reuocan. donat. Nec in declaratione caducitatis requiritur citatio. Alex. conſ.6.num. 21.lib.3.Ruin. conſ.128.num.8.& 168.num.20. lib.1.Paul. de Caſtr. conſ. 46. colum.2. lib.2. Soccin.conſ.61.colum.penultim..lib.3.

Et ſi Dominus non declarauit dum viueret, eius hæres non poterit declarare,quia poteſtas declarandi non egreditur perſonam.Caſſad.deciſ.2.& 3.de locat. Alex.conſ. 173.in fin.lib.2.Natt.conſ.335.in fin.

Emphiteuta ceſſans per quadriennium ſaltem à ſolutione Canonis, poteſt expelli adhibito iudicis decreto ſecundùm cõmuniorem,& æquiorem opinionem.Ancaran. conſ.274.Anton. de Butr.conſil.22. Alex.conſ. 128.lib. 5. Afflict. deciſ.97. Guidopap. deciſ. 107. Apoſtill. ad Alex.conſ.105. num. 18. Iul. Clar.in §.emphiteuſis,quæſt. 11. & quæſt. 44. licèt multi tenuerint quòd poſſit expelli propria auctoritate. Federic.de Sen. conſil. 70.num.18.lib.3.Socin.conſ.167. num.15.lib.2. Socin.Iun.conſil.35.in fin.lib.3. Aret. conſ.21. Corn.conſ.271.lib.3.Dec.conſ.146.num.7.Gozadin. conſ.39. num. 25. & conſ. 86. num.11. Abb.conſ. 67. lib. 2. prior opinio eſt verior, & æquior , niſi accedat quòd propria auctoritate poſſit expelli Iaſon.d.l.2.q.44.Iudex tamen eo ipſo quod quis non docet de ſolut. requiſitus à Domino, debet eum immittere in poſſeſſionem. Alex. d.conſ.131. lib.4.& conſ.105.lib.3.Bartol .conſ.82.lib.2.

Si verò alius poſſideret , tunc ipſe eſſet citandus antequam expellatur. Iacob. Mand.conſil.244.num.11. & in ſimplici conductore ſi non ſoluit quòd poſſit expelli, ſiue reſiſtat, ſiue non. Alex. d.conſ.105.lib.3. num. 17. Gozad. conſ. 1. num. 28. Roland à Vall.conſ.87.num.4 .lib.1.Alex.conſ.117. num. 11.lib.4.& conſ.130.& ſeq.eod.lib.

Etiamſi poſſeſſio rei locatæ eſſet in alium tranſlata. Bald.conſ.177. num.3.lib.3.ſi tertij emptores habuerunt notitiam, quòd eſſet emphiteutica in emendo ſine licentia Domini , non ſolùm poſſunt expelli , ſed perdunt melioramenta, per text. in C.final. §.final.vbi Doct.C. comm.deleg.

Item , ſi conductor abutitur re locata, vel non ſeruat pacta, poteſt expelli. Bero. conſ.

*conſ.*123.*num.*4.*lib.*1.Adeundus eſt ille iudex in cuius loco ſita ſunt bona. Socin. *d. conſ.* 167. *num.* 19. *lib.* 2. Emphiteuta Eccleſiæ ſi non ſoluit per biennium fit locus caducitati. Commun. contr. commun. *quæſt.*469. *num.*5.Alex.*conſ.*6.*num.*19.*lib.*3. Iul. Clar. *in* §.*emphiteuſis,quæſt.*8.Iaſon. *in d.l.*2.*num.*10. Alex. *conſ.* 120. *lib.* 5. etiamſi non ſoluerit partem Canonis. Oldrad. *conſil.* 29. Riminald.Iun.*conſil.*94.

Emphiteuta tenetur probare ſolutionem, aliàs Dominus habet intentionem fundatam.Socin.Iun.*conſil.* 111. *num.*15.*lib.* 2.Afflict.*deciſ.*23.*num.* 3. Gabr. *de probation. concluſ.* 6. *num.* 21. latè Surd. *conſil.*86.*lib.*1. Iul.Clar. *in dicto* §. *emphiteuſis*, *quæſtio.* 8. etiamſi quid minimum teneatur ſoluere, quia cadit non ſoluens.Clar. *ibidem num.*3. Bald.*in rubr.C.de contrahend, emption.colum.* 3.Cuman.*conſil.*164.Oldrad. *conſ.* 29. Ruin. *conſ.*169.*num.*10.*lib.*1.Iaſon. *in d.l.*2.*num.* 54. Amplia etiamſi eſſent plura corpora diuerſa, ſed vnica penſio pro omnibus, quia ſi deficit in ſolutione, omnia veniunt. Oldrad.*d .conſ.* 29. Amplia etiamſi eſſent plures hæredes, & vnus ſolueret partem ſuam,omnes cadunt ſi Dominus non conſenſit diuiſioni. Cuman. *conſ.* 164. *num.* 3. Grat.*conſ.*67.*num.* 231. *lib.* 1. Bero. *conſ.*120. *num.*24.*lib.*1. Quia negligentia vnius præiudicat etiam aliis inueſtitis. Corn. *conſil.* 2;7.*colum.fin.lib.*1.Alex.*conſ.*30.*num.* 7. *lib.*6. Gozadin *conſ.*46.*num.*13.Iul.Clar.*in dicto* §. *emphiteuſis*,*quæſt.*8.*num.*13.

Si emphiteuta cadit nondum ſeparatis fructibus à ſolo,Eccleſia lucratur fructus, & ille tenetur ad Canones pro tempore præterito. Bald.*conſ.*31. *in fin. lib.* 1. & poſt declarationem Domini non ſolùm tenetur ad Canones, ſed etiam ad fructus perceptos. Crauett. *conſ.* 212. Rot. Bonintend. *deciſ.* 37. Ecclesia non ſoluendo Canonem alteri Eccleſiæ cadit.Ancaran.*conſ.* 420. *nu.* 2.*&* 6. ſed reſtituitur. Bald. *conſ.* 27. *lib.*3. Crauett.*conſ.*204. *in fin.* & Prælatus negligens tenetur,Bald.*d.conſ.*27. qui non ſoluit Canonem Eccleſię per biennium cadit,niſi celeri ſatisfactione ſe purget.Bald.*conſ.*157. *lib.*2.*& conſ.*271.*lib.*5.Alex.*conſ.*120 *lib.*5.Roman.*conſ.* 127. Immò etiam cadit ab omnibus melioramentis.Abb.*conſ.*74.*lib.* 1. Dec. *conſ.*518.*num.*2.Clar.*in* §.*emphiteuſis* , *quæſt.* 45.Guidopap.*deciſ.*438.*num.*54.& ſi ceſſauit per quatuor annos, non poteſt purgare moram.Bald. *d.conſ.* 157. *lib.*2. *&* 271.*lib.*5. Probatio ſolutionis Canonis, poteſt fieri per teſtes.Iaſon.*in d.l.*2.*num.*155.vbi reprobat Salicet. & debet fieri legitimo procuratori.Alex.*conſ.*120.*num.*4.*lib.*5. eadem obſeruanda ſunt in contractu libellario. Socin.*conſ.*167.*num.* 2. *lib.* 2. Si tertius vellet ſoluere Canonem nomine emphiteutæ, non tenetur dominus illum recipere. Iaſon.*in d.l.*2.*quæſt.*26. *num.* 7. Mora quando poſſit purgari.Afflict. *deciſ.* 174. Put. *deciſ.* 66.*lib.*3.Clar.*vbi ſuprà*, *quæſt.*8.*in fin.* & remittitur arbitrio iudicis circa tempus purgandi moram. Ancar. *conſ.* 420. *num.* 3. ſoluens ſimpliciter pro aliqua domo, tota domus cenſetur emphiteutica, niſi doceat de contrario.Bald.*conſil.*375. *lib.* 2. ſecùs ſi adeſſet pactum.Bald.*conſ.*20. *lib.* 4. *& conſ.* 10v. licet diuidatur emphiteuſis, tamen omnes tenentur in ſolidum ad Canonem, Afflict.*deciſ.*153.Rol. à Vall. *conſ.* 1. *num.*22. *lib.* . . . Mandell.*conſ.*153.*num.* 14. præſertim ſi appareret tempus per inſtrumentum inueſtituræ,quia illud attenditur. Socin.*conſ.* 125.*lib.*1.Bald.*conſ.*316.*&* 327. quia Eccleſia de iure habet obligata omnia bona emphiteutæ. Mandell.*d.conſil.*153.*num.*14. Roland.*d.conſil.*1.*num.*22.*lib.*2.

Emphiteuta ſi non ſoluit Canonem, poteſt prohiberi ne vtatur re emphiteutica. Roman.*conſ.*417. *num.* 8. emphiteuſis iuſtè conceſſa non poteſt amplius auferri, vel alterari. Paul.de Caſtro *conſil.*229.*lib.*1. niſi eſſet finita prima inueſtitura per caducitatem.Ant.de Butr.*conſ.*22. *num.* 4. Diuiſio rei emphiteuticæ ſine conſenſu Eccleſiæ non poteſt fieri per partes, ſed quod tota vni aſſignetur,& alia bona alteri. Expenſæ rei emphiteuticæ debent fieri ab emphiteuta. Dec. *conſil.*153. Iaſon. *in l.quo minus*, *num.* 150. *ff. de flumin.* niſi tota pereat res. Aretin.*conſil.* 111. Quando alienans partem cadit à toto. Clar. *d.* §. *quæſt.* 13. Mandell. *conſil.*283.Cardin.Tuſc. *tom.* 3. *concluſ.* 207. *num.*99.Res emphiteutica Eccleſiæ an poſſit collectari pro vtraque parte,vide Commun.contr.comm.*quæſt.*726.*fol.*101.

Recipiens penſionem ab emphiteuta Eccleſiæ cum proteſtatione quod fiat ſine præiudicio caducitatis, non præiudicat Eccleſiæ.Menoch.*tom.*7.*conſ.*635.*num.*8.præſertim ratione iuramenti, & quid in perſona priuata,latè Maſcard.*de probat.volum.* 1. *concluſ.* 251. Menoch. *tom.* 4. *conſil.* 355.

Yyy 2 *num.*

num.11. & tom.5. conſil. 460. num. 12.

α *Etiam à Sede Apoſtolica.*] Adde quòd per hunc text. generaliter loquentem, & per dictionem *etiam*, quæ implicat conceſſiones alias non confirmatas à Sede Apoſtolica, alienatio ſi ſit in damnum Eccleſiæ, ſiue ſit modica res, ſiue magna, irritatur, & per hoc videtur comprehendi etiam *cap. terrulas 12.quæſt.* 2. licet per Extrauag. ambitioſè de reb. Eccleſ. non alienand. non comprehendatur *d. cap. terrulas*, vt eſt in vſu, & Congregatio die 11. Ianuarij, 1596. cenſuit, neque Conſtitutionem Pauli ſecundi, neque Concilij huius decretum derogare diſpoſitioni, *d. cap. terrulas.* Prax. Neapol. *caſ. 52. & 73.* & res modicas iuxta *d.cap. terrulas*, intelligitur vſque ad ducatos decem, vel viginti, ibidem *cap.75.*

β *Locationes verò.*] Quærebatur an decretum Concilij contentum ſit vnica tantùm ſententia, quæ vel à Synodo Prouinciali, vel à deputatis iudicibus à Summo Pontifice, vel ab eadem Synodo feratur, an verò tres ſententias cõformes requirat, & quòd requirãtur tres, probatur, quia remedium appellationis eſt naturale, & neceſſarium, *l.1. de appell.* & cõmiſſio cauſæ appellatione remota eſt exorbitans, & reſtringenda, *c.paſtoralis, c.poſtremo, & c.inquiſitioni, de appellation.* præſertim de iure Canonum ſecundùm quod. ſemper appellare licet, *cap.vnita 2.quæſt.6.cap.ſuper eo, el 2.de appellation.* præterea, & verba Concilij aliquid aliud operentur. vltra ius commune dicitur quòd duo ſpecialiter diſponuntur. Primò, quia prohibentur locationes etiam à Sede Apoſtolica confirmatæ. Secundò, quia decernuntur irritæ; in reliquis verò Concilium non videtur recedere à iure communi per quod à ſententia ſuper locationibus reuocandis non denegatur appellatio. *Clem.1.de reb.Eccleſ. non alien.* & *cap. non ſolùm de appell.in 6.* quia non reperitur iure prohibitum. Nec obſtat *cap.ad audientiam, de reb. Eccleſ. non alien.* per quod datur facultas Epiſcopo procedendi in ſimilibus appellatione remota, quia ibi eſt ſpeciale; ergo non trahitur in conſequentiam ad alios caſus. Item, ibi remota eſt appellatio non à reuocatione locationis, ſed in caſu quando conductor nollet reſtituere pretium, erat præterea ibi locatio perpetua, & facta ſine conſenſu Capituli, & hæc clarè procedunt in iudicibus deputandis à Summo Pontifice, vel à Synodo Concil. Prouincial. multùm mouet eius auctoritas, vt à tali ſententia non liceat appellare. Nam à ſententia Præfecti non datur appellatio. gloſ. *in l. vnica in ver. prouoc. C. ne liceat ter prouoc.* nec à Cœtu Cardinalium ſecund. Præpoſ. *in rubric. de appell.* nec à ſententia ſenat. *l.1. à quibus appell. non lic.* ſed ad hoc etiam reſpondebatur, quòd ſicut à ſententia cuiuſcumque Principis & dignitatis recognoſcendi ſuperiorem datur appellatio, item etiam debet dari à ſententia Synodi prouincialis per gloſ. *in cap. ſicut vnire de exceſſ. Prælat.* Lanfranc. *in cap. quoniam contra fal.7.de probat.* Nec etiã obſtat quòd à ſententia legis, vel ſtatuti non appellatur ab ea, ſed à declaratione per quam quis declaratur incidiſſe in legem, vel ſtatutum, gloſ. *in c.cupientes in ver. quod ſi de elect. lib.6.* multis videbatur dicendum quòd appellatio ſit danda tantummodò ad effectum deuolutiuum, non autem ſuſpenſiuum. Re tandem propoſita in Congregatione 17. Martij, 1575. diuerſi ex Illuſtriſſimis in diuerſas diſceſſerunt opiniones, & poſtremò cenſuerunt conſulendum eſſe Summum Pontificem; cauſæ alienationis rerum Eccleſiæ ſunt neceſſitas, & vtilitas. Rot. *diuerſor. manuſcript. par.4. deciſ.58. fol. 92.* an ex contractu locationis præſumitur dominium Eccleſiæ; ardua quæſtio, de qua per Maſcard. *de probation. volum.2. concl.542.* Alienatio rei Eccleſiaſticæ ex antiquitate præſumitur ſolẽniter facta. Dec. *conſ.199.num.5.* & *conſ.375. num.* 3. Alienans reſeruato aſſenſu cum clauſula non aliter, nec alio modo, ſi tradat poſſeſſionem ante aſſenſum, incidit in excommunicationem, & alias pœnas Pauli II. & S.D.N. Clem. VIII. Prax. Neapol. *lib.1. cap. 51. & cap.73.* contra Menoch. *tom.1. conſ.38. num.12. & ſeq.* Quando ex antiquitate temporis præſumitur acceſſiſſe aſſenſum, ſiue Apoſtolicum, ſiue alicuius Vniuerſitatis, puta per triginta annos. Quarantig. *in ſumm. bull. de alienand. reb. Eccleſ. fol. 34.* & huius fructus beneficiorum an locari poſſint vltra triennium. Speculat. aur. *quæſt.199. fol. 197.* & ſola vtilitas Eccleſiæ in alienatione ſine ſolemnitate non eſt ſufficiens cauſa alienandi, Commun. contr. commun. *quæſt.673.* locatio facta vltra triennium an per triennium teneat Anna. *ſingular. 327.* Alienatio rer. Eccleſ. quibus concurrentib. fieri de-

beat

beat, Comm.contr.commun.*quæſt.66.*

γ *Ad longum tempus.*] Et decennium dicitur ad longum tempus, vt per Lap.*alleg. 30.in fin.*& inibi per tot.vide quando liceat ad modicum,& quid ſi iuramentum interuenerit. Item, quòd locatio ad longum tempus dicatur alienatio, tenet Dec.*par.1. dec.142. num.* 3. nec valebit locatio ſi dicatur quòd tot ſint locationes quot ſunt. Felin.*in cap.quæ in Eccleſiarum, de conſtit.num.* 120.Abb.*in cap.audientiam,eod.tit.*

ADDITIO.

1 *Magnam.*] Ad materiam huius cap. vide Sbroz. *de offic.Vicar. lib.2.cap.*118.Alex. Raud. *in tract. de contract. emphit. in cap.de tit.oriente ex præſcript.num.36.vſque ad num. 42. fol. 151.* Mandoſ. *de ſign. grat. in adult. ſeu Lic.loc.fol.101.in fin.*

2 *Pecunia.*] Quid ſi ſolueret conductor ante terminum ſolutioni præſtitum, putarem huic decreto locum eſſe,& conductorem periculo ſuo ſoluiſſe,niſi ſoluiſſet poſt fructus perceptos Io. Baptiſta Ferret.*conſ. 151.num.5.par. 1.*

3 *Præiudicium.*]Idem ſecundum ius vetus reſcripſit Io.Baptiſta Ferret. *d.conſ.151. num.1.*vbi dicit conductorem ſuo periculo ſoluere anticipatè, cùm pro rata ſoluere ſucceſſori teneatur; poſſe tamen conductorē ab hærede locatoris repetere, limitat etiam concluſionem non procedere quando penſio ſoluta ceſſiſſet in vtilitatem Eccleſiæ.*num.2.*

4 *Validæ.*] Valebunt autem in præiudicium ipſorum locantium, vnde ſi reſignauerint,refundant, quod ante tempus acceperunt reſignatorio, ſi deceſſerint reſtituāt hæredes ſucceſſori, ne lucretur cum aliena iactura, Carot. *Loc. & Cond. par. 3. de reb. Eccleſ.loc.concluſ.*20. per Mohed. *deciſ.* 8. *in ſcript.de confir.vtil.& inutil.fol.*134.

Hinc etiam colligere videtur Carot. quòd ſucceſſor in Beneficio non cogitur ſtare coloni, verè tamen hoc non probat cùm loquatur text.de locatione facta anticipatis ſolutionibus; limita in anno inchoato,& declara, vt nec Colonus cogatur perſeuerare, *eod.tit. num.* 77. & 78. ſub dicta *concluſ.20.fol.*134.

5 *In ſpiritualibus.*] Locatio ſpiritualis, eſt ſimoniaca,ſed ſi locaret quis Eccleſiam cum omnibus bonis,& facultate conferendi pro duc. 2000. & penſio duc.1000. eſſet iuſta penſio, detracto iure conferendi, non eſſet ſimoniaca, alias ſecus Carot *dicto concl.* 20. *num.* 81. quam videto circa locationem rerū Eccleſiaſticarum, *d.concl. 20.in fin.fol..* . . & quæ ſcripſi de vendente Caſtrum cum Iurepatronatus.

6 *In damnum.*]Nec ſucceſſor quod prædeceſſori ſolutum fuit reddere tenebitur Io.Baptiſta Ferr.*conſ.num.4.par.1.*

CAPVT XII.

Decimarum ſolutiones fiant: impedientes fieri excommunicentur, nec abſoluantur, niſi plena reſtitutione ſecuta. Subueniendum rectè eſt tenuioribus qui præſunt Eccleſiis.

NOn [a] ſunt ferendi, qui variis artibus decimas, Eccleſiis obuenientes, ſubtrahere moliuntur; aut qui ab aliis ſoluendas temerè occupant, & in rem ſuam vertunt: cùm decimarum α *ſolutio debita ſit Deo*; & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas inuadunt. Præcipit igitur ſancta Synodus omnibus, cuiuſcumque gradus, & conditionis ſint, ad quos decimarum ſolutio ſpectat, vt eas, ad quas de iure tenentur, in poſterum 1 *Cathedrali*, aut quibuſcumque β *aliis Eccleſiis*, γ *vel perſonis*, quibus legitimè debentur, integrè δ *perſoluant*. [b] Qui verò eas aut ſubtrahunt, aut impediunt, 2 *excommunicentur*; nec ab hoc crimine, niſi plena reſtitutione ſecuta, ε *abſoluantur*. Hortatur deinde omnes & ſingulos pro Chriſtiana charitate, debitóque erga Paſtores ſuos munere,

[a] Concil. Matiſcon.2. c. 5. Concil.Ticin. ver. in ſacris. Exod. 22. 23. Leu.27.Num. 18.Tob.3.Malac.3. c. decimas,16.q.1 c. decimas, cum ſeq.16.q.7.c. Parochianos, c.ex tuāmiſſa, & cap. tua,de decim.

[b] Cap. omnes decimæ, 16 q 7. c. peruenit,

Digitized by Google

vt de bonis ſibi à Deo collatis; Epiſcopis & Parochis, qui tenuioribus præſunt Eccleſiis, largè ſubuenire ad Dei laudem, atque ad Paſtorum ſuorum, qui pro eis ζ *inuigilant*, dignitatem tuendam, non grauentur.

c. nõ eſt, c. tua, & c. in quibuſdam, de dec. Clem. 1. eod. tit.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

De bonis, quæ emunt Religioſi à laicis non eſt ſoluenda decima Parochis.

Item, qui ex antiqua conſuetudine non ſoluebant decimas ex hoc cap. non poſſunt cogi ad eas ſoluendas.

Decimæ perſonales debentur his, à quibus ſumuntur ſacramenta.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *Solutio debita ſit Deo.*] *Cap. Parochianos, cap. cum non ſit, cap. tua, & cap. in aliquibus, §. vltimo de decimis*, per quæ probatur decimas non ab homine, ſed à Deo inſtitutas, facit *cap. 3. de decim in 6.* vbi ſub pœna excommunicationis interdictum Concionatoribus ne populum auertant à ſolutione decimarum, facit *cap. omnes decimæ, 16. quæſt. 7. & 16. quæſt. 1. cap. reuertimini.* hanc opinionem tenuit. Innoc. *in cap. vltimo de Paroch.* Alex. *conſ. 60. lib. 4.* licèt alij intelligant procedere iura prædicta in decimis prædialibus, ſecus verò in perſonalibus, quas humano iure deberi exiſtimant. Hoſtien. *in ſumm. de decim. §. & vtrum, quæſt. 7.* Felin. *in cap. cauſam, de reſcript. colum. 1.* quod eſſe communiter receptum refert Cardin. *in Clem. 1. de decim.* quinimò non deſunt, qui aſſerunt iam prædiales decimas fuiſſe iure humano, & Pontificio ſtatutas. D. Thom. 2. 2. *quæſt. 87. art. 1.* & quodlibet *art. 2* Silu. 10. *quæſt. 3. & 4.* & hanc ſententiam ſequuntur Theologi ad Canoniſtas, & refert Alphonſ. de Caſtr. *de hæreſ. in ver. 10.* & Commun. contr. comm. *quæſt. 437.* Verùm diſtingui poteſt, vt dicamus iure diuino, & naturali præceptum eſſe, eum qui nobis miniſtrat ſpiritualia debere aliquid pro ſubuentione à nobis percipere. Cæterùm an decimam partem, vel octauam, vel centeſimam, iure humano ſtatutum fuiſſe, & hæc quota debetur noſtris Parochis etiãſi diuites ſint, etiam ſub pœna peccati mortalis. D. Thom. *quodlib. 6. art. 10. & 2. 2. qu. 87. art. 3.* ad primum refert, & ſequitur Couarr. qui multum alleg. *tom. 2. variar. reſolution. lib. 1. cap. 17. num. 2. 3. & 4.* & ibidem *num. 8.* vide an conſuetudo poſſit eximere laicos à præſtatione decimarum, etiam prædialium, vbi per multos articulos concludit affirmatiuè, dummodò conſuetudo ſit quadraginta annorum, & non penitus irrationabilis, vt non ſolùm quotam, ſed omnem omninò ſubuentionis opem auferat miniſtris ſpiritualium de conſuetudine ſolùm decimas. Rot. Put. *lib. 3. deciſ. 376. num. 1.* Quid autem ſi priuilegio Apoſtolico laici ſint exempti, & quod ſi præſcriptione ſe tueantur, vide per eundem Couarr. *ibidem num. 9. & 10.* & an ſine ſolutione decimarum poſſit ſaluari, vide per Archidiac. *in cap. duo ſunt genera 12. quæſt. 1.* quòd autem præſtanda ſit decima Rectori indigenti, hoc eſt de iure naturali. Prax. *in ver. decima, fol. 82. quæſt. 1.* ſed Cardin. Bellarm. *tom. 1. lib. 1. cap. 25.* vult eam fuiſſe inter præcepta iudicialia tantùm, non autem moralia, aut ceremonialia. vide Commun. contr. comm. *quæſt. 437. per tot. quæſt. 2.* nec poteſt opponi compenſatio, *ibidem propè fin.*

β *Aliis Eccleſiis.*] Puta Parochiali cui debentur iura Parochialia quæ conſiſtunt in decimis, adminiſtratione Sacramentorum, in iure funerandi, primitiis, oblationibus, & cura Parochianorum. Rot. *par. 2. deciſ. 22. num. 7. diuerſ.* debentur enim illi parochiæ in qua ſitæ ſunt terræ. Put. *lib. 1. deciſ. 154.*

γ *Vel perſonis.*] An laicis debeant ſolui, qui ab immemorabili tempore dicunt ſe probare ſolutionem, ardua eſt quæſtio, nec enim laici ſunt capaces, nec ſola immemorabilis eis prodeſt. Rot. *par. 2. diuerſor. deciſ. 215.* Sed quod ex priuilegio ſint capaces. Rot. Verall. *par. 1. deciſ. 241. & ſeq.*

δ *Perſoluant.*] Quid ſit decima, quo iure inſtituta, de quibus ſolui debeat, quotuplex ſit, ad vtramque partem. Rebuff. *de decim. quæſt. 1. fol. 2.* Item, de decima, quam imponit Papa ex graui cauſa pro Chriſtiana republica ſuper beneficiis pinguibus, vt ipſi Papæ ſoluatur, ibidem *cap. 3. quæſt.*

quæſt.3.num. 6. nec ſoluendum eſt diſtributionibus,*nu.*8.Pauperes tenentur,niſi fame pereant,ibidem *cap.4.num.* 14. *& ſeq.* Quibuſdã religionibus conceſſa eſt exemptio, *cap.5.num.*28.à ſolo Papa *num.*29.Prædiales in loco,vbi ſita ſunt prædia , *cap.6. num.*1. perſonalis pro rata temporis quòd moram traxerit in parochia, ibidem *num.*2.*fol.*16.ſi domus habeat duo oſtia in duabus parochiis , principalis attenditur , *num.* 5. cui ſolui debeat , nempè Curatis propriæ Parochiæ.ibidem *cap. 7. in princip.* Agi poteſt de decimis tam contra emptorem , quàm contra venditorem rei, ſed non poſſunt propria auctoritate capi, ibidem *quæſt. 9. num.* 9. *&* 20.firmatur eas petendi, *num.*13. Item, laici detinent, ſed non poſſident,ibidem *quæſt.*10.*num.*24.earum iudicium pertinet ad Eccleſiam , ibidem *num.* 36. *&* 44. nec peti debent , quia tempus interpellat, ſed ſponte inferuntur , licèt antequam excommunicentur,præcedat monitio, ibidem *cap.*12.*num.*7,*& ſeq.*niſi eſſet vt non ſoluantur,niſi peterentur , ibidem *num.*13. vel dic in prædialibus non requiri monitionem ſecùs in perſonalibus,vel ſuis,eſſe generalem monitionem quas Parochi faciunt diebus Dominicis, qui tenentur ad decimas ratione paſcuorum , atque territorij numeroſi,ſi illa paſcua reducantur ad culturam,tenentur ad decimas fructuum natorum per culturam.Anan.*alleg.*94. *num.*1. *fol.* 50. priuilegium de non ſoluendo decimas intelligi de extraordinariis. Put. *lib.*3. *dec.* 65.*per tot.* & ſi perſonale eſt non comprehendit colonos,*idem lib.*2.*deciſ.*572.probatis extremis præſumitur quòd medio tempore, ſint ſolut. propter coniunctionem.Maſcard.*volum.*2.*concluſ.*730.*num.*6.ex ſolutione decimarum præſumitur beneficium eſſe Parochiale. Rot. Achil. *deciſ.* 30. Parochi enim habent fundatam intentionem de iure communi ſuper decimis, ſicut Epiſcopi ſuper quarta decimarum , ſalua conſuetudine,vel Concordia.Rot *par.*2.*deciſ.*31. *in princip. & num.*5.*de* .163.Cauſa decimarum eſt ſummaria , & ab ea non appellatur.Card. *in Clem. diſpendioſa, num.*12. *de iudic.*nec deducuntur priùs expenſæ,vel tributa.Nauarr.*cap.*21.*num.* 31. *ver.*2.peccat pro conceptione decimarum,non ſit reſeruatio caſus ex Congregationis ſententia, An petentibus vnum genus fructuum prædialium poſſit eo deficiente recurrere ad fructus alterius generis , iuxta text. *in cap. cum in tua , de decim.* Rot. diſtinguit iuxta Doctr. Abb. *in cap. bonæ , de poſtulat.prælat.num.* 2. vt ſi alij fructus olim extabant,non fiat extenſio,aliàs fiat,ſed in contrarium conſuluit,Abb.*lib.*2.*conſ.* 71. & omni caſu detur recurſus , & teſtatur de communi.

ε *Abſoluantur.*] Limita , vt per Nauarr. *cap.*17.*num.*59. *verſ.* 4. & cautiùs eſt in hoc negorio agendum iuxta D.Thom.2.2. *quæſtion.*87.Summ.Floren.*par.*2 *tit.*4.*cap.*3.Non tamen debet retardari ſepultura ratione decimæ non ſolutæ. Prax. Neapol. *cap.*76. *num.*10.*fol.*413.

ζ *Inuigilant.*] Illis ergo à quibus Sacramenta percipiuntur perſoluendæ ſunt decimæ perſonales , vt voluit Congregatio. Menoch.*tom.*5.*conſ.*402.*num.*20.Quid ſi per negligentiam Parochi, vel impedimentum non percipiantur Sacramenta ab Eccleſia Parochiali, & hoc non obſtante ipſe petat decimas , an poſſit aduerſus eum opponi exceptio ſpoliationis diuinorum.Lap.*alleg.* 66.*num.*8.*&* 9. concludit quòd ſic,Couarr. *tom.*2.*lib.*1.*cap.*17.*num.*3.

ADDITIO.

1 *Cathedrali.*] An habeat Epiſcopus fundatam intentionem in decimarum exactione , Rota dicit , quòd non, quia habentur Curatis Eccleſiarum,ſed quòd habeat fundatam intentionem in quarta decimarum ſecundùm commune, *cap.conquerenti,de offic.ord.*Vbi ius quartæ in Epiſcopali recenſetur in nouiſ.*diuer.dec.*732.*n.*4.*par.*1.Quartam autem Epiſcopus non à Parochianis, ſed ab Eccleſiis tantùm , & eorum Rectoribus petere poteſt.Verall.*deciſ.*9.*par.*2.

2 *Excommunicentur.*] Præmiſſo monitorio , de cuius forma Guil. de monte Lauden. in Clem. Diſpendioſam *de iudic. ver. ſed nunquid de Prior.Rural.fol.* 53. In paruis Zabar.ibi *quæſt.*23.Ia.de Graff.*deciſ.aur.par.*2.*lib.*2.*cap.*27.*num.*19.

CAPVT

CAPVT XIII.

Quarta funeralium ſoluatur omninò loco cui hactenus ſolita eſt pendi, non obſtantibus quibuſcumque.

DEcernit [a] ſancta Synodus, quibuſcumque in locis, *α iam ante annos quadraginta, β Quarta*, quæ funeralium dicitur, Cathedrali, aut Parochiali Eccleſiæ ſolita eſſet perſolui, ac poſtea fuerit ex quocumque *γ priuilegio*, aliis Monaſteriis, hoſpitalibus, aut quibuſcumque locis piis conceſſa, eadem poſthac integro iure, & eadem portione, qua anteà ſolebat, Cathedrali, ſeu Parochiali Eccleſiæ perſoluatur: non obſtantibus conceſſionibus, gratiis, priuilegiis, etiam Mari magno nuncupatis, aut aliis quibuſcumque.

[a] De ſepul. extra, in 6. & in Clem.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

IN Monaſteriis fabricatis circa annos 40. aut quæ habent priuilegia Papæ, non habet locum hoc cap. ſoluendam quartam.

Item, ſi Regulares ſunt in quaſi poſſeſſione non ſoluendi quartam, Epiſcopus, vel Parochus probabit ante annos 40. ſolui ſolitam quartam.

Item, ſub prætextu portionis Curæ debitæ Parocho non ſunt auferenda lumina ante expletum officium, quando mortuus ſepelitur, in Eccleſiis Regularium, in reliquis ſeruetur conſuetudo.

Quiſque poteſt ſibi eligere ſepulturam vbi maluerit, dummodò ſoluat quartam funeris ſuæ Parochiæ.

Item, quando ſepelitur quis in Eccleſia Mendicantium, ipſe faciat officium, & non Canonici, vel Clerus, & inuitentur Parochi.

Item, legata hic non comprehenduntur.

Item, ſi corpus excommunicati ſepeliatur in Cœmeterio, Eccleſia non eſt polluta.

Item, ſchiſmaticus non eſt ſepeliendus in Cœmeterio.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *Iam ante annos quadraginta.*] Priuilegia regularibus ante annum quadrageſimum à confirmatione Concilij conceſſa, quoad quartam funeralium, non tolluntur per hoc decretum Concilij ex Congregationis ſententia, de qua per Quarantig. *in ver. priuilegia. fol.* 409. vbi vide idem obſeruari de Monaſteriis ædificatis ab anno 40. citra ſi participent de priuileg. Iulij Secundi.

β *Quarta.*] Ex quibus legatis ad pias cauſas factis non ſit detrahendum quarta, vide per deciſ. D. Neapolionis Comituli nunc Epiſcopi Perufin. latam 27. Maij 1591. vt de ea fidem facit Petrus de Montargio Rotæ Notarius, in primis quando fit legatum pro maritandis, ſeu Monachandis puellis pauperibus, etiam conſanguineis. Item, pro pane præſtanda, vel alia eleemoſyna danda pauperibus in genere. Item, quando fit legatum pro fabrica, ſeu reſtauratione Eccleſiarum, Monaſteriorum, hoſpitalium, & aliorum locorum piorum, vel pro ornamentis, luminaribus, & aliis ad cultum diuinum pertinentibus indigebunt. Item, quando fit legatum pro malè ablatis alicuius Eccleſiæ Monaſterio, aut alteri pio loco damnificato, ſeu aliis perſonis à teſtatore læſis, & damnificatis, ſiue læſorum hæredibus. Item, quando fit donatio inter viuos etiam cum reſeruatione vſusfructus

fructus omnium bonorum durante vita donantis. Item, quando fit legatum alicui Hoſpitali abſque auctoritate Epiſcopi conſtitutum à priuata perſona tam fundatoris vita durante, quam poſt eius obitum. Item, ſimiliter quando fit legatum alicui hoſpitali à Communitate aliqua abſque eadem auctoritate Epiſcopi conſtructo. Hæc autem quarta non poteſt detrahi etiam vigore literarum Nicolai V. Datum 16. Calend. Septembris 1448. necnon Pauli I I I. Datum 28. Nouembris 1543. in actis productum. vide Maſcard. *de probation. lib. 2. concluſ. 593. num.* 8. *&* 9. & nota quòd quando quarta debetur non detur ad eam hæres, ſed Eccleſia cui factum eſt legatum, & debetur etiamſi ipſi Parochiali legatur aliquid, quia non compenſatur. Capic. *deciſ.* 23. Prax. *in ver. legatum* §. *ad tertium, ſol.* 139. excipiuntur Monachi mendicantes, ibidem §. *ad ſextum*. An Capucini in Conuentibus ipſorum de nouo erectis, & erigendis teneantur ad quartam funeralium, & dic non teneri, ſicut nec tenentur Minores de obſeruantia virtute Bullæ Iulij Secundi in fauorem Minorum editæ, & Clem. V I I. in eorumdem fauorem promulgatæ, vbi expreſsè ex hac quarta eximuntur. Quòd autem Capucini participes facti ſint omnium priuilegiorum, indultorum, & gratiarum ipſis Minoribus conceſſarum ſtatuit Pius I V. 1560. indictione tertia die 28. Iunij Pontificatus eius anno primo innouans Conſtitutionem Pauli I I I. idem decernentis.

Contingit quandoque, videl. quarta relictorum ad pias cauſas quæ Hoſpitali debetur, etiam alia quarta detrahatur pro Epiſcopo, & ſic exigitur quarta de quarta, vt in Hieracen. Hoſpitalis contingit, & eſt fundantis in iure.

Exponitur Sacræ Congregationis Cardinalium ſacri Concilij Tridentini, *Che nella terra di cinque frondi della dioc. de Mileto fù fundata anticamente molti anni del Concilio Tridentino vna Chieſa ſotto titolo di Santa Maria della Gratia, la quale dell' anno* 1585. *della felice memoria di Siſto Quinto, fù conceſſa alla religione de Frati Minori Oſſeruanti di San Franceſco, come appariſce per ſuo Breue Apoſtolico, per il quale ſpecialmente ci lo concede, che tutti coloro, che vi ſi ſepelliranno ſiano liberi, & eſſenti* ab omni iure ſepulturæ, *e dal detto tempo in quà li detti Religioſi non hanno mai pagato quarta funerale, al preſente vengono moleſtati dal Parocho della propria Parochia, ſotto preteſto che detta Chieſa anticamente mentre fù in potere dell' Vniuerſità e de preti ſecolari era ſolità pagare detta quorta; & perche fin hora il detto Rettore non hà fatto conſtare detta antica cõſuetudine, ma vuole de fatto procedere all' eſattione di detta quarta. Per tanto ſupplicano le SS. voſtre Illuſtriſſime & Reuerendiſſime li detti frati à voler dichiarar ſe detta quarta ſi deue, che finche non conſti formiter della detta conſuetudine antica, non deuano eſſere moleſtati ſopra detta Quarta e degnino ordinare à Monſignor Veſcouo di Mileto, che interim non faccia moleſtare detti frati per tale cauſa, che oltre ſia di ragione, lo riceueranno per ſingolare gratia.*

Die quinta Septembris 1607. Congregatio Concilij Tridentini Interpretum cenſuit ſi religioni Fratrum Sancti Franciſci de Obſeruantia ante quadraginta annos ante Tridentinum Concilium à Sede Apoſtolica indultum fuerit, vt quartam huiuſmodi ſoluere non teneatur, non teneri ad eam ſoluendam, hanc Eccleſiam poſt Concilium religioni acquiſitam, tametſi antequam religioni prædictę acquireretur eam ſoluere dicta Eccleſia conſueuiſſet, Hieronymus Cardinalis Pamphilius.

y Priuilegio.] Hinc abuſus irrepſerat, vt Parochi prohiberent, ne regulares abſque eorum præſentia mortuorum corpora ad Eccleſias proprias aſſociarent, néue mortuorum huiuſmodi officia peragerent, nec abſque Rectorum præſentia infirmi conderè teſtamenta, aut aliàs in Eccleſia regularium ſepeliri poterant, quæ omnia per Bullam Pij Quinti in fauorem regularium editam fuerunt reformata, ſed Gregorius X I I I. vt pluries dictum eſt, reduxit prædictam Bullam ad terminos iuris, & Concilij quam poſuit Nauarr. *in fin.* ſui manualis, incidenter quæritur an forenſes, & peregrini qui non elegerunt ſepulturam, ſint ſepeliendi in Parochiali, vel Cathedrali, dic in Cathedrali regularium, ſed in caſu neceſſitatis, & conſuetudinis in Parochiali decedunt. Ant. de Butr. *contr.* Abb. *in cap. de ſepultur.* Silueſt. *confeſſ.* 1. *quæſt.* 11. & ſepulturæ *num.* 2. *verſic. ſecund.* Antonin. *in* 3. *par. tit.* 10. *cap.* 5. §. 1.

Digitized by Google

CAPVT XIV.

Datur ſalutaris ac expeditus modus procedendi contra peſtem fæculentam ac lutulentam clericorum concubinariorum per ipſos Epiſcopos, ſiue illi Clerici ſint in beneficio, ſiue non.

QVàm turpe, ac Clericorum nomine, qui ſe diuino cultui addixerunt, ſit indignum, in impudicitiæ ſordibus immundóque concubinatu verſari, ſatis res ipſa communi fidelium omnium offenſione, ſummóque Clericalis militiæ dedecore, teſtatur. [a] Vt igitur ad eam, quam decet, continentiam, ac vitæ integritatem miniſtri Eccleſiæ reuocentur; populúſque hinc eos magis diſcat teuereri, quo illos vita honeſtiores cognouerit: prohibet ſancta Synodus quibuſcumque Clericis, ne concubinas, aut aliàs mulieres de quibus poſſit haberi ſuſpicio, in domo *α vel extra* detinere, aut cum iis vllam conſuetudinem habere audeant: alioquin pœnis *β à ſacris Canonibus*, vel ſtatutis Eccleſiarum impoſitis, 1 *puniantur. γ Quòd ſi à Superioribus moniti*, ab iis ſe non abſtinuerint; 2 *tertia parte δ fructuum*, obuentionum, ac prouentuum beneficiorum ſuorum quorumcumque, & penſionum ipſo facto ſint priuati, quæ fabricæ Eccleſiæ, aut alteri pio loco arbitrio Epiſcopi applicetur. Sin verò in delicto eodem, cum eadem vel alia fœmina perſeuerantes, ſecundæ monitioni adhuc non paruerint, non tantùm fructus omnes, ac prouentus ſuorum beneficiorum, & penſiones, eo ipſo amittant, qui prædictis locis applicentur; ſed etiam à beneficiorum ipſorum adminiſtratione, quoad Ordinarius, etiam vti Sedis Apoſtolicæ delegatus, arbitrabitur, ε *ſuſpendantur*; & ſi ita ſuſpenſi nihilominùs eas non expellant, aut cum iis etiam verſentur, tunc beneficiis, portionibus, ac officiis & penſionibus quibuſcumque Eccleſiaſticis perpetuò priuentur, atque inhabiles ac indigni quibuſcumque honoribus, dignitatibus, beneficiis, ac officiis in poſterum reddantur, donec poſt manifeſtam vitæ emendationem ab eorum Superioribus cum iis ex cauſa viſum fuerit diſpenſandum. ζ *Sed ſi, poſtquam* eas ſemel dimiſerint, intermiſſum conſortium repetere, aut alias huiuſmodi ſcandaloſas mulieres ſibi adiungere auſi fuerint, præter prædictas pœnas. [b] *η excommunicationis gladio* plectantur. Nec quæuis appellatio, aut exemptio prædictam executionem impediat aut ſuſpendat: θ *ſupradictorúmque* omnium cognitio, non ad 3 *Archidiaconos*, nec Decanos, aut alios inferiores, ſed ad Epiſcopos ipſos pertineat: qui ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ſola facti veritate inſpecta procedere poſſint. Clerici verò beneficia Eccleſiaſtica, aut penſiones non habentes, iuxta [c] delicti & contumaciæ perſeuerantiam & qualitatem ab ipſo Epiſcopo 4 *carceris* pœna, ſuſpenſione ab Ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, aliiſve modis, iuxta ſacros Canones, ι *puniantur. κ Epiſcopi quoque*, quod abſit, ſi ab huiuſmodi crimine non abſtinuerint; & à Synodo prouinciali admoniti, ſe non emendauerint; [d] ipſo facto

a Sup. Seſſ. 14. c. 8. de Ref. Conc. Cart. 3. c. 18. Nicę. c. 3 Conc. Matiſc. 1. cap. 1. Côc. Arel. 2. cap. 3. Conc. Tolet. 2. c. 3. Concil. Bracc. 1. c. 15. Concil. Turo. 2. c. 10. 11. & 12. Conc. Mogunt. c. 49. ca. interdixit 32. diſt. cap. cum omnib. c. volumus, & cap. fœminas, 8 di. c. 1. cum mult. ſeq. de cohab. Cler. & mulier.

b Cap. 2. cum ſeq. de cohab. Cler. & mul. c. ſi, concubinæ de ſent. exc. Conc. Aurel. 3. c. 4.

c Sup. c. & in aliis locis ſup. alleg. Concil. Tolet. 4. c. 41. Vide 8. Tolet. cap. 6.

d Cap. quorúdam 34. diſt. Conc. Aurelian. 5. c. 3.

facto ſint ſuſpenſi: & ſi perſeuerent, etiam ad Sanctiſſimum Romanum Pontificem ab eadem Synodo deferantur, qui pro qualitate culpæ etiam per priuationem, ſi opus erit, in eos animaduertat.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

HOc Caput non procedit in ſimplici incontinentia, ſed in concubinatu, & vt habeat locum requiritur, vt Clericus ſecundo delinquat, & ſpecialiter moneatur.

Item, ſi Concubinarius, qui fuit mulctatus tertia parte fructuum tantùm, hoc cap. dimittat Beneficium, vel eo priuetur, nouus prouiſus, de hac mulcta nil lucratur.

Item, nomine fructuum non veniunt diſtributiones quotidianæ, niſi quia admonitus non paruit, & ſit ſuſpenſus, & non poſſit inſeruire Choro.

Item, ſi Clericus modò eum vna, modò cum alia comprehendatur, poteſt Epiſcopus vti hoc cap. contra eum.

Item, trina admonitio contra Clericum Concubinarium poteſt fieri omnibus temporibus, & poteſt procedi omnibus modis in eum.

Item, oppoſitio à ſententia lata ſecundùm hoc cap. non ſuſpendit executionem in nullo caſu.

Admonitio debet fieri ſpecialiter, & non generaliter, & per edictum.

Item, ſi reſignatio Beneficij ante fuit facta Romæ antequam Epiſcopus priuaret illum Beneficio, reſignatio tenet, nec poteſt Epiſcopus imponere penſionem.

Monitiones poſſunt fieri in omni tempore, & tempus intermedium eſt ad arbitrium Epiſcopi.

Item, Clerici Concubinarij notorij ſunt etiam iure antiquo ſuſpenſi à Diuinis.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α VEl extrà.] Si domi, vel extra domum retineat, in domo matris, aut conſanguineorum, erit Concubinarius, ſuprà *ſeſſ. 24. cap. 4. de reformat. matrimon.* Prax. *in verb. concubinarij, in princip. fol.* 41. vbi vide quòd hæc cognitio etiam quoad laicos pertinet ad Epiſcopum. Boër. *deciſ.* 72. *num.* 1. & 6. Abb. *in cap. intelleximus, num.* 1. & 2. *de adult.* An hoc cap. quod diſponit contra Clericos concubinarios, poſſit procedere contra eos Clericos, qui concubinam non habent, ſed modò cum vna, modò cum alia conuerſantur, & per ſex rationes conſuluit Nauarr. quod ſic, vt *par.* 2. *lib.* 3. *de Adult.* Card. Tolet. *in ſumm. lib.* 1. *cap.* 47.

β *A ſacris Canonibus.*] Et poſſunt patroni, ſi ad eos ſpectat præſentatio alicuius beneficij per concubinarium detenti, vel alij laici Parochiani pro ſuo intereſſe, quia ab eis percipiunt Sacramenta, eos recuſare. Lap. *alleg.* 11. *per tot.*

Quinimò poteſt Ordinarius procedere contra ipſos prout de iure non expectata forma huius text. ex vi huius litteræ, & ex Congregationis ſententia, & ſic contra ſuos clericos concubinarios non ſolùm confirmantur pœnæ antiquæ, ſed aliæ ſtatuuntur de nouo. Card. Tolet. *in ſumm. lib.* 1. *cap.* 47. *verſ. aduerte etiam*, ſed Prax. *in verb. Concubinatus ver. ad primum contrarium tenet, fol.* 42.

γ *Quod ſi à Superioribus moniti.*] Requiritur ergo monitio, quæ debet eſſe ſpecialis ex Congregationis ſententia. Prax. Neapol. *cap.* 36. *vel* 37. *num.* 3. vide Nauarr. *in ſumm. cap.* 25. *num.* 80. & 109. & Sanctus Gregorius eos ab altari remoueri præcipit, *lib.* 2. *ep.* 83.

δ *Fructuum.*] Obuentionum, ac prouentuum, an ſub his comprehendantur etiam diſtributiones quotidianæ, & Nauarr. *de verb. ſignificatio. conſ.* 4. diſputat ad partes & nihil firmat, vide quæ ſcripſi *ad cap.* 18. *ſeſſ.* 23.

ε *Suſpendantur.*] Non ergo ſunt ipſo iure ſuſpenſi, ſed poſſunt ſuſpendi, Prax. *in verb. Concubinary ver. ad ſecundum, fol.* 42. & not. ex hoc text. iunct. *cap. vt ſi Clerici, de iud.* quòd tales fornicatores notorij ſunt irregulares, & ideò non ſunt abſoluendi, ſed diſpenſandi ſunt ab irregularitate etiam peracta pœnitentia. Cardin. Tolet. *in ſumm. lib.* 1. *cap.* 47. *verſic. aduerte ſexto.*

ζ *Sed ſi poſtquam.*] Clericus non habens in domo habitationem ſeparatam, poteſt habitare cum fratre, & ſorore, etiamſi aliæ mulieres minores annorum 50. ibidem cohabitent ex Congregationis ſententia.

η *Excommunicationis gladio.*] Abſolutio, ſeu diſpenſatio in caſu huius text. non eſt reſeruata Papæ, ideò Epiſcopus poteſt in eo abſoluere, & diſpenſare per regulam *cap. nuper, de ſentent. excomm.* Tolet. *ver. 4. ſi poſtquam.*

θ *Supradictorúmque.*] Alios inferiores intellige, vt ſuprà *ſeſſ. 24. cap. 20. ver. ad hæc.*

ι *Clerici verò.*] Vide Cardinal. Tolet. *in ſumm. lib. 1. cap. 47. verſ. 5. Clerici.*

κ *Puniantur.*] An præter pœnas prædictas remaneant pœnæ taxatæ à iure antiquo. Item, an ipſo Iure ſint ſuſpenſi. An Concubinæ poſſint excommunicari, & an requitatur trina poſſeſſio contra Clericos. Prax. Epiſcop. *in ver. concubinarij, ver. ad primum, fol. 42.*

λ *Epiſcopi quoque.*] Cardinal. Tolet. *in ſumm. lib. 1. cap. 49. ver. octaua,* & quare continentia ſit annexa Ordinibus ſacris, vide per eundem *lib. 1. c. 2.* differunt etiam ſexto.

ADDITIO.

1 *Puniantur.*] Contra concubinarios, & alios mortiferè peccandi procedere poteſt Epiſcopus per denunciationem, & per Inquiſitionem Nauarr. *conſ. 2. de off. ord.* vide ſuprà *ſeſſ. 24. cap. 8. concordat. conſ. 1. de off. iud. ord. vel iudic.*

Non tamen inquirit, nec tenetur inquirere contra particularem, non præcedente forma, vel aliàs ad ſpecialem Inquiſitionem, ſuper his, quæ nouit, vt priuatus, & ſatis conſuluit conſcientiæ ſuæ per Inquiſitionem generalem. Nau. *conſ. 1. de offic. iud.* & quomodo poſſit contra Vicarios procedere, *ibid.*

2 *Tertia parte fructuum.*] Concordantia circa pœnas Clericorum Concubinariorum adducit Menoch. *de arbitr. caſ. 417. num. 12.* & in eo caſu plenè de pœnis concubinariorum, tàm Clericorum, quàm laicorum.

3 *Archidiaconos.*] Cognitionem ad Archidiaconos, & alios inferiores, &c. Iſte text. non videtur locum habere in inferioribus Prælatis exemptis, vide *in lib. infor. ſuper Concil. fol. 696.*

4 *Carceris.*] Cùm hoc ſtatuatur in Clericis Beneficio, aut penſione carentibus, argum. eſt quòd habentes Beneficium, vel Penſiones nõ ſint carceribus mancipandi, quod iuri communi conſonum eſſe teſtatur. Gong. Goncallus Mandoz. *lib. 1. diu. iur. arg. cap. 5. num. 21.*

Ampliа, vt in criminibus, de quibus hic, non ſint Clerici in vinculis detinendi, etiamſi non habuerint Beneficium, ſi tamen bona poſſideant, vel præſtent ſatiſdationem, vt ibi *in fin.* & ad hunc text. reſpõdent quòd proceditur in carceratione, quæ poſt ſententiam in pœnam criminis non ad cuſtodiam ſequi debet, ſed cùm de pœna carceris hic text. loquatur, in primis ſequitur, quòd malè tunc colligatur, argumentum à contrario ſenſu in carceratione ad cuſtodiam. Secundò, ſi pœna carceris irroganda venit, non videtur vera ampliatio, quando illa pœna eſt corporis afflictiua, limitat idem Goncal. niſi exceſſus enormitas, vel alia rationabilis cauſa ſuaſerit contrarium, *d. cap. 5. num. 21.* vt in atrocioribus in quibus ad depoſitionem, vel degradationem deueniri poteſt, per *cap. 6. ſuprà eodem.*

Aduertendum eſt quòd text. *in d. cap. 6. ſuprà eodem,* deſtruit hæc omnia, quia loquitur expertè de crimine incontinentiæ, de quo in hoc decreto, & ratio qua ipſe Goncall. mouetur, nihil concluderet, vbi habemus textum apertum.

CAPVT XV.

Contra Clerici filios.

1 VT α *paternæ* incontinentiæ memoria locis Deo conſecratis, quos maximè puritas, ſanctitáſque decet *a longiſſimè arceatur*; β *non liceat* filiis Clericorum, qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio, 2 *in Eccleſiis*, vbi eorum patres benefi- cium

α Conc. 9. Tolet in cap. 10. grauius animaduertit, c. propoſuiſti, 91. diſt.

cium aliquod Eccleſiaſticum 3 *habent*, aut 4 *habuerunt*, quodcumque etiam diſſimile beneficium obtinere, [b] *7 nec in dictis Eccleſiis* quoquo modo miniſtrare, *& 5 nec penſiones* ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel aliàs obtinuerunt, habere. Quod ſi *6 in præſenti* pater, & *7 filius* in eadem Eccleſia beneficia obtinere reperiantur; *cogatur filius* ſuum beneficium reſignare, aut cum alio permutare extra Eccleſiam intra trium menſium ſpatium: aliàs ipſo iure eo priuatus exiſtat, *& ſuper iis* quæcumque diſpenſatio ſurreptitia cenſeatur. Ad hæc, reciprocæ reſignationes, ſi quæ poſthac à parentibus Clericis in fauorem filiorum fient, vt alterius beneficium conſequatur, in fraudem huius Decreti, & Canonicarum ſanctionum factæ omninò cenſeantur: nec collationes ſecutæ, vigore huiuſmodi reſignationum, ſeu aliarum quarumcumque, quæ in fraudem factæ fuerint, ipſis Clericorum filiis ſuffragentur.

b Ab Alex. 3. p. 19. c. 1. & in Conc. 2. Lat. c. 14. cap. 2. & per totum, de fil. Presb.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

QVi habuerunt in eadem Eccleſia Beneficium, non ſunt in hoc cap.

Item, etiamſi pater ſit mortuus, filius non poteſt habere Beneficium, vel penſionem in eadem Eccleſia, nec Nepos.

Item, ſi pater non accepit penſionem per ſe, vel per Procuratorem, vel ſi non expediuit litteras Apoſtolicas ſuper eo, ſi Beneficij collatio ſpectabat ad Sedem Apoſtolicam, non ſunt in hoc cap. ſecùs ſic.

Item, quando Eccleſiæ ſunt ſorores, vt ſunt aliquæ in Hiſpania, pater non poteſt reſidere in vna, & filius in alia.

Item, Papa aliquando conceſſit Patrem, & filium habere Beneficia in eadem Eccleſia de conſenſu tamen Epiſcopi, & Capituli.

Item, filius illegitimus non ſolùm non poteſt habere Beneficium in Eccleſia in qua pater habet, ſed nec poteſt canere in ea, vt muſicus ſimplex ſecundùm Concilium, *cap. conquærente. de fil. Presb.*

Item, filius illegitimus non poteſt habere beneficium in Eccleſia cuius Canonici, & Clerus in certis ſolemnitatibus ſolent canere in Eccleſia in qua Prior beneficiatus habet dicere aliquam orationem occaſione illarum ſolemnitatum.

Item, filius eſt cogendus reſignare Beneficia Eccleſiæ in qua pater obtinuit, quia ſemper repræſentat incontinentiam paternam, ſed hoc moderetur, niſi pater ſua ſponte reſignaſſet Beneficium.

Item, ſi non reſignat poſt tres menſes, hoc decretum non prodeſt filio; filius Presbyteri poteſt eſſe Cappellanus amouibilis in Eccleſia vbi pater habet beneficium, & habere poteſt beneficium, vbi pater fuit Cappellanus amouibilis, ſed non titulatus ad Beneficium.

Item, hoc cap. habet locum in filiis naturalibus factis tempore quo prior non erat Clericus.

Item, filius non poteſt obtinere Beneficium, quod pater abſque legitimo titulo, & minùs pacificè aliquando poſſedit.

Item, filius poteſt obtinere Beneficium in Eccleſia filiæ matricis, ſi in ea pater non miniſtrauit, nec dicetur vtriuſque titularis.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

ALiqui intelligunt hunc textum procedere quando filius immediatè ſuccedat patri in beneficio paterno, ſecùs autem ſi mediatè per *cap. ex tranſmiſſa*, & *cap. ad extirpandas, de fil. Presbyter.* Alij contradicunt arguentes ex verbis huius text. quæ ſunt prægnantia, videlicèt, vt longiſſimè arceatur memoria incontinentiæ paternæ, & ibi nec penſiones ſuper fructibus beneficiorum quæ parentes eorum obtinent, vel aliàs obtinuerunt habere pro prima opinione, vide Abb. *in d. cap. ex tranſmiſſa, num. 3.* ſed verior ſecunda opinio.

α *Longiſſimè arctatur.*] Ad dubium, An Clem.Clem. VII. ne fil.illegit.poſſint obtinere beneficium paternum comprehendat nepotem legitimum ex filio illegitimo reſpectu beneficij auiti addito etiam hoc decreto Concil. Trident. Rot. 12. Februar. 1574. concluſit negatiuè *par.* 1. *deciſ.* 487. tam ex Bulla, quàm ex Concilio, tam ex verbis, quàm ex menſe. Nam quoad Clem. certum eſt eius verba non conuenire Nepoti legitimo, ibi in ipſorum reſignantium filios ex fornicatione genitos, & ibi ſuper defectu natalium, quem ex dictis Sacerdotibus reſignantibus geniti patiebantur, & ibi ad ordinatum ſuperiorum amorem, & ibi quòd de cætero filij Presbyterorum ex fornicatione nati, ſimiliter verba Concilij non conueniunt ibi, qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio, ſed vbi verba diſpoſitionis non conueniunt, nec diſpoſitio conuenit, Bartol. *in l.*4. §. *prætor ait*, & ibi Bald. *de damn.infect.* Dec. *in cap.*1.*num.*21. *de electiona.* Alciat. *in l.liberorum verſ. tertius caſus eſt, de verb.ſignificat.* Alex. *conſ.*4.*column.* 2.*num.*7.*vol.*4.*l.fin.C.de natural. liber.* Gabr. *de verb.ſignificat.concluſ.* 1. *num.* 58. quia in Nepote legitimo ceſſat qualitas paterna. Cardinal. Paleott. *de nothis ſpuriiſque cap.* 53. Anton. Roſell. *de ſucceſſ. ab inteſtat. num.* 36. neque mens, vel ratio Concilij eſt par in vtroque, quia nepos legitimus repræſentat paternam continentiam, & filius præſumitur eſſe filius patri. Gigas *de crimin.læſæ Maieſtat.*3.*part.quæſt.*3.*num.*14. Domin. & Alex. *in cap. Presbyterorum, diſtinct.* 56. & licèt appellatione liberorum veniant Nepotes, *l. iuſta, de verb. ſignificat.* id procedit quando diſpoſitio eſt merè fauorabilis reſpectu filiorum. Alciat. *in d.l.iuſta*, & circumſcripta Clem. & Concil. etiam de iure communi ſecurior opinio, quam tenet Rota eſt, vt Nepos non comprehendatur. gloſ. *in d. cap. Presbyterorum, diſt.*56. Goffred. *in ſumm.num.*5.*ad fin.de fil.Presbyt.* Ioann.Andr.Anan. *in cap.ad extirpandas eod. tit.* & ibi late per Ægid. *num.*3. Alex. *in cap. Apoſtolica*, & *quæſt.*1.*ſumm. confeſſ.quæſtion.*8. Butr. *conſ.*28 Alex. *conſ.*37.*num.*10.*vol.*6. Dec. *conſ.*95.*column.*4 Non obſtant Abb. & Ant. de Butr. *in d. cap. ad extirpandas*, quia iſta eſt communis opinio, & non illa; vt per Collectan. *in d. cap. ex tranſmiſſa.* Henric. Boic. *in d.cap.ad extirpandas*, & Summiſtæ. Aſten. Silueſt. Tabien. Angel. Roſell. & Armill. *in ver.beneficia.* Et ſi Cõcilium voluiſſet comprehendere Nepotem, dixiſſet, vt paternæ, & auitæ incontinentiæ, ad text. *in l.vnica, §.ſin autem, ad deficientis.C. de caducit. tollend.* eandem opinionem ſequuta eſt Congregatio Concilij Bracharen. 17. Octobris 1592. Nauarr. *de fil. Presbyter. conſil.*8.*&* 9.

β *Non liceat.*] An hic text. procedat in filio nato ex ſoluto, & ſoluta, vt poſſit obtinere beneficium paternum, vel in Eccleſia, in qua pater, pro negatiua dicitur omnem illegitimum eſſe incapacem beneficij, *cap. ad extirpandas, de fil. Presbyt.* Nauarr. *eod. tit.conſ.*7. Item, præter hæreditariam ſucceſſionem vitan. Hoſtien. ibidem, ſed ſi filius diſpenſetur per Epiſcopum, prout poteſt in ſimplici beneficio, *cap. nimis*, vbi Abb. *eod.tit.* non videtur obſtare Concilium hic, cùm loquatur de fil. Presbyter. non autem de fil. laicorum, prout diſtinguit Hoſtien. *in ſumm. ver. qui fil.Presbyt.* vbi refert exempla multorum Pontificum natorum non ex patribus, ſed laicis, & cum ſimus in pœnis, & in materia exorbitante, non fit extenſio Abb. *in cap. cùm decorem, eodem tit.* Rot. *diuerſor.deciſ.*1168. Aymon. *conſ.* 166. His non obſtantibus, inuenio Congregationem cenſuiſſe text. hunc procedere etiam in illegitimo nato ex laico. An filius illegitimus laicus, qui in Eccleſia in qua pater, nec beneficium habet, nec penſionem, ſed vt Cantor muſicæ tantùm in ea Eccleſia cantat, prohibeatur per iſtum text. & videtur quod ſic, per ea verba, *nec in dictis Eccleſiis quoquo modo miniſtrare*, per quæ prohibetur non modò miniſtrare patri, ſed etiam in Eccleſia, & eadem eſt ratio ſiue miniſtret in officio, vel beneficio; & ita cenſuit Congregatio die decima Decembris, 1574.

An quemadmodum hoc decreto prohibetur filius illegitimus obtinere beneficium paternum, ita etiam pater è conuerſo prohibitus intelligatur, quominus adipiſcatur beneficium quod eius filius illegitimus obtinuerit; pro affirmatiua tenuit Maiol. *de irregul.lib.*1.*cap.*9.*num.*11. ſed Abb. *in cap.ex tranſmiſſa, ſub num.*3.*ver. quæro an vitium, de fil.Presbyter.* ponit caſum in terminis, & poſt multa quæ adducit in contrarium, tenet poſt Ioann.Andr. quòd pater poſſit, quia ſumus in pœnis, quia non reperitur prohibitum, & quia hic titulus eſt

exorbitans,

exorbitans, & non eſt par ratio, & not. idem Abb. *in cap. cum decorem, de fil. Presbyt.* & ita pluries cenſuit Congregatio die penultima Maij, 1602. die 22... 1594. & 8. Maij, 1598.

An filius legitimus poſſit renunciare Canonicatum Patri, & Congregatio cenſuit negatiuè, non ex ratione huius text. cùm ceſſet incontinentia, ſed ne detur hæreditaria ſucceſſio. Ioan. Andr. quem refert, & ſequitur Abb. *in cap. ex transmiſſa num. 3. de fil. Presbyter.* tenet affirmatiuam, quia non reperitur prohibitum, & hæc materia eſt exorbitans.

γ Nec in dictis Eccleſijs quoque modo miniſtrare.] Non tamen per hoc prohibet iſte text. quin pater, & filius poſſint celebrare Miſſam in eadem Eccleſia, dummodò vterque non obtineat beneficium in ea, ſed id fiat ab altero deuotionis gratia, ab altero cauſa legati, quod relictū ſit Miſſam celebrantibus, vt cenſuit Congregatio, ſed in contrarium, vide Nauarr. *de conſtit. conſ. 1. num. 46.* quia videtur miniſtrare contra hunc text. non tamen prohibentur filij illegitimi clericorum à Concilio Tridentino habitare cum patribus.

Propoſito dubio, an Decano Collegiatæ, qui certis diebus feſtiuis tenetur proceſſionaliter accedere in Cathedrali, in qua pater fuerat Canonicus, & ibi recitare verſiculos, & collectam, obſtet Concilium hic ad Decanatum obtinendum; & Congregatio ſub die 3. Septembris, 1587. poſt tertiam reſolutionem etiam quarto cenſuit Concilium obſtare, quia tenetur miniſtrare, quæ miniſtratio prohibetur per Concilium hic.

δ Nec penſiones.] Congregatio cenſuit in vna Segolien. penſiones impoſitas ſuper fructibus & præbenda de Broncíales in fauorem N. qui eam habebat cum facultate transferendi, quam tranſtulit in quendam eius filium illegitimum, eſſe validam tranſlationem, quia Concilium non prohibet quòd filius illegitimus non poſſit habere penſionem quam pater habebat, ſed eam tantùm penſionem ſuper beneficiis quæ patres eorum obtinuerunt propter illa verba huius text. *neque penſiones ſuper fructibus beneficiorum quæ patres eorum obtinent*; Nam illud relatiuum, *quæ* non refertur ad penſiones, ſed ad beneficia, aliàs dixiſſet; *quas* His add. Nauarr. *conſ. 9. & 10. per tot. de fil. Presbyt.* Quæritur an pater poſſit transferre penſionem propriam in filium legitimum.

Dubium faciebat imago hæreditariæ ſucceſſionis, ſed contrarium eſt verius, prout paulò ſuperius reſolutum fuit in filio illegitimo, argumento ſumpto à fortiori. Gigas *de penſion. reſponſ. 4. num. 5.* tenet poſſe filio reſeruari penſionem ſuper beneficio patrono, licèt ſine clauſula, regreſſus pari modo poterit transferri. Item Rebuff. *de diſpenſa. ſuper defect. natal. num. 37. fol. 313.* tenet poſſe filium legitimum obtinere beneficium patris, vel in quo pater fuit præfectus, nec vnquam vidiſſe peti ſuper hoc diſpenſationem per conſil. Calderin. 1. *de fil. Presbyter.* & Rip. *in cap. inter cætera, num. 4. de reſcript.*

ε Quod ſi in præſenti.] Quid ſi patre mortuo filius reperitur obtinere beneficium non tenetur dimittere illud, ita per Congregationem Illuſtriſſimorum declaratum fuit 8. Calend. Decembris, 1566.

Fuit quæſitum in quo differat iſtud decretum à iure communi. Reſpōdetur, quod in quinque. Primò, quòd non ſolùm ratione ſucceſſionis, prout de iure communi, ſed etiam ob incontinentiæ paternæ memoriam inualuit hæc prohibitio, ſcandalum enim eſt populo Dei, cui offeratur præ oculis memoria quòd baſtardus patrem oſtendat Dei miniſtrum, quod notauerat Abb. *in cap. cum decorem de fil. Presbyter.*

Secundò, quòd talis memoria longiſſimè arceatur, id eſt, non ſolùm immediatè prout de iure communi, ſed etiam mediatè cont. Abb. *in cap. dilectus, num. 4. eod. tit. 3.* Tertiò, quòd non ſolùm prohibetur ſucceſſio in eodem beneficio, ſed in alio quocumque etiam d[illegible]imili, dummodò ſint in eadem Eccleſia, contra ius commune, de quo per Abb. *in cap. ad abolendam poſt princ.* Quartò, quòd nedum prohibetur filius obtinere beneficium in Eccleſia in qua pater, ſed miniſtrare contra ius commune, quo prohibebatur tantùm miniſtrare patri. Abb. *in d. cap. cum decorem.* Quintò, quòd nec penſiones, ſuper fructibus beneficiorum quæ parentes eorum obtinuerunt, vel obtinent, habere poterunt filij, quod iure communi non reperiebatur prohibitum. Hinc dubitabatur, an habeat locum Concilium, ſi pater obtinuit beneficium, & expedi

pediuit litteras, ac poſſeſſionem per procuratorem cœpit, ſed in Eccleſia nunquam miniſtrauit, & Congregatio 14. Ianuarij, 1574. cenſuit quòd ſic, quia per prouiſionem acquiritur ius in re. Caſſador. *deciſ. 3. num. 3. de præbend.* & licèt verbum habere capiatur cum effectu, *l. 1. §. hac verba, ff. quod quiſque iur. l. nomen filiorum §. fin. de verb. ſignificat.* tamen rectè habere dicitur, qui dominium rei habet, *l. 1. ff. de fid. comm. libert. l. officium, ff. de rei vend.* Siluan. *in tract. de feud. cogn. quæſt. 109. num. 535.* Facit ratio iuris communis ne detur hæreditaria ſucceſſio in beneficiis, quæ ratio per Concilium non modò eſt ſublata, ſed firmatur ſuprà eadem *ſeſſ. cap. 7.* quæ ratio æquè militat, ſi pater miniſtrauit, ac ſi non miniſtraſſet. Quare videtur ſufficere titulus, nec eſt tanti momenti miniſtrare, quanti eſt titulus, vt not. Abb. *per illum text. in cap. conſtitutus, num. 5.* Vicarius enim Generalis quamuis miniſtret, tamen cùm non habeat titulum non dat locum huic diſpoſitioni, Cauſatur enim vitium in perſonam filij, per ſolam patris intitulationem. Abb. *in cap. transmiſſa, num. 6. eod. tit. de fil. Presbyt.* ſi verò per ſolam ſupplicationem pater obtinuerit beneficium, & nec litteras expediuerit, nec poſſeſſionem cœperit, ſecùs cenſuit ſacra Congregatio, quia ante litterarum confectionem gratiā non eſt perfecta, ſed eſt informis. Staphil. *de grat. expectat. cap. 2. num. 2. & cap. 7. num. 17.* Oldrad. *conſ. 324.* factum tale plura congerit. Gomeſ. *in regul. de non iudic.* iuxta formam ſupplic. *quæſt. 1.* propter extenſionem, & declarationem clauſularum quæ ſit in litteris.

ζ *Cogatur filius.*] Potius filius quàm Pater cogendus eſt reſignare, quia maior in eo militat ratio, de qua per Abbat. *in cap. cùm decorem, de fil. Presbyt.* Ecce baſtardus miniſtrat patri.

η *Et ſuper iis.*] Ex hac loquutione in plurali numero videtur quòd ſublatæ ſint diſpenſationes in omnibus caſibus præcedentibus huius cap. vt in ſimili concludit. Alex. *conſil. 226. num. 8. colum. 6.* quia ſi teſtator ita intellexiſſet, dixiſſet de ſubſtitutionibus, maximè cum illa ſubreptio diſpenſationum ſit clauſula in medio poſita quæ omnia præcedentia amplectitur, *cap. inquiſitioni de appell. cap. 2.* requiris vbi latè Dec. *eod. tit.* Præterea cùm de iure communi non poſſint eſſe in eadem Eccleſia pater, & filius abſque diſpenſatione, *cap. dilectus litteras, de fil. Presbyt.* videtur quòd litteras voluerit Concilium tollere. Huc accedit quòd licet cauſa ſit de præterito, tamen cum complementum ſit de futuro, lex ſuperueniens tollit illud complementum, & effectum ad text. cum gloſ. *communiter recept. in Clem. 2. ver. in poſterum de ætat. & qualitat.* Felin. *in cap. cum M. num. 34. de conſtit.* Card. *in Clem. 2. de ætat. & qualitat.* & Felin. *in cap. final. de conſtit. Fallen. 5. poſt* Abb. *num. 11.* facit text. cum gloſ. *in ver. deputatis, Clem. vnic. de teſtam. & text. cap. ſi eo tempore, de elect. in 6.* & ideò habens acceſſum ad aliquod beneficium in Eccleſia in qua pater, ſi ſit locus acceſſui poſt Concilium non videtur admittendum, quia acceſſus erat ſub conditione mortis paternæ eo decedente per ablatiuum abſolutum, *l. à teſtatore, de condit. & demonſtrat. l. euictiſ. de euict.* Pariſ. *conſ. 81. num. 7. lib. 5.* & in terminis *conſ. 82. num. 4. & ſeq. lib. 4.* & cum ante euentum conditionis ſuperuenerit impedimentum, gratia non ſuffragatur, ad text. *in l. interdicit, de condition. & demonſtrat.* & *l. quoties §. 1.* cum ibi not. per Bartol. *de nouat. & trad.* Ioan. Andr. & Ancharan. *in cap. deteſtanda de conceſſ. præbend. l. 6.* nam tunc conditionis dies retrotrahetur quando pendente conditione non ſuperuenit impedimentum impediens effectum illius diſpoſitionis conditionalis, *l. bonorum ff. rem rat. hab. & in term.* Caſſad. *deciſ. 3. in princip. & num. 16. de præbend.* Tiraq. *de retract. fol. 316. num. 86.* Pariſ. *d. conſ. 82. num. 167.* & licèt regulariter factum legitimè non pereat, licèt ad eum caſum veniat, vnde incipere non poterit reg. factum *lib. 6. l. in ambiguis ff. eod. tit.* tamen illud non habet locū vbi actus non eſſet conſummatus. Bartol. & Iaſon. *in l. patre furioſo, num. 10. ff. de his quæ ſunt ſui vel alieni iur.* Oldrad. *conſ. 58. num. 4.* Item, quòd propter inhabilitatem ſuperuenientem regreſſarius non poſſit vti regreſſu nor. Anton. Auguſtin. in ſuis notis *num. 347.* Præterea Concilium hic inhabilitat filios Clericorum ad obtinēda beneficia, ergo inhabilitat effectum, & finem qui effectus ſuccedit poſt Concilium: ex quo videtur comprehendi à Concilio Caſſador. *dicta dec. 3. num. 16. de præbend.* Dec. *conſ. 24. num. 6.* & quando actus recipit ſubſtantiam à fine, habilitas, vel inhabilitas

bilitas conſideratur in fine, non in principio. Calder. & Anton. *in cap. dudum de elect. il. 1.* & Caſſador. *ibidem num.* 18. Sarn. *de infirm. reſign. quæſt.* 32. *num.* 5. Tandem in vna Placentina Congregatio cenſuit filium Presbyteri non poſſe hodie venire vigore acceſſus, quia eſt inhabilitata eius perſona, & acceſſus, licèt habeat aliquid de præterito, tamen de nouo iiis tribuit per ſupradicta. Iterum propoſito dubio, an filius illegitimus cui ante Concilium fuerat reſignatus Canonicatus in Eccleſia in qua pater reſeruata reſignanti præbenda, ſtallo, & voce in Capitulo impediatur hodie per Concilium ſi fiat locus vocationi, & fuit concluſum quòd non, quia per reſignationem abdicatum fuit ius à reſignante, & potuit eſſe ius Canonicè diſtinctum à præbenda. Hoſtien. *in rubr. de præbend. in ſumm.* Felin. *in cap. cum M. Ferrarien. de conſtit.* & cum effectus fuerit conſummatus ante Concilium, lex non trahitur ad præterita ad deciſ. Caſſad. *vnicam de pact. & deciſ.* 3. *de priuileg.*

ADDITIO.

1 *Vt paterna.*] Vide Nauarr. *de reſcript. in autor. in primo.*

2 *In Eccleſiis.*] Ad materiam vide Rebuff. *in pract. tit. de diſpenſ. ſuper defect. natal. num.* 19. *cum plur. ſeq.* quid de beneficiis regularibus Gemin. *in cap. Apoſtolica*, 8. *quæſtione* 1.

Quid ſi Pater habet ſolùm Sedem in Choro ratione Abbatiæ, quam in alia Collegiata obtineat, & quòd non poſſit filius ibi obtinere Beneficium, vide in libro informat. ſuper Conc. *fol.* 689. vbi habes ita fuiſſe reſolutum in vna Tueten. Canonicatus.

De Epiſcopatu Patris. Bertach. *de Epiſcopo, lib.* 2. *& cauſ. matr. num.* 40.

De nepotibus dixi in Dictionario *in ver. filij*, quid ſi pater habuerit Vicariam. Bero. *in cap. non ſine multa, num.* 16. *de arbitr.* Quid ſi contra hunc text. aliquis Beneficium obtinuerit, an poſſit de facto ab Epiſcopo ſpoliari, vide Bero. *in cap. quia Clerici, num.* 3. *de Iurepatron.*

3 *Habent.*] Hoc decretum ampliatur in tantùm, vt nec liceat huiuſmodi illegitimis etiam priuatim, & tanquam exteris in illa Eccleſia Epiſtolam, Euangelium, aut ſacrum cantare, Nauarr. *de Conſt. conſ.* 1. *num.* 4. *&* 6. & nota quod Collario his facta nihil tribuit, vt ibidem *num.* 47.

4 *Habuerunt.*] Vide *Conſt. Clem.* 7. ad Canonum conditorem, & quod corrigitur, *cap. ex tranſmiſſis, de fil. Presbyt.* Steph. Quarant. *in Compil.* ex Nauarr. Com. *lib.* 1. *tit. de fil. Presbyt.*

5 *Nec penſiones.*] Hoc decretum non annullat impoſitionem penſionis ad fauorem filij ſuper beneficiis à Patre obtentis factam ante Concilium, vt demonſtrant ſubſequentia verba, quòd ſi in præſenti, vbi nulla fit mentio penſionum, & ſequentia declarant præcedentia. Gipt. in vna Cæſarauguſta. Penſionis 18. Iunij, 1590. vbi ait in hoc non eſſe explican. ampliatur etiamſi Concilium ſuperuenit, antequam eſſet factus locus ſolutioni Penſionis, cùm illius ſolutio fuiſſet dilata poſt mortem patris, qui deceſſit poſt Concilium, quia ſufficit, quòd reſeruatio fuerit pura, & ante Concilium habeat ex regreſſu, & acceſſu vigorem reſignationis, vide *in lib. inform. ſuper Conc. fol.* 887.

6 *In præſenti.*] Aliàs ſi pater iam eſſet mortuus, tunc benè poterat filius obtinere præbendam in eadem Eccleſia in qua pater erat Beneficiatus; ſic Congregatio Concilij, ad Archiepiſcopum Calaritan. *decl.* 473.

7 *Filius.*] Non includit nepotem legitimum natum ex filio illegitimo, prout nec etiam eum continet Conſtitutio Clem. VII. vt fuit reſolutum in Congregatione 12. Februar. 1574. vide in titulo meo de filiat. *num.* 5.

CAPVT XVI.

Beneficia habentia annexam curam animarum non conuertantur in ſimplicia. Vicario, in quem tranſlata fuerit cura animarum, aſsignetur congrua portio, & reapplicetur animarum cura cum titulis.

1 STatuit ſancta Synodus, vt Eccleſiaſtica beneficia ſæcularia, quocumque nomine appellentur, quæ curam animarum ex primæua eorum inſtitutione, aut aliter quomodocumque retinent, illa deinceps *α in ſimlex beneficium*, etiam aſſignata Vicario perpetuò congrua portione, non conuertantur: non obſtantibus quibuſcumque gratiis, quæ ſuum plenarium effectum non ſunt conſecutæ. In iis verò, in quibus contra eorum inſtitutionem, ſeu fundationem cura animarum in Vicarium perpetuum tranſlata eſt, etiamſi in hoc ſtatu ab immemorabili tempore, reperiantur, ſi congrua portio fructuum Vicario, quocumque nomine is appelletur, non fuerit aſſignata, ea quamprimùm, & ad minùs, intra annum à fine præſentis Concilij, arbitrio Ordinarij, [a] iuxta formam decreti ſub fel. rec. Paulo III. aſſignetur. Quòd ſi id commodè fieri non poſſit, aut intra dictum terminum factum non erit: cùm primùm per ceſſum, vel deceſſum Vicarij, ſeu Rectoris; aut quomodolibet alterum eorum vacauerit, beneficium curam animarum recipiat, ac Vicariæ nomen ceſſet, *β & in antiquum* ſtatum reſtituatur.

a Supr. Seſſ. 7. de reform. c. 7.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

PArochialis Eccleſia, vel aliqua pars fructus ipſius non poſſunt conuerti in Beneficium ſimplex.

Item, Eccleſia Parochialis non poteſt vniri beneficio ſimplici, de quo *in cap.* 13. *ſeſſ.* 24.

Item, Ordinarius non poteſt conuertere beneficia ſimplicia in Curata, nec idem Ordinarius poteſt diſmembrare beneficia Curata vnita beneficiis ſimplicibus.

Item, quandoque congrua portio fuit declarata eſſe 40. aureorum ſingulis annis.

Item, ſi Parochia facta eſt beneficium ſimplex, aſſignata portione Vicario perpetuo mortuo beneficiat obeneficij ſimplicis, reſtituenda eſt ad antiquum ſtatum, nec conferendi Vicario, ſed fiat concurſus, & detur digniori.

Item, hoc cap. non prohibetur beneficium Regulare Curatum conuerti in ſimplex, conſtituto Vicario perpetuò.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α IN *ſimplex beneficium.*] Tria diſponuntur in hoc decreto, de quibus vide Prax. *in ver. vnio* §. 3. *fol.* 213. & ſacra Congregatio Concilij cenſuit per hoc decretum prohiberi ne curata beneficia in ſimplicia etiam pro parte conuertantur.

β *Et in antiquum.*] Idcircò poſtulatum Brixiani Preſbyteri, vt ſibi liceat alteri Parochiam tradere in Vicariatum perpetuum, reiectum eſt.

ADDITIO.

1 *Statuit.*] Epiſcopus Curata beneficia in ſimplicia non conuertit, licèt poſſit vnire, & diuidere, vt ſuprà *ſeſſ.* 21. *de Reform. cap.* 4. Poteſt tamen beneficia Patronata perpetua in manualia transferre, quia beneficium ſupprimere, & extinguere videtur, quatenus perpetuum eſt, & aliud tempora

porarium, & ad nutum conceſſibile ac reuocabile creare videtur, Nauar. *de offic. iud. ordin. conſ. 6.* nec dicuntur laici tunc conferre beneficium, vt ibi.

Rector autem Parochialis deſtitutæ non habet beneficium Curatum, idem in Parochiali habitu tantùm non actu, quæ dicitur beneficium ſimplex. gloſ. in communiter recepta *in cap. licèt Canon. in ver.* Parochialis, *de elect. in 6.* çum aliis de quibus Nauar. *conſ. 2. de maior. & obed. num.* 1. vide in meo Dictionario *in ver. Curatum.*

Hi beneficiati non actu, ſed habitu reputantur, & in illis non habet locum, quod de pluralitate beneficiorum dicitur Quintinus Ædicus *in cap. de multa, de præbend. in ver. Parochi fol. 25. lim. 30. vſque ad lim. 50.* quod ad Epiſcopos Titulares porrigit.

CAPVT XVII.

Epiſcopi vbique viuant tanquam Patres & Paſtores ſecundùm gradus ſui decorem, nullibi autem indignè ſe demittant.

NOn poteſt ſancta Synodus non grauiter dolere, audiens Epiſcopos aliquos, ſui ſtatus [a] oblitos, Pontificiam dignitatem non leuiter dehoneſtare; qui cum Regum miniſtris, Regulis, & Baronibus in Eccleſiâ, & extra, indecenti quadam demiſſione ſe gerunt, & veluti inferiores miniſtri altaris, nimis indignè non ſolùm loco cedunt, ſed etiam perſonaliter illis inſeruiunt. Quare hæc, & ſimilia deteſtata ſancta Synodus, ſacros Canones omnes, Conciliáque generalia, [b] atque alias Apoſtolicas ſanctiones ad dignitatis Epiſcopalis decorum, & grauitatem pertinentes renouando, præcipit, vt ab huiuſmodi in poſterum Epiſcopi ſe abſtineant; mandans eiſdem, vt tam in Eccleſia, quàm foris ſuum gradum & ordinem præ oculis habentes, *a vbique ſe Patres, & Paſtores* eſſe meminerint; reliquis verò tam Principibus, quàm cæteris omnibus; vt eos paterno honore, ac debita reuerentia proſequantur.

a Vide Conc. Agat. c. 23 nec Epiſc. poſteriorem finit priori præponi, &c. 3. Bracar. c. 24. cap. quarto, de off. ord & ſuprà Seſſ. 24. de reg. c. 4.

b Supr. c. 6 ca. Valentinian. 63 di. 6. Epiſcopus in Eccleſiis 95 diſt. cap. quis dubitet, c. duo ſũt, cum ſeqq. 96. di. & c. ſolitæ, de matr. & ob. 22. Aug. 1596.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a VBique ſe Patres, & Paſtores.] In ſua Diœceſi inquam tam ab Archiepiſcopo, quàm à Cardinali honorandi ſunt. Capic. *dec. 27. num. 24. & ſeq.* Prax. *in ver. Epiſcopus, quæſt. 9.* & vt conſiliarius Regis ſedere debet in loco ſuo, ibidem *quæſt. 12.* Vincent. de Franc. *dec. 138. num. 5.* & ſunt iudices laicorum in multis caſibus quos tetigi ſuprà *ſeſſ. 7. cap. 14.* Bartol. de Nouar. *inter conſ. collect.* per Zilett. *conſ. 43. num. 18.*

Item, poſſunt ligare laicos in his quæ ſpectant ad animæ ſalutem. Andr. Barbat. *in conſ. 93. eod. volum. num. 4. & 12.* & pro crimine Eccleſiaſtico poſſunt illos incarcerare, ibidem *num. 17.*

Item, Barones cedunt ipſis Epiſcopis, Prax. *Epiſcop. in ver. Barones, §. ſexto* poſſunt augere pœnas iuris Canonici, & eorum edicta ſunt perpetua. Prax. *in ver. edictum, nu. 2. & 3.* & ex cauſa poſſunt contra Concilium diſpenſare, *cap. vacante, & cap. repoſuiſti. de præbend.* Roman. *conſil. 325. colum. 2.* licèt alij dubitent per ea quę not. ſuprà *ſeſſ. 2. in princ.* quæ poſſint facere Epiſcopi latè ſuprà *ead. ſeſſ. cap. 2. de reformation.*

CAPVT XVIII.

Canones exactè ſeruentur ab omnibus indiſtinctè : ſi quando in eis diſpenſandum, id validè, maturè, & gratis fiat, alioquin diſpenſatio ſit ſurreptitia.

SIcut publicè expedit, legis vincula quandoque α *relaxare*, vt pleniùs, euenientibus caſibus, & neceſſitatibus pro communi vtilitate ſatisfiat : ſic frequentiùs legem ſoluere, exemplóque potius, quàm certo perſonarum, rerúmque delectu, petentibus indulgere, nil aliud eſt, quàm vnicuique ad leges tranſgrediendas adire. β *Quapropter* ſciant vniuerſi, ſacratiſſimos Canones exactè ab omnibus, & quoad eius fieri poterit indiſtinctè obſeruandos. 1 *Quod ſi* [a] *vrgens*, iuſtáque ratio; & maior quandóque vtilitas poſtulauerint, cum aliquibus diſpenſandum eſſe, [b] id 2 *cauſa cognita*, ac ſumma maturitate, atque gratis, à quibuſcumque, ad quos diſpenſatio pertinebit, erit præſtandum : alitérque facta diſpenſatio ſurreptitia cenſeatur.

a Cap. ſi Romano. 19. diſt. c. ſi quis omnem. 1. q. 7. c. 1. de conſtit.
b Cap. 1. de voto.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *Relaxare.*] Nam ex cauſa poteſt iudex tam ordinariis, quàm extraordinariis iudiciis rem temperare, & pœnam minuere, vt per Innoc. *in cap. conſtit.* vbi Felin. *colum.* 14. & Silueſt. *in ver. iudex. num.* 16. *quæſt.* 11.

β *Quapropter.*] De Conciliis generalibus facienda eſt expreſſa mentio, *cap. ex parte, de capell. Monach.*

ADDITIO.

1 *Quod ſi vrgens.*] De poteſtate Papæ circa diſpenſationem, vide Sigiſmund. Goffred. *conſ.* 5.

2 *Cauſa cognita.*] Non ergo ſine cauſa. Sbroz. *de Vic. Epiſcop. lib.* 2. *cap.* 37. *num.* 6.

CAPVT XIX.

Quicumque Domini temporales locum ad Monomachiam concedentes ſint ipſo facto excommunicati, & priuati priuilegiis ab Eccleſia obtentis. Ipſi quoque duellantes, & eorum patrini grauibus pœnis plectantur.

1 DEteſtabilis [a] α *duellorum vſus* fabricante diabolo introductus, vt cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex Chriſtiano orbe penitus extermineretur. Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocumque alio nomine Domini temporales; qui locum ad [b] Monomachiam in terris ſuis inter Chriſtianos conceſſerint; eo ipſo ſint excommunicati; ac iuriſdictione, & dominio ciuitatis, caſtri, aut loci in quo, vel apud quem duellum fieri permiſerint, quod ab Eccleſia obtinent, priuati intelligantur: &, ſi feudalia ſint, directis

a Cap. 1. de torneam.
b De ea, & Nicolaus 1. decretorũ ſuorum, tit. 11.

domi

dominis ſtatim acquitantur. Qui verò pugnam commiſerint, & qui eorum Patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum ſuorum proſcriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrant; & vt homicidæ, [c] iuxta ſacros Canones, puniri debeant. Et ſi in ipſo conflictu deceſſerint, *β perpetuò* careant Eccleſiaſtica ſepultura. Illi etiam, qui conſilium in cauſa duelli, tam in iure, quàm facto dederint; aut alia quacumque ratione ad id quemquam ſuaſerint, nec non ſpectatores, excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur: non obſtante quocumque priuilegio, ſeu praua conſuetudine, etiam in immemorabili.

[c] Cap. 2. de Cle. pugn. in duel. de torneam. per totum, & toto tit. de hom.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

HOdie hoc cap. habet locum etiam in duello priuato per Gregor. X I I I. etiam ſine patrinis, & ſociis.

Item, mandantes conſenſum, auxilium, vel fauorem dantes, vel ſubſidia, vel ex compoſito, ſpectatores, & Domini loci, ſi quantùm in ſe fuerit, non impedierint aſſociantes, etiamſi conducti ad locum non pugnauerint, ſed per ſe non ſtetit.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a DVellorum vſus.] Duellum eſt ſingularis pugna ab vtraque parte ſponte ſuſcepta. Silueſt. *Duellum in principio*, ſufficit ergo ſi inter duos priuatim offeratur, vel ſuſcipiatur, nec requiritur quòd fiat publicè, *cap. 1. de Cleric. pugnan. in duell.* Nam ratio prohibitionis ne quis ſubiiciat ſe ſponte periculo mortis, vel mutilationis membrorum, habet locum ſiue publicè, ſiue priuatim committatur duellum offerendo, vel acceptando. Silueſt. *ibidem num.* 4. quo caſu peccant non modò ipſi duellantes, ſed iudices deferentes, præſtantes auctoritatem, aſſeſſores, & dantes in hoc auxilium, conſilium, fauorem; item dantes benedictionem, & Domini illud permittentes in eorum territorio, ibidem *num. 5.* Summ. Nauarr. *cap. 11. num. 39. & cap. 15. num.* 9. vbi alleg. hunc text.

Duellum an permittatur de iure Ciuili, per *l. Federici Imperatoris*, & an eadem lex in hoc ſubiiciatur Canoni, cùm ſimus in materia peccati, & quibus rationibus nitatur lex Canonica, vide pleniſſimè per gloſ. *magnam in Extrauag. Ioann. X X I I.* Quia in futurorum, *in ver. torneamentis*, de torneamentis, & quòd de iure communi duellans efficiebatur inhabilis ad beneficia tenuit Rot. Accoram. *6. par. 3. diuerſ. lib. 2. dec. 94. & lib. 3. dec. 23.* & quod in laico, *ead. par. 3. lib. 3. dec. 30.* vide plura per Ægid. PP. *quæſt. 617. & 623.* Capic. 24. & 130. Rebuff. *in l. vnica de gladiat. lib.* 10. emanauit poſtea Bulla Pij I V. demum altera Greg. X I I I. & tandem poſtrema S. D. N. Clem. V I I I. latiſſimè caſus omnes complectens, & pœnis pluribus augens, & abſolutionem ſibi reſeruans, quæ abſolutio ex hoc decreto Concilij erat Epiſcopalis, vt not. in Catech. Neapol. *lib. 3. caſ.* 115. & Cardinal. Tolet. idem dixit in ſua ſumma *lib. 1. cap. 41. ver. decima habetur*, videlicet hanc excommunicationem non eſſe reſeruatam, ſed fortaſſe non viderat Bullam S. D. N. Clem. V I I I. vide pragm. Regni vnicam de duello *fol. 64.* vbi ſtatuitur pœna mortis prouocantibus, & prouocatis aſſiſtentibus, & auxiliantibus, & ampliatur quoad eos etiam, qui calore iracundiæ in rixa ſe prouocant, quod ex Bulla prædicta non deducitur, cùm duellum requirat, vt fiat appenſatè, & ex condicto.

β Perpetuò careant.] Dic etiamſi in mortis articulo abſoluantur à Sacerdote, quia hæc eſt pœna à iure impoſita, de quo vide per Nicol. Plou. *in tract. de cenſur. par. 4. cap. 13. tom. 3. fol. 41.* & ſic habes caſum quòd aliquãdo conceduntur Sacramenta abſque ſepultura. Catech. Neapol. *poſt lib. 6. in præfat. pro examin. fol. 45.*

ADDITIO.

1 *Deteſtabilis.*] Duellorum vſus iure

Canonico ſublatum fuerat, *c. Monomachium 2. quæſt. 4. cap. 1. & 2. de purgat. vulg.* Iaſ. *conſ.* 114. *num. 2. dub. lib. 2.* Dec. *conſ.* 487. Cott. *in memor. in ver. perduellionis,* vbi etiam quòd recuſans duellum non tenetur ad pœnam permiſſam, Alciat. *de ſign. certam. cap.* 44. & repugnat legibus diuinis, & naturalibus, Iodoch. *in pract. crimin. cap.* 44. & nouiſſimè Conſt. Clem. VIII. Quibuſdam caſibus admitti poterat, Cagnol. *in l. fauorabiliores, de reg. iur.* Vaſq. *Controu. Illuſt. cap.* 49. Alciat. *de ſing. certam. cap.* 4. Cæphal. *conſ.* 57. *lib.* 1. Hæc refert Ioan. Brochol. *de Ciuit. cap.* 7. *num.* 51.

CAPVT XX.

Cogantur omnes Principes Catholici conſeruare omnia ſancita quibus immunitas Eccleſiaſtica declaratur, à prædictorum Principum Officialibus minimè lædenda, ſed bene conſeruanda.

CVpiens ſancta Synodus Eccleſiaſticam diſciplinam in Chriſtiano populo non ſolùm reſtitui, ſed etiam perpetuò ſartam tectam à quibuſcumque impedimentis conſeruari, præter ea quæ de Eccleſiaſticis perſonis conſtituit, ſæculares quoque Principes officij ſui admonendos eſſe cenſuit, confidens eos, vt Catholicos, quos Deus ſanctæ fidei Eccleſiæque protectores eſſe voluit, *α ius ſuum Eccleſiæ reſtitui*, non tantùm eſſe conceſſuros, ſed etiam [a] ſubditos ſuos omnes ad debitam erga Clerum, Parochos, & ſuperiores Ordines reuerentiam reuocaturos; nec permiſſuros, vt officiales, aut inferiores magiſtratus, Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum immunitatem, *β Dei ordinatione*, & Canonicis ſanctionibus conſtitutam, aliquo cupiditatis ſtudio, ſeu inconſideratione aliqua violent, ſed vnà cum ipſis Principibus debitam ſacris Summorum [b] Pontificum, & Conciliorum conſtitutionibus obſeruantiam præſtent. Decernit itaque, & præcipit, [c] ſacros Canones, & Concilia generalia omnia, necnon alias Apoſtolicas ſanctiones, in fauorem Eccleſiaſticarum perſonarum, libertatis Eccleſiaſticæ, & *γ contra eius violatores* editas, quæ omnia præſenti etiam decreto innouat, exactè ab omnibus obſeruari debere. Proptereàque admonet Imperatorem, Reges, Reſp. Principes, & omnes, & ſingulos, cuiuſcumque ſtatus, & dignitatis extiterint, vt, quo largiùs bonis temporalibus, atque in alios poteſtate ſunt ornati, eo ſanctiùs quæ Eccleſiaſtici Iuris ſunt, tanquam Dei præcipua, eiúſque patrocinio tecta, venerentur; nec ab vllis Baronibus, Domicellis, Rectoribus, aliiſve dominis temporalibus, ſeu magiſtratibus, maximéque miniſtris ipſorum Principum lædi patiantur; ſed ſeuerè in eos, qui illius libertatem, *δ immunitatem* atque iuriſdictionem impediunt, animaduertant, quibus etiam ipſimet exemplo ad pietatem, religionem, Eccleſiarúmque protectionem exiſtant; [d] imitantes anteriores optimos, religioſiſſimóſque Principes, qui res Eccleſiæ ſua in primis auctoritate, ac munificentia auxerunt, nedum ab aliorum iniuria vindicarunt. Adeóque ea in re quiſque officium ſuum ſedulò præſtet: quo cultus diuinus deuotè exerceri, & Prælati, cæterique Clerici in reſidentiis, & officiis ſuis, quieti, & ſine impedimentis, cum fructu, & ædificatione populi, permanere valeant.

a Cap. Conc. §. hinc. 17. diſt. 1. quis dubitet, cap. duo ſunt, & c. fin. 96. diſt.

b Pij 11. c 5.

c Cap. peruenit 86. d. c. ſi quis ſuadente, 17. q. 4 toto tit de immun. Eccl. c. quamquam, de cēſi. in 6. c. fœlicis de pœ. eo. libr. Conc. Tricinen verſ. ſtatuimus, & ver. ſancimus. Concil. Aquisgra. c. 9. Conc. Lateran. ſub Leone X. Seſſ. 9. & 10.

d Cap. Valentinian. 63. d. c. Eccleſiæ, in c. ſi 87. diſt. cap. Conſtanti. & c. vlt. 36. diſt.

DECLA

DECLARATIONES CARDINALIVM.

Perſonæ Eccleſiaſticæ ſunt adeò exceptæ, vt nullo modo debeant ſoluere gabellas, nec cogi poſſint, niſi à Papa.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

α *IVs ſuum Eccleſiæ reſtitui.*] Circa immunitatem Eccleſiarum, vide Prax. Neapol. poſt Bullam Gregorij Papæ XIV. *cap.* 22. & fugiens de carceribus, vel de manu familiæ ad Eccleſiam gaudet immunitate. Vinc. de Franch. *lib.* 4. *dec.* 709. de hac latè tractauimus ad interpretationem dictæ Bullæ in gloſ. ſeptim. Moral.

β *Dei ordinatione.*]Et ſic clerus eſt exemptus de iure diuino, *cap. quamuis, de cenſ. lib.* 6. Douu. in ſua reſponſ. *fol.* 17. *&* 74. Anaſtaſ. Germon. *aſſert.* 4. *fol.* 21.

An habeat Papa vtrumque gladium, ſpiritualem videlicet, & temporalem, ex multis ſcriptis contra Venetos, quæ apud me ſunt, colligitur manifeſtè pars affirmatiua, quæ tu lector per te videre poteris longo ſtudio, & ſincero oculo, quibus adde quæſtionem in vtramque partem diſputatam in ſpecul. aur. Commun. contr. commun. *quæſt.* 739. *fol.* 113.

γ *Contra eius violatores editas.*] Idcircò ſacra Epiſcoporum Congregatio reſcripſit Epiſcopo Vmbriaticen. 28. Februar. 1584. quòd rectè declarauerat incurriſſe cenſuras in die Cœnæ Domini legi conſuetas, quemdam, qui ſibi præſentauerat litteras regias hortatorias ad impediendum Epiſcopale munus, eique facultatem abſoluendi conceſſit ſeruata forma Eccleſiæ conſueta, ac præſtito iuramento de parendo mandatis Eccleſiæ.

δ *Immunitatem.*] De Clericorum immunitate quoad eorum bona, dicimus bona Eccleſiarũ exempta eſſe ab omnibus oneribus laicorum, & collectis authent. nulla communitas, *C. de Epiſcop. & Cleric.* Gemin. *conſ.* 116. *num.* 7. Angel. *conſ.* 24. Ruin. *conſil.* 111. *lib.* 5. Abb. *conſ.* 13. *lib.* 2. vbi vid. An teneatur pro bonis ſolitis ſoluere, & Eccleſiæ poſtea quæſitis. Zabarell. *conſ.* 12. quod ampliatur procedere in bonis oblatorum. Angel. *conſ.* 24. Abb. *conſ.* 53. *lib.* 1. & bona à laicis conceſſa in emphiteutum ſi redeant ad Eccleſiam, gaudent priuilegio Eccleſiæ, vt non poſſint collectari à laicis. Calderin. *conſ.* 280. *in fin.* aliàs 2. *de locat.* etiamſi ſit ſuper indictum impoſitum ex neceſſitate belli. Iaſon. *in l. placet in prima lect. num.* 14. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* etiam pro refectione pontium & murorum, niſi ex communi neceſſitate, & quòd bona laicorum non ſufficiant, & quòd exequutio fiat arbitrio Epiſcopi Abb. *conſ.* 3. *lib.* 1. Iaſon. *in d. l. placet, num.* 14. limita quoad bona quæ tenebantur ad ordinarias collectas, quia tranſeunt cum onere ſuo, ſi poſtea ad Eccleſiam peruenіant. Angel. *d. conſ.* 24. Calderin. *d. conſ.* 7. Ruin. *dicto conſ.* 111. *lib.* 1. etiamſi Eccleſia ſuccedat laico, quia ſuccedit cum onere ſuo. Angel. *conſil.* 266. Florent. de Sanct. Petro *conſ.* 12. etiamſi fuerint Eccleſiæ donata ſub conditione ſoluendi certa onera, quia ſi vult donationem, tenetur ad onera. Ancaran. *conſ.* 117. Felin. *in cap. verum num.* 7. *de foro compet.* Quod intelligitur cauſatiuè, non præceptiuè Fulgoſ. *conſ.* 202. *columna penult.* Abb. *conſ.* 6. *lib.* 1. Dec. *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit. num.* 225. Item, Eccleſiaſticæ perſonę compelli à laicis non poſſunt ad certa onera pro bonis Eccleſiarum, *cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit.* Ægid. Bellam. *conſ.* 45. *num.* 4. Abb. *conſ.* 13. *num.* 2. *lib.* 2. Nec valent ſtatuta laicorum in contrarium. Auth. *caſſa, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Bellam. *d. conſ.* 45. Abb. *d. conſ.* 13. *num.* 51. etiamſi dicta bona fuiſſent deſcripta in matricula laicorum. Abb. ibidem. Feſtas *in tract. de collect. num.* 437. Ægid. *d. conſ.* 47. *num.* 4. etiamſi fuiſſent applicata pro dote alicuius Cappellæ. Florent. *d. conſ.* 12. nec Clerici tenentur pro ſuis bonis matrimonialibus. Bart. *conſ.* 180. *lib.* 6. Limita niſi pro mercatura, dummodò ſint priùs moniti ab Epiſcopo. Abb. *d. conſ.* 13. & limita in Clericis, macellariis, & tabernariis. Clem. 1. *de vit. & honeſt. Cler.* Bellam. *d. conſ.* 45. *num.* 4. Limita quando onera ſunt annexa bonis, quia tranſeunt ad Eccleſiam cum illo onere, vt ſupradictum eſt. Abb. *conſ.* 53. *columna.* 1. *lib.* 1. dummodò impoſita ſint ab Imperatore non ab alio, etiamſi ordin. *leg. nulla communitas, C. de Epiſcop. & Cleric.* Abb. *d. conſ.* 13. *lib.* 2. aliàs regulariter non tenentur, niſi iuxta *leg. ad inſtitutiones, C. de ſacroſanct.*

ſanct. Eccleſ. dummodò cogantur à ſuis ſuperioribus,& res ſit neceſſaria non ad ornatum,& publica, & Eccleſia ſit diues, & laicorum facultates non ſuppetant, vt ſupra dictum eſt, & tenet Bald. *conſ.246.lib. 3.* Alex.qui dicit magis communem, *conſil. 68.num.13.lib.2.* licèt Bero.*conſ.21.lib.1.* dicat tale laicorum ſtatutum eſſe omninò nullum, cum Alex. concordat Ægid. Bellam. *conſ.47.* Guidopap. *deciſ. 76.* & ſex requiri ad effectum cogendi clerum ad huiuſmodi onera, videlicet quòd adſit magna laicorum neceſſitas; item communis vtilitas; item,quòd non ſufficiant facultates laicorum; item, quòd vocetur totus clerus, & conſentiat, quia non ſufficit conſenſus Epiſcopi,& Capituli, niſi clerus ſine cauſa recuſaret; ita quòd conſulto Papa hoc fiat.Item,quòd clerus compellatur ab Epiſcopo,& à ſuo ſuperiore, non autem à laicis.Refert Cardin. Tuſcus *tom.3.concluſ.13. num. 50.* & ſicut dictum eſt, poſſe donari ſub conditione alicuius oneris, quod Eccleſia tenetur ſubire, ita poteſt ligari. Felin. *in d. cap.Eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 77.* Ancaran. *conſ. 303.* Item, ſi dicat ſtatutum quòd pro contractibus ſoluatur aliquid, quia Clerus tenetur. Paul.de Caſtr. *d.conſ. 423.lib.2.* vel ſi redimenda ſunt bona ab hoſtibus, quia tenetur clerus pro parte ſua. Paul.de Caſtr.*ibidem num.4.* vel pro ſalario militum ad cuſtodiam Ciuitatis.Caſtr.*ibidem circa fin.* Alex. *conſ.34. lib. 4.* Sed quod Clericus hæres laici non tenetur ſequi forum laici, ſi tempore laici lis fuerit inchoata.Speculat.aur.Commun.contr.commun. *quæſt. 36. fol. 50.* licet Surd.*deciſ.110. num.9.* teneat contrarium.

An priuilegium fori Clericorum ſit de iure diuino, ad vtramque partem diſputat quæſtionem *lib.* Commun.contr.commun. *quæſt.550.*& concludit pro negatiua,& pariter ſentit de priuilegio Canonis,*fol.31.*

Vtrùm Clerici pro rebus emptis,& donatis teneantur ad collectas,& alia onera; & pro negatiua facit text. *in l.ex reſcript.in fin.ff.de muner. & honor.* vbi aſſeritur tributa tanquam onera imponi perſonæ pro rebus, ſed quòd Clericus eſt immunis, ergo non debet ſoluere; hanc opinionem ſequitur Bartol. *conſ.180.* Lelius Ceccus magiſter meus *in tract. de reb. Eccleſ. in cap.de Cleric.* Pro affirmatiua producuntur litteræ Regis Roberti, incip. *Rex Siciliæ,* & ex *l.ſi diuina.C. de exactor.tribut.lib.10.* quam ſeq. Afflict.*in conſtit.regn.hac edictal.*Petr.Pic.*de for.appret.ver.Clericus,* quibus aſſeritur,alienato prædio in perſonam munitam quocumque priuilegio transferri etiam onera fiſcalia, producitur etiam Capitulum regni. Porrecta, quo declaratur immunitas Clericorum pro bonis beneficij Eccleſiaſtici, ergo non gaudent pro bonis emptis. Hanc tenet Suarez *in 3. par.* D.Thom.*tit.5. diſp.21.ſect.2.num.99.*

Aliqui alij in hoc caſu diſtinguunt,an ſolutio ſit temporalis,vel perpetua,vt in primo caſu onus non tranſeat ad Clericum. Siluest.*ver.immunitas, quæſt.5.* In ſecundo verò caſu tranſeat etiam ad quamcunque perſonam priuilegiatam, etiam Clericum quocumque titulo,ſiue lucratiuo,ſiue oneroſo, & fundans ſe in pragmatica huius regni incip. Rex Siciliæ ab Honorio I I I. Rom. Pōtifice approbata,iuxta quam plures in ſummaria fuit iudicatum; pro hac opinione facit D. Thom.*2.2.quæſt.67.art.4.* loquens in materia decimarum his verbis, vnde tales clerici ſunt, idem eſt in quantùm habent Eccleſiaſticas poſſeſſiones,ſoluere decimas non tenentur; ex alia verò cauſa, ſcilicet propter hoc quod ipſi poſſident proprio iure, vel ex ſucceſſione parentum, vel exemptione, aut quocumque titulo, ſunt ad ſoluendū decimas obligati, ſeq. Roderic. Eman.*in ſumm. par. 1. cap. 87. nu.5.* Hanc dicit communem.Goffred.*tract. de decim. num.5.*& ratio affertur, quia talia bona poſſident,vt laici,& idcircò tanquam laici tenentur ad onera. Calderin.*conſ.7.de conſuet.* Cæpoll. *conſ. 46.* intra conſ. Felin. Proſp.de Auguſt.in add.ad Bull.amici mei Quarantig.*in ver. vectigal.verſ.3.limita.*

Facit contra Clericos Diaz.in Prax.Canon.qui ex multorum quos refert, ſententia concludit, patrimonium clericorum non gaudere priuilegio immunitatis, ſed malè loquitur. Immò contrarium decreuit regia Camera, Summariæ 13. Iulij. 1590. Contra Ciuitat. Montis Hercolis, & hanc ſeq.Nauarr.*de immunit.Eccleſ.conſ.5.* Couar. *variar.reſolut.lib.1.cap.4.* Hier. Caual.*in ſpecul.commun.opinion.quæſt.527.num.4.*

Sed pro rebus laicorum, quæ ad Eccleſiam peruenerunt non tenetur Eccleſia ad aliquod onus, prout reſcripſit ſacra Congregatio Epiſcoporum ad Epiſcopum Callienſem his verbis. *Hò dato conto à queſti*

Segniori

Segniori miei Illuſtriſſimi di quanto V. S. mi ſeruiue intordo alli trattati di coteſta Città, & ſendoſi fatto largo, & maturo diſcorſo ſopra di quel decreto del qual mi hà mandato copia, & col quale ſi ſoleua ordinare, che delli beni ſtabili, in qual ſi voglia modo s'acquiſtaranno per l'auenire dalle chieſe, & altri luoghi pÿ s'obligbi il venditore, ò donatore, ò ce dente di pagare perpetuamente le colette, & altre impoſitioni, hanno giudicato le SS. Illuſtriſſime che queſto ſia direttamente contro la immunità Eccleſiaſtica, & contro la Bulla in Cœna Domini, *perciò ſentono, che alla riceuuta di queſta non manchi col fauor del Signor Duca di ſare, che quel decreto ſia caſſatto, & abregato per quanto tocca alla Chieſa, & altri luoghi pÿ. Di Roma li 18. Ottobre 1582.*

De immunitate Clericorum per multas ampliationes, & limitationes latiſſimè Quarantig. *in ver. vectigalia fol. 492.*

CAPVT XXI.

POſtremò S. Synodus, omnia, & ſingula, ſub quibuſcumque clauſulis, & verbis, quæ de morum reformatione, atque Eccleſiaſtica diſciplina, tam ſub fel. rec. Paulo III. ac Iulio III. quàm ſub Beatiſſimo Pio IV. Pontificibus Maximis, in hoc ª ſacro Concilio ſtatuta ſunt, declarat, ita decreta fuiſſe, vt in his ſalua ſemper 1 *auctoritas.* Sedis Apoſtolicæ, & ſit, & eſſe *a intelligatur.*

ª *Supr. Seſſ. 7. de reform. in princ.*

Decretum de continuanda Seſſ. in diem ſequentem.

Cùm ea omnia, quæ in præſenti Seſſione tractanda erant, quia hora tarda eſt, commodè expediri non poſſint; propterea iuxta id quod in generali Congregatione à Patribus ſtatutum fuit, ea quæ ſuperſunt, in diem craſtinam, hanc eandem Seſſionem continuando, differuntur.

CONTINVATIO SESSIONIS DIE IV. DECEMBR.

Decretum de indulgentiis.

CVm poteſtas conferendi Indulgentias à CHRISTO Eccleſiæ conceſſa ſit; atque huiuſmodi poteſtate, diuinitus ſibi tradita, antiquiſſimis etiam temporibus illa vſa fuerit: ſacroſancta Synodus indulgentiarum vſum, Chriſtiano populo maximè ſalutarem, & ſacrorum Conciliorum auctoritate probatum, in Eccleſia retinendum eſſe docet, & præcipit; eóſque anathemate damnat, qui aut inutiles eſſe aſſerunt, vel eas concedendi in Eccleſia poteſtatem eſſe negant. In his tamen concedendis moderationem iuxta veterem, & probatam in Eccleſia conſuetudinem, adhiberi cupit; ne nimia facilitate Eccleſiaſtica diſciplina eneruetur. Abuſus verò, qui in his irrepſerunt, quorum occaſione inſigne hoc Indulgentiarum nomen ab hæreticis blaſphematur, emendatos, & correctos cupiens, præſenti decreto generaliter ſtatuit, prauos quæſtus omnes pro his conſequendis, vnde plurima in Chriſtiano populo abuſuum cauſa fluxit, omninò abolendos eſſe. Cæteros verò, qui ex ſuperſtitione,

ignorantia, irreuerentia, aut aliunde quomodocumque prouenerunt, cùm ob multiplices locorum, & prouinciarum, apud quas hi committuntur, corruptelas commodè nequeant ſpecialiter prohiberi; mandat omnibus Epiſcopis, vt diligenter quiſque huiuſmodi abuſus Eccleſiæ ſuæ colligat, eóſque in prima Synodo Prouinciali referat: vt aliorum quoque Epiſcoporum ſententia cogniti, ſtatim ad ſummum Romanum Pontificem deferantur: cuius auctoritate, & prudentia, quod Vniuerſali Eccleſiæ expediet, ſtatuatur; vt ita ſanctarum Indulgentiarum munus piè, & ſanctè, & incorruptè omnibus fidelibus diſpenſetur.

DECLARATIONES CARDINALIVM.

Derogatio generalis ſufficit ad derogandum decretis Concilij Tridentini.

Ad derogandum decretis huius Concilij non requiritur ſpecialis derogatio; ſed ſufficit generalis, vt non obſtantibus quibuſcumque, & multò magis ſi Papa prouideat motu proprio, & ex cauſa ſcientiæ, licèt Rota dubitauerit an requiratur ſpecialis derogatio.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a *Intelligatur.*] Ex quo fit, vt non requiratur ſpecialis derogatio faciendi ſuper decreto huius Concil. ſed ſufficiat generalis, non obſtantibus quibuſcumque. Et ita fuit reſolutum in Congregatione Illuſtriſſimorum, quod tanto magis procedit, quando Papa prouideret motu proprio, & ex certa ſcientia, quia præſumitur velle derogare, & ita ſeruat Curia. Aymon. *conſ.* 126. *num.* 5. vel ex plenitudine poteſtatis, quæ clauſula habet vim derogationis Sarnen. *in regul. de impetrat. benef. viuen. quæſt.* 1. Aymon. *d. conſil.* 126. *num.* 2. *& ſeq.* Licèt Domini de Rota dubitauerint in hoc puncto, & requirant ſpecialem derogationem. Rip. *in l. ſi conſtante, num.* 63. *ff. ſolut. matrim.* Nicol. Boër. *in tract. de poteſt. leg. quæſt.* 1. *tom.* 1.

Suprà decretum de Indulgentiis eadem Seſſion. 25.

Quibus in cauſis danda ſit Indulgentia plenaria in Romana Curia pro expeditione terræ Sanctæ, pro Iubileo celebrando œcumenico Concilio. Pro defenſione, & conſeruatione, fame, & bello, præſertim Turcico. Pro ſingulis locorum temporum peregrinis petentibus in viſitatione terræ Sanctæ, liminum Apoſtolorum, & ſancti Iacobi in Compoſtella. In gratiis agendis pro magno Dei beneficio, vt pro pace facta inter Principes Chriſtianos, pro conuerſione ad fidem alicuius Ciuitatis, vel Prouinciæ, pro victoria contra hoſtes Eccleſiæ, pro hæreticis repellendis, vel ſedando ſchiſmate, pro redimendo notabili numero captiuorum. In his cauſis quæ dictæ ſunt, licèt prima vice plenaria Indulgentia concedatur tantùm, quia ad impetrationem, vel abſolutionem pij negotij, cuius cauſa plenaria Indulgentia tribuitur, ſæpè opus eſt diuturna actione gratiarum, vel precatione, vel eleemoſyna, vel opera, & labore multo, propterea, propter primam plenariæ Indulgentiæ largitionem quotieſcumque ad rei effectum eadem ſancta opera pro iuribus, & facultatibus iterata exercebuntur toties propterea detur temporaria Indulgentia ad arbitrium S. D. N.

Item, pro præſentibus in publicis PP. benedictionibus, & pro præſentibus in Miſſa ſolemni à Pontifice celebrata in die Paſchæ, & reliquis, & in ipſis tantùm die electionis, & Coronationis, in Canonizatione alicuius Sancti, in Coronatione Imperatoris quibus in caſibus plenaria Indulgentia à præſentibus tantùm acquiritur toto illo temporis ſpatio quo dicta Miſſa, vel benedictio conficitur. Cùm autem Indulgentiæ conceduntur, diſtribuantur in Cathedrali, vel in vna, aut duabus Eccleſiis inſignibus. Indulgentiæ pro defunctis dantur ſub illa forma per modum ſuffragij, ſed pro rarò dentur.

Plena

Plenaria Indulgentia non concedatur, niſi contritis, & actu confeſſis, niſi iuſto confeſſionis impedimento detineantur temporaria contritis, & habere propoſitum confitendi ſaltem debito tempore. Cùm indulgentia concedatur propter ſubſidia charitatis, qui legitimè impediuntur quominus ſuis manibus dare poſſint eleemoſynam, ſe porrigunt adiutrices, aſſequantur eandem indulgentiam mittendo per alium.

Fiat regula vt exprimantur cauſæ propter quas debeat poni illa formula, porrigentes manus adiutrices, tollantur facultates communicandi conceſſæ quibus locis reuocentur omnes indulgentiæ conceſſæ ad inſtar, vt non detur amplius formula de pœnitentiis iniunctis in plenaria indulgentia, nec poſita eſt, nec ponatur in temporaria indulgentia, & ſi maior pars conſentit non eſſe ponendam; tamen ad tollendam omnem dubitationem viſum eſt quæri debere. Qui auſus fuerit à quinquaginta annis vſque in hanc diem an communis ſit opinio Theologorum, & Canoniſtarum, vt hæc clauſula intelligatur de pœnitentiis iniunctis à diuina iuſtitia, & ſit declarandum non ideò remitti pœnitentiá iniunctam à ſancta Inquiſitione, & an idem declarandum ſit in aliis pœnitentiis publicis, vt non debeant abſolui quoad forum fori, & an Pœnitentiarij Papæ habeant eandem facultatem abſoluendi ab his omnibus.

Exprimantur ſingulæ cauſæ propter quas Indulgentia tam plenaria, quam temporaria conceditur, & dicendum ſit quòd hi qui volunt Indulgentiam conſequi, conferant charitatis ſubſidia, & eleemoſynas ad pium locum, & opus pro quo Indulgentia conceditur, & an hoc dicendum ſit in narratiua tantùm, an in diſpoſitiua etiam.

Et cogitetur aliquis modus conueniens ad obuiandum fraudibus quæ committi poſſent in impetranda Indulgentia prætextu fabricæ, paupertatis, captiuitatis, aut Hoſpitalitatis.

Plenaria Indulgentia concedatur pro coronis ſemel in vita contritis, & confeſſis, & communicatis, qui modò poſſunt per ætatem, & iterum in mortis articulo omnibus coronam dicentibus ſingulis diebus Sabathi, modò eam per decem Sabatha dixerint, vel ſi impediantur eo die interdum ſupplentibus aliis.

Regibus autem etiam, Cardinalibus, Principibus, & Illuſtriſſimus hominibus ſemel in anno eodem modo dicendo ſingulis diebus Sabathi, & faciendo præterea eleemoſynam, temporaria indulgẽtia concedatur pro coronis dicentibus coronas in ſingulas vices diebus 40. In Dominicis diebus, Feſtiuiſque duplicibus 100. dierum. In feſtis ſolemnibus Domini, & Mariæ Virginis vnius anni. Quoties autem ſinguli contriti, actu confeſſi, & communicati eam dixerint trium annorum Indulgentia applicatur coniunctæ, & coronis, & perſonis dicentib. ſed itaut illi, & illæ quibus conceditur non poſſint conceſſam ſibi coronarum Indulgentiam communicare cum aliis. Ex quibus cauſis concedantur, vide per Silueſt. *Indulgentia num.* 18. §. 6. & Sot. *in 4. diſt. 21. quæſt. 1. art. 3.* Indulgentiæ & Iubilea non habent locum, niſi in foro conſcientiæ tantùm, niſi aliud exprimatur quod olim quandoque fiebat, hodie autem exoleuit, vt not. Nauar. *in ſumm. cap. 27. num.* 372. *in fine.* & nec in foro conſcientiæ poſſunt diſpenſare ab irregularitate, Idem Nauarr. *in ſumm. d. cap. 27. num.* 194. *&* 250. & conſuluit *par. 1. lib. 1. de ætat. & qualitat. conſ. 3. num. 3. quæſt. 3.* & *de fil. Presbyt. conſ. 3. num. 3. & 4.* Prax. Epiſc. *abſolutio ver. ad ſecundùm.*

Indulgentiæ quantumuis pleniſſimæ etiam inſtar Iubilei ſe extendunt ad caſus Epiſcopis reſeruatos, vt in Catech. Neapol. *poſt lib. 6. de præparatione pro examinan. fol.* 49. quod multis non placuit; Ideò Pontifex conſueuit illud exprimere, vt in Iubileo 1605. vide Nauarr. *in ſumm. cap. 27. n.* 154.

Indulgentiæ eædem an pluties capi poſſint, Nauarr. *de Iubil. cap. 32. num.* 47. & Felin. *de Indulg. num.* 23. tenent affirmatiuam ſi indulgentia ſit perennis. Graff. *lib. 4. caſ. conſcien. cap.* 15. Tolet. *lib. 4. cap. 27. in fin.*

Indulgentiæ ſunt ſtrictè interpretandæ. Nauarr. *de reſer. conſ.* 1. nemo poterit publicare indulgentias in eius Eccleſia conceſſas ſine licentia, & auctoritate Ordinarij illius loci, non obſtante quacumque exemptione.

Congregatio autem cenſuit non eſſe impediendum ab Ordinario participantes gratias à Sede Apoſtolica conceſſas Confraternitati Conceptionis in ſancto Laurentio in Damaſo. Quid ſi velit indulgentia ad tertiam, vel quartam partem pecca-

Digitized by Google

torum. Menoch. *tom.* 10. *conſ.* 920. *num.* 13. Tolet. *lib.* 6. *à cap.* 22. *vſque ad* 28.

Indulgentiæ ſunt potiùs ordinis, quàm iuriſdictionis, Anton. de Butr. *conſ.* 19. *num.* 21. *cap. Sed. vac.* & Vicarius Epiſcopi vide in Prax. Neapol. Nemini licèt in aliena Diœc. Indulgentias publicare ſine Ordinarij licentia. Prax. Epiſcop. *ibidem q.* 3. Epiſcoporum indulgentiæ ſunt perpetuæ. Silueſt. *Indulgentia* §. 14. Prax. *ibidem quæſt.* 5. An poſſint concedi Eccleſiæ, vel altari nondum conſecrato, diſtingue, vt per Abb. *in cap. ad audientiam, & Eccleſ. ædific.*

Dubia quædam occurrentia in Iubileis practicabilia.

An in Iubileis appellatione Ordinariorum loci veniant ſolùm Epiſcopi, an etiam Superiores regularium pro Epiſcopis faciunt verba Iubilæi quibus Papa concedit caſus Ordinariorum, id eſt, Epiſcoporum, facit illud verbum loci, quòd deſignet Diœceſim, tamen contrarium magis placet, quia appellatione ordinariorum veniunt etiam Superiores. Regular. ſecundùm ſubiectam materiam. Nauarr. *de temp. ordinar. conſ.* 36. *lib. caſ. conſcien. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 8. An Confeſſarius electus ita poſſit minuere pœnitentiam reſtitutoriam ſicut poteſt ſatisfactoriam, & dic quod non. Nauarr. *de Iubil. cap.* 32. *num.* 26.

An Confeſſarius, niſi ſit electus à pœnitente, poſſit ſe ingerere tanquam Curatus in exequutione. Iubilei, & dic negatiuè propter verba Bullæ quæ volunt, vt eligatur. An præter ea, quæ iniunguntur in Iubileo teneatur pœnitens ad aliud, & dic, quod ſic, tenetur enim ſe præparare, & diſponere ad omnem pœnam, & dolorem peccatis ſuis debitum. Caiet. & poſt eum Nauarr. *ibidem cap.* 21. Tolet. *lib.* 6. *cap.* 27. *in fin.* ſi pœnitens in confeſſione pro Iubileo obliuiſcatur alicuius peccati reſeruati, an poſſit poſtea illud confiteri, cuicumque approbato, & reſpondetur affirmatiuè. Graff. *lib.* 4. *caſ. conſcien. cap.* 15. *num.* 3. Quid autem ſi pœnitens poſt abſolutionem virtute Iubilei cadat in aliquod peccatum mortale reſeruatum, an poſſit illud alteri confiteri. An abſoluendi ſint virtute Iubilei, qui ob confidentiam eius peccarunt. Nauarr. ibi concludit quòd ſic per multas rationes de Iubil. *cap.* 34. *num.* 6. *& de pœnit. & remiſſ. cap.* 36. *de priuileg. conſ.* 10. *num.* 2. An pœnitens, qui nondum impleuerat pœnitentias aliàs ſibi iniunctas abſoluatur per Iubileum, & Tolet. *lib.* 6. *cap.* 23. *in fin.* reſpondet affirmatiuè, licèt tutiùs faciet, ſi adimplet. An ſi peccauerit contra formam præſcriptam in Iubileo puta, quia malè ieiunauit, vel orauit, vel viſitauit Eccleſias, ſi poſtea confiteatur poſſit gaudere Iubileo, & dicitur quòd non; ſecùs autem eſſet, ſi peccaret in alio genere peccatorum, quia poſſet abſolui, & Indulgentias lucrari, cùm ſatis ſit, ſi reperiatur in ſtatu gratiæ in vltimo actu. Nauarr. *cap.* 19. *num.* 20. *&* 22. *& cap.* 42. *num.* 44. Tolet. *lib.* 6. *cap.* 37. *ver.* 3. *lib. caſ. conſcien. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 23.

Licèt confeſſio non debeat de neceſſitate præcedere ante alia iniuncta in Iubileo, expediret tamen ſi præcederet, vt omnia fierent in gratia Theſaur. for. Eccleſ. *par.* 1. *cap.* 7. *num.* 26. Nauar. *cap.* 17. *&* 19. *num.* 17. *&* 20. & *cap.* 18. *num.* 1. & *cap.* 32. *num.* 39. *&* 40. *ver. confeſſi.* Sed quid dicemus de eo qui non habet, nec veniale peccatum quòd poſſit confiteri, & ſic deficit materia in quam impendatur abſolutio, & dic quod ex forma Iubilei requiritur confeſſio ſaltem quoad peccata occulta, & aliena. vide Theſaur. for. Eccleſ. *par.* 1. *cap.* 7. *num.* 27. ſed caſ. conſc. *lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 10. dubitat. Quid autem dicemus de eo, qui præparauit ſe ad Iubileum, & aliqua fecit, & confeſſus eſt, ſed improuiſa morte præuentus non perfecit, an gaudeat Iubileo. Nauarr. *cap.* 19. *num.* 4. tenet quòd non, quia hoc ſolùm fuit conceſſum in anno ſancto venientibus ad vrbem; ſed quia hoc eſt inſtar anni ſancti, & relatum eſt in referente, eſt idem. Verùm pœnitens poſſit dimidiare Iubileum, & partem facere in prima, & partem in ſecunda hebdomada, & reſpondetur negatiuè. Nauarr. *d. cap.* 19. *in princip.* Poterit autem ſi non perfecerit in prima integraliter incipere in ſecunda, & perficere. Nauarr. *cap.* 32. *num.* 47. *cap.* 34. *num.* 7. Theſaur. for. Eccleſ. *par.* 1. *cap.* 7. *num* 28. Hoc Iubileum non poteſt, niſi ſemel accipi, quia non eſt peronne. Nauarr. poſt Felin. *ibidem cap.* 31. *num.* 36. *& cap.* 32 *num.* 47. Tolet. *lib.* 6. *cap.* 28. Graff. *caſ. conſcien. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 26. An orationes dicendæ in viſitatione Eccleſiarum debeant eſſe vocales, vel ſufficiat mente orare, & dic ſufficere. Nauarr. *cap.* 32. *num.* 48. An elementa debeat eſſe trina ſicut ieiunium, & viſitatio Eccleſiarum, *caſ. conſcien. cap.* 15. *num.* 17. *lib.* 4. ſed puto vnam

ſuffice

ſufficere per *l. Boues. §. hoc ſermone. ff. de ver. ſignificat.* Ad contrarium reſpondetur, quia ſi Papa voluiſſet, expreſſiſſet, ſicut fecit de ieiunio, & viſitatione, An poſſit virtute Iubilei Confeſſarius abſoluere in caſu hærens etiam occulto, & dic quòd non, *caſ. conſcien. lib. 4. cap. 13. num. 23.* Impotens ad eleemoſynam faciendam, ſi reliqua adimpleat lucratur Iubileum, Idem Graff. *caſ. conſc. lib. 4. cap. 15. num. 24.* ſi quis poſt confeſſionem, & abſolutionem virtute Iubilei non adimpleat iniuncta ad lucretur indulgentiam, & dic affirmatiuè, ſed valdè dubitò, quia virtualiter abſolutio fuit data contemplatione Iubilei, nec Confeſſarius habet aliam facultatem, niſi ex Iubileo, & qui non ſatisfacit de iniunctis ex forma non conſequitur Indulgentiam. Graff. *d. cap. 15. num. 20.* Nauarr. *de pœnit. & remiſſ. n. 19.* An viſitatio Eccleſiarum fit de præcepto, vel exhortatio, hodie videtur de præcepto, & de forma, licèt olim ſecùs Graff. *ibidem num. 20. & 25.* excommunicati publicati pro furto, niſi parte concordata abſolui non poſſunt, etiamſi non ſint ſoluendo, *caſ. conſcièn. ibidem cap. 15. num. 4.* Excommunicatus verò pro mulcta fiſco debita, quia Iudex non eſt pars, poteſt abſolui, niſi fuerit condemnatus ad pœnam, ibidem *cap. 15. num. 7.* Qui deficit in recitatione horarum Canonicarum, licet per Iubileum abſolui poſſit à peccato, & cenſuris tamen tenetur, ad fructuum reſtitutionem malè perceptorum. Graff. *ibidem cap. 15. num. 27.* Commutatio votorum refertur ad ea vota, quæ ante Iubileum fecerat, non autem ad vota poſtea facta, *ibidem num. 28.* Quanta, & qualis eſſe debeat pœnitentia iniungenda Nauarr. de Iubil. *cap. 32. num. 24.* Inter Indulgentiam plenariam, & pleniſſimam nulla eſt differentia quoad effectum remiſſionis pœnæ debitæ pro peccatis extenſiuè, ſed intenſiuè, poteſt eſſe propter maiores ſumptus, & labores conſuetos iniungi in pleniſſimis, & quia in eiſdem conſueuit dari facultas caſuum reſeruatorum. Item, èligendi ſibi confeſſarium, item commutationis votorum, item abſolutio cenſurarum, & alia Synodi. Tolet. *lib. 6. cap. 24.* Theſaur. for. Eccleſ. *par. 1. cap. 7. num. 10.* An magnæ indulgentiæ ex paruis cauſis conceſſæ valeant, & pro affirmatiua diſputat, & concludit Tolet. *lib. 6. cap. 28. per tot.* Theſaur. for. Eccleſ. *par. 1. cap. 7. num. 19. fol. 78.* vbi enumerat cauſas. In commutatione voti vigore Iubilei non poteſt confeſſarius condonare pœnam iam incurſam ex fractione voti. Nauarr. de voto *conſ. 32. num. 1.* Ad effectum concedendi, & recipienſti bene Indulgentiam communiter tria requiruntur auctoritas ex parte concedentis, charitas ex parte recipientis, & pietas ex parte cauſæ, quæ comprehendit honorem Dei, & proximi vtilitatem. Theſaur. poſt D. Thomam *par. 1. cap. 7. num. 16. fol. 77.* Indulgentia non extenditur ad mortuos, niſi concedatur per modum ſuffragij. Theſaur. for. Eccleſ. *par. 1. cap. 7. num. 27.* vel niſi à concedente exprimatur, ibidem *ver. propterea*, vbi vide quot ſint ſuffragia pro mortuis. Reformationes indulgentiarum, & abuſus circa eas refert idem Theſaur. foro Eccleſ. *par. 1. cap. 7. num. 29. ver. & quoniam fol. 84.* Abſolutus ante ſatisfactionem ad effectum cõſequendi Iubileum ſtatim reincidit in vtroque foro. Nauarr. *de ſtat. monach. conſ. 3. num. 39.*

β *Et ſacrorum Conciliorum.*] Cap. ad liberandam de Iudæis. Oldrad. *conſ. 271. num. 2.* vbi damnat pro hæreticis, qui ſecùs crediderit. Fel. *in tract. de Indulg. in fin. volum. num. 2.* contra Vualdenſes Vuicleff. Ioann. de Veſalia, Luther. Eraſm. & in deciſ. fid. Cath. *in ver. Indulgentia cap. 1.* cum pluribus ſequen. *fol. 346.* Catech. Neapol. *lib. 3. caſ. 101. fol. 197.*

γ *Et probatam in Eccleſia conſuetudinem.*] *Cap. cum ex eo de pœniten. & remiſſ.* Sarnen. de viſitation. *lib. 1. cap. 2. num. 20.* Plenarias concedit Pontifex, & Generale Concilium, Item, perpetuas, quod nec Archiepiſcopi, nec Epiſcopi facere poſſunt. Card. Tolet. lib. 6. cap. 25. Item illi qui per totum orbem, Iſti in Prouincia, & Diœc. ſua. Cardinal. Tolet. *ibidem caſ. conſcien. lib. 4. cap. 15. per tot.* Nauarr. *de Indulg. per tot.* poteſt tamen Archiepiſcopus eas concedere per Diœc. ſuffraganeorum. Quarantig. *de Archiep. auctorit. cap. 3. fol. 82.* non tamen in loco exempto.

ADDITIO.

1 *Auctoritas.*] Hoc ita intelligendum eſt, vt liceat Papæ decretis huius Concilij in diſpoſitionibus Papæ contra Concilium etiam ſcīēter diſpenſantis ſine ipſius Con-

cilij derogatione Rot. *in nouiſ. diuerſ. dec. 48.num.11.par.1.* vel aliter, vt quibuſdam ex auctoritatibus placebat intelligendum eſt de Confirmatione, & approbatione Concilij quæ à Papa fieri debet, poſt approbatum, ergo Concilium non præſtat argumentum pro validitate diſpoſitionis Papæ contra Concilium, vt ipſa diſpenſatio ex decretis Concilij inutilis cenſenda non ſit *ead.dec.28.num.11.par.1.*

De delectu ciborum, ieiuniis & diebus feſtis.

INſuper hortatur ſancta Synodus, & per ſanctiſſimum Domini noſtri atque Saluatoris aduentum Paſtores omnes obteſtatur, vt tanquam boni milites illa omnia, quæ ſancta [a] Romana Eccleſia, omnium Eccleſiarum mater, & magiſtra, ſtatuit, nec non ea, quæ tam in hoc Concilio, quàm in aliis œcumenicis ſtatuta ſunt, quibuſcumque fidelibus ſedulò cómendent; omníque diligentia vtantur, vt illis omnibus, & iis præcipuè ſint obſequentes, quæ ad mortificandam carnem conducunt, vt ciborum delectus, & 1 *ieiunia*; vel etiam, quæ faciunt ad pietatem augendam, *a vt dierum feſtorum* deuota, & religioſa 2 *celebratio*; admonentes populos crebrò, [b] obedire Præpoſitis ſuis: quos qui audiunt, Deum remuneratorem audient; qui verò contemnunt, Deum ipſum vltorem ſentient.

[a] Cap. nõ decet. 82. diſtin. Vig. in ep. ad Eutherum in fi. Felix 1. in ep. 3.

[b] cap. qui ſuis, 93. diſt. c. quia frater. 7. q. 1. Luc. 10.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

a VT *dierum Feſtorum.*] Cabilon. *cap.* 18. Aurelian. 3. *cap.* 27. *tom.* 2. *fol.* 876. *co-tum.* 1. *cap.* 1. *de feriis de conſecrat. diſtinct.* 3. Sarn. *de viſitat. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 29.

ADDITIO.

1 Ieiunia.] Notandum eſt quod peccat volens frangere ieiunium, licèt non frangat. Syluest. *in ver. hora num.* 13. § 11. *ver.* 2.

2 *Celebratio.*] Vide text. in omnes, & *cap. conqueſtus, de fer. & Conſt. Pij V. incip. cum primum.*

De Indice librorum, & Catechiſmo, Breuiario, & Miſſali.

SAcroſancta [a] Synodus in ſecunda Seſſione, ſub Sanctiſſimo Domino noſtro Pio IV. celebrata, delectis quibuſdam Patribus commiſit, vt de variis cenſuris, ac libris, vel ſuſpectis, vel pernicioſis, quid facto opus eſſet, conſiderarent; *a atque ad ipſam* ſanctam Synodum referrent: audiens, nunc, huic operi ab eis extremam manum impoſitam eſſe; nec tamen, ob librorum varietatem, & multitudinem, diſtinctè, & commodè poſſit à ſancta Synodo diiudicari; præcipit, vt, quidquid ab illis præſtitum eſt, Sanctiſſimo Romano Pontifici exhibeatur; vt eius iudicio, atque auctoritate terminetur, & euulgetur. Idémque de [b] Catechiſmo à Patribus, quibus illud mandatum fuerat, *b & de Miſſali*, & Breuiario fieri mandat.

[a] Sup. Seſſ. 18. in princ.

[b] Vide ſeſſ. 24. cap. 7.

DECLA

DECLARATIONES CARDINALIVM.

De Breuiario, & Miſſali.

Qvi omittens Miſſale nouum, vteretur antiquo, peccaret mortaliter.

Item, Religioſi, qui in Canone Miſſæ pro Epiſcopo loci ponunt Superiorem ſuum, peccant mortaliter.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

• A *Tque ad ipſam.*] Plures indices prodierunt diuerſis etiam recentioribus temporibus, quæ autem pœna ſtatuta ſit contra imprimentes, tenentéſque ſcienter, vel legentes libros prohibitos de hæreſi, vide ſuprà *ſeſſ. 4. de edit. & vſu ſacr. libr.* vide & Bull. Pij Quarti, & Clem. VIII. quas refert Quarantig. *in Bull. ſuo in ver. libri fol. 291.*

β *Et de Miſſali.*] Et de Breuiario: in Breuiario edito iuſſu piæ memoriæ Pij V. edita fuit Bulla cum clauſula (illis in exceptis) circa quam fuit ad dubitationem reſponſum per ſacram Congregationem, qui ab ipſa prima inſtitutione à Sede Apoſtolica approbata, vel conſuetudine, quæ vel ipſa Conſtitutio 200. annos antecedat illis certis Breuiariis vſa fuiſſe conſtiterit, defertur non ſolùm ad Monaſteria, ſed etiam ad Cathedrales, & Collegiatas, ſicque vigore eius clauſulæ ſalua ſunt omnia Breuiaria quæ præcisè ſuprà 200. annos in vſu ſunt, etiam Miſſale ſub Pio Quinto reſtitutum fuit, & iterum ſub Clem. VIII. reformatum.

De loco Oratorum.

Eclarat S. Synodus, ex loco aſſignato Oratoribus, tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus, in ſedendo, incedendo, aut quibuſcumque aliis actibus, nullum cuiquam eorum factum fuiſſe præiudicium; ſed omnia illorum, & Imperatoris, Regum, Rerumpublicarum, ac Principum ſuorum iura, & prærogatiuas illæſas, & ſaluas eſſe, in eodémque ſtatu permanere, prout ante præſens Concilium reperiebantur.

De recipiendis, & obſeruandis Decretis Concilij.

Tanta fuit horum temporum calamitas, & hæreticorum inueterata malitia, vt nihil tam clarum in fide noſtra aſſerenda vnquam fuerit, aut tam certò ſtatutum, quod non, humani generis hoſte ſuadente, illi errore aliquo contaminauerint: ea propter ſancta Synodus id potiſſimùm curauit, vt præcipuos hæreticorum noſtri temporis errores damnaret, & anathematizaret; verámque & Catholicam doctrinam traderet, & doceret, prout damnauit, anathematizauit, & definiuit. Cúmque tam diu tot Epiſcopi, ex variis Chriſtiani orbis prouinciis euocati, ſine magna gregis ſibi commiſſi iactura, & vniuerſali periculo ab Eccleſiis abeſſe non poſſint; nec vlla ſpes reſtet, hæreticos, toties fide etiam publica, quam deſiderarunt, inuitatos, & tamdiu expectatos, huc amplius aduenturos; ideóque tandem huic ſacro Concilio finem imponere neceſſe ſit: ſupereſt nunc, vt Principes omnes, quod facit, in Domino moneat ad operam ſuam ita præſtandam, vt, quæ ab ea decreta ſunt, ab hæreticis deprauari, aut violari non permittant; ſed ab his, & omnibus deuotè recipiant, & fideliter obſeruentur. Quod ſi in his recipiendis

dis aliqua difficultas oriatur; aut aliqua inciderint, quæ declarationem; quod non credit, aut definitionem poſtulant, præter alia remedia, in hoc Concilio inſtituta, confidit S. Synodus Beatiſſimum Romanum Pontificem curaturum, vt vel euocatis ex illis præſertim prouinciis, vnde difficultas orta fuerit, iis, quos eidem negotio tractando viderit expedire, vel etiam Concilij generalis celebratione, ſi neceſſarium iudicauerit, vel commodiore quacumque ratione ei viſum fuerit, prouinciarum neceſſitatibus pro Dei gloria, & Eccleſiæ tranquillitate conſulatur.

De recitandis Decretis Concilij, ſub Paulo I I I. & Iulio I I I. in Seſſione.

Quoniam [a] diuerſis temporibus, tam ſub fel. rec. Paulo I I I. quàm Iulio I I I. multa in hoc ſacro Concilio quoad dogmata ac morum reformationem ſtatuta & definita ſunt; vult ſancta Synodus, vt illa nunc recitentur, & legantur.

[a] Supr. Seſſ. 1. 6. 7. 13. & 24.

Recitata ſunt.

De fine Concilij, & confirmatione petenda à Sanctiſſimo Domino noſtro.

Illuſtriſſimi Domini, Reuerendiſſimique Patres, Placetne vobis, vt ad laudem Dei omnipotentis huic ſacræ OEcumenicæ Synodo finis imponatur? & omnium, & ſingulorum, quæ tam ſub fel. rec. Paulo I I I. & Iulio I I I. quàm ſub S. D. N. Pio I V. Romanis Pontificibus, in ea decreta, & definita ſunt, [b] confirmatio nomine ſanctæ huius Synodi per Apoſtolicæ Sedis Legatos, & Præſidentes à Beatiſſimo Romano Pont. 1 *petatur.*

[b] Iuxta Gel. Pap. ſuper Concil. Chalced. & Pelagium PP. 2. in Ep. Decret. & Marc. in Epi. decretali, ad Epiſc. Antioc. prouin. & Cōcil. Chalced. Act. 3. & Nic. 1. apud Gratianum, d. 19. Si Romanorum.

Reſponderunt, P L A C E T.

Poſtmodum Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus Cardinalis Moronus, primus Legatus & Præſidens, benedicens ſanctæ Synodo, dixit: P O S T G R A T I A S D E O A C T A S R E V E R E N D I S S I M I P A T R E S I T E I N P A C E. *Qui reſponderunt*, A M E N.

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

QVod decreta Concilij ante confirmationem Papæ non ligent, tenet Nauarr. *de conſtitut. conſ. 1. num. 4.* eſt enim ſuprà Concilium. Abb. *quæſt. 1. in princip.* vbi vide multa de eius poteſtate.

ADDITIO.

1 *Petatur.*] Hinc colligitur quòd Concilium non ligat, niſi poſt confirmationem Papæ Nauarr. *de Conſtit. conſ. 1. num. 40.* vbi, à quo tempore, & quos Concilia ligentibus, de infra in Confirmatione. Burſ. *conſ. 110. num. 4. & 18. vol. 1.* & quid poſſit Concilium mortuo Papa, Burſat. *conſ. 108. num. 19. vol. 1.*

An mortuo Papa creet Cardinales. Burſat. *d. conſ.* 110. *num.* 30. Concilia ad quid confirmentur, *d. conſ. 110. num. 7.*

Qualiter, & quomodo à Papa confirmentur; & ante abſolutionem; Burſat. *d. conſ. 110. num. 4. & 21.* Colligitur etiam quòd Papa eſt ſuprà Concilium, quod fallit quando Concilium repræſentat vniuerſalem Eccleſiam, & quando Papa eſſet hæreticus, ſchiſmaticus, & notoriè infamoſus, Burſat. *conſ. 109. num. 9. & 10.* vbi *deciſ. vol. 1.*

ACCLAMATIONES PATRVM IN FINE CONCILII.

CARDINALIS A LOTHARINGIA.

Beatiſſimo Pio Papæ, & Domino noſtro, ſanctæ Vniuerſalis Eccleſiæ Pontifici, multi anni, & æterna memoria.

Responsio Patrvm.

DOmine Deus, Sanctiſſimum Patrem diutiſſimè Eccleſiæ conſerua multos annos.

Card. *Beatiſſimorum ſummorum Pontificum animabus, Pauli III. & Iulij III. quorum auctoritate hoc ſacrum generale Concilium inchoatum eſt, pax à Domino, & æterna gloria, atque felicitas in luce Sanctorum.*

Reſp. *Memoria in benedictione ſit.*

Card. *Caroli V. Imperatoris, & Sereniſſimorum Regum, qui hoc vniuerſale Concilium promouerunt & protexerunt, memoria in benedictione ſit.*

Reſp. *Amen, Amen.*

Card. *Sereniſſimo Imperatori Ferdinando, ſemper Auguſto, Orthodoxo, & pacifico, & omnibus Regibus, Rebuſpubl. & Principibus noſtris, multi anni.*

Reſp. *Pium, & Chriſtianum Imperatorem Domine conſerua: Imperator cœleſtis terrenos Reges, rectæ fidei conſeruatores cuſtodi.*

Card. *Apoſtolicæ Romanæ Sedis Legatis, & in hac Synodo Præſidentibus, cum multis annis magna gratia.*

Reſp. *Magna gratia: Dominus retribuat.*

Card. *Reuerendiſſ. Cardinalibus, & Illuſtribus Oratoribus.*

Reſp. *Magnas gratias, multos annos.*

Card. *Sanctiſſimis Epiſcopis vita & felix ad Eccleſias ſuas reditus.*

Reſp. *Præconibus veritatis perpetua memoria: Orthodoxo Senatui multos annos.*

Card. *Sacroſancta Oecumenica Tridentina Synodus: eius fidem confiteamur, eius decreta ſemper ſeruemus.*

Reſp. *Semper confiteamur, ſemper ſeruemus.*

Card. *Omnes ita credimus: omnes idipſum ſentimus: omnes conſentientes & amplectentes ſubſcribimus. Hæc eſt fides B. Petri & Apoſtolorum: hæc eſt fides Patrum: hæc eſt fides Orthodoxorum.*

Reſp. *Ita Credimus, ita ſentimus, ita ſubſcribimus.*

Card. *His decretis inhærentes, digni reddamur miſericordiis & gratiâ primi & magni ſupremi Sacerdotis Ieſu Chriſti Dei, intercedente ſimul inuiolata Domina noſtra ſancta Deipara, & omnibus Sanctis.*

Reſp. *Fiat, Fiat, Amen, Amen.*

Card. *Anathema cunctis hæreticis.*

Reſp. *Anathema, Anathema.*

Poſt hæc mandatum fuit à Legatis, & Præſidentibus ſub pœna excommunicationis omnibus Patribus, vt, antequam diſcederent è ciuitate Tridentina, ſubſcriberent manu propria decretis Concilij; aut ea per publicum inſtrumentum approbarent: qui omnes deinde ſubſcripſerunt, & fuerunt numero C C L V. *videlicet Legati* I V. *Cardinales* I I. *Patriarchæ* I I I. *Archiepiſcopi* X X V. *Epiſcopi* C L X V I I I. *Abbates* V I I. *Procuratores abſentium cum legitimo mandato* X X X I X. *Generales Ordinum* V I I.

LAVS DEO.

Concordat cum Originali: in cuius fidem ſubſcripſimus.

Ego Angelus Maſſarellus, Epiſcopus Theleſinus, ſacri Concilij Tridentini Secretarius.

Ego Marcus Antonius Peregrinus, Comenſis, eiuſdem Concilij Notarius.

Ego Cynthius Pamphilus, Clericus Camerinenſis Diœceſis, eiuſdem Concilij Notarius.

CONFIRMATIO CONCILII.

NOs Alexander, S. Laurentij in Damaſo Diaconus Cardinalis, de Farneſio, S. R. E. Vicecancellarius, fidem facimus, & atteſtamur, qualiter hodie, die Mercurij, XXVI. Ianuarij, M. D. L X I V. Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri D. Pij, diuina prouidentia Papæ IV. anno quinto, in Conſiſtorio ſecreto, apud S. Petrum, Reuerendiſſ. DD. mei, Cardinales Moronus & Simoneta, nuper reuerſi à ſacro Concilio Tridentino, cui vti Sedis Apoſtolicæ Legati præerant, petierunt ab eodem Sanctiſſ. D. noſtro, vt infrà.

Beatiſſime Pater, in Decreto ſuper fine Concilij Oecumenici Tridentini, pridie Nonas Decembris præteriti publicato, ſtatutum fuit, vt per Sanctitatis veſtræ, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legatos & Præſidentes peteretur nomine dicti Concilij à Sanctitate veſtra *a 1 Confirmatio* omnium & ſingulorum, quæ tam ſub fel. rec. Paulo III. & Iulio III. quàm ſub Sanctitate veſtra in eo decreta & definita ſunt. Quapropter nos Ioannes Cardinalis Moronus & Ludouicus Cardinalis Simoneta, qui tunc Legati & Præſidentes eramus, volentes exequi, quod in dicto Decreto ſtabilitum fuit, humiliter petimus nomine dicti Concilij Oecumenici Tridentini, vt Sanctitas veſtra dignetur confirmare omnia, & ſingula, quæ tam ſub fel. rec. Paulo III. & Iulio III. quàm ſub Sanctitate Veſtra in eo decreta & definita ſunt.

Quibus auditis, Sanctitas Sua, viſo & lecto tenore dicti Decreti, & habitis votis Reuerendiſſ. DD. meorum Cardinalium, reſpondit per hæc verba:

2 Peti

2 *Petitioni* nomine Concilij Oecumenici Tridentini ſuper eius Confirmatione per dictos Legatos nobis factæ annuentes, omnia & ſingula, quæ in dicto Concilio tam ſub fel. rec. Paulo III. & Iulio III. prædeceſſoribus noſtris, quàm Pontificatus noſtri tempore decreta, & definita ſunt, auctoritate Apoſtolica; etiam de Venerabilium fratrum noſtrorum Cardinalium conſilio & aſſenſu, matura cum illis deliberatione præhabita, confirmamus, atque ab omnibus Chriſti fidelibus recipi & inuiolabiliter obſeruari mandamus, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Ita eſt. *A. Cardinalis Farneſius, Vicecancellarius.*

OBSERVATIONES DOCTRINÆ.

CONfirmatio.] Nota ex hac confirmationis petitione, quòd per ea probatur ſuperioritas Papæ in Concilium, argumento eorum quæ trad. Felin. *in cap. 1. num. 35. de Conſt.* Abb. *in c. ex reſcripto & de locat. q. 3.* Confirmatio enim non eſt actus ſuperiorum. Rot. *diuerſor. par. 1. deciſ. 702. n. 7.* & ideò refragante Papa Concilium nihil poteſt. Nauar. *de iis quæ fi. à maior. par. cap. cauſ. 1.* Fuit etiam de Calcedon. Concilio petita Confirmatio à Sanctiſſimo Leone primo, vt *in dicto Concilio tom. 2. fol. 136.* Hgmar. *in cap. de Calcedonen.* & idem de Conciliis occidentalibus Aphricanis, *fol. 28.*

ADDITIO.

1 *Confirmatio.*] Quæ peti ſolet à Superiori, ita Alba *de pot. Pap. 2. par. num. 49. cum ſeqq.* & Concilia accipiunt auctoritatem à Summo Pontifice. idem *num. 71.*

2 *Petitioni.*] Quid in Prouinciis in quibus publicatum non fuit, vel vbi non fuit receptum. Nauarr. *de Conſt. conſ. 1. num. 4.*

DECLARATIONES CARD. ADDITÆ.

REuerendiſſimus Epiſcopus Maſſen. prætendit non licere Abb. Monaſterij Vallis Vmbroſæ deputare Vicarios ad eius nutus amouibiles Sacerdotes ſæculares in Parochialibus Eccleſiis Montis Viridis, & Canneti, membris dicti Monaſterij ab eo dependentibus, & non ipſi vnitis, ſed potius eligendum eſſe in Vicarios perpetuos, aut ſaltem gubernari debere per ſuos Monachos; Abb. verò contrarium defendit. ſuprà quid in huiuſmodi caſu ſit obſeruandum.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum cenſuit dictâ die 12. in huiuſmodi Parochialibus poſſe Abbatem deputare Vicarios, ſiue ſæculares, ſiue Regulares ad eius nutum amouibiles, neque Epiſcopis licere Vicarios perpetuos erigere, ex decreto, *cap. 7. ſeſſ. 7.* ſed tantùm vti facultate ſibi tributa *in cap. 11. ſeſſ. 25. de Regula.*

Ho. Cardinalis Lancellottus.

Die ..... 1615. ſupplicauit Epiſcopum Vercellen. vt pro conſueta humanitate Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi D. mei dignetur ad infradicta reſpondere.

1 An liceat Epiſcopo ſingulis annis, aut pluries ſi expedierit, viſitare quoad Clauſuram Monaſteria Monialium Regularibus ſubiectarum, ac Moniales ipſas in his examinare quæ pertinent ad Clauſuram, idque inconſultis Regularibus, ac ſine eorum præſentia, & aſſiſtentia.

2 An Regulares quantumuis exempti, & quouis priuilegio, & conſuetudine non obſtan. teneantur conuenire ad proceſſiones pro bono publico, vel honore.

3 An proceſſiones pro Litaniis maioribus, & Rogationum; aut pro pace, pluuia vel ſerenitate petenda inter publicas cenſeri debeant.

4 An Regulares poſſint ad libitum proceſſiones facere extra clauſtra, vel ſoli, vel cum populo, aut cum fratribus, & ſororibus Societatum erectarum in ipſorum Eccleſiis.

Digitized by Google

5 An Confeſſionarij Monialium Ordinario ſubiectarum vltra triennium ex cauſa poſſint confirmare.

6 An liceat vti opera Regularium ad libitum præſertim Sacerdotum Societatis IESV, vel Congregationis ſancti Pauli, in adeundis, & viſitandis Monaſteriis Monialium extra munus Confeſſionis, vel prædicationis.

7 Cùm Dominus Cardinalis in Sabaudia aliquas Abbatias in Commendam obtineat in partibus Pedemontis, quæ nullius Diœc. eſſe dignoſcuntur. Quæritur, An prædictarum Abbatiarum ſubiectis pro ſancti Confirmationis Sacramenti præſtanda adminiſtratione liceat ipſum Vercellen. Epiſcopum generalem dicti Cardinalis Auditorem, vel quemuis alium aduocare. Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum reſcripſit.

Ad primum reſpondit, licere Epiſcopo quoties opus eſſe exiſtimauerit Monaſteria Monialium ſubiectarum Regularibus, quoad Clauſuram viſitare, Monialéſque ipſas in his quæ ad Clauſuram pertinent examini ſubiicere, etiam Regularibus inconſultis.

Ad ſecundum, teneri accedere.

Ad tertium, has proceſſiones deberi inter publicas recenſeri.

Ad quartum, non licere Regularibus extra Eccleſias proprias, vel earum ambitum proceſſiones facere, niſi de Ordinarij licentia.

Ad quintum, poſſe, ſi Epiſcopus pro paſtorali eius ſollicitudine neceſſe compererit.

Ad ſextum, Epiſcopum ad viſitanda Monaſteria Monialium Regularibus ſubiectarum vti poſſe opera exemptarum aliquot Sacerdotum, etiam Regularium.

Ad ſeptimum, Abbates qui verè nullius Diœceſis exiſtunt poſſe conuocare quem maluerint Catholicum aſſiſtentem pro Sacramento Confirmationis miniſtrando ſibi ſubiectis.

Horat. Cardinalis Lancellottus.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum conſulta reſpondit; Fratres Tertiarios, mantellatos, corrigiatos, aliósque ſimiles, ita dicimus ordinis, cuius tertiæ Regulæ habitum aſſumpſerunt priuilegiis potiri, & ab Ordinarij iuriſdictione exemptos eſſe, ſi viri collegialiter viuant, ſeu cum Clauſtralibus habitent, & mulieres Virginalem, ſeu Cœlibem, aut caſtam vidualem expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam traduxerint, quemadmodum cauetur conſtitutione Concilij Lateranen. ſub Leone X. quæ habetur *ſeſſ. 11. in fine.* Hoc autem voto mulierũ alia duo, ſcilicet paupertatis, & obedientiæ nequaquam includi. Quinimò huiuſmodi mulieres ſi vitam Virginalem, aut Cœlibem ſimpliciter, expreſſéque vouerint, etiam in conſanguineorum, & affinium ſuorum, aut propriis domibus, vel ſeorſum habitantes ſupradictis priuilegiis Ordinis cuius tertiæ Regulæ habitum deferunt exemptionéque ab Ordinarij iuriſdictione frui debere, quemadmodum idem Leo poſtea declarauit Conſtitutione edita die prima Martij 1518. quòd ſi fratres, ſororéſve tertij Ordinis quid amplius prætendant, vigore conſuetudinis poſſe ius ſuum proſequi in iudicio ordinario.

Hieronymus Cardinalis Pamphilius.

Locus † ſigilli.

Io. Franciſcus Fagnanus ſacræ Congregationis Concilij Secretarius.

Conſtitutionem autẽ ſanctæ memoriæ Pij V. qua ſorores tertij Ordinis ad perpetuam clauſuram obſtringuntur, vtpotè loquentur de his, quæ in communi, & in Congregatione viuunt ad ſupradictas ſorores in conſanguineorum, vel propriis domibus habitantes, votúmque vnicum expreſsũ Virginalis, aut Cœlibis, vel Caſtę vidualis emittentes, de quibus cauetur in dicto Concilio Lateranen. nihil pertinere, & propterea quoad illas dictam Conſtitutionem, nec Concilium Lateranen. correxiſſe, nec immutaſſe, nec quicquam noui iuris induxiſſe.

P. Cardinalis Arrigonus.

Præſuppoſita deciſione Congregationis, qua declaratum fuit in inſtitutione Parochialium Eccleſiarum iuriſpatronatus, partim Eccleſiaſtici, partim laicalis non eſſe ſeruandam formam examinis per concurſum.

An idem ſit dicendum de Parochialibus, quod origine erat totum laicale, ſed pro duabus tertiis partibus, & donatione laico

laicorum effectum eſt poſtea Eccleſiaſticum.

Die 17. Iunij, 1617.

SAcra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum hoc dubio ſemel, atque iterum propoſito, ac diligenter examinato, cenſuit decretum de Parochialibus de iurepatronatus, præſertim Eccleſiaſticum, partim laicalis abſque concurſu conferen. eſſe etiam ſeruan. in Parochialibus, in iurepatronatûs, quod origine erat ſolùm laicale, & pro duabus tertiis partibus ex donatione laicorum effectum eſt poſtea Eccleſiaſticum.

Horat. Cardinalis Lancellottus.
Locus † ſigilli.

BITVNTIN. VNIONIS.

Frat. Hieronymus Pallantes Caſtri Bononien. S. F. D. Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Bitun.

QVoniam Superioribus annis per noſtros prædeceſſores præbend. Theologalem erectam comperimus, ac illam R. Abbati Io. Baptiſtæ Papæ S. F. C. conſulimus ſeruata forma ſacr. Conc. Triden. & pro præſto. primam præbendam vacaturam deſignemus. Ideò Conſtitutio nobis de redditibus Eccleſiæ S. Ioannis Baptiſtæ ante portam Bariſanam ſimplicis Beneficij ad præſens per R. Clericum Octauium ſanctorum poſſeſſi, & de æquiualentia primo dicto præſtimooiio, ſeu ſtipendio quod interim perſoluitur R. Capitulo, prout in iiſdem noſtris decretis viſa etiam inſtantia d. R. R. Ioannis Baptiſtæ pro vnione ſeruata forma decretorum alias per nos emanatorum in ſancta Viſitatione pro erectione dictæ præbendæ Theologalis, quæ Canonicatui fuit vnita, & annexa, quam vnionem Paulus Papa V. etiam confirmauit, prout in ſuis Bullis. Propterea nos auctoritate à dicto ſacr. Concilio Tridentino *cap. 1. ſeſſ. 5.* nobis tributa, præſenti noſtro diffinitiuo decreto deciſimus, & declaramus ſupradictam Eccleſiam Sancti Ioannis Baptiſtæ ante portam Bariſanam fore, & eſſe dictæ præbendæ Theologalis, ex nunc, prout ex tunc ſequuta morte dicti Clerici, Octaui pro ſtipendio, ſeu præſtimonio annexan. vniendam, ac in perpetuum incorporandum, prout præſenti decreto illam vnimus, & in perpetuum incorporamus cum omnibus ſuis iuribus, actionibus, & emolumentis, dummodò Eccleſia prædicta debitis propter hoc non defraudetur, obſequiis, ſed eius debita ſupportantur onera conſueta, ita, & taliter quod ſequuta morte dicti Clerici Octauij annexa, vnita, & incorporata dictæ præbendæ pro dicto ſtipendio ipſi facto intelligatur, ac toties quoties vacare contigerit conferatur ſub nomine dictæ præbendæ, & ita dicimus, declaramus, vnimus, annexamus, & in perpetuũ incorporamus, iſto, & omni alio noſtrodicto modo, &c. Frater Hieronymus Pallantes Epiſcopus Bituntin. Viſitator ita pronunciauit. Sacra Congregatio Cardinalium Concil. Trid. interp. cenſuit vnionem ſecundùm ea quæ proponuntur eſſe nullam, ac prætereà, & ſi valida eſſet effectum ſortiri non poſſe in menſe Sedi Apoſtolicæ reſeruato 22. Aprilis, 1617.

Horatius Cardinalis Lancellottus.

Aſculana Parochialis.

AN in Parochialibus, cuius collatio ceſſantibus reſeruationibus Apoſtolicis ſpectet ad inferiorem Collatorem, ſi in concurſu facto per Ordinarium ſint renunciati plures æquè idonei, facultas eligendi magis idoneum ſpectet ad Ordinarium, vel ad inferiorem Collatorem ſiue Parochialis in menſe Apoſtolico, ſiue Ordinario vacet.

Die prima Decembris, 1618.

SAcra Congregatio Cardinalinm Concilij Tridentini interpretum auditis partibus cenſuit facultatem eligendi magis idoneum non ad inferiorem collatorem, ſed ad Ordinarium tantùm pertinere, quod ſi Parochialis de qua agitur ſit Regularis, vel Monaſterio vnita in eius Collatione non eſſe ſeruandũ formam examinis per concurſum, cæterùm an ita ſe res habeat, quemadmodum proponitur, nec ne alterius eſſet iudicij.

BVLLA S.D.N. D. PII, DIVINA PROVIDENTIA, PAPÆ IV.

SVPER CONFIRMATIONE OECVMENICI GENERALIS CONCILII TRIDENTINI.

Pius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

BENEDICTVS Deus & Pater Domini noſtri IESV CHRISTI, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui reſpicere dignatus Eccleſiam ſuam ſanctam tot procellis & tempeſtatibus agitatam atque vexatam, & grauiùs in dies laborantem, apto tandem ei ſubuenit optatóque remedio. Ad plurimas & pernicioſiſſimas hæreſes extirpandas, ad corrigendos mores, & reſtituendam Eccleſiaſticam diſciplinam, ad pacem & concordiam Chriſtiani populi procurandam, indictum iampridem in ciuitate Tridentina Oecumenicum & generale Concilium a piæ memoriæ Paulo III. prædeceſſore noſtro, & Seſſionibus aliquot habitis cœptum fuerat, ab eius autem ſucceſſore Iulio in eandem vrbem reuocatum, poſt alias Seſſiones celebratas, variis impedimentis, & difficultatibus obiectis, ne tum quidem peragi potuerat: itaque diutiùs intermiſſum fuerat, non ſine maximo mœrore piorum omnium, cùm quotidie magis Eccleſia eiuſmodi remedium imploraret. Nos autem poſt ſuſceptum Sedis Apoſtolicæ regimen, tam neceſſarium, ac ſalutare opus, ſicut paſtoralis ſollicitudo monebat, diuinæ miſericordiæ fiducia perficere aggreſſi, adiuti pio ſtudio cariſſimi in Chriſto filij noſtri Ferdinandi Romanorum Imperatoris electi, & aliorum Chriſtianorum Regum, Rerumpublicarum, ac Principum, tandem conſecuti ſumus, quod nec diurnis, nec nocturnis curis elaborare deſtitimus, quódque à Patre luminum aſſiduè precati ſumus. Cùm enim eam in vrbem vndique ex Chriſtiani nominis nationibus conueniſſet, noſtris conuocata litteris, & ſua etiam ipſorum pietate excitata, Epiſcoporum & aliorum inſignium Prælatorum maxima, & Oecumenico Concilio digna frequentia, præter plurimos alios pios & ſacrarum litterarum, ſcientia diuiníque, & humani iuris cognitione præſtantes viros, præſidentibus ipſi Synodo Sedis Apoſtolicæ Legatis, nobis adeò Concilij libertati fauentibus, vt etiam de rebus Sedi Apoſtolicæ propriè reſeruatis liberum ipſi Concilio arbitrium per litteras, ad Legatos noſtros ſcriptas, vltrò permiſerimus, quæ de Sacramentis & aliis rebus, quæ quidem neceſſariæ viſæ ſint, tractanda, definienda & ſtatuenda reſtabant, ad confutandas hæreſes, ad tollendos abuſus, & emendandos mores à ſacroſancta Synodo ſumma libertate, diligentiáque tractata, & accuratè ac maturè admodum definita, explicata, ſtatuta ſunt. Quibus rebus perfectis, Concilium tanta omnium, qui

illi

illi interfuerunt, concordia peractum fuit, vt conſenſum eum planè à Domino effectum fuiſſe conſtiterit: idque in noſtris atque omnium oculis valdè mirabile fuerit. Pro quo tam ſingulari Dei munere ſupplicationes ſtatim in alma hac Vrbe indiximus, quæ magna cleri & populi pietate celebratæ fuerunt; laudéſque & gratias diuinæ Maieſtati meritò perſoluendas curauimus: cùm eiuſmodi Concilij exitus, ſpem magnam & propè certam attulerit, fore, vt maiores in dies fructus ad Eccleſiam ex ipſius decretis conſtitutionibúſque perueniant. Cùm autem ipſa ſancta Synodus pro ſua erga Sedem Apoſtolicam reuerentia antiquorum etiam Conciliorum veſtigiis inhærens, decretorum ſuorum omnium, quæ noſtro & prædeceſſorum noſtrorum tempore facta ſunt, confirmationem à nobis petierit, decreto de ea re in publica Seſſione facto: Nos, ex Legatorum litteris priùs, deinde poſt reditum eorum, ex iis, quæ Synodi nomine diligenter retulerunt, poſtulatione ipſius Synodi cognita, habita ſuper hac re cum venerabilibus fratribus noſtris, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, deliberatione matura, ſanctique Spiritus in primis auxilio inuocato, cùm ea decreta omnia Catholica, & populo Chriſtiano vtilia ac ſalutaria eſſe cognouiſſemus, ad Dei omnipotentis laudem, de eorumdem fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu in Conſiſtorio noſtro ſecreto illa omnia & ſingula auctoritate Apoſtolica hodie confirmauimus, & ab omnibus Chriſti fidelibus ſuſcipiēda ac ſeruanda eſſe decreuimus; ſicut harū quoque litterarū tenore ad clariorem omnium notitiā cōfirmamus, & ſuſcipi obſeruaríque decernimus. Mandamus autem in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœnis à Sacris Canonibus conſtitutis, aliiſque grauioribus, etiā priuationis, arbitrio noſtro infligendis, vniuerſis & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis quibuſuis Eccleſiarum Prælatis, cuiuſcumque ſtatus, gradus, Ordinis & dignitatis ſint, etiamſi Cardinalatus honore præfulgeant, vt eadem decreta & ſtatuta in Eccleſiis ſuis, ciuitatibus, & Diœceſibus, in iudicio & extra iudicium diligenter obſeruent, & à ſubditis quiſque ſuis, ad quos quomodolibet pertinent, inuiolabiliter faciant obſeruari: contradictores quoſlibet & contumaces, per ſententias, cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas etiam in ipſis decretis contentas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo: inuocato etiam, ſi opus fuerit, brachij ſæcularis auxilio. Ipſum verò cariſſimum filium noſtrum Imperatorem electum, cæteróſque Reges, Reſpublicas, ac Principes Chriſtianos monemus, & per viſcera miſericordiæ Domini noſtri Ieſu Chriſti obteſtamur, vt, qua pietate Concilio per Oratores ſuos affuerunt, eadem pietate, ac pari ſtudio, diuini honoris, & populorum ſuorum ſalutis cauſa, pro Sedis quoque Apoſtolicæ & ſacræ Synodi reuerentia, ad eiuſdem Concilij exequenda, & obſeruanda decreta, Prælatis, cùm opus fuerit, auxilio & fauore ſuo adſint, neque aduerſantes ſanæ ac ſalutari Concilij doctrinæ opiniones à populis ditionis ſuæ recipi permittant, ſed eas penitus interdicant. Ad vitandum prætereà peruerſionem, & confuſionem, quæ oriri poſſet, ſi vnicuique lice-

tet,

ret, prout ei liberet, in decreta Concilij commentarios, & interpretationes ſuas edere, Apoſtolica auctoritate inhibemus omnibus, tam Eccleſiaſticis perſonis, cuiuſcumque ſint Ordinis, conditionis & gradus, quàm laicis, quocumque honore ac poteſtate præditis; Prælatis quidem ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, aliis verò, quicumque fuerint, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœnis, ne quis ſine auctoritate noſtra audeat vllos commentarios, gloſſas, annotationes, ſcholia, vllúmve omninò interpretationis genus ſuper ipſius Concilij decretis quocumque modo edere, aut quidquam quocumque nomine, etiam ſub prætextu maioris decretorum corroborationis, aut executionis, alióve quæſito colore, ſtatuere. Si cui verò in eis aliquid obſcuriùs dictum & ſtatutum fuiſſe, eámque ob cauſam interpretatione, aut deciſione aliqua egere viſum fuerit; aſcendat ad locum quem Dominus elegit, ad Sedem videlicet Apoſtolicam, omnium fidelium magiſtram, cuius auctoritatem etiam ipſa ſancta Synodus tam reuerenter agnouit. Nos enim difficultates & controuerſias, ſi quæ ex iis decretis ortæ fuerint, nobis declarandas, & decidendas, quemadmodum ipſa quoque ſancta Synodus decreuit, reſeruamus, parati, ſicut ea de nobis meritò confiſa eſt, omnium prouinciarum neceſſitatibus ea ratione, quæ commodior nobis viſa fuerit, prouidere: Decernentes nihilominus irritum & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, & ignoranter contigerit attentari. Vt hæc autem ad omnium notitiam perueniant, néve quis excuſatione ignorationis vti poſſit: Volumus & mandamus, vt hæ litteræ per aliquos curiæ noſtræ Curſores in Baſilica Vaticana Principis Apoſtolorum, & in Eccleſia Lateranenſi, tunc, cùm in eis populus, vt Miſſarum ſolemnibus interſit, congregari ſolet, palàm & clara voce recitentur; &, poſtquam recitatæ fuerint, ad valuas earum Eccleſiarum, itémque Cancellariæ Apoſtolicæ, & in loco ſolito Campi Floræ affigantur, ibíque, vt legi, & omnibus innoteſcere poſſint, aliquantiſper relinquantur. Cùm autem inde amouebuntur, relictis de more ibidem exemplis, in alma Vrbe ad impreſſionem tradantur, quò commodiùs per Chriſtiani nominis prouincias, & regna diuulgari poſſint. Tranſſumptis quoque earum, quæ manu alicuius publici Notarij ſcripta, ſubſcriptáve, & ſigillo ac ſubſcriptione alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munita fuerint, fidem ſine vlla dubitatione haberi, mandamus atque decernimus. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, monitionis, inhibitionis, reſeruationis, voluntatis, mandatorum & decretorum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ, apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo tertio, Septimo Kalend. Februarij, Pontificatus noſtri anno quinto.

EGO

EGO PIVS, CATHOLICÆ ECCLESIÆ EPISCOPVS.

Ego Fr. Card. Piſanus, Epiſcopus Oſtien. Decanus.
Ego Fed. Cardin. Cæſius, Epiſcopus Portuen.
Ego Io. Cardin. Moronius, Epiſcopus Tuſculan.
Ego A. Cardin. Farneſius, Vicecan. Epiſcopus Sab.

. . . .
. . . .

Ego R. Cardin. S. Angeli, Maior Pœniten.

. . . .
. . . .
. . . .

Ego Io. Cardinalis S. Vitalis.
Ego Io. Michaël Cardin. Saracenus.

. . . .

Ego Ioannes Cardin. S. Clementis.
Ego Scipio, Cardin. Piſarum.
Ego Cardinalis Romanus.
Ego M. G. Cardin. Alexandrinus.
Ego Clemens, Cardin. Aracæli.
Ego Ia. Cardin. Sabellus.

. . . .
. . . .

Ego B. Cardinalis Saluiatus.
Ego Ph. Cardin. Aburd.
Ego Lud. Card. Simoneta.

. . . .
. . . .

Ego F. Cardin. Paciecus y de To.
Ego M. A. Card. Amulius.
Ego Io. Franc. Card. de Gambara.
Ego Carolus Cardin. Borromæus.
Ego M. S. Card. Conſt.
Ego Alph. Cardin. Geſualdus.
Ego Hip. Cardinalis Ferrar.
Ego Franciſcus, Cadin. Gonzaga.

. . . .

Ego Gui. Aſc. Diac. Cardinalis Cam.
Ego Vitellotius, Cardin. Vitellius.

. . . .
. . . .
. . . .

Ant. Florebellus Lauellinus. *H. Cumyn.*

BVLLA S. D. N. D. PII, DIVINA PROVIDENTIA, PAPÆ IV.

Super declaratione temporis ad obſeruanda decreta ſacri Oecumenici, & generalis Concilij Tridentini.

Pius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Sicut ad ſacrorum Conciliorum decreta ac Canones, auctoritas atque confirmatio Apoſtolicæ Sedis,& debet,& ſolet accedere, ita ſi qua ſuper eis exorta ſit dubitatio,eiuſdem Sedis iudicio & declaratione tollenda eſt. Ad aures noſtras peruenit, multos eſſe qui dubitent, ex quo tempore cœperunt decreta ſacri generalis Concilij Tridentini ad reformationem, & ius poſitiuum dumtaxat ſpectantia, eos ad quos pertinent obligare, illa præſertim, quæ tempora certa præſtituunt ad prouinciales Diœceſanáſque Synodos celebrandas, ad ſacros Ordines ſuſcipiendos, ad Religionem profitendam, ad Parochiales Eccleſias aliáque beneficia Eccleſiaſtica, quæ eiuſdem Concilij decretis retineri prohibitum ſit, reſignanda, & ad complures huiuſmodi exequendas,ac alias omnes ad prædictam reformationem iuſque poſitiuum tantùm ſpectantes, quæ obſeruari, aut euitari debeant. Nos itaque, vt omnis controuerſia dubitatióque tollatur Motu proprio eam rem prout rationi, iuri,& æquitati conuenire cenſuimus,duximus declarandam. Nam etſi ipſius Concilij decreta, etiam de venerabilium fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio & aſſenſu, in Conſiſtorio noſtro ſecreto confirmata à nobis fuerunt ſub finem menſis Ianuarij, & ab eo etiam tempore apud hanc ſanctam Sedem obſeruari cœperunt: quia tamen non parum temporis in eis Romæ diligenter emendandéque imprimendis neceſſariò conſumptum fuit,& iure etiam communi ſancitum eſt, vt Conſtitutiones nouæ vim nō niſi poſt certum tempus obtineant, æquum nobis & iuſtum viſum eſt,prædicta decreta omnia ad dictam reformationem iuſque poſitiuum dumtaxat ſpectantia, Kalend. Maij proximè præteriti omnes obligare cœpiſſe, neque poſt eam diem excuſationem cuiuſquam, quòd ea ignorauerit, admittendam, atque ita Apoſtolica auctoritate declaramus ac definimus,& ab omnibus iudicari debere mandamus atque ſtatuimus. Decernentes irritum & inane, ſi quid ſecus à quoquam, quacumque dignitate, auctoritate, & poteſtate prædito, contigerit iudicari. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, aliiſque in contrarium facientibus quibuſcumque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, definitionis, mandati, ſtatuti, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum.

Datum

Datum Romæ, apud ſanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo quarto, Quintodecimo Kalend. Auguſti. Pontificatus noſtri anno quinto.

Fed. Cardin. Ceſius.

Ca. Glorierius. *H. Cumyn.*

Regiſtrata apud Cæſarem Secretarium.

Anno à Natiuitate Domini Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimoquarto, Indictione ſeptima, die verò vigeſima menſis Iulij, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Pij, diuina prouidentia Papæ IV. anno quinto, retroſcriptæ litteræ affixæ, lectæ, & publicatæ fuerunt in valuis Baſilicarum Principis Apoſtolorum de Vrbe, & ſancti Ioannis Lateranenſ. necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, & in Acie Campi Floræ, per nos Iacobum Carra, & Iulium Parinum, Prælibati S. D. N. Papæ Curſores.

Antonius Clerici Magiſter Curſorum.

MOTVS PROPRIVS S. D. N. D. PII, DIVINA PROVIDENTIA, PAPÆ IV.

Per quem deputantur octo Reuerendiſſ. Cardinales, qui faciant obſeruari reformationes ab ipſo editas, necnon decreta ſacri Oecumenici, & generalis Concil. Trident.

PIVS PAPA IV.

Motu proprio, &c. Aliàs Nos nonnullas conſtitutiones, & ordinationes, reformationem maioris Pœnitentiarij, ac ſacræ Pœnitentiæ noſtræ, ac Vicarij noſtri, ac eius officij, necnon Camerarij, & Cameræ Apoſtolicæ, ac illius cauſarum Auditoris, necnon palatij Apoſtolici cauſarum, Auditorum, ac Gubernatoris, & Capitolinæ curiarum, & Contradictarum, aliorúmque almæ Vrbis noſtræ ac Romanæ Curiæ tribunalium & officiorum concernentes, edidimus: quæ tamen (vt intelleximus) ab eorumdem officiorum & tribunalium præfectis ac officialibus minus diligenter obſeruantur. Cùm autem enixæ noſtræ voluntatis ſit, illa, vt & pariter decreta ſacri Concilij Tridentini, in his quæ ad eorum officia ſpectant, ab eiſdem omninò obſeruentur: Nos propterea conſiderantes, parum eſſe iura condere, niſi ſint qui ea executioni demandari faciant, & in præmiſſis, prout ex debito paſtoralis officij nobis (meritis licèt imparibus) iniuncti obligamur, ſalubriter, & vtiliter prouidere, præfatáſque conſtitutiones, & ordinationes, ac decreta Concilij, quas, & quæ hîc haberi volumus pro expreſſis, inuiolabiliter obſeruari volentes: Venerabili fratri noſtro Ioanni Epiſcopo Tuſculan. Morono, Io. Michaëli Sanctæ Anaſtaſiæ Saraceno, ac Io. Baptiſtæ Sancti Clementis Cicadæ, necnon Michaëli

Digitized by Google

Sanctæ Sabinæ Alexandrino, Clementi Sanctæ Mariæ in Ara cæli, & Ludouico Sancti Cyriaci in Thermis Simonetæ, ac Carolo Sancti Martini in montibus Borromæo Preſbyteris, necnon Vitellotio Sanctæ Mariæ in Porticu Vitellio nuncupatis, titulorum, Diacono, Cardinalibus, committimus & mandamus: quatenus ipſi, ſeu eorum maior pars, coniunctim vel diuiſim, eorum arbitrio, etiam tanquam executores dictarum litterarum, conſtitutionum, & decretorum prædictorum conſtitutiones, & ordinationes, ac decreta præfata iuxta tenores eorum, ac litterarum deſuper confectarum, per quoſcumque Pœnitentiariæ, Vicatiæ, & Cameræ, ac Rotæ curiarum, ac tribunalium prædictorum iudices, & officiales, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac priuationis officiorum, & aliis eiſdem Cardinalibus bene viſis, etiam pecuniarum, eo ipſo incurrendis pœnis, firmiter obſeruari faciant & cum effectu: niſi tam in executione dictorum Concilij, quàm dictarum litterarum noſtrarum, aliqua dubietas, aut difficultas emerſerit: quo caſu ad nos referant, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis, ac eos, qui litteris & decretis prædictis, & eorumdem Cardinalium mandatis non paruerint, ex tunc, prout ex eadem die, & è contra, illorum officiis priuatos, necnon ad illa & alia Romanæ curiæ officia in poſterum obtinenda inhabiles, ac ipſis ab eiſdem officiis ſic priuatis, illa tanquam per priuationem vacatio à Datatio noſtro vendi, & à quibuſuis perſonis idoneis pro pretio conuenienti emi, liberè & licitè poſſe auctoritate noſtra curent, nuntient, decernant, ac declarent, prout nos harum ſerie nuntiamus, decernimus & declaramus. Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus Apoſtolicis, ac Pœnitentiariæ & curiarum, necnon tribunalium prædictorum ſtatutis, & etiam iuramento, &c. roboratis, priuilegiis quoque, indultis & litteris Apoſtolicis illis, ac dictis officialibus, & Tribunalibus ſub quibuſcumque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis clauſulis & decretis, etiam motu ſimili, &c. & aliàs quomodocumque conceſſis, &c. Quibus omnibus, &c. illorum tenores, &c. hac vice latiſſimè derogamus, eáque aduerſus præmiſſa nullatenus ſuffragari volumus: cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Placet, Motu Proprio. I.

Datum Romæ, apud ſanctum Marcum, 4. Non. Auguſt. anno 5.

BVLLA

BVLLA S. D. N. PII, PAPÆ IV.

REVOCATORIA PRIVILEGIORVM, exemptionum, immunitatum, facultatum, conſeruatoriarum, indultorum, confeſſionalium, Maris magni, & aliarum quarumcumque ſimilium gratiarum, quibuſcumque locis & perſonis conceſſarum, in his, in quibus ſtatutis & decretis ſacri Concilij Tridentini contrariantur.

Pius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

IN Principis Apoſtolorum Sede, meritis licèt imparibus, diuina diſpoſitione conſtituti, nihil neque vniuerſali Eccleſiæ, curæ & ſolicitudini noſtræ commiſſæ, ſalubrius, neque iniuncto nobis Apoſtolicæ ſeruitutis officio decentius præſtare poſſumus, quàm quod prouidentiæ noſtræ miniſterio œcumenicum Concilium Tridentinum, ſicut noſtris potiſſimùm auſpiciis, ſummáque ſanctorum Patrum concordia per Dei miſericordiam feliciter abſolutum fuit: ita, per vniuerſos, qui Chriſtiana pietate cenſentur, vbique ſuſcipiatur, & remotis quibuſlibet obſtaculis, ab omnibus æqualiter obſeruetur. Cùm itaque in eodem Concilio quàm plura ſalubria, & ad vniuerſalem morum reformationem valde vtilia decreta atque ſtatuta maturo præſentium ipſorum examine præcedente ſint edita, quibus multa atque diuerſa priuilegiá, exemptiones, immunitates, diſpenſationes, facultates, conſeruatoriæ, indulta, & vt vocant, confeſſionalia, & Mare magnum, & aliæ gratiæ, quæ variis tam Cathedralibus, etiam Metropolitanis, quàm Collegiatis Eccleſiis, Monaſteriis, Conuentibus & aliis religioſis, etiam Fratrum Mendicantium domibus, & Ordinibus, necnon ſancti Spiritus in Saxia, ſancti Ioannis Lateranenſis, ac Incurabilium de Vrbe, ſancti Antonij Viennen. & ſancti Bernardi Iuren. aliiſque Hoſpitalibus, Militiis, eorúmque Capitulis & Conuentibus, ac Vniuerſitatibus, etiam ſtudiorum generalium collegiis, tam Sæcularibus, quàm Eccleſiaſticis, Confraternitatibus, Societatibus, & tam Principis Apoſtolorum de Vrbe, quàm aliis Fabricis, ſanctæ Cruciatæ, aliiſque piis locis, & operibus, necnon Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, Abbatibus, Abbatiſſis, Prioribus, Præpoſitis, & aliis Eccleſiaſticis, tam ſæcularibus, quàm diuerſorum Ordinum, & militiarum regularibus, ac etiam laicis cuiuſcumque dignitatis & ſtatus ac gradus & excellentiæ, ac etiam Ducali, Regia, Imperiali dignitate fulgentibus, vtriuſque ſexus perſonis, necnon aliquibus Notariis, & etiam de latere Legatis, atque Nunciis, tam perpetuò, quàm ad tempus per plures Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac nos & Sedem Apoſtolicam, eiúſque Legatos hactenus, etiam Motu proprio & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſeu etiam Imperatorum, Regum, Ducum &

aliorum Principum contemplatione & intuitu, etiam de fratrum conſilio, diuerſimodè, variiſque temporibus in genere, vel ſpecie, ex quauis etiam honeſta cauſa conceſſa, & etiam pluries confirmata & innouata fuerunt, in pleriſque contrariantur. Nos, quibus in primis cordi eſt, tam ſancta & Eccleſiæ Dei ſaluberrima decreta ſuos, vt par eſt, effectus vbique conſequi, & ab omnibus obedienter obſeruari, priuilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, Conſeruatoriarum, Indultorum, Confeſſionalium, Maris magni, & aliarum gratiarum prædictarum, ac quarumcumque Apoſtolicarum & aliarum litterarum deſuper confectarum, proceſſuúmque decretorum, & aliorum inde ſecutorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis & plenè inſertis habentes: Motu proprio & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quod eadem omnia & ſingula priuilegia, exemptiones, immunitates, facultates, diſpenſationes, Conſeruatoriæ Indulta, Confeſſionalia, Mare magnum, & aliæ gratiæ in his omnibus & in ſingulis, in quibus illa ſtatutis & decretis Concilij huiuſmodi contrariantur, ipſo iure reuocata, caſſata, & annullata, ac ad ipſius Concilij terminos atque limites reducta ſint & eſſe cenſeantur, nec quidquam aduerſus ipſa decreta & ſtatuta, quominus vbique & apud omnes obſeruentur, in aliquo ſuffragari poſſe, ſed ea perinde haberi & reputari debere, ac ſi nunquam emanaſſent, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium declaramus, ac etiam ſtatuimus, & ordinamus. Decernentes nihilominus, omnia & ſingula quæ vigore priuilegiorum, exemptionum, immunitatum, & diſpenſationum, facultatum, Conſeruatoriarum, Indultorum, Confeſſionalium, & aliarum quarumcumque gratiarum huiuſmodi, poſt id tempus quo Concilium obligare cœpit, facta & geſta quomodolibet fuerunt, & in poſterum fient, in his in quibus dicti Concilij decretis aduerſantur, nulla, inualida & irrita eſſe & cenſeri, ac nemini, etiam quantumlibet, vt præfertur, qualificato tam in foro (quod aiunt) fori, quàm conſcientiæ ſuffragari poſſe & debere. Et ita per quoſcumque locorum Ordinarios, alióſque Iudices & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate, in vtroque foro iudicari & definiri debere, ac quidquid ſecus, à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteríſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, ſtatuti, ordinationis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo quinto. Tertiodecimo Kalend. Martij. Pontificatus noſtri anno ſexto.

Ca. Glorerius. *P. Epiſcopus Narnien.* *H. Cumyn.*

Anno

Anno à Natiuitate Domini Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimoquinto, Indictione ſexta: Die verò vigeſimaquarta menſis Februarij, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Pij diuina prouidentia Papæ IV. anno eius ſexto, retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ affixæ & publicatæ fuerunt in Acie Campi Floræ, & valuis Cancellariæ Apoſtolicæ, per nos Nicolaum de Matthæis & Camillum Cherubinum S.D.N. Papæ Curſores.

Philibertus Chapuis, Magiſter Curſorum.

ORATIO HABITA IN SESSIONE NONA, ET VLTIMA SACRI CONCILII TRIDENTINI.

CELEBRATA DVOBVS CONTINVIS DIEBVS, tertia & quarta Decembris, M. D. LXIV. PIO IV. PONT. MAX.

A. R. P. D. HIERONYMO RAGASONO VENETO Epiſcopo Nazianzeno, & Coadiutore Famaguſtano.

Hîc ſummatim recenſentur omnia in Concilio Tridentino definita, quæ & ad piè credendum, & ad bene viuendum pertinent.

AVDITE hæc omnes Gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Tridentinum Concilium iam diu cœptum, aliquando intermiſſum, diſtractum variè atque diuulſum, nunc demum, ſingulari Dei omnipotentis beneficio, ſumma atque incredibili omnium Ordinum ac nationum voluntate, connectitur atque perficitur. Dies hæc quidem feliciſſima Chriſtiano populo illuxit, in qua templum Domini diſturbatum frequenter ac diſſipatum reficitur & abſoluitur: & nauis hæc vna bonorum omnium ex maximis ac diuturnis turbinibus atque fluctibus tuta in portu collocatur, quam vtinam conſcendere nobiſcum ij voluiſſent, quorum in primis gratia hæc ipſa nauigatio inſtituta fuit: atque ædificij huius conſtruendi participes exiſterent, qui hoc nobis negotium exhibuerunt; maioris nun profectò lætitiæ cauſam haberemus. Sed noſtra id certè culpa non accidit.

Nos vrbem hanc in Germaniæ faucibus, id eſt, in domus illorum ferè limine poſitam elegimus, nos cuſtodiam nullam nobis, ne ſuſpicionem illis aliquam minus liberi loci daremus, adhibuimus: nos eam fidem publicam illis conceſſimus, quam ſibi ipſi compoſuerunt: nos hîc illos perdiu expectauimus; neque hortari ac rogare vmquam deſtitimus, vt ad veritatis lucem cognoſcendam accederent. Verùm illis etiam abſentibus ſatis, vt puto, à nobis conſultum eſt. Etenim, cùm duo eſſent, in quibus ægris atque infirmis illorum animis medicina fuit adhibenda: alterum fidei Catholicæ

ac

Digitized by Google

ac verè Euangelicæ illis in rebus quæ in dubium ab ipſis vocantur, quæque opportunæ his temporibus viderentur, explicata & confirmata, diſiectis omnibus ac diſſipatis errorum tenebris, doctrina: alterum diſciplinæ Eccleſiaſticæ, cuius potiſſimùm deprauatione illi ſe à nobis defeciſſe affirmant, fuit reſtitutio; vtrumque, quantum in nobis fuit, pro temporum horum ratione, cumulatè præſtitimus.

Principio enim ſancta hæc Synodus (facta ex laudabili maiorum noſtrorum conſuetudine ſuæ fidei profeſſione) vt quoddam quaſi fundamentum futuris actionibus poneret, & quibus teſtimoniis atque præſidiis in dogmatibus ſanciendis nitendum eſſet, oſtenderet, veteris ac noui Teſtamenti libros, qui eſſent ſine vlla dubitatione recipiendi, antiquorum Conciliorum probatiſſimorum exemplo, piè & prudenter enumerauit: ac, ne de verbis quidem vlla ex variis verſionibus, oriri poſſet difficultas, certam ac definitam de Græcis, & Hebraicis tranſlationem approbauit. Hinc omnium hæreſum caput atque arcem aggrediens de humanæ naturæ corruptis initiis ea ſtatuit, quæ veritas ipſa, ſi loqui poſſet, exprimeret. De iuſtificatione deinceps (res magna, & cum antiquis, tùm à noſtri temporis hæreticis mirum in modum oppugnata) ea definit, quibus & perniciosiſſimis eo in genere opinionibus occurreretur, & rectè ſentiendi ratio miro quodam ordine, atque admirabili ſapientia (vt in illis Dei ſpiritum facilè agnoſcas) demonſtraretur. Præſtantiſſimo hoc poſt hominum memoriam decreto hæreſes ferè vniuerſæ iugulantur, & quaſi caligo Sole diſcutiuntur ac diſpelluntur: eáque claritas iſque ſplendor veritatis apparet, vt tantum lumen quin videat, diſſimulate iam nemo poſſit. Subſecuta eſt ſalutaris ſeptem diuinorum Eccleſiæ Sacramentorum tractatio: primùm ſimul de omnibus, pòſt de vnoquoque ſeparatim. Hîc verò quis non videt, quam diſtinctè, explicatè, abundanter, illuminatè & (quod caput eſt) verè tota cœleſtium horum myſteriorum ratio contineatur? Quis in tam magna multiplicíque doctrina quid aut ſequendum, aut fugiendum ſit, poteſt vllo modo deſiderare? Quis in illis omnibus errandi locum, aut occaſionem inueniet? Quis denique in Sacramentorū horum vi atque virtute dubitare in poſterum poterit, cùm gratiam illam, quæ illis ipſis quibuſdam quaſi ſtillicidiis in fidelium quotidie mentes illabitur, tunc nobis adfuiſſe iam copiosè perſpiciatur? Acceſſerunt ad hæc de ſacroſancto Miſſæ Sacrificio, & de Communione ſub vtraque ſpecie, & paruulorum, decreta: quibus quidem nihil ſanctius, nihil vtilius, vt de cœlo lapſa, non ab hominibus compoſita videantur. Adiungetur his hodie certa de Indulgentiis, de Purgatorio, de Sanctorum Veneratione, Inuocatione, Imaginibus, & Reliquiis doctrina, qua non ſolùm hæreticorum fraudibus & calumniis obſiſtetur, ſed piorum etiam Catholicorum conſcientiis planè ſatisfiet.

Hæc de rebus ad ſalutem noſtram pertinentibus, quæ dogmata appellantur, & fauſtè ac feliciter erunt peracta: neque aliud quidquam præterea eo in genere à nobis hoc tempore expectabatur.

In

In eorum autem quibuſdam adminiſtrandis cùm nonnulla eſſent quæ non ritè omninò ac rectè ſeruarentur, accuratiſſimè, Patres ampliſſimi, curaſtis, vt purè illa & caſtè, atque ex more inſtitutóque maiorum tractarentur. Ita omnem ſuperſtitionem, omnem quæſtum, omnem (vt dicunt) irreuerentiam à diuina Miſſarum celebratione abſtuliſtis: vagis, ignotis & criminoſis ſacerdotibus ſanctum hoc offerre ſacrificium interdixiſtis: rei huius ſacratiſſimæ vſum à priuatis domibus & profanis in ſacra & religioſa loca reuocaſtis: molliores cantus & ſymphonias, deambulationes, colloquia, negotiationes à templo Domini ſummouiſtis. Ita Eccleſiaſtico vnicuique gradui leges illæ à vobis præſcriptæ ſunt, vt tradito illis diuinitus ordine, abutendi nullus vtique locus relinquatur. Ita nonnulla Matrimonij impedimenta, quæ anſam quaſi quandam ad violanda Eccleſiæ præcepta dare videbantur, remouiſtis: facilem veniæ conſequendæ viam minus legitimè connubij fœdus ineuntibus intercluſiſtis. Quid de furtiuis tenebricoſiſque matrimoniis commemorem? Equidem ita ſentio, ſi alia nulla cauſa conuocandi Concilium fuiſſet, (quæ multæ & maximæ fuerunt) propter vnam id omninò fuiſſe faciendum. Nam cùm res hæc ad omnes ſpectet, neque vllus in orbe terrarum vniuerſo angulus reperiatur, quem labes hæc non inuaſerit, curandum meritò fuiſſet, vt communi huic malo, communi etiam conſilio prouideretur. Innumerabilium, Patres ſanctiſſimi, & grauiſſimorum delictorum ac ſcelerum occaſio prudentiſſima iſta veſtra ac propè diuina ſanctione penitus ablata eſt, & Chriſtianæ Reip. gubernationi ſapientiſſimè conſultum. Accedet ad hæc vtilis in primis ac neceſſaria multorum in Purgatorij, Sanctorum Venerationis, Inuocationis, Imaginum & Reliquiarum, atque Indulgentiarum ratione abuſuum interdictio, qui rerum ipſarum pulcherrimam faciem inquinare atque turpare mirum in modum videbantur.

Altera verò pars, in qua de labenti ac propè cadenti Eccleſiaſtica diſciplina fulcienda erat agendum, diligentiſſimè etiam abſoluta fuit atque perfecta. Eligentur in poſterum ad Eccleſiaſtica munera obeunda, qui virtute, non ambitione, præſtent; quique populi commodis, non ſuis inſeruiant; & proſint potiùs, quàm præſint. Enuntiabitur atque explanabitur frequentiùs & ſtudioſiùs verbum Domini, omni ancipiti gladio penetrantius.

Aderunt ſuis gregibus & inuigilabunt Epiſcopi, cæterique quibus animarum cura commiſſa eſt: neque extra creditam ſibi cuſtodiam vagabuntur. Nihil cuiquam proderunt aut ad impurè & flagitioſè viuendum, aut ad malè, & pernicioſè viuendum priuilegia: nullum ſine pœna crimen, nulla ſine præmio virtus relinquetur. Pauperum & Mendicantium Sacerdotum multitudini optimè prouiſum eſt: certæ vnuſquiſque Eccleſiæ, ſtatutóque operi, vnde ali poſſit, adſcribetur.

Auaritia, quo nullum vitium eſt teſtius, præſertim in domo Dei, ab ea omninò tolletur: gratis Sacramenta omnia, vt par eſt, conferentur. Ex vna Eccleſia plures, ex pluribus vna, vt populi commo-

dum & ratio poſtulabit, conſtituetur. Eleemoſynarum quæſtores, (vt appellant) qui ſua, non quæ IESV CHRISTI quærentes, magnum noſtræ religioni damnum, magnam infamiam afferebant; ex omni hominum memoria (quod ſummæ felicitatis loco ponendum eſt) penitus euellentur. Hinc noſtra præſens calamitas ſumpſit exordium: hinc ſerpere infinitum malum, manareque in dies latiùs non deſiſtebat: neque occurri illi adhuc multorum Conciliorum cautionibus ac prouiſionibus potuit. Quamobrem quis non niſi ſapientiſſimè factum dixerit, vt membrum hoc in quo ſanando diu ac multum fruſtra laboratum eſt, ne reliquo corpori noceret, excideretur.

Porrò Deo cultus tribuetur potiùs & accuratiùs, atque ita, qui ferunt vaſa Domini,mundabuntur, vt ad ſui imitationem alios trahant: in quo præclarè illud fuit excogitatum, vt qui ſacris eſſent initiandi, ij moribus atque litteris in vnaquaque Eccleſia à prima ætate inſtituerentur, vt quoddam quaſi virtutum omnium ſeminarium illud exiſteret. Iam verò prouincialibus Synodis reſtitutis, Viſitationibus ad populorum vtilitatem, non ad querelam & ſumptum renouatis: tradita Paſtoribus regendi ſuos, atque paſcendi commodiùs facultate: Pœnitentia publica in vſum reuocata:Hoſpitalitate tum Eccleſiaſticis hominibus,tum piis locis indicta: in Curatis ſacerdotiis conferendis memorabili ac penè cœleſti ratione conſtituta: beneficiorum(vt aiunt)pluralitate ſublata: hæreditaria ſanctuarij Dei poſſeſſione prohibita: modo excommunicationibus impoſito ac terminato: primis iudiciis iis in locis, vbi lites oriuntur, aſſignatis: ſingularibus certaminibus interdictis: omnium hominum, ac ſacrorum in primis, luxuriæ, cupiditati, atque licentiæ freno quaſi quodam, quod excuti non facilè poſſit, iniecto: Regibus ac Principibus ſui muneris diligenter admonitis,aliiſque rebus huiuſmodi prudentiſſimè ſancitis, quis non videt veſtras vos, PP. optimi, hac etiam in re partes cumulatiſſimè executos? Actum ſæpè eſt in Superioribus Conciliis de fide noſtra explicanda,moribúſque corrigendis: ſed neſcio an vnquam diligentiùs atque diſtinctiùs. Hîc, præſertim hoc biennio, ex omnium populorum ac nationum, in quibus Catholicæ religionis veritas agnoſcitur, non ſolùm Patres, ſed Oratores habuimus. At quos viros? Si doctrinam ſpectemus, eruditiſſimos, ſi vſum,peritiſſimos; ſi ingenia,perſpicaciſſimos; ſi pietatem, religioſiſſimos; ſi vitam, innocentiſſimos. Numerus hic quoque fuit, vt,ſi præſentes Chriſtiani orbis conſiderentur anguſtiæ, frequentiſſima hæc omnium, quæ antea fuerunt, Synodus appareat. Hîc ſingula omnium vulnera detecta, mores expoſiti fuere: nihil diſſimulatum eſt: noſtrorum aduerſariorum argumenta & rationes ita tractatæ, vt eorum tum cauſa non noſtra, agi videretur. Tertium nonnulla, atque etiam quartum diſcuſſa: ſumma ſæpè contentione certatum: eo ſcilicet conſilio, vt, quemadmodum igne aurum, ita quibuſdam quaſi luctationibus veritatis vires ac nerui probarentur. Quæ enim inter idem ſentientes idémque ſpectantes, diſcordia potuit exiſtere?

Quæ

Quæ cùm ita ſint, licet optandum (vt initio dicebam) ſummoperè fuiſſet, vt vnà cum illis hæc agerentur, quorum potiſſimùm cauſa tractata ſunt: abſentium tamen etiam incolumitati atque ſaluti ita prouiſum eſt, vt alia ratione prouideri, ſi affuiſſent, non potuiſſe videatur. Legant illi quæ de fide noſtra ſtatuimus, vt Chriſtianum hominem decet, humilitet: &, ſi lumen eis aliquod fulſerit, ne faciem auertant: &, ſi vocem Domini audierint, corda ſua non obdurent. Ac, ſi ad communem matris Eccleſiæ complexum, vnde ſe illi diſtraxerunt, redire voluerint, clementiam ſibi omnem ac miſericordiam tribuendam non dubitent. Sed præcipua illa ratio eſt, P. A. diſſentientes à nobis animos conciliandi, conſentientes in fide atque officio retinendi, ſi quæ hoc in loco verbis ſanciuimus, re ipſa in noſtris Eccleſiis præſtemus. Leges etſi optimæ ſunt, muta tamen res eſt. Quid Hebræo populo Dei ipſius latæ leges profuerunt? Quid Lycurgi leges Lacedæmoniis; Solonis, Athenienſibus; ad libertatem retinendam, quam ob cauſam erant conſcriptæ, vtilitatis attulere? Sed cur externa atque antiqua nimis commemoro? Quæ ad bene beatéque viuendum inſtituta atque præcepta ex vnius Chriſti Domini noſtri vita atque doctrina deſiderare aut poſſumus, aut debemus? Quid item fuit à maioribus noſtris omiſſum, quod cùm ad rectè ſentiendum, tum ad præclarè agendum pertineret? Medicamentum quidem ſalutare compoſitum ac paratum tamdiu habemus: verùm, ſi morbum debet expellere, ſumendum eſt, ac per venas in omne corpus diffundendum. Poculo hoc ſalutis nos primùm inebriemur, cariſſimi, & viuæ atque loquentes leges ſimus, & norma quaſi quædam ac regula, ad quam aliorum actiones & ſtudia dirigantur: atque ita ſibi vnuſquiſque perſuadeat, nihil è Chriſtianæ reipub. commodo ac dignitate ſucceſſurum, niſi, quantùm in ſe ſit, ſtudioſè præſtiterit.

Id curandum nobis cùm antea fuit: tum multo erit in poſterum accuratiùs. Etenim, ſi magiſtri noſtri ac Saluatoris exemplo facere priùs debebamus, quàm docere poſtquam docuimus, quin faciamus, quæ eſſe poterit excuſatio? Quis ferre nos ac pati poterit, ſi, cùm non furandum eſſe demonſtrauerimus, ipſi furemur? ſi cùm non mœchandum, mœchemur? Sanctos à Sancto Concilio: innocentes atque integros ab integritatis præceptis & innocentiæ: firmos in fide atque conſtantes à fidei noſtræ firmata doctrina diſcedere minimè conuenit. Ac tales quidem exſpectant nos populi noſtri, qui noſtrum iam diu reditum ſuſtinentes, ea ſe ipſi ratione conſolabantur, fore, vt hanc temporis vſuram maiori præſentes ſtudio ſarciremus. Sed fiet id à vobis, vt ſpero, Patres ſanctiſſimi, diligenter: & quemadmodum hoc in loco feciſtis, ita etiam domi ſatis Deo atque hominibus facietis. Nunc (quod huius temporis eſt) Deo primùm ipſi maximo atque immortali, maximas atque immortales gratias & agamus & habeamus, qui non ſecundùm peccata quæ fecimus nos, neque ſecundùm iniquitates noſtras retribuit nobis: ſed diem hunc lætiſſimum, quem videre multi concupiuerunt, nobis non ſolùm videndum, ſed etiam celebrandum, incredibili cum totius

Chriſtiani popnli aſſenſu atque approbatione, ſua magna benignitate conceſſit. Pio deinde IV. ſummo noſtro atque optimo Pontifici gratiæ perpetuæ ac ſingulares habendæ ſunt: qui, cum primùm beati Petri ſedem aſcendit, tanto Synodum hanc inſtaurandi deſiderio exarſit, vt in eo ſuas omnes curas & cogitationes defigeret. Nuncios ſtatim, viros probatiſſimos, ad indicendum illis nationibus atque prouinciis Concilium miſit, pro quorum in primis ſalute conuocabatur. Hi Aquilonis partes propè omnes peragrarunt, rogarunt, obſecrarunt, obteſtati ſunt: tuta omnia atque amica promiſerunt: atque id etiam egerunt, vt in Angliam traiicerent: Legatos poſtmodum pietate ac doctrina præſtantiſſimos, cùm intereſſe illi Synodo, vt mirum in modum cupiebat, non poſſet, huc miſit: ex quibus duos (quorum memoria in benedictione eſt) ſtatuta die, tametſi nulli ferè Epiſcopi conueniſſent, hîc eſſe voluit. Hi, atque additus eis paulò pòſt tertius, nouem menſes, atque eo amplius, iuſtum ad Synodum inſtituendam Epiſcoporum numerum hoc in loco nihil agentes exſpectauerunt: cùm interea nihil aliud Pontifex ipſe aut ageret, aut meditaretur, quàm vt Patres quamplurimi, quamoprimi, & quamprimùm huc accederent, & Chriſtiani nominis Reges omnes ac Principes ſuos huc Oratores mitterent: vt communi omnium voto atque conſilio communis hæc cauſa grauiſſima omnium atque maxima tractaretur. Quid verò poſtea omni cura, ſolicitudine, ſumptibus prætermiſit, quod ad Concilij huius amplitudinem, libertatem & commodum pertinere aliquo modo videretur? O ſingularem Paſtoris ac Patris noſtri pietatem atque prudentiam: ô ſummam etiam eiuſdem feliciratem, cuius auctoritate atque auſpiciis iactatum hoc diu & agitatum Concilium conſtitit & conquieſcit. Te Paulum III. te Iulium mortuos appello; quamdiu, quantóque ſtudio videre, quod nos videmus, exoptaſtis? quot in eam rem ſumptus, quot labores inſumpſiſtis? Quamobrem verè tibi atque ex animo, Pio ſanctiſſ. ac beatiſſ. gratulamur, quòd tantam tibi lætitiam, tantam tuo nomini laudem (id quod maximum diuinæ in te beneuolentiæ argumentum eſt) Dominus reſeruauit, quem nos precibus omnibus, ac votis ſupplices oramus, vt te nobis incolumem, pro Eccleſiæ ſuæ ſanctæ commodo atque ornamento, & quàm citiſſimè reddat, & quàm diutiſſimè conſeruet. Sereniſſimo etiam Imperatori gratias agere & gratulari iure optimo debemus. Ille potentiſſimorum Cæſarum, qui propagandæ Chriſtianæ religionis miro quodam deſiderio flagrarunt animum, vt locum, referens, vrbem hanc ab omni periculo liberam conſeruauit, & nos vt tutam tranquillámque pacem traheremus, ſua vigilantia perfecit, magnámque noſtris animis ſecuritatem; aſſidua trium ſuorum Legatorum ſummorum virorum præſentia ac propè pignore, attulit. Ille de noſtris his rebus pro ſua eximia pietate ſolicitus mirificè fuit.

Ille à ſe atque à nobis diſſentientes homines, ex obſcuriſſimis, in quibus verſantur tenebris, eruere, atque ad ſanctæ huius Synodi clariſſimam lucem aſpiciendam adducere maximoperè laborauit.

Regum

Regum præterea Chriſtianorum ac Principum, in Concilio hoc ampliſſimis ſuis legationibus ornando, & ſuos veſtræ auctoritati faſces ſubmittendo, pia maximè voluntas grata nobis memoria proſequenda eſt. Iam verò quis eſt, illuſtriſſ. Legati & Cardinales, qui ſe vobis debere plurimum non fateatur? Vos noſtrarum actionum Duces optimi ac moderatores extitiſtis. Vos, ne noſtra aut in dicendo libertas violari aliqua ex parte videretur, incredibili patientia ac diligentia curaſtis. Vos nulli corporis labori, nulli animi contentioni pepercistis, vt ad optatum res exitum, quod alij multi veſtri ſimiles fruſtra tentauerunt, quamprimùm perduceretur. In quo præcipuam quandam ac propriam lætitiam habere tu MORONE Illuſtriſſ. atque ornatiſſime debes: qui cùm vigeſimo ab hinc anno primùm prælato huic ædificio lapidem poſueris, extremam nunc manum poſt alios multos huic operi architectos adhibitos, feliciter, pro ſumma tua ac propè diuina ſapientia, imponens. Factum hoc tuum egregium ac ſingulare omnium ſermone perpetuò celebrabitur, neque vlla vmquam ætas de tuis his laudibus conticeſcet. Quid de vobis dicam, Patres ſanctiſſ. quàm bene de Chriſtiana republ. veſtris his præſtantiſſimis actionibus meruiſtis? quanta veſtrum vniuſcuiuſque nomini commendatio, quanta gloria à Chriſtiano populo vniuerſo tribuetur? Vos verè Patres, verè Paſtores, & agnoſcent omnes & prædicabunt, vobis ſuam vnuſquiſque vitam atque ſalutem acceptam libentiſſimè referet. O diem illam populis noſtris iucundiſſimam atque lætiſſimam, in qua primùm reuiſere illis nos atque amplecti à templi Domini ædificatione redeuntes contigerit.

Sed fac, tu Domine Deus noſter, vt tam eximiæ de nobis opinioni egregiis factis reſpondeamus, & ſemen hoc, quod in agro tuo ſeminauimus, vberem fructum afferat, fluátque vt ros eloquium tuum: atque quod fore aliquando pollicitus es, fiat temporibus noſtris, vt vnum ſit omnium ouile, & vnus Paſtor, atque is potiſſimùm PIVS IV. in tui nominis gloriam ſempiternam. Amen.

CATALOGVS LEGATORVM, PATRVM, ORATORVM, ET THEOLOGORVM,

QVI AD SACROSANCTAM OECVMENICAM TRIDENTINAM SYNODVM CONVENERUNT à principio vſque in finem, qui fuit die IV. Decembris, M. D. LXIII. ſub Pio IV. Pontifice Maximo: Quorum Nomina, Cognomina, Patriæ, & Dignitates infra continentur.

Cardinales Legati.

HERCVLES Gonzaga S. R. E. Preſb. Card. tituli ſanctæ Mariæ nouæ, Mantuanus. obiit Tridenti die ſecunda Martij, 1563. & ſepultus eſt Mantuæ.

Hieronymus Setipandus S. R. E. Preſb. Card. tituli ſanctæ Suſannæ, Neapolitanus. obiit Tridenti, die 17. Martij, 1563. & ibi ſepultus in Eccleſia S. Marci Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, quorum olim fuerat Generalis.

Ioan. Moronus S. R. E. Card. Epiſcop. Præneſtinus, Mediolanenſis, in demortui Card. de Mantua locum miſſus.

Staniſlaus Hoſius S. R. E. Preſb. Cardin. titul. S. Laurentij in Paliſperna, Polonus, Vvarmienſis.

Ludouicus Simoneta Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Preſb. Card. tit. S. Cyriaci Thermis, Mediolanen.

Marcus Syticus S. R. E. Diaconus Card. Baſilicæ duodecim Apoſtolorum, de Altaemps, Germanus.

Bernardus Nauagerius S. R. E. Preſb. Card. tit. S. Nicolai inter imagines, Venetus, in demortui Cardinalis Setipandi locum miſſus.

Cardinales non Legati.

Carolus à Lotharingia S. R. E. Preſbyt. Card. tit. S. Apollinaris, Princeps & Archiepiſcopus Rhemenſis, Gallus.

Ludouicus Madrutius S. R. E. Diaconus Cardin. electus Epiſcopus Tridentinus, Germanus.

Oratores, quorum nomina hîc deſcribuntur iuxta eorum loca quæ in eadem ſacroſancta Synodo habuerunt.

Oratores Eccleſiaſtici ſedebant à manu dextra Legatorum, videlicet.

Antonius de Muglitio, Moranus, Archiepiſcopus Pragenſis, Orator Cæſareus.

Georgius Draſcouitius, Croatus, Epiſcopus Quinqueeccleſienſis, Orator Cæſareus pro Regno Hungariæ.

Valentinus Herburtus, Polonus, Epiſcopus Præmiſſienſis, Orator Sereniſſimi Regis Poloniæ.

Marcus Antonius Bobba, Caſalenſis, Epiſcopus Auguſtenſis in Pedemontio, Excellentiſſimi Ducis Sabaudiæ Orator, nunc Cardinalis.

Hieronymus de Gaddis, Florentinus, Epiſcopus Corthonenſis, Orator Excellentiſſimi

tiſſimi Ducis Florentiæ, miſſus in locum Ioannis Strozij.

Frater Martinus Royas Portalrubeo, Hiſpanus, Orator Religionis Ieroſolymitanæ.

Oratores ſæculares ſedebant à manu ſiniſtra Legatorum.

Sigiſmundus à Tuun, Tridentinus, Orator Cæſareus.

Ludouicus de Lanſac. Renaldus Ferreſius Præſidens in Parlamento Pariſienſi, & Guido Faber, Iudex maior Toloſæ, — Orator. Chriſtianiſſimi Galliarum Regis.

Ferdinandus Martineus Mazcarenius, Orator Sereniſſimi Regis Portugaliæ.

Nicolaus de Ponte, & Doctor, & Eques, & Matthæus Dundalus, Eques, — Oratores Sereniſſimi Dominij Venetorum.

Melchior Luſſi, Eques Auratus, Orator ſeptem Cantonum Heluetiorum.

Auguſtinus Paungartner I.V.D. de Monachio, Orator excellentiſſimi Alberti, Ducis Bauariæ.

Claudius Fernandez Quingnonij, Comes Lunenſis, Orator Regis Catholici in locum Illuſtriſſimi Ferdinandi de Aualos Marchionis Piſcariæ miſſus. obiit Tridenti die 20. Decembris 1563. poſt finem Concilij, ibique ſepultus eſt.

Hic ſeparatim ab aliis oratoribus ſedebat apud Reuerendiſſimum Theleſinum Secretarium ſanctæ Synodi, ob contentionem ſuper præcedentia ortam inter ipſum & Oratores Regis Chriſtianiſſimi.

Patriarchæ.

Antonius Helius, Iuſtinopolitanus, Ieroſolymitanus.

Daniel Barbarus, Venetus, electus Aquilegienſis.

Ioannes Treuiſanus, Venetus, Venetiarum.

Archiepiſcopi Pauli III.

Ferdinandus Annius, Neapolitanus, Archiepiſcopus Amalphitan. nunc Epiſcopus Bouinnus.

Petrus Laudus, Venetus, Archiepiſcopus Cretenſis.

Petrus Antonius de Capua, Neapolitanus, Archiepiſcopus Hidruntinus.

Marcus Cornelius, Venetus, electus tunc Archiepiſcopus Spalatrenſis.

Sebaſtianus Leccauella, Græcus, Ordin. Præd. olim Archiepiſcopus Naxienſis, nunc Epiſcopus Lateranenſis.

Petrus Guerrero, Hiſpanus, Archiepiſcopus Granatenſis.

Antonius Altouitus, Florentinus, Archiepiſcopus Florentinus.

Cæſar Cibo, Genuenſis, Archiepiſcopus Taurinenſis.

obiit Tridenti die 26. Decembris, 1562.

Archiepiſcopi Iulij III.

Paulus Æmilius Verallus, Romanus, olim Archiepiſcopus Roſſanen. nunc Epiſcopus Caputaquen.

Ioannes Brunus de Olichinio Macedo, Regni Seruiæ Primar, Archiepiſcopus Antibaren.

Ioannes Baptiſta Caſtaneus, Romanus, Archiepiſcopus Roſſanen.

Ioannes Baptiſta Vrſinus, Romanus Archiepiſcopus ſanctæ Seuerinæ.

Archiepiſcopi Pauli IV.

Ludouicus Beccatellus, Bononien. Archiepiſcopus Raguſinus.

Mutius Calinius, Brixienſis, Archiepiſcopus Iadrenſis.

Sigiſmundus Saracenus, Neapolitan. Archiepiſc. Materanus.

Antonius Parrages de Caſtilegio, Hiſpanus Archiepiſcopus Calaritanus.

Iulius Paueſius, Brixienſis, Ord. Præd. Archiep. Surentinus.

Bartholomæus de Martyribus, Luſitanenſis, Ordin. Præd. Archiepiſcopus Braccaren.

Auguſt. Saluago, Genuenſis, Ord. Præd. Archiepiſc. Genuen.

Archiepiſcopi Pij IV.

Philippus Mocenicus, Venetus, Regni Cypri Primas, & Legatus natus, Archiepiſc. Nicoſien.

Guillielmus d'Auanſon, Gallus, Archiepiſc. Ebredunen.

Antonius Caucus, Venetus, Archiepiſc. Corcyrenſis.

Germanicus Bandinus, Senenſis, electus Archiepiſc. Senatum.

Marcus Antonius Columna, Romanus, Archiepiſcop. Tarentinus, nunc Cardinalis tit.

Gaſpar de Foſſo, Conſentinus, Ordin. S. Franciſci de Paulo, Calaber. Archiepiſc. Rheginus.

Antonius de Muglitio, Morauus, Orator

tor Cæſareus. Archiepiſc. Pragenſis.

Maximus de Maximis,Romanus,Archiepiſc.Amalphitanus.

Gaſpar Ceruantes de Garta, Hiſpanus, Archiepiſcop. Meſſanenſis, nunc Salernitanus.

Leonardus Marinus, Genuenſis. Ordin. Præd.Archiepiſc.Lancianenſ.

Octauius Præconius, Meſſanenſis, Ord. Min. Conuent. S. Franciſci, Archiepiſcop. Panormitan.

Nicolaus de Pelue, Gallus, Archiepiſc. Senonenſis.

Antonius Iuſtinianus, Chienſis, Ordin. Præd.Græcus, Archiepiſc. Naxien.

Antonius Puteus,Nicien. Archiepiſcop. Barenſis.

Epiſcopi Leonis X.

Vincentius Nicolantius de Fano,Epiſcopus Arbenſis.

Ioannes Franciſcus de Fiſco, Ianuen. Epiſc. Aodrienſ.

Ioannes Thomas de S.Felicio,Neapolitan.Epiſcopus Cauen.ſenior.

Epiſcopi Adriani VI.

Quintius de Ruſticis, Romanus Epiſcopus Milleteo.

Epiſcopi Clementis VII.

Lucas Bizantius de Catharo, Epiſcop. Catharen.

Aloyſius Piſanus,Venetus,Epiſc.Patauinus, nunc Cardinalis.

Alexander Piccolhomineus,Senen.Epiſcop.Pientin.

Dionyſius Græcus,Ord.Min.S.Franciſci de Obſeruant.Epiſc.Millopotamen.

Gabriel de Veneur, Gallus, Epiſcopus Ebroicenſis.

Gulielmus de Montbas, Gallus, Epiſc. Lectorenſ.

Epiſcopi Pauli III.

Antonius à Camara,Sabaudus,Epiſcop. Bellicen.

Nicolaus Maria Caracciolus, Neapolitan.Epiſc.Catanien.

Bernardus Bonioannes,Romanus,Epiſc. Camerinen.

Fabius Mirtus, Neapolitanus Epiſcopus Caiacen.

Scipio Bongallus,Romanus,Epiſc. ciuitatis Caſtellanæ.

Georgius Cornelius,Venetus, Epiſcop. Taruiſinus.

Vincentius Durantius, Brixienſis, Epiſcopus Thermularum.

Mauritius de Petra, Papien. Epiſcopus Viglenen.

Martius de Martiis, Medices, Florentinus,Epiſcopus Marciſen.

Ioannes Vincentius Michaëlius,Barolitanus,Epiſcopus Minerbinen.

Gabriel de Boueri, Gallus, Epiſcopus Andegauen.

Leonardus Haller, Germanus, Epiſcop. Philadelphien.

Ludouicus Vanninus de Theodolis,Foroliuien. Epiſc. Britonorien. obiit Tridenti die 11.menſis Ianuarij,1563.

Ægidius Falcetta, Cingulanus,Epiſcop. Caprulanus, nunc Britonorienſis.

Iulius Contarenus,Venetus, Epiſc. ciuitatis Bellunen.

Thomas Caſell. Roſſanen. Ordin.Præd. Epiſc.Caneo.iunior.

Hippolytus Arriuabenus, Mantuanus, Epiſc.Hieragetren.

Hieronymus Machabæus, Romanus, Epiſc.Caſtrenſis.

Petrus Auguſtinus, Hiſpanus, Epiſcop. Olcen. & Iacenſis.

Iacobus Naclantus, Florentinus,Ordin. Præd.Epiſc.Clodien.

Bartholomæus Sirigo, Cretenſ.Græcus, Epiſcop.Caſtellaneten.

Thomas Stella, Venetus, Ordin. Præd. Epiſc. Iuſtinopolitan.

Petrus du Val,Gallus,Epiſc.Sagienſis.

Ioannes Antonius Pantuſa,Conſentinus, obiit Tridenti.die 27. Octobris,1562. Epiſc. Litterenſis.

Ioannes Baptiſta de Groſſis,Mantuanus, Epiſcop. Regienſis.

Ioannes Xuarez,Luſitanus, Ord. ſancti Auguſtini,Epiſc.Conimbricen.

Philippus Ricabella, Recanaten. Epiſc. Recanaten.

Io.Iacobus Barba, Neapolitan. Ord. S. Auguſtini.Epiſcop.Interamnen.

Michael à Turre, Vtinen.Epiſc.Ceneten.

Pompeius Zambeccarius,Bononien.Epiſcopus Sulmonen.

Ioannes Beroaldus,Panormitanus, Epiſcop.S.Agathæ.

Antonius Scarampus, Aquenſis, Epiſc. Nolanus.

Antonius de Comitibus, Genuen. Ord. Præd.Epiſc.Brugnacen.

Cæſar Foggia,Roſſan.Epi. Vmbriaticen.

Cæſar

Cæſar Comes à Gambara Brixien.Epiſc. Tortonen.

Io.Baptiſta de Bernardis, Lucen. Epiſc. Adiacen.

Martinus Perezius de Ayala, Hiſpanus, Epiſc.Segobienſis.

Nicolaus Pſalme, Gallus,Epiſcop.Verdunen.

Alphonſus Roſetus, Ferrarien.Epiſcopus Comaclen.nunc Ferrarien.

Iulius Pariſianus,de Tolentino,Epiſcop. Ariminen.

Bartholomæus Sebaſtianus, Hiſpanus, Epiſc.Pacten.

Franciſus Lambertus,Sabaudus,Epiſcopus Nicien.

Maximilianus Doria, Genuen, Epiſcop. Naulen.

Euſtachius du Bellay, Gallus,Epiſcopus Pariſien.

Bartholomæus de Capranica,Romanus, Epiſc.Carinen.

Ennius Maſſarius de Narnia, Epiſc.Feretranus.

Achilles Brancia,Neapol. Epiſcop.Chironen.

Albertus Diuimius de Gliricis, Ordin. Præd.de Catnaro,Epiſc. Veglen.

Ioannes Antolinez de Bricianos de la Ribera, Hiſpanus, Epiſc. Iuuenacen.

Triſtanus de Bizet, Gallus, Epiſcopus Xantonen.

Epiſcopi Iulij III.

Marcus Gonzaga, Mantuanus Epiſcop. Auſſeren.

Aſcanius Cherardinus de Amelia, Epiſcop. Cattacon.

Baldouinus de Baldouinis, Piſanus,Epiſcop. Auerſanen.

Petrus Franciſcus Pallauicinus, Genuen. Epiſc.Alerien.

Ægidius Fuſcarius,Bononien.Ord.Præd. Epiſc. Mutinen.

Timotheus Iuſtinianus de Chio, Græcus, Ord.Præd.Epiſc. Calamonenſis.

Didacus de Almanſa, Hiſpanus, Epiſc. Corien.

Lactantius Rouerella, Ferrarien.Epiſc. Aſculanus.

Ambroſius Monticula, Lunenſis Sarzanen.Epiſc.Signinus.

Sebaſtianus Gualterius,Romanus,Epiſc. Viterbien.

Honoratius Faſcitellus,Monachus Ord. S.Benedicti, Neapolitanus, qui obiit Romæ in menſe Martio,1564. Epiſcopus Inſulanus.

Petrus Camaianus,Aretinus, Epiſcopus Ferularum.

Horatus Græcus, Troianen. Apulus, Epiſcopus Leſinen.

Fabius Cupallata,Placentius, Epiſcop. Lacedonen.

Gaſpar de Caſal,Luſitanus, Ord. ſancti Auguſtini, Epiſcopus Leirien.

Bernardinus de Cuppis,Romanus,Epiſc. Auximanus.

Ioannes de Moruiliter, Gallus,Epiſcop. Aurelianen.

Iulius Gentilius, Torionen. Epiſcopus Vulturarien.

Adrianus Fuſconius, Romanus,Epiſcop. Aquinus.

Antonius de S.Michaële,Hiſpanus,Ord. S. Franciſci de Obſeruantia,Epiſcop.Montis Marani.

Hieronymus Melchioribus, Recanaten. Epiſcop.Maceraten.

Petrus de Petris de Monte, Aretinus, Epiſc. Lucerinus.

Cæſar Iacumellus,Romanus,Epiſcopus Bellocaſtren.

Iulius Gritus,Venetus,Epiſc.Parentinus.

Iacobus Siluerius Piccolhomineus, de Gælano,Epiſc.Aprutinus.

Ludouicus de Breſſe, Gallus,Epiſcopus Melden.

Iacobus Magnanellus,Senen. Epiſcopus Croſſeſan.

Io.Andr. Cracius de Tibure, Epiſcopus Tiburtinus.

Franciſc. Richardotus, Burgund. Epiſc. Atrebaten.

Carolus Cicada Genuen.Epiſc.Albigan.

Franciſcus Maria Piccolhomineus, Senen.Epiſc.Ilcinen.

Acciſculus Moya de Conteras, Hiſpanus,Epiſc. Vicen.

Galeatius, Roſclus de Interamna, qui obiit Tridenti die 16.Octobris, 1563.Epiſc. Aſſiſien.

Iacobus. Maria Sala, Bononien. Epiſc. Viuarien.

Gabriel de Monte S. Sabini, Epiſcopus Heſinus.

Marianus Sabell.Rom.Epiſc.Eugubinus.

Agapitus,Bellhomo, Romanus, Epiſcop. Caſertanus.

Iulius Cananius, Ferrarien. Epiſc. Hadrienſis.

Iulius Gallettus, Piſanus, Epiſ. Aliſſanen.

Hieronymus Burgenſis, Gallus, Epiſcop. Catalonen.

Epiſcopi Pauli IV.

Scipio Aſtenſis, Ferrarien. Epiſc. Caſalen.

Didacus Sarmiente de Soto maior, Hiſpanus, Epiſc. Aſtoricen.

Thomas Goduclus, Anglus, Epiſcopus Aſſaphen.

Fauſtus Gaſſarellus, Romanus, Epiſc. Fundanus.

Beliſarius Baldinus, Neapolitanus, Epiſcod. Latinen.

Vrbanus Vigerius de Ruere, Genuen. Epiſc. Senogallien.

Iacobus Suretus, Græcus, Epiſc. Milopotamen. iunior.

Io. Baptiſta Oſius, Romanus, Epiſc. Reatinus. obiit die 12. Nouembris, 1562.

Marcellus Laureus, Tropienſis. Ordin. Præd. Epiſc. Campanien.

Franciſcus de Beauquere, Gallus, Epiſc. Metenſis.

Io. Franciſcus Commendonus, Venetus, Epiſc. Zazinthen. nunc Cardinalis.

Carolus de Graſſis, Bononien. Epiſcop. Montis Faliſci.

Arias Gallego Hiſpanus, Epiſcopus Gerunden.

Hieronymus Gallego. Hiſpanus, Epiſc. Oueten.

Hercules Rettinger, Germanus, Epiſcop. Lauentinus.

Iulius de Rubeis, Polian. Epiſcopus S. Leonis, obiit Romæ in menſe Martio, 1564.

Io. de Munnatones, Hiſpanus, Ord. ſancti Auguſtini, Epiſc. Segorbicen.

Franciſcus Balneo, Hiſpan. Epiſcopus Aurienſis.

Vincentius de Luchis, Bononien. Epiſc. Anconitanus.

Pompeius Piccolhomineus de Aragonia, Epiſc. Tropien.

Petrus, Barbadicus, Venetus, Epiſcopus Curſolen.

Franciſcus Bachodius, Sabaudien. Epiſc. Gebennen.

Carolus de Agennes, Gallus, Epiſc. Cenomanen.

Hieronymus de Nichiſola, Veronen. Ordin. Præd. Epiſc. Theanen.

Marcus Antonius Bobba, Caſalen. Epiſcopus Auguſten. nunc Cardinalis.

Iacobus Lomellinus, Meſſanen. Epiſcop. Mazarien.

Donatus de Laurentiis, de Aſculo, Apulus, Epiſc. Arianen.

Petrus Contarenus, Venetus, Epiſcop. Paphon.

Petrus Daneſius, Gallus, Epiſc. Vauren.

Hieronymus Sauorgnanus, Foroiulien. Epiſc. Sibinicen.

Philippus du Bec, Gallus, Epiſc. Veneren.

Carolus de Rouë, Gallus, Epiſc. Sueſſion.

Georgius Draſcouicus, Croatus, Epiſc. Quinqueccleſien.

Franciſcus de Aguirre, Hiſpanus, Epiſc. Crotonen.

Andreas de Gueſta, Hiſp. Epiſc. Legionen.

Antonius Gorroinero, Hiſpanus, Epiſc. Almerien.

Antonius Auguſtinus, Hiſpanus, Epiſc. Ilerden.

Angelus Maſſarellus, Seprempedanus, Epiſc. Theleſinus.

Antonius Ciurelia, Barenſis, Epiſc. Buduenſis.

Dominicus Caſablancha, Meſſanen. Ord. Præd. Epiſc. Vicenſis.

Petrus Faunus Coſtacciarius, Epiſcop. Aquen.

Io. Carolus Bouius, Bononien. Epiſcop. Oſtunen. nunc Archiepiſcop. Brunduſinus.

Hugo Boncompanus, Bononien. Epiſc. Veſtanus, nunc Cardinalis tit. S. Sixti.

Saluator Pacinus de Colle, Epiſcopus Cluſinus.

Lupez Martinez, Hiſpanus, Epiſc. Elnen.

Carolus de Eſpinay, Gallus, Epiſcopus Dolen.

Ægidius Spiſame, Gallus, Epiſcop. Niuernen.

Antonius Sebauianus Minturnus de Traiect. Epiſc. Vxentin.

Bernardus del Bene, Florentinus, Epiſc. Nemauſen.

Dominicus Bollanus, Venetus, Epiſcop. Brixien.

Io. Antonius Vulpius, Comen. Epiſcop. Comen.

Ludouicus de Ginolhac, Epiſc. Tutellen.

Philippus Maria Campegius, Bononien. Epiſc. Feltren.

Ioannes de Quignones, Hiſpanus, Epiſc. Calaguritan.

Didacus Couuarruuias de Leyua, Hiſpanus,

ſpanus, Epiſcopus Ciuitaten.

Philippus Gerius Piſtorien. Epiſc. Iſclanen. nunc Aſſiſien.

Io. Antonius Facchinettus, Bononien. Epiſc. Neocaſtren.

Epiſcopi Pij I V.

Ioannes Fabricius Seuerius, Neapolitanus, Epiſc. Aceren.

Martinus Rithouius, Flander. Epiſcopus Ipren.

Antonius Hauetius, Ord. Præd. Flander. Epiſcopus Namurcenſ.

Conſtantinus Bonnellus, Feretran. Epiſc. ciuitatis Caſtelli.

Iulius Superchius, Ord. Carmelitarum, Mantuanus, Epiſc. Acien. nunc Caprulan.

Matthæus de Concinis, Florentinus, Epiſc. Cortonen.

Nicolaus Sfondratus, Mediolanen. Epiſc. Cremonen.

Ventura Buffalinus, Romanus, Epiſcop. Maſſanen.

Ludouicus de Bueil, Gallus, Epiſcopus Vencien.

Hieronymus Galleratus, Mediolanen. Epiſc. Sutrinus.

Io. Petrus Delphinus, Venetus, Ord. Canonicorum Regularium, Epiſc. Zacinthi, & Cephaleniæ ſecundus.

Io. Andreas Bellonius, Meſſanen. Epiſc. Maſſalubren.

. . . .

Federicus Cornelius, Venetus Epiſcop. Bergomen.

Stephanus Bouther, Gallus Epiſcop. Coriſopiten.

Io. Paulus Amanius, Cremen. Epiſcop. Anglonen.

Alexander Sfortia de ſancta Flora, Epiſ. Parmen. nunc Card. tit. ſanctæ Mariæ in via.

Antonius de Cirier, Gallus, Epiſcopus Abrincen.

Andreas Mocenicus, Venetus, Epiſcop. Nimoſien.

Benedictus Saluinus, Firmanus, Epiſc. Verulanus.

Gulielmus Caſſador, Hiſpanus, Epiſcop. Barcinonen.

Petrus Gonzalez de Mendoza, Hiſpanus, Epiſcopus Salmantin.

Martinus de Corduba de Mendoza, Hiſpanus, Ord. Præd. Epiſc. Dertuſen.

Iulius Magnanus, Placentin. Ord. Min. Conuent. S. Francisci, Epiſc. Caluen.

Valentinus Herbutus, Polonus, Epiſcop. Præmiſilien.

Simon Aleotus Foroiulien. electus Foroiulien. mortuus eſt Tridenti die 20. Auguſti, 1562. Epiſc. Foroiulien.

Petrus de Xaque, Hiſpanus, Ord. Præd. Epiſc. Niochen.

Proſper Rebiba, Meſſanen. Epiſcopus Troianus.

Melchior Auoſmediano, Hiſpanus, Epiſc. Guadicen.

Hippolytus de Rubeis, Parmenſis, Epiſc. Papienſis.

Didacus De Leon, Hiſpanus, Ord. Carmelitarum, Epiſc. Columbrien.

Annibal Sarracenus, Neapolitan. Epiſc. Licien.

Paulus Iouius, Comenſis, electus, Epiſc. Nucerien.

Hieronymus Triuiſanus, Venetus, Ord. Præd. mortuus eſt Tridenti die 9. Septembris, 1562. Epiſc. Veronen.

Hieronymus Raggazzonus, Venetus, Epiſc. Famaguſtan.

Romulus de Valentibus, de Trebia. Epiſcop. Conuerſan.

Lucius Maranta, Venuſinus, Epiſcop. Lauellen.

Simon de Nigris, Genuen. Epiſc. Sarazanen. mortuus Cardinalis.

Theophilus Galluppus Tropien. Epiſc. Oppiden.

Iulius Simonetta, Mediolanen. Epiſcop. Piſauren.

Petrus de Albret. Gallus, Epiſc. Conuenarum.

Iacobus Guidius, Volateranus, Epiſc. Pennen. Adrien.

Didacus Ramirez, Hiſpanus, Epiſcop. Pampilonen.

Franciſcus de Gado, Hiſpanus, Epiſc. Lucenſis.

Ioannes Clauſſe, Gallus, Epiſc. Senecen.

Iacobus Gibertus de Nogueras, Hiſp. Epiſc. Aliphan.

Ioannes Annius, Neapolitanus, Epiſcop. Hipponen. & Coadiutor Bouinus.

Antonius Maria de Saluiatis, Romanus, Epiſc. ſancti Pauli.

Matthæus Priulus, Venetus, Epiſcopus Æmonien. nunc Vincentinus.

Thomas Lilius, Bononien, Epiſc. Soranus.

Hieronymus Guerrinus, Ferretanus, Epiſcop. Imolen.

Thomas Oyerllaithe, Hibernus, Epiſc. Roſſen.

Franciſcus Valete, Epiſc. Vabien.

Fabius Pignatellus, Neapolitanus, Epiſc. Monopolitan.

Carolus de Vicecomitibus, Mediolanen. Epiſcopus Vintimilien. mortuus Cardin. tit.

Ioannes Colofuarinus, Hungarus, Ord. Præd. obiit Tridenti die 24. Nouembris, anno 1562. Epiſc. Canadienſis.

Andreas Duditius Bardellatus, Hungarus, Epiſcop. Thinien. nunc Quinqueeccleſien.

Spinellus Bencius, Politianus, Epiſcop. Montiſpolitiani.

Franciſcus Abondius, Caſtilioneus, Epiſcop. Bobien. nunc Cardinalis tit.

Staniſlaus Faleſchi, Polonus, Epiſcopus Theodoſien.

Eugenius Ohairt, Hibernus, Ord. Præd. Epiſc. Agaden. Donaldus Magongian. Hibernus, Epiſc. Rapoten.

Guido Ferrerius, Pedemontanus, Epiſc. Vercellen. nunc Card. tit.

Io. Baptiſta Sighicellius, Bononien. Epiſc. Fauentinus.

Sebaſtianus Vantius, de Ariminio, Epiſc. Vrbeuetanus.

Io. Baptiſta Lomellinus, Meſſanen. Epiſc. Gardien.

Io. Baptiſta Milaneſius, Florentinus, Epiopus Marſican.

Auguſtinus Mollignatus, Vercellenſis, Epiſcopus Triuicanen.

Carolus Grimaldus, Genuen. Epiſcopus Sauonen.

Fabricius Landrianus, Mediolanen. Epiſcop. ſancti Marci.

Bartholomæus Ferrantius, Amerinus, Epiſcop. Amerinus.

Petrus Fragus, Hiſp. Epiſcop. Vſellen.

Hieronymus de Gaddis, Florentinus, Epiſcop. Cortonen.

Franciſcus Contarenus, Venetus, Epiſc. Paphen.

Ioannes Delphinus, Venetus, Epiſcopus Torcellanus.

Alexander Molus, Comen. Epiſcop. Minoren.

Hieronymus, Vielmus, Venetus, Ordin. Præd. Epiſc. Argolicen.

Franciſcus Raguſeus, Ord. S. Franciſci de obſeruantia Epiſc. Machanen.

Abbates.

Hieronymus Gallus, Abb. Clarauallen.

Simplicianus, Abb. ſancti Saluatoris Papiæ, de Vultulina, Congregationis Caſſinen.

Stephanus Catanius, Nouarien. Abb. S. Mariæ gratiarum Placentin. Diœc. Congregationis Caſſinen.

Auguſtinus Loſcus, Hiſpanus, Abb. ſancti Benedicti de Ferraria, Congregationis Caſſinen.

Euthychius Cordes, Antuerpienſ. Abb. ſancti Fortunati apud Baſſianum, Congregationis Caſſinen.

Claudius Sainctes, Gallus, Abb. Luneuillan.

Coſmas Damianus, Hortolan. Hiſpanus, Abb. Villæbertrandi.

Generales.

Vincentius Iuſtinianus, Genuenſis, Generalis Ord. Prædicatorum.

Franciſcus Zamora, Hiſpanus, Generalis Ord. Min. de Obſeruantia.

Antonius de Sapientibus, Auguſtanus, Generalis Ord. Min. Conuentualium.

Chriſtophorus Patauinus, Generalis Ord. Eremitarum ſancti Auguſtini.

Ioan. Baptiſta Migliauica, Aſten. Generalis Ord. ſanctæ Mariæ Seruorum.

Stephanus Fazinus, Cremen. Prouincialis Lombardiæ, pro Generale Carmelitarum.

Iacobus Lainez, Hiſpan. Præpoſitus Generalis Societatis I E S V.

Thomas . . . . ciuitatis de Caſtello, Generalis Capucinorum.

Doctores legum pro ſacro Concilio miſſi.

Gabriel Paleottus, Bononien. Auditor Rotæ, nunc Cardinalis tit. ſancti Nerei & Achillei.

Scipio Lancellotus, Romanus, Aduocatus Conſiſtorialis.

Io. Baptiſta Caſtellius, Bononien. Promotor.

Michaël Thomaſius, Maioricen. Doctor Decretorum.

Theologi à ſummo Pontifice miſſi.

Frater Petrus de Soto, Ordinis Prædicatorum, Hiſpanus. obiit Tridenti, menſe Aprilis, 1563.

Alphonſus Salmeron, Hiſpanus, Societatis I E S V.

Franciſcus Torenſis, Doctor Theologus, Hiſpanus.

Anto

Antonius Soliſius, Doctor Theologus, Hiſpanus.

Frater Camillus Campegius, Papien. Inquiſitor Ferrariæ, Ord. Præd.

Frater Hieronymus Brauo, Hiſpanus, Ord. Præd.

Frater Adrianus Valenticus, Venetus, Ord. Præd. in demortui F. Petri de Soto locum, nunc Illuſtriſſimi Domini Veneti Inquiſitor Generalis.

Doctores Theologicæ facultatis Pariſienſis miſſi à Carolo IX. Galliarum Rege Chriſtianiſſimo.

Nicolaus Maillard, Decanus facultatis Pariſienſis.

Ioannes Peletier.

Antonius Demochares.

Nicolaus de Bris.

Iacobus Hugonis Franciſcanus, idem etiam procurator Reuerendiſſimi Ioannis Vrſini Epiſcopi Trecorenſis.

Simon Vigor.

Richardus du Pré.

Natalis Paillet. obiit Tridenti 7. Kalend. Decembr. 1562.

Robertus Fournir.

Antonius Coquier.

Lazarus Bloychot.

Claudius de Sainctes, Canonicus Regularis.

Theologi miſſi à Philippo Rege Catholico.

Coſmas Damianus, Hortolanus, Electus Abb. Villæ Bertrandi.

Ferdinandus Tritius, Doctor Theologus, Canonic. Caurien.

Ferd. Velloſillus Doctor Theologus, Canonicus Sagnntinus.

Thomas Daſſio I. V. D. Canonicus Valentinus.

Licentiat. Antonius Couarruuias, Auditor Granaten.

Ferdinandus Mencanenſis, Decretorum Doctor.

Frater Ioannes Ramirez, Hiſpanus, Miniſter prouin. Diui Iacobi.

Frater Alphonſus Contreras, Commiſſarius Ord. in curia Regis Hiſpaniæ.

Frater Michaël de Medina, Hiſpanus, Ordinis Minor. ſacræ Theologiæ Doctor.

Frater Ioannes Lobera, Hiſpanus, ſacræ Theologiæ Lector Salmanticæ, miſſus in ſocietatem Miniſtri prouincialis Diui Iacobi ſubmemorati.

Coſmas Palma Fonteyus, ſacræ Theologiæ Doctor, Hiſpanus Hortolani Abb. deſcript. & comes.

Frater Ioannes Gallo, Hiſpanus, Ordin. Prædic.

Frater Petrus Ferdinandez, Hiſpan. Ord. Præd. in Societate Magiſtri Gallo.

Frater Deſiderius de S. Martino Panorm. Ord. Carmelitan.

Michael Baius ab Atho, ſacræ Theologiæ Doctor.

Ioannes Heſſels, à Louanio, ſacræ Theologiæ Doctor.

Cornelius Ianſenius, Hulſtenſis, ſacræ Theologiæ Doctor.

Theologi miſſi à Rege Portugalliæ.

Frater Franciſcus Foriero, Ord. Prædicatorum.

D. Iacobus à Payua de Andrade, Luſitanus, Doctor Theologus.

D. Melchior Cornelius, Decretorum Doctor, Senator Regis Portugalliæ.

Ab excellentiſſimo Duce Bauariæ.

Ioannes Cuuillonius Flander ex Societate IESV.

Procuratores Epiſcoporum abſentium.

Merchantus Doctor Theologus, pro Illuſtr. Cardinale de Mendoza, Epiſcopus Burgen.

Io. Gothardus Cler. ſæc. Germanus, pro Reuerendiſſ. Epiſc. Ratiſbonen.

Georgius Hochenuatter Cleric. ſæcul. Doctor. Theologus. Suffraganeus, pro Reuerendiſſ. Epiſc. Baſileenſi.

Frater Felicianus Ninguarda à Morbiuio, Ord. Præd. pro Illuſtriſſ. Domino Saliſburgen. Orator.

Petrus Cumel, Doctor Theologus, Canonicus Malacitanus, pro Reuerendiſſ. Malacitano.

Ioannes Delgadus Doctor Theologus, Canonicus Trudenſis, pro D. Ioanne de S. Æmiliano Reuerendiſſ. Epiſc. Tudenſi.

Gaſpar Cardilins Villalpandeus, Segob. Doctor Theologus, pro Reuerendiſſ. Epiſc. Abulen.

Frater Ioannes de Ludenna Doctor Theologus, Ord. Præd. pro Reuerendiſſ. Epiſcopo Saguntino.

Frater Franciſcus Orantes, Lector Valliſoleti, Ord. Minorum, pro Reuerendiſſ. Epiſcopo Palentino.

Cæſar Ferrantius Sueſſanus Doct. Theologus, pro Reuerend. Epiſc. Sueſſano apud Reuerendiſſimum Illerdenſem.

Procuratores Ordinum.

Ioannes Contigon. Doct. Gallus, Prior & Procurator Ord. Cluniacenſis.

Nicolaus Boucherat, Gallus, Prior Monaſterij de Recluſo, Procurator Generalis Ordinis Ciſtercienſis.

Theologi ſeculares & Doctores Iuris Canonici.

Georgius Girard, Gallus, Doctor Theologiæ, cum Reuerend. Andegauenſi.

Gentianus Heruetus, Gallus, cum Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Cardinale à Lotharingia.

Franciſcus Sancius, Decanus facultatis Theologiæ, & Canonicus Salmanticen. cum Reuerendiſſ. Salmanticen.

Matthæus Guerra, Conſentius, Calabr. Preſb. ſæcularis, cum Reuerendiſſ. Epiſc. ſancti Marci.

Federicus Pendaſius, cum Illuſtriſſ. Cardin. de Mantua, Legato ſancti Concilij.

Io. Franciſcus Lombardus, cum Illuſtriſſ. Card. Seripando, Legato Sacri Concilij.

Petrus Morcatus Theologus, cum Reuerendiſſ. Vicenſi.

Trigillus, Doctor Theologus, Canonicus Legionen. cum Reuerendiſſ. Legionen.

Sobannus, Doctor Theologus, cum Reuerendiſſ. Legionen.

Antonius Leitonius, Doctor Theologus, cum Reuerend. Conymbricenſi.

Petrus Fontidonius, Doctor Theologus, cum Reuerendiſſ. Salmantino.

Ioannes Viletta, Doctor Theologus, cum Reuerendiſſ. Barcinonen.

Ioannes Fonſeca, Doctor Theologus, cum Reuerendiſſim. Archiepiſcopo Granaten.

Michaël Oroneuſpe, Doctor Theologus, cum Reuerend. Epiſc. Pamphilon.

Alphonſus Fernandez de la Guerra, Hiſp. Doctor Theologus, cum Reuerend. Epiſc. Guadixien.

Michael Ytero D. V. I. cum Reuerend. Epiſc. Pampilonen.

Ioſephus Puebla, Doctor Theologus, cum Reuerendiſſ. Epiſc. Ciuitaten.

Ioannes Chacon, Doctor Iuris Canonici, cum Reuerend. Epiſc. Almerien.

Antonius Garſias, Doctor Theologus, cum Reuerend. Epiſc. Oueten.

Benedictus Arias Montan. Ord. S. Iacobi, Doctor Theologus, cum Reuer. Segobien,

Ioannes Barcelona, Theologus, cum Reuerend. Epiſc. Vſcellen.

Doctores Galli Ordinis S. Benedicti.

Ioannes Corthougne, Doct. Theologus.

Ioannes de Verdun, Doctor Theologus.

Theologi Ordinis Fratrum Prædicatorum.

Angelus Cioſus, Florentinus, cum Illuſtriſſimo Card. Mantuano Legato.

Seraphinus de Caballis, de Brixia, Prouincialis Terræ ſanctæ cum Reuerendiſſimo ſuo Generali.

Heliſæus Capys Venetus, Theologus, cum Reuerendiſſimo Archiepiſc. Pragen.

Petrus Aridien. Gallus, cum Reuerend. Epiſcop. D. Cenomanen.

Bernardus Bernardi, Gallus, Inquiſitor Auenione, Vicarius cong. Franciæ, cum Reuerendiſſ. D. Nemauſenſi.

Ioannes Matthæus Valdinà, cum Reuerendiſſ. D. Tarentin.

Petrus Martyr, Coma, Hiſpan. cum Reuerendiſſ. D. Gerundenſi.

Petrus Zatores Hiſp. cum Reuerend. D. Dertuſenſi.

Antonius de Groſupto, cum Reuerend. D. Vigliuanenſi.

Aurelianus de Chio, cum Reuerend. D. Spalatrenſi.

Adrianus Valenticus, Venetus, cum Reuerend. D. Nicoſienſi.

Marcus Medices, Veronen. cum Reuerend. D. Ceneten.

Benedictus Herba, Mantuanus, cum Reuerend. D. Brixienſi.

Michaël de Aſt, Genuenſis, Prior ſancti Laurentij.

Conſtantinus Coccianus, Iſorella, cum Reuerendiſſimo D. Monte Politiano.

Henricus de S. Hieronymo, cum Reuerend D. Braccarenſi.

Ludouicus de Soto maior, cum Reuerend. D. Georgio de Tayde.

Baptiſta de Lugo cum Reuerendiſſ. D. Veronenſi.

Hieronymus Barolus, Papien.

Nomina Fratrum Theologorum beati Franciſci de Obſeruantia, cum ſuo Generali.

Aloyſius de Burgo nouo, Italus, ſacræ Theologiæ Lector Bononien. Commiſſarius Generalis, nunc Ordinis Generalis.

Thomas de Soglianor, Italus, Prouinc. Bononiæ Miniſter.

Antonius de Padua, Luſitanus, Ordinis Secretarius.

Bonifacius Raguſcus, Apoſtolicus Prædicator, Terræ S. Gubernator, nunc Epi-

ſcopus

ſcopus de ſtagno in Dalmatia.

Angelus de Petriolo,Italus,Lector ſacræ Theologiæ Peruſiæ.

Angelus Iuſtinianus, Italus,Lector ſacræ Theologiæ Ianuæ.

Vincentius de Maſſine , Italus , ſacræ Theologiæ Lector Neapoli.

Iulius Paſſitanus,Vrceanus,Italus,ſacræ Theologiæ Lector Bergoni.

Iacobus Alani,Gallus, Theologus, cum Reuerend.Epiſc.Veneten.

Nomina omnium Theologorum Ordinis Fratrum Minorum Conuentualium, exiſtentium in ſacro Concilio, cum Reuerendo patre Generali.

Marcus Antonius Gambaronus à Lugo ſocius Religionis.

Bartholomæus Golphus de Pergula, Prædicator illuſtris.

Ioannes Tertius , Bergomen. Lector Theologiæ publicus in Gymnaſio Papienſi.

Clemens Thomaſinus de Florentia,Regens in Conuentu ſanctæ Crucis de Florentia.

Auguſtinus Balbus à Lugo.

Ioannes Baptiſta Chiſulphus, Ordinis ſcriba.

Antonius de Grignano,Regens S.Antonij de Patauio.

Lucius Auguſiola Placentinus , Regens S.Franciſci Bononiæ.

Maximianus Benianus, Cremen.Orator pro Religione,& Inquiſitor Paduæ.

Octauius Charus de Neapoli,Regens S. Laurentij de Neapoli.

Antonius Poſius de Monte Ilcino , Regens in Conuentu duodecim Apoſtolorum Romæ.

Bonauentura Meldulen.Regens in Conuentu Parmæ.

Martialis Peregrinus , Calaber, Regens in Conuentu Ferrariæ.

Antonius à Cubalo.Feltren.

Andreas Schynopius,de Amandula,cum Reuerendiſſimo D.Cathanzario.

Balthazar Criſpus, Neapolitanus , cum Reuerendiſſimo D.Tropien.

Theologi Ordinis Fratrum Eremitarum ſancti Auguſtini.

Thadæus Peruſinus , cum Reuerendiſſimo D. Saluiato , nunc Procurator Generalis.

Ioannes Paulus Recanatenſis , cum Reuerend. D. Quinqueeccleſien. Oratore pro regno Hungariæ.

Simon Florentinus, cum Illuſtriſſ.Card. Seripando.Legato.

Cherubinus Lauoſius de Caſſia , cum Reuerend.D.Vercellen.

Gabriel Verratellus,Anconitanus.

Ambroſius Veronenſis. Prior Conuentus S.Marci in vrbe Tridentina.

Ioannes Baptiſta Burgos , Valentinus, Hiſpanus.

Antonius Mondolphenſis , qui eſt cum Reuerendiſſ.D.Pragen.Oratore.

Ægidius Volaterranus, cum Reuerend. Epiſcop.Thininien.

Eugenius Piſaurenſis in præterita Quadrageſima Concilij Prædicator celeberrimus.

Adamantius Florentinus , qui eſt cum Illuſtr.Card. Madrutio.

Aurelius Corinaltenſis,cum D.Oratore Heluetiorum.

Balthazar Maſſanus cum Reuerendiſſ. Epiſcop.Catanien.

Sebaſtianus Fanenſis , eiuſdem Ordinis ſcriba.

Chriſtophorus de Sanctotis,Burgenſis, Hiſpanus.

Simon de Brazzolatis,Patauinus.

Angelus Ferrus,Venetus,cum Reuerend. D.de Oſma.

Petrus Luſitanus , cum Reuerendiſſ. D. Leirienſ.

Theologi Ordinis Fratrum Carmelit.

Io.Iacobus Cherecatus , Vincentinus, Prouincialis Venetiarum,nunc Procurator Generalis Ordinis.

Theodorus Maſius Mantuan.cum Reuerendiſſ.D.Cremonenſi.

Silueſter , Confeſſor Illuſtriſſ. Cardin. Mantuani.

Lucretius Aſolanus cum Reuerend. D. Patriarcha Venetiarum.

Nicolaus Gallus , cum Reuerendiſſ. patre Generali.

Eraldus Gallus, cum Reuerendiſſ. patre Generali.

Laurentius Lauretus, Venetus,cum Reuerend.patre Generali.

Angelus Ambroſianus,Venetus.

Theologi Ordinis Fratrum Seruorum.

Stephanus Bonuntio , Aretinus.

Amans, pro Congregatione Seruorum, cum Reuerendiſſ.D.Sibinicen.

Officiales

Officiales Sacri Concilij Tridentini.

Epiſcopus Cauenſis Commiſſarius.
Epiſcopus Theleſinus Secretarius.
Ludouicus Bondonius, Magiſter Ceremoniarum.
Antonius Manellus, Depoſitarius.

Cantores Sacri Concilij.

Simon Bartholinus, Peruſinus.
Ioannes Aloyſius de Epiſcopis, Neapolitanus.
Bartholomæus Conte, Gallus.
Matthias Albo, de Fulgineo.
Franciſcus Buſtamente, Hiſpanus.
Ioannes Antonius Latinus, Beneuentan.
Franciſcus Druda, Callienſis.
Lucas Longinquus, Giſonen.
Petrus Scorteccius, Aretinus.

Notarij.

Marcus Antonius Peregrinus, Comenſis & Cynthius Pamphilus, de S. Seuerino.
Hieronymus Gambarus, Brixienſis Forenſis.

Curſores Sanctiſſ. D. N. & Sacri Concilij.

Nicolaus de Matthæis, & Iacobus Carra. } Allobroges.

NVMERVS PRÆLATORVM CVIVSCVMQVE NATIONIS.

Qui ad Oecumenicam Tridentinam Synodum conuenêre.

Prælati	Itali	187.	per Procuratores	2.
	Galli	26.	per Procuratores	1.
	Germani	2.	per Procuratores	4.
	Hiſpani	31.	per Procuratores.	4.
	Luſitani	3.		
	Græci	6.		
	Poloni	2.		
	Vngari	2.		
	Angli	1.		
	Hiberni	3.		
	Flandri	2.		
	Croati	1.		
	Moroaui	1.		
	Illirici	3.		

INDEX

INDEX CONCLVSIONVM DOCTRINÆ.

A

ABBATES, Concl. 1.1
Abbatiſſa 1.2
Abbatiſſa in v. Præfecta 48.31
Abbatiſſæ ætas, vide eligenda 17.5
Abſoluere 1.3
Abſoluere, vide mortis articulo 39.27
Abſolutio 1.4
Abſolutio, vide confeſſio 11.36
Acceſſus 1.5
Accuſare in v. cauſæ 6.10
Adam 1.6
Adam 1.7
Adminiſtrator 1.8
Adminiſtratio bonorum, vide Regularibus 51.3
Ætas, vide ordinandus 43.21
Ætas pro habitu, vide Virgines 62.4
Affinitas 2.9
Appellare 2.10
Appellare in v. cauſæ 6.9
Appellatione 2.51
Archidiaconi 2.12
Attritio 2.13
Auaritia in Miſſa, vide Miſſæ 37.17
Authoritas Sedis Apoſtolicæ. 2.17

B

BAptiſmus in v. cognatio ſpiritualis 9.10
Baptiſmi Sacramentum 3.1
Baptizandus 3.2
Baptiſmate 3.3
Benedictio 3.4
Beneficia Eccleſiaſtica 3.6
Beneficia plura Curata 3.7
Beneficia Curata 4.9
Beneficia Regularia 4.10
Beneficia Curata 4.12
Beneficia ſimplicia 4.13
Beneficia libera 4.16
Beneficia ſæcularia 4.17
Beneficia, vide præſentati 48.32
Beneficia, vide vniones. 65.16.ſeq.
Beneficia, vide vniantur 65.15
Beneficia, vide Homicida 29.1
Beneficia, vide Regularis 53.15
Beneficia, vide ordinare 43.19
Beneficia, vide Eccleſiæ 16.2
Beneficia, vide Bona 5.18
Beneficia, vide Priuilegia 49.35
Beneficia, vide Prouiſiones 49.41
Beneficia, vide Præbendæ. 47.25
Beneficia per ſucceſſionem, vide Acceſſus 1.5
Beneficia, vide filij 28.7
Beneficium 4.11
Beneficiorum fructus 3.5
Beneficiorum conditiones 4.14
Beneficium ..8
Beneficiariis 4.15
Beneficiati, vide Concluſio 9.26
Bona 59.18
Bona immobilia, vide Regulares 51.3
Bona Nouitiarum, vide Nouitiis 39.2
Bona Eccleſiæ, vide Epiſcopi 19.17

C

CAnon, vide Miſſæ 37.12
Canonicatus, vide Beneficia 4.12
Capellanus Regius, vide Poteſtatem 47.24
Capitulum, vide ordine 41.11
Capitulum Sede vacante 5.1
Idem, vide dimiſſoriæ 14.4
Capitula generalia, vel Prouincialia, vide Regularibus 51.2
Capitulum in rebus deliberandi, vide Epiſcopi 19.19
Capituli iuriſdictio 5.2
Cardinales 6.3
Caſtigare 6.4
Idem Ver. Parochis 44.3

Cathechiſmus 6. 5
Idem, vide Romani 55. 24
Cathecumeni 6. 6
Cathedrales, vide penſiones 45. 12
Cauſæ, v. appellatione 2. 11
Idem v. Conſeruatoriæ 11. 44
Cauſæ Exemptorum 6. 7
Cauſæ Epiſcoporum 6. 8
Cauſæ omnes 6. 9
Cauſæ criminales 6. 10
Celebrare 6. 11
Cenſuræ 6. 12
Cenſuræ 6. 13
Ceremoniæ, v. Miſſæ 37. 13
Clauſura Monialium 7. 14
Clericus, v. Caſtigare 6. 4
Clericus Peregrinus 8. 16
Clericus Reus, v. Epiſcopi 18. 11
Clerici, v. Coniugati, v. *priuilegio* 49. 36
Clericorum circa vitam 8. 15
Clerici ne Concubinas 8. 17
Coadiutoriæ 8. 18
Cogentes Virgines 8. 19
Cognatio ſpiritualis 9. 20
Cognatio ex Confirmatione. 9. 21
Collegia, v. viſitent 62. 8
Colloquia, v. Miſſæ 37. 17
Communio 9. 22
Idem, v. Euchariſtia 21. 31
Idem, v. Coniuges 12. 41
Idem, v. Miſſæ 37. 14
Communicantes 9. 23
Communicare, v. Paruuli 45. 8
Commutatio 9. 24
Concilium Tridentinum 9. 25
Concilium, v. Synodus 60. 17
Concilij Canones 8. 27
Concilij confirmatio 10. 29
Concilio Prouinciali 9. 26
Concilio in recipiendo 10. 28
Concionari 10. 32
Concio, v. ordinentur 43. 22
Idem, v. Miſſas 38. 16
Idem, v. Regularis 52. 13
Concionentur Epiſcopi 10. 30
Concionentur nullo modo 10. 73
Concionatorum de quo agatur, v. Prædicatores 48. 29
Concionatori 10. 31
Concubinarij 11. 35
Concubinarij Clerici, v. Clerici. 8. 17
Concupiſcentia 10. 34
Condemnare, v. degradare 14. 2
Confeſſio 11. 37
Idem, v. Euchariſtia 21. 30
Confeſſio occulta 11. 37
Confeſſiones Monialium, v. Moniales 39. 26
Confeſſiones ſæcularium 19. 39
Confeſſionis Miniſter 11. 38
Confraternitas, v. Viſitent 62. 8
Congregatio Monaſteriorum, v. Monaſteria 38. 21
Coniuges 12. 41
Conſecratio 12. 42
Conſecrationis Miniſter 12. 43
Conſeruatoriæ litteræ 12. 44
Contritio 13. 45
Contritio imperfecta, v. attritio 2. 13
Correctio, v. Pœnitentiam 47. 22
Corrigere, v. Poteſtatem 47. 24
Criminoſus, v. A. Miſſæ 37. 17
Culpa 13. 46
Cura Animarum 13. 47
Cura Monialium, v. Monaſteria 39. 22
Curati, v. Reſidentia 53. 20. & 21
Curioſa, & vana intentione, v. Prædicatores 48. 29

D

Deambulare, v. A. Miſſæ 37. 17
Decimæ 14. 1
Degradare 14. 2
Delegationes, v. Iudices 31. 13
Denunciationes, v. Matrimonium 35. 2
Diaconi qualitates, v. ordinentur 44. 22
Dignitas, v. Beneficia 4. 12
Idem, v. Epiſcopi 20. 22
Dignitas ſeruilis, v. Epiſcopi 19. 18
Dignitates, v. ordine 41. 11
Dignitates Curatæ 14. 3
Dimiſſorias litteras 14. 15. 4. & 5
Idem, v. Abbates 1. 1
Diſpenſare, v. Matrimonium 36. 5
Diſpenſatio, v. Concilium 9. 27
Diſpenſare 15. 7
Diſpenſationes 15. 6
Diſpenſationes, v. Executores 27. 48
Diſtributio, v. dignitates 14. 3
Diſtributiones 15. 9
Idem, v. portiones 47. 23
Idem, v. præbendæ 47. 25
Docendi Populi 16. 10
Doctrina Chriſtiana, vide concionentur 10. 30
Idem, v. Cathechiſmum 6. 5
Dotatio, v. Iuſpatronatus 32. 15
Duelli locum 16. 11

Eccleſia

E

Eccleſia Curata vacans, v. Vicarium 61. 1
Eccleſias Cathedrales 16. 1
Eccleſiæ 16. 2
Idem, v. Vniones. 65. 16
Eccleſiæ nullius Diœceſis, vide viſitentur 64. 10
Editio ſcripturæ 17. 3
Egredi, v. Moniales 39. 25
Electio Superiorum, v. viſiten. 63. 64. 9. 11
Electio habitus, vel Superiorum, v. Monaſteria 38. 21
Electiones 17. 4
Eligenda 17. 5
Eligendi in Dignitatem, v. Concilio 9. 26
Epiſcopatus tenues 17. 6
Epiſcopi corrigant 18. 7
Epiſcopi ſint Paſtores 18. 9
Epiſcopi qui ex priuilegio 18. 11
Epiſcopi 19. 15
Epiſcopi Cardinales 19. 17
Idem, v. Eccleſias 16. 1
Epiſcopus Concionatorem defendat, vide Concionatorem 10. 31
Epiſcopus quando procedat non obſtante appellatione, v. Appellatione 2. 11
Idem, v. Parochiæ 44. 1
Idem, v. Regulares 53. 16
Item, v. Viſitare 6 7.
Item, v. A. Miſſæ 37. 17
Item, v. Confecratio 22. 42
Item, v. Synodus 60. 17
Item, v. poteſtatem 47. 24
Item, v. Cauſæ 6. 9
Item, v. Prædicatores 48. 29
Item, v. ſuffragia 39. 11
Epiſcopi ſi Capitula 19. 19
Epiſcopi Concubinarij 20. 21
Epiſcopi inſeruiant 20. 22
Epiſcopis ſubiiciantur 19. 20
Epiſcopis tribuatur 19. 18
Epiſcopis, v. ſuperſtitio 59. 14
Epiſcopus, vel Rector 18. 8
Epiſcopus non citetur 18. 10
Epiſcopus gratis 18. 12
Epiſcopus antequam aſſumatur 18. 13
Epiſcopus eligatur 18. 14
Epiſcopus, vel ſuperior 19. 16
Epiſcopus erga Parochos Regulares, vide Curam 13. 47
Epiſcopi quis ordo, & poteſtas, v. ordo 42. 14.
Epiſcopi pro Regularibus, v. Regulares 52. 12
Euchariſtia, v. Communio 9. 22
Euchariſtia eſt ſignum 20. 26
Euchariſtia antequam ſumatur 21. 30
Euchariſtia quoad vſus 21. 32
Euchariſtiæ doctrina 20. 23
In Euchariſtiæ Sacramenta 20. 24
Euchariſtiæ Sacramentum 20. 25
Euchariſtiæ vſus 21. 31
Examen, v. Epiſcopus 18. 14
Idem, v. Ordinandus 43. 23
Examinari, v. Notarium 29. 1
Examinandos 21. 34
Exempti, v. priuilegia 49. 35
Exemptus, v. Caſtigare 6. 4
Excommunicari in cauſis, v. Iudex 31. 12
Excommunicatur, v. Raptores 50. 1
Excommunicatur dicens hominem 22. 35
Excommunicatur qui dicit, &c. 23. 36
Excommunicatur qui dicit baptiſmum 23. 37
Excommunicatur qui dicit confirmatorum 24. 38
Excommunicatur qui dicit in Euchariſtia 24. 39
Excommunicatur qui dicit pœnitentiam 25. 40
Excommunicatur qui dicit extremum 25. 41
Excommunicatur dicendo neceſſitate 26. 42
Excommunicatur qui dicit in Miſſa 26. 43
Excommunicatur qui dicit in nouo Teſtamento 26. 44
Excommunicatur qui dicit Matrimonium 27. 45
Excommunicatio, v. Matrimonium 36. 8
Item, v. Cenſuris 7. 13.
Excommunicatio ad finem reuelationis 27. 46
Excommunicationem ferre 27. 47
Executores 27. 48
Expectatiuæ gratiæ 28. 49
Extrema vnctio, v. Vnctio 65. 14

F

Fabricæ redditus, v. viſitent 67. 9
Familiaris, v. Conſeruatoria 12. 44
Idem, v. ordinare 43. 19
Feſta, v. Paſtores
Feſta Sanctorum 27. 1
Feſti dies 28. 2

Fides v. Cathecumeni 6. 6
Fides quæ ſuit 28. 3
Fides dicitur iuſtificare 28. 4
Fides ſiue Pœnitentia 28. 6
Fidei profeſſio, v. beneficia 4.12
Fide ſola 28. 5
Fidei illegitimi 28. 7
Fructus Beneficij, v. Beneficiorum 3. 5
Item, v. portiones
Fructus, v. diſtributiones 13.9
Item, v. reſidentia
Item, v. dignitates 14. 3
Fundatio, v. Iuſpatronatus 32.15
Fures, & latrones non intrantes per oſtium, v. Ordo 42. 14

G

GRadus, v. Matrimonia.
Gratia, v. Iuſtitia 34. 29
Gratia 29. 1
Gratia, & Virtus 29. 2
Gratia ſubreptitia 29.3.
Gratiæ, v. expectatiuè 28.49

H

HAbitus, v. Veſtes 62
Habitus Religionis, v. Virgines 26
Habitum regularem relinquere, v. Regulares
Hæreſis, v. abſoluere 1. 3
Homicida 29. 1
Hortatur 29. 2
Hoſpitalarij 30. 3
Hoſpitalia, v. viſitent.
Hoſpitalia à ſuis 30. 5.
Hoſpitalia, vel alia, &c. 30. 6
Hoſpitalium, &c. 30. 4
Hoſpitalitas, v. Beneficiariis 4. 15

I

IEiunia, vide Paſtores
Illegitimus, v. Epiſcopi . . 8. & 1
Illicita, v. Dignitates 14. 3
Imago aliqua inſolita 31. 6
Imagines, v. ſuperſtitia
Imagines falſi dogmatis 30. 5
Immunitas Eccleſiaſtica 31. 7
Impedientes ingreſſum Religionis, v. cogendi 8. 19
Impedimentum Matrimonij, v. cognatio 9. 20
Idem, v. affinitas 2. 9
Impedimentum iuſtitiæ 31. 8
Impedire, v. bona 5. 18
Iudex, v. Romani 55. 24
Indulgentiæ, & gratiæ 30.1
Indulgentiæ non nimis facile 30. 4
Indulgentias conceſſas à Papa 30.2
Indulgentias inutiles 30. 3
Informatio, v. ordinandus
Ingredi Monaſteria 31. 9
Interdicere, ſuſpendere
Interdictus à ſuo Prælato 31. 10
Inuocatio, v. ſuperſtitio
Irreuerentia, v. à Miſſæ 37. 17
Iudex, v. cauſæ
Item, v. lis
Iudex ad quem appellatur 31.11
Iudex Eccleſiaſticus 31. 12
Iudices quibus cauſæ 31.13
Iuriſdictiones, v. bona 5.18
Iuriſdictiones Eccleſiaſticas 32. 14
Iuſpatronatus, v. excommunicandus 31.34
Item, v. bona 5. 18
Iuſpatronatus nemo poteſt 32. 15
Iuſpatronatus, ſeu titulus 32. 16
Iuſtificari 32.17
Iuſtificatio, v. peccata
Iuſtificatio eſt tranſlatio 33. 18
Iuſtificatio non eſt ſola 33. 21
Iuſtificationis principium 33.19
Iuſtificationis cauſa. 33.22
Iuſtificandus præparatur 33.20
Iuſtificamur gratis 34.24
Iuſtificatus per Chriſtum 34. 23
Iuſtificatus bonis operibus 34.25
Iuſtificatus debet ſeruare 34.26
Iuſtificatus per Venialia 24.28
Iuſtitia 24. 29

L

LAtrones non intrantes oſtium, v. ordo 42. 14
Laici Coniugati, v. ordinum 44. 25
Legato pro defunctis, v. ſuffragia
Legati, v. cauſæ 6. 9
Libertas Eccleſiaſtica, v. immunitas 31. 7
Idem, v. Matrimonium 35. 2
Librorum probatio 34. 1
Libros noui, & veteris Teſtamenti 34. 2
Libros de rebus ſacris 35. 3
Libros ſcriptos communicans 35. 4
Licentia, v. Regularis

Licentia ingrediendi Monaſteria,v.ingredi 31. 2
Lis poſt appellationem 35. 5
Locationes rerum Eccleſiaſticarum 35. 6
Loca pia,v. viſitent

M

MAria Virgo 35. 1
Matrimoniales cauſæ,v. cauſæ 6. 9
Matrimonium,v.Coniuges 12.41
Idem,v. Benedictio 3. 4
Item, v. Parochus
Matrimonium fiat 35. 2
Matrimonium contrahens 36. 5
Matrimonium qui non liberè 36. 8
Matrimonij ceremoniæ 36.3
Matrimonij decretum 36. 4
Matrimonio contrahendo 36. 6
Matrimonio qui vagantur 36. 7
Meritum,v. ſatisfactio 56. 3
Milites Hieroſolymitani, v. Priuilegia
Miniſteria ordinum, v. ordinum
Miracula noua 36. 9
Mirabiles / Mercedes }v. Conſeruatoriæ 12.44
Miſſale, v. Romani 55.24
Miſſa in honorem Sanctorum 36. 11
Miſſa non debet celebrari 37. 16
Miſſas obligatas pro defunctis 39. 18
Miſſæ, v. Clericus 8. 16
Miſſa Sacrificium eſt 36. 10
Miſſæ Canon 37.12
Miſſæ Ceremoniæ 37.13
Miſſæ ſingulæ 37. 14
A Miſſæ Sacrificio 37. 15
A Miſſæ Sacrificio 37. 17
Monaſteria 37. 19
Monaſteria quæ non ſubſunt 38. 21
Monaſteriorum Moniales 38. 20
Monaſteria Monialium 39. 22
Monaſteria quæ ſunt ordinum 39.23
Monaſteria 39. 24
Moniales claudendæ, v. clauſuram 7.14
Moniales poſt profeſſionem 39.25
Moniales admoneantur 39.26
Mons Pietatis, v. viſitent
Montis articulo 39.27
Mulier, v. Concubinarios 11.35
Muſica,v. A Miſſæ 37.17

N

NEceſſaria Religionis, v. Regularibus 51. 3
Non ſeruientes Contumaces, v. portiones 47. 23
Notarij, v. ordinantes 41.9
Notarium 39. 1
Nouitij, vide profeſſionem 49. 40
Nouitiis exiſtentibus 2
Numerus Candelarum, vel Miſſarum, v. A Miſſæ 37. 17
Nuptiæ prohibentur 40. 9

O

OBſequium Principum, v. Regulares.
Obſeruantia, v. Regularibus.
Officia diuina, v. dignitates 14. 3
Officij diuini ceremoniis 40.1
Officiales Temporalium amouibiles, v. Regularibus
Opera, v. peccare 45. 9
Operanti bene in gratia 40. 2
Operibus noſtris 40. 3
Oratoria priuata, v. A Miſſæ 37. 17
Oratoribus Principum 40.4
Ordinare, v. Abbates 1. 1
Item, v. Regulares
Ordinare 40.5
Ordinare Epiſcopi titulares 40.8
Ordinare Epiſcopus ſuum familiarem 43. 19
Ordinare, v. Homicida 29. 1
Ordinandus à non ſe 40. 6
Ordinandus in minoribus 42. 16
Ordinandus Subdiaconus 43. 21
Ordinandus Preſbyter 43.23
Ordinandi qui non tantùm 40. 7
Ordinandi vocentur 42. 17
Ordinantes Epiſcopi 41. 9
Ordinentur in ſacris 41. 10
Ordinentur Subdiaconi 43. 22
Ordinetur nullus, &c. 44. 24
Ordine Subdiaconatus 41. 11
Ordines,v. Dignitates 14.3
Ordines Miniſtrorum plures 41. 12
Ordines Epiſcopus per ſeipſum 42.15
Ordines Minores 43. 20
Ordo,v. tonſura
Ordo eſt Sacramentum 42. 13
Ordo imprimit characterem 42. 14
Ordinationes ſacrorum Ordinum 42. 18
Ordinum miniſteria. 44.25
Ordinati per ſaltum, v. diſpenſare 15. 7
Ordinatos, v. ſuſpendere
Ordinarij, v. Epiſcopi
Originale peccatum 44. 26

Item, v. Adam 1. 6
Item, v. Baptizandos 3. 2

P

Parochia, v. prædicent 48. 30
Parochiæ non habenti 44. 1
Parochiæ frequentandæ, v. Miſſa 37. 16
Item, v. Epiſcopatus 17. 6
Parochiæ, v. vnitæ 66. 19
Item, v. penſiones 45. 12
Parochus habeat librum 44. 2
Parochis, vel Rectoribus 44. 3
Parochos Rectores, & alios 45. 4
Paruuli 45. 8
Patrimonium, v. ordinetur 41. 10
Patronatus, v. præbendæ 47. 25
Item, v. Beneficia 4. 16
Patroni, v. viſitent 63. 9
Patroni non ſe immiſceant 45. 5
Patronus ſi Iuſpatronatus 45. 6
Patronus debet præſentare 45. 7
Peccare iuſtum 45. 9
Peccata remitti 45. 10
Peccata venialia 45. 11
Penſiones, vel reſeruationes 45. 12
Perſeuerantiam abſolutam 45. 13
Pœnitentia 45. 14
Pœnitentia Sacramentum 46. 21
Pœnitentiam pnblicam 47. 23
Pœnitentia à Confeſſario 46. 20
Pœnitentiæ Sacramentum differt 46. 15
Pœnitentiæ Sacramenium eſt neceſſarium 46. 16
Pœnitentiæ Sacramentum forma 46. 17
Pœnitentiæ Sacramenti effectus 46. 19
Pœnitentiæ materiæ 46. 18
Plura Monaſteria, v. Abbatiſſa. 1. 2
Pontificalia, v. ordinare 40. 5
Item, v. Dignitates 14. 3
Portiones 48. 27
Poteſtatem habeant Epiſcopi 47. 24
Præbenda, v. Beneficiorum 3. 5
Præbendæ tenues 47. 25
Præcedentias locorum 48. 26
Præcepta Dei 48. 27
Prędeſtinatum 48. 28
Preces, v. à Miſſæ 37. 17
Prædicetur, v. Concionatori 10. 31
Prædicatores, v. in popularibus 48. 29
Prædicent Epiſcopi 48. 30
Præfecta Monaſterij 48. 31
Prælati, v. hortatur 29. 2
Præſentare, v. Patronus 45. 7
Item, v. examinandos 21. 34
Præſentati, vel nominati 48. 32
Præſentatos à patronis 49. 33
Principibus ſæcularibus præcipitur 49. 34
Priuilegia conceſſa 49. 35
Priuilegia Monaſteriorum, vide viſitent 64. 11
Priuilegio fori 49. 36
Probatio, v. profeſſioni. 49. 40
Proceſſiones, v. præcedentias 48. 26
Proceſſiones Sede vacante 49. 37
Proceſſionibus publicis 49. 38
Proceſſus, v. viſitationis 64. 12
Profeſſi in Religione 49. 39
Profeſſio fidei, v. vniuerſitatum 66. 21
Profeſſioni admittant 49. 40
Profana, v. A Miſſæ 37. 17
Profanare, v. Eccleſiæ 16. 2
Promotio, v. Epiſcopus 18. 13
Proprietarius, v. Regularibus 51. 3
Prouiſio, v. ordine 41. 11
Prouiſio pro beneficiis, v. beneficiorum 4. 14
Prouiſiones, vt electio 49. 41
Punitio, v. Regularis 52. 14
Purgatorium 50. 42
Purgatorij Animarum, v. Miſſæ. 36. 10

Q

Quarta funeralium 50. 1
Queſtores eleemoſynarij, v. Concionentur 10. 33
Queſtorum nomen 50. 2
Queſtus, v. ſuperſtitio 59. 14

R

Raptores 50. 1
Ratio reddenda, v. adminiſtratur 1. 8
Rationem reddere Epiſcopo, v. Capitulum 5. 1
Rectores, v. Parochos 45. 4
Redditus Eccleſiaſtici, v. Epiſcopi 19. 17
Redditus tenues, v. Epiſcopatus 17. 6
Reformatio, v. Principibus 49. 34
Regreſſus, v. acceſſus 1. 5
Regulares debitores, cauſæ 6. 7
Regulares, & Vniuerſitates, v. conſeruatoriæ 11. 44
Regulares, v. prædicent 48. 30
Regulares, v. Proceſſionibus 49. 38
Regulares ſeruent cenſuras Epiſcopi, vide cenſuræ.

Regula

Regulares qui à ſuis 51.6
Regulares habitum 51.8
Regulares omnes tenentur 52.10
Regulares ad imprimendos libros 52.11
Regulares, vt Abbates 52.12
Regulares ſi ſint obſeruantes 53.16
Regulares non ordinentur 53.17
Regularia Beneficia, v. Beneficia 4.10
Regularis nullus 51.5
Regularis degens 51.7
Regularis quilibet 52.13
Regularis extra Monaſterium 52.14
Regularis Superior 52.15
Regulari non datur licentia 52.9
Regularibus omnibus præcipitur 51.2
Regularibus non licet 51.3
Regularibus omnibus exceptis 51.4
Relaxare diſciplinam, v. Superiores 59.12
Religio, v. Indulgentias 30.2
Item, v. profeſſio 49.39
Reliquiæ, v. ſuperſtitio 59.14
Reliquiæ nouæ, v. Miracula 36.9
Renunciatio 53.18
Reſeruati caſus 53.19
Reſidentia, v. dignitates 14.3
Item, v. Beneficia 3.6
Reſidentia requiritur 53.20
Reſidere coguntur 54.21
Reſidere tenentur 54.22
Reſignatio, v. Ordinetur 55.23
Rom. Pontifices 55.24

S

Sacerdotium 55.1
Sacra ſcriptura, v. prædicent 48.30
Sacramentum, v. Euchariſtiæ 20.24.& ſeq.
Sacramentum circa diſpenſationem 56.2
Sacramentum pœnitentiæ, v. pœnitentia 46.15.& 19
Sancti, v. Miſſæ 36.11
Satisfactio 56.3
Satisfactio 56.4
Scolaſtici, v. ſeminarium 57.9
Scriptura ſacra, v. Theologiæ 61.2
Scripturam ſacram nemo 56.5
Scriptura ſacra 56.6
Scriptura ſacra 56.8
Scripturæ verbis 56.7
Secularis etiam Magiſtratus prohiben. excommunicationem, v. excommunicationem 27.47
Sede vacante, v. Capitulum 5.1
Seminarium Eccleſiaſtici 57.9
Simonia, v. prouiſiones 49.41
Societas IESV 19.10
Species vini, v. Euchariſtia 20.16
Studiorum cauſa, v. Regulares 51.6
Subdiaconi qualitates, v. ordinentur 43.22
Subreptionis, v. gratia 29.3
Suffragia ſolita 59.11
Suffragia, v. Purgatorium 50.42
Superiores non poſſunt 59.12
Superioribus Regularibus 59.13
Superſtitio, v. Dimiſſorias
Superſtitio omnis 59.14
Suſpendere, v. notarium 39.1
Item, v. poteſtatem 47.24
Suſpendere poteſt Epiſcopus 60.15
Suſpenſio, v. Veſtes 61.1
Item, v. dimiſſorias 14.4
Suſpenſus, v. interdictus 31.10
Item, v. ordinare 40.8
Suſtinere, vel multiplicare Parochos, v. Parochos 45.4
Symbolum fidei 60.16
Synodus Prouincialis 60.17
Item, in v. Officij. 40.1

T

Teſtes contra Epiſcopum 60.1
Theologiæ 61.2
Tonſura Clericalis, v. Ordines 41.12
Tonſura prima 61.3
Traditiones ad fidem 61.4
Transferre, v. Eccleſiæ 16.2
Transferre ad laxiorem, v. Regulari 52.9
Tribulationes, v. ſatisfactio 56.4

V

Vagari, v. Regularis
Vagus celebrans, v. A Miſſæ 37.17
Vagus, v. ordinetur 44.24
Idem v. Clericus 8.16
Vagi, v. matrimonio 37.7
Veſtes Clericales 61.1
Veſtitus, v. Dignitates 14.3
Vicarius, v. Capitulum 51.1
Vicarium Epiſcopi 62.3
Vicarium Sede vacante 61.2
Virgines 62.4
Viſitare, v. beneficia 4.9
Idem, v. poteſtatem 47.24
Viſitare debet Epiſcopus 62.7
Viſitari, corrigi 62.5

Viſite

Viſitetur ſingulis annis 62.6
Viſitator Eccleſiæ ſæcularis 64.10
Viſitent iure Epiſcopi 62.8
Viſitator Patriarchæ 65.9
Viſitat ex officio Abbatis 64.11
Viſitationibus, v. Regularibus 61.2
Viſitationis decretum 64.12
Vita hominis 65.13
Vltima voluntas, v.commutatio 9.24
Vnctio extrema 65.14
Vnctiones, v. Epiſcopatus 16.6
Vnctiones perpetuas 65.16
Vniones beneficiorum 65.17
Vniones beneficiorum debent 66.18
Vnio, v. perpetuò ..15
Vnitæ Parochiæ 66.19
Vniuerſitates,v. Epiſcopis 19.20
Idem,v. conſeruatoriæ 12.44
Vniuerſitates munificentiæ 266.20
Vniuerſalium Gubernatores 66.21
Vota pro electione, v.Epiſcopi 19.19
Vſucapere, v. bona 5.18
Vſus bonorum Monaſterij, v. Regularibus 51.3

CONCLV

609

CONCLVSIONES DOCTRINÆ SACRI CONCILII TRIDENTINI

ORDINE ALPHABETICO EX illius contextu deſumptæ.

A

1 ABBATES, & quicumque exempti in quocumque loco conferre non poſſunt primam tonſuram, vel Ordines Minores, niſi ſuis ſubditis Regularibus. Item, nec ipſi, vel Capitula, vel Collegia, litteras dimiſſorias concedant ſæcularibus Clericis, vt ab aliis ordinentur, pertinent enim hæc ad Epiſcopum Diœceſanum, non obſtantibus, &c. *ſeſſ. 23. cap. 10. de Reformat.* pag. 308

2 Abbatiſſa, vel Superior non præſit duobus Monaſteriis, ſed vnum intra ſex menſes reſignet, alioqui ſtatim vacant, & qua ætate ſit eligenda, *ſeſſ. 25. cap. 7. de Regul. & Monial.* 472

3 Abſoluere poteſt Epiſcopus per ſe, aut Vicarium ad id ſpecialiter deputandum in foro conſcientiæ, & gratis quoſcumque ſibi ſubditos in ſua Diœceſi à quibuſcumque caſibus occultis etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, impoſita pœnitentia ſalutari. Item, & à peccato hæreſis per ſeipſum tantùm, non per Vicarium, *ſeſſ. 24. cap. 6. de Reformat.* 385

4 Abſolutio peccatorum data à non habente poteſtatem ordinariam, vel delegatam in abſoluendos eſt nulla, ſunt enim caſus reſeruati; *ſeſſ. 14. cap. 7. de caſ. reſeruat.* 591

5 Acceſſus, aut regreſſus ad beneficia Eccleſiaſtica nulli etiam Cardinali concedantur, & conceſſi nou extendantur, vel transferantur, *ſeſſ. 25. cap. 7. de Reformat.* 524

6 Adam poſt tranſgreſſionem mandati Dei amiſiſſe ſanctitatem, & iuſtitiam, in qua erat, & per hanc offenſam inueniſſe iram Dei, & mortem quam comminatus fuerat Deus, & captiuitatem ſub poteſtate diaboli, & totum Adam per illam offenſam ſecundùm corpus, & animam in deterius eſſe commutatum, qui non confitetur Anathema eſt, *ſeſſ. 5. decret. de peccat. originali.* 13

7 Adam in præuaricatione ſibi ſoli nocuiſſe, & non propagini, & ſibi ſoli perdidiſſe Sanctitatem, vel iuſtitiam, non nobis, aut . . . . illum per peccatum tantùm mortem, aut pœnas corporis transfudiſſe in genus humanum, non autem peccatum, qui aſſerit anathema eſt, *ſeſſ. 5.* 13

8 Adminiſtrator, ſiue ſæcularis, ſiue Eccleſiaſticus fabricæ Eccleſiæ etiam Cathedralis, Hoſpitalis, Confraternitatis, Eleemoſynæ, Montis pietatis, vel locorum piorum ſingulis annis reddat rationem Ordinario; niſi ſecùs cautum eſſet in inſtitutione; & ordinatione talis Eccleſiæ, vel fabricæ. Verùm ſi ex conſuetudine, vel priuilegio, vel conſtitutione loci ratio eſſet reddenda deputatis ad id, tunc cum his adhibeatur etiam Ordinarius aliter

 lite

liberatio facta de adminiſtratione eſt nulla, *ſeſſ.22.cap.9.de Reformat.* 270

9 Affinitas ex fornicatione dirimens Matrimonium non dirimit, niſi in primo & ſecundo gradu, *ſeſſ.24.c.4.de Refor.matr.* 380

10 Appellare non licet ab interlocutoria Epiſcopi, vel eius Vicarij generalis in ſpiritualibus quocumque grauamine in cauſis viſitationis, correctionis, habilitatis, vel inhabilitatis, etiam in criminalibus, & Epiſcopus, & Vicarius procedat ad vlteriora, non obſtante inhibitione facta à iudice appellationis, vel aliquo alio in contrarium; excepto tamen quòd huiuſmodi grauamen poſt diffinitiuam ſententiam non poſſet reparari, vel non poſſet appellari de ipſa diffinitiua, tunc enim ſtandum eſt Canonibus antiquis, *ſeſſ. 13. à cap.primo, de Reformat.* 122

11 Appellatione interpoſita ad Legatos, Nuncios Apoſtolicos, Patriarchas, Primates, & Metropolitanos in quacumque cauſa ipſi tenentur ſeruare formam ſacrarum conſtitutionum, præſertim Innocentij III. non obſtantibus, &c. aliter omnia ſecuta ſunt ipſo iure nulla, *ſeſſ.22.c.7.de Refor.* 265

12 Archidiaconi, qui ſunt oculi Epiſcopi, ſint magiſtri in Theologia, vel Doctores, vel Licentiati in iure Canonico, *ſeſſ.24. cap.12.de Reformat.* 400

13 Attritio communiter concepta ex turpitudine peccati, vel metu pœnæ, ſi eſt cum ſpe veniæ ſine voluntate peccandi eſt donum Dei, & impulſus Spiritus ſancti mouentis, non adhuc inhabitantis quo pœnitens adiutus, viam ſibi ad iuſtitiam parat, & non facit hominem hypocritam, vel peccatorem, & licèt ſine Sacramento non ſufficiat, tamen diſponit ad impetrandum gratiam in Sacramento, & gratia Sacramenti non confertur abſque bono motu ſuſcipientis, & contritio non eſt extorta, *ſeſſ.14.cap.4. de contrit.* 140

14 Auctoritas Sedis Apoſtolicæ remanet immunis in Concilio Tridentino ſuper decretis, *ſeſſ.25.cap.21. de Reform.* 140

Contenta ſub duplici verbo.

Abbatiſſa, v.Præfecta	48.31	Adminiſtratio bonorũ, v.Regularibus	51.3
Abbatiſſæ ætas, v.eligenda	17.5	Ætas pro habitu, v. Virgines	62. 4
Abſoluere, v. mortis articulo	33.27	Ætas, v. ordinandus	43. 21
Abſolutio, v.confeſſio	11. 36	Appellare, v. cauſæ	7. 9
Accuſare, v. cauſæ	7.10	Auaritia in Miſſa, v. Miſſæ	37.17

B.

1 BAptiſmi Sacramento in forma Eccleſię ritè collato, tam adultis, quàm paruulis applicari meritum Ieſu Chriſti, qui negat eſt Anathema, *ſeſſ. 5. Decret. de peccat original.§. ſi quis hoc.* 13

2 Baptizandos paruulos recentes ab vteris matrum etiam à Baptizatis parentibus ortos, qui negat, aut dicit eos baptizari in remiſſionem peccatorum, ſed nihil habere peccati originalis ex Adam, quod ſit expiandum baptiſmo ad vitam æternam anathema eſt, *ſeſſ.5.* vbi ſuprà.

3 Baptiſmate collata gratia Ieſu Chriſti reatum originalis peccati remitti, qui negat, aut aſſerit non tolli totum id quod habet veram, & propriam rationem peccati, ſed tantùm radi, aut non imputari, eſt anathema, *ſeſſ.5.* vbi ſuprà.

4 Benedictio coniugum eſt danda à proprio Parocho, vel de eius, vel de Ordinarij licentia, & quicumque etiam Regularis præſumpſerit ſine licentia coniungere Matrimonio, vel benedicere ſponſos alterius Parochiæ, eſt ſuſpenſus donec ab Ordinario Parochi, qui debebat benedicere, vel à quo danda erat benedictio abſoluatur, non obſtante conſuetudine, vel priuilegio, *ſeſſ. 24.cap.1. de Reform. matr.* 339

5 Beneficiorum, vel præbendarum fructus percipiant publicè legentes ſcripturam, vel ſtudentes Sacræ ſcripturæ, vel abſentes ob priuilegia in iure communi iam conceſſa, *ſeſſ.5.cap.1. de Reform.* 16

6 Beneficia Eccleſiaſtica inferiora præſertim curata dentur dignis, & habilibus, & qui poſſint reſidere, & per ſeipſos curam exercere, aliter collatio irritetur, & Collator incurrat pœnas Concilij Lugdunenſis de præben. cap. graue nimis, *ſeſſ.7. cap.3.de Reformat.* 71

7 Affini

7 Beneficia plura Curata, vel incompatibilia quocumque nomine, & titulo, qui recipere, vel retinere præſumpſerit eſt priuatus beneficiis ipſo iure, *ſeſſ.7.c.4 de Ref.* 73

8 Beneficiatos prædictos Ordinarius cōpellat oſtendere diſpenſationem, aliàs procedat in ipſos ſecundùm Lugdunen. *cap. ordinarij de offic. Ordin. in 6.* & prouideat de Vicario idoneo cum congrua portione fructuum, non obſtante quocumque priuilegio, *ſeſſ.7.cap.5. de Reformat.* 76

9 Beneficia Curata Eccleſiis, vel piis locis perpetuò vnita ab Ordinariis ſingulis annis viſitentur, & prouideatur bene pro cura animarum, *ſeſſ.7.cap. 7. de Reform.* 79

10 Beneficia regularia conſueta prouideri Regularibus profeſſis in titulum ſi vacauerint, conferantur tantùm Religioſis illius ordinis, vel his qui teneantur ſuſcipere habitum omninò, & profeſſionem, *ſeſſ.14. cap.10. de Reform.* 185

11 Beneficium nullum etiam Ordinatus obtineat ante 14. annũ, *ſeſſ.23.c.6. de Ref.* 296

12 Beneficia curata ſuſcipientes intrà duos menſes à die poſſeſſionis profiteantur publicam fidem, & iurent de obedientia Romanæ Eccleſiæ in manibus Epiſcopi, vel eo impedito Vicarij, vel Officialis, qui verò habent Canonicatum, vel dignitatẽ in Eccleſiis Cathedralibus idem faciant coram Epiſcopo, vel in Capitulo præſenti omnes fructus non faciant ſuos, nec illis poſſeſſio ſuffragetur, *ſeſſ.24.c.12. de Ref.* 400

13 Beneficia etiam ſimplicia non poſſunt plura eidem Cardinali conferri, quod ſi vnum non ſufficit ad ſuſtentandum honeſtè eius vitam cui confertur, licet aliud ſufficiens, quod ſit ſimplex conferre, & vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat, *ſeſſ.24.cap. 17. de Reform.* 423

14 Beneficiorum conditiones, & onera poſita in fundatione non mutentur, & ſi in prouiſione eorum qualitatibus ſubtrahatur, facta prouiſio ſubreptitia cenſetur, *ſeſſ.25.cap.5. de Reformat.* 515

15 Beneficiariis hoſpitalitas pauperum commendatur, *ſeſſ.25.cap.8. de Reform.* 525

16 Beneficia libera quæcumque per acceſſionem vnita iuriſpatronatus, ſi effectus non eſt ſecutus, vel ſi in poſterum vniantur, vnio ſit ſubreptitia, & vnita cùm vacauerint libera, vt antea conferantur, *ſeſſ.25.cap.9. de Reform.* 525

17 Beneficia ſæcularia Curata non conuertantur in ſimplicia aſſignato Vicario perpetuo cum penſione, ſed vbi iam Cura animarum fuit tranſlata in Vicarium perpetuum, ſi non fuerit reſignata Vicario congrua portio fructuum aſſignatur intra annum poſt Concilium Tridentinum; quod ſi non fiat, vel fieri non poſſit, ſtatim ac vacauerit beneficium ſuſcipiat curam animarum, vt prius, & ceſſet nomen Vicarij, *ſeſſ.25.cap.16. de Reform.* 554

18 Bona, iuriſdictiones, cenſus, iura etiam feudalia, emphiteotica, fructus, emolumenta, & quaſcumque obuentiones, quæ in miniſtrorum, vel pauperum neceſſitates conuerti debent, qui ſiue Clericus, ſiue laïcus etiam Rex, vel Imperator per ſe, vel per alios, vi, vel timore incuſſo, ſeu præſuppoſitas perſonas Clericorum, vel laïcorum quacumque arte, vel quæſito colore in proprios vſus conuertere, vel vſurpare præſumpſerit, vel impedire, ne percipiantur ab his, ad quos iure pertinent eſt excommunicatus donec reſtituat in integrum, & deinde obtineat abſolutionem à Romano Pontifice, & ſi erat patronus eiuſdem Eccleſiæ vltra dictas pœnas eſt priuatus iurepatronatus, & Clericus conſentiens, vel conſpirans ad hoc eiſdem pœnis ſubiaceat, & ſit priuatus quibuſcumque beneficiis, & inhabilis ad alia beneficia, & poſt integram ſatiſfactionem, & abſolutionem ſuſpendatur ab executione ordinum ad arbitrium Ordinarij, *ſeſſ. 22. cap.11. de Reformat.* 273

Contenta ſub duplici verbo.

Baptiſmus, v. Cognatio ſpiritualis 9.20
Beneficia, v. præſentati 48.32
Beneficia, v. homicida 29.1
Beneficia, v. ordinare 43.19
Beneficia, v. bona 5.18
Beneficia, v. præbendæ 47.25
Beneficia per ſucceſſionem, v. acceſſus 15
Beneficia, v. vniones 65.16. & ſeq.
Beneficia, v. vniantur 65.15
Beneficia, v. regularis 52.15
Beneficia, v. Eccleſiæ 16.2
Beneficia, v. priuilegia 49.35
Beneficia. v. prouiſiones 49.41
Beneficiarij, v. Concilio 9.26
Beneficia, v. filij 28.7
Bona Nouitiorum, v. Nouitiis 39.2
Bona immobilia, v. Regularibus 57.3
Bona Eccleſiæ, v. Epiſcopi 19.17
Breuiarium, v. Romani 30.24

C

1 CApitulum Sede vacante eligat vnum, vel plures Canonicos diligentes pro rebus, & prouentibus Eccleſiæ, qui reddet rationem ad quem pertinebit, ſimiliter intra octo dies à morte Epiſcopi eligat, vel confirmet Vicarium ad minus Doctorem, vel Licentiatum in iure Canonico, vel in quantum fieri poteſt idoneum, ſi ſecus factum fuerit tunc deputet Metropolitanus; & ſi Eccleſia eſt Metropolitana, & Capitulum negligens, tunc deputet Epiſcopus antiquior ex ſuffraganeis: ſi eſt exempta tunc propinquior Epiſcopus conſtituat Oeconomum, & Vicarium, & ſuccedens Epiſcopus promotus rationem exigat ab Oeconomo, Vicario, & ab omnibus officialibus in his quæ ad ipſum ſpectant, & ſi deliquerunt, puniat eos licèt fuerint liberati à Capitulo. Item, eidem Epiſcopo Capitulum reddat rationem de ſcripturis Eccleſiæ ſi quas Capitulum habuerit, *ſeſſ.24.cap.16.de Refor.* 420

2 Capituli iuriſdictio, poteſtas, bonorum adminiſtratio relinquantur ſaluæ, & intactæ exceptis quibuſdam caſibus, vide in v. Epiſcopus, *ſeſſ.25.cap.6.de Reform.* 470

3 Cardinales electiſſimi aſciſcantur, & in quantum fieri poteſt ex omni natione, & eiſdem qualitatibus quibus & Epiſcopus, *ſeſſ.24.cap.1.de Reform.* 367

4 Caſtigare, corrigere, & viſitare poteſt Epiſcopus, vt Delegatus quotieſcumque opus erit, etiam extra viſitationem quoſcumque ſæculares Clericos qualitercumque exemptos, qui aliàs eſſent ſuæ iuriſdictionis de exceſſibus, criminibus, & delictis, non obſtan. quibuſcumque exemptionibus, concordiis, &c. quæ ſuos autbores tantùm ligant, quæ non ſolùm Clericis, ſed nec eorum Conſanguineis, & familiaribus poſſunt ſuffragari intuitu exemptionis, *ſeſſ.14.cap.4. de Reformat.* 140

5 Cathechiſmum vulgari lingua à Parochis explicari populis curent Epiſcopi, & inter Miſſarum ſolemnia, aut diuinorum celebrationem explicent. Monita ſalutaria ſine quæſtionibus, *ſeſſ. 24. cap. 7. de Reformat.* 391

6 Cathecumeni ante baptiſmum cum petunt fidem præſtantem vitam æternam ab Eccleſia, petunt fidem veram in charitate, & ſpe, qua accepta iubentur ſeruare ſtolam immaculatam, id eſt, iuſtitiam Chriſtianam, *ſeſſ.6.c.7. quid ſit iuſtif.&c.* 31

7 Cauſæ exemptorum examinantur ſecundùm conſtitutionem Innoc. I V. & in cauſis ciuilibus mercedum, & miſerabilium Clerici, vel Regulares degentes extra Monaſterium conueniantue coram Ordinariis, vt delegatis, & compellantur ſoluere, non obſtantibus, &c. *ſeſſ. 7. cap.14.* 94

8 Cauſæ Epiſcoporum referantur ad Summum Pontificem, ac per ipſum terminentur, *ſeſſ.13.cap.8. de Reform.* 133

9 Cauſæ omnes pertinentes ad forum Eccleſiaſticum etiam beneficiales, in prima inſtantia cognoſcantur coram Ordinariis locorum, & terminentur infra biennium à die motæ litis, quo tranſacto poſſunt cauſam trâsferre ad iudices Superiores competentes, qui cauſam in ſtatu, quo eſt, quamprimùm terminari curent, nec aliis committantur, vel auocentur, vel appellationes interponantur per Superiores, niſi eius grauamen reparari nequeat à diffinitiua ſententia, vel ab habente vim diffinitiuæ; excipiuntur tamen cauſæ, quæ de iure ſunt tractandæ apud Papam, vel quas Papa vrgenti cauſa iudicat per ſpeciale reſcriptum manu propria auocandas, &c.

Item, cauſæ criminales, vel Matrimoniales non tractentur apud inferiores Epiſcopo, ſed apud Epiſcopum, & ſi lis oriatur inter Epiſcopum, & inferiores de cognitione cauſæ, & pars paupertatem probet coram Epiſcopo, non cogatur litigare de cauſa Matrimoniali, nec in ſecunda, vel tertia inſtantia extra Prouineiam, niſi altera pars alimenta, & expenſas litis ſubminiſtret. Item, Legati, Gubernatores Eccleſiaſtici, & alij non impediant Epiſcopos in his cauſis, necnon contra perſonas Eccleſiaſticas agant, niſi requiſito Epiſcopo, & eo negligente, aliter acta ſint nulla, & teneantur ad reſtitutionem damni illati partibus. Item, ſi quis ob biennij lapſum, & in caſibus à iure permiſſis recurrit ad alium iudicem, vel appellat, priùs admoneat Epiſcopum, vt inſtruat, ſi vult iudicem appellationis, & etiam ſuis expenſis ad illum iudicem transferat acta ab Epiſcopo facta, & ſi appellatus actis vtitur, ſoluat dimidiam partem expenſarum, niſi aliter eſſet côſuetudo Regionis. Item, Notarius

tarius accepta competenti mercede teneatur ſtatim dare copiam ſcripturarum ad ſummum intra menſem. Item, ſi Notarius fraudulenter differat dare copiam, ſuſpendatur ab adminiſtratione officij arbitrio Ordinarij, & teneatur ad dupli pœnam, quanti ea lis fuerit quæ diuidatur inter appellantem, & pauperes loci, & ſi Iudex eſt conſcius, vel particeps moræ, teneatur eodem modo ad pœnam dupli, non obſtan. &c. *ſeſſ. 24. cap. 20. de Reformat.* 440

10 Cauſæ criminales grauiores etiam hæreſis contra Epiſcopos dignæ priuatione, vel depoſitione cognoſcantur tantùm à Papa, & ſi extra Vrbem eſſent neceſſariò tractandæ, non committantur, niſi Metropolitano, aut Epiſcopis à Papa deputandis, quæ Commiſſio ſit ſpecialis, & manu Pontificis ſignata, & tantùm contineat, vt ſumant facti inſtructionem, proceſſum conficiant, & Romam tranſmittant, & Papæ reſeruatur ſententia diffinitiua, & ſuper hoc innouantur decreta ſub Iulio III. & Innoc. III. Item, cauſæ minores, criminales Epiſcoporum cognoſcantur, & terminentur in Concilio Prouinciali tantùm, vel deputandis per Concilium Prouinciale, *ſeſſ. 24. cap. 5. de Reformat.* 383

11 Celebrare debent Sacerdotes ſaltem diebus Dominicis, & Feſtis ſolemnibus, & Curati ſæpius pro ſuo officio, *ſeſſ. 23. cap. 14. de Reformat.* 383

12 Cenſuræ non ſolùm Papales, ſed etiam Epiſcopales mandante Epiſcopo in Eccleſiis Regularium publicentur, & ab his ſeruentur, *ſeſſ. 25. cap. 12. de Regul. & Monial.* 541

13 Cenſuris in detentum ſi per annum in illis inſorduerit procedi poteſt tanquam in ſuſpectum de hæreſi, *ſeſſ. 25. cap. 3. de Reformat.* 506

14 Clauſuram Monialium diligenter procurent reſtitui, vel conſeruari Epiſcopi ſub cenſuris, & pœnis poſtpoſita appellatione, inuocato, ſi opus eſt, auxilio brachij ſæcularis ſub pœna excommunicationis, *ſeſſ. 25. cap. 5. de Regul. & Monial.* 515

15 Clericorum circa vitam, & honeſtatem, cultum, doctrinam ſimiliter, de luxu, commeſſationibus, choreis, aleis, luſibus, ac quibuſcumque criminibus, & ſæcularibus negotiis fugiendis ſtatuta ſalubriter à Conciliis, & Summis Pontificibus ſancita de nouo renouantur, ſimul ea, quæ ſtatuit Concilium Tridentinum ſunt obſeruanda, eiſdem pœnis Conciliorum, & Pontificum & maioribus imponen. arbitrio Ordinarij, non obſtan. conſuetudine, *ſeſſ. 22. cap. 1. de Reformat.* 249

16 Clericus Peregrinus, ſeu vagus ſine Commendatitiis litteris Ordinarij ſui non admittatur ab Epiſcopo ad diuina, vel ſacra celebranda, *ſeſſ. 23. cap. 16. de Reformat.* 321

17 Clerici ne Concubinas, vel alias mulieres, de quibus ſuſpicio haberi poſſit in domo, vel extra detineant, neç audeant habere conſuetudinem cum his, alioqnin puniantur pœnis Canonum, qui ſi primò à Superioribus moniti non abſtineant, ipſo facto ſint priuati tertia parte fructuum beneficiorum, vel penſionum applican. fabricæ Eccleſiæ, vel locis piis ad iudicium Epiſcopi; ſi ſecundò admoniti non obediant, ſint priuati omnibus fructibus ſupradictis, & etiam ſuſpenſi ab adminiſtratione beneficij ad arbitrium Epiſcopi; ſi tertiò ſuſpenſi non obediant priuentur perpetuò beneficiis, & officiis Eccleſiaſticis, & illis inhabiles, ac indigni honoribus reddàtur donec poſt manifeſtam emendationem eorum Superiores indicauerint diſpenſandum & ſi poſtea; quartò iterum reincidere in idem auſi fuerint, excommunicentur, nec contra prædicta valeat appellatio, vel exemptio, & horum cognitio ſolùm ad Epiſcopos pertineat, qui procedant ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſed ſola facti veritate inſpecta. Clerici non beneficiati Concubinarij puniantur ſecundùm qualitatem delicti, & contumaciam, carcere, ſuſpenſione ab ordine, inhabilitate ad beneficia, & aliis pœnis, *ſeſſ. 25. cap. 14. de Reformat.* 546

18 Coadiutoriæ cum ſucceſſione nulli concedantur, & quando vrgens neceſſitas, vel eiuſdem vtilitas poſtularet, vt Prælato detur Coadiutor, nõ detur cum ſucceſſione, niſi cauſa cognita ſit Papæ, & eſſe in illo qualitates debitas certum ſit, aliter conceſſiones habeantur ſubreptitiæ, *ſeſſ. 25. cap. 7. de Reformat.* 521

19 Cogentes Virginem, vel quamlibet mulierem inuitam exceptis Conuertitis ingredi religionem, vel habitum religionis ſumere, vel profeſſionem emittere ex-

Digitized by Google

ceptis caſibus permiſſis in iure excommunicantur,& qui ad id conſilium,auxilium, vel fauorem dederit, & qui ſcienter præſentiam, vel conſenſum, vel auctoritatem interpoſuerit ſimiliter impedientes eaſdem Virgines, vel mulieres ab ingreſſu, vel voto Religionis ſine iuſta cauſa excommunicantur, *ſeſſ.24.cap.18.de Regul. & Monial.* 556

20 Cognatio ſpiritualis tantùm contrahitur inter baptizatum,patrem,& matrem baptizati, etiam ſuſcipientem à baptiſmo, qui ſit vnus,vel vna,vel ad ſummum vnus, & vna, ſimiliter inter baptizantem, & baptizatũ,& baptizati patrem,& matrem, & ideò Parochus diligenter petat quos volunt, vt ſuſcipiant infantes,& ſcribat in libro,moneátque quam cognationem contraxerunt,ſecùs eius negligentia puniatur, *ſeſſ.24.cap.2. de Reform.Matr.* 369

21 Cognatio ex Confirmatione eſt ſicut cognatio in baptiſmate, & iiſdem perſonis,*ſeſſ.24.cap.1. de Reform. Matr.* 339

22 Communio ſub vtraque ſpecie non obligat de iure diuino laïcos,vel Clericos non conficientes Sacrificium, *ſeſſ. 21. cap.1. laic.& Cler.non confic. &c.* 204

23 Communicantes ſub vna ſpecie totum,& integrum Chriſtum, ac verum Sacramentum ſumunt,nec defraudantur aliqua gratia neceſſaria ad ſalutem,*ſeſſ.21.cap. 3.tot.& integr. Chriſtum.* 205

24 Commutatio vltimæ voluntatis ex iuſta, & neceſſaria cauſa non executioni mandetur, niſi Epiſcopus ſummariè,& extra iudicium cognoſcat non fuiſſe tacitam veritatem, vel falſitatem narratam in precibus, *ſeſſ.22. cap. 6. de Reform.* 264

25 Concilium Tridentinum tractat omnia negotia ſecundùm Canones, & generales Synodos nihil immutando, & ſic intelliguntur verba decreti de celebrando Concilio, *ſeſſ. 17. quæ eſt prima ſub Pio IV.* 198. *ſeſſ.24.cap.21. de Reform.* 450

26 Concilio Prouinciali, qui de iure,vel conſuetudine interſunt recipiant Concilium Tridentinum quamprimùm ſpondeant obedientiam Summo Pontifici, & deteſtentur hæreſes damnatas, Idem faciant promouendi in Patriarchas, Primates, Epiſcopos, Archiepiſcopos cùm interfuerint in prima Synodo Prouinciali, Quod ſi quis renuerit Epiſcopi Comprouinciales abſtineat ab eius communione, & ſtatim admoneant Summ. Pontif. ſub pœna Diuinæ indignationis. Idem faciant Eccleſiaſtica beneficia habituri, & venturi in primam Synodum Prouincialem, *ſeſſ. 25. cap.2. de Reform.* 460

27 Concilij Canones inuiolabiliter ſeruentur, nec in his diſpenſetur,niſi in caſu vrgentis neceſſitatis, cauſa cognita cum maturitate,& gratis, aliter diſpenſatio facta habeatur ſubreptitia, *ſeſſ.25. cap. 18. de Reformat.* 58

28 Concilio in recipiendo,vel explicando, vel declarando, vel augendo Summ. Pontif. prout melius iudicauerit prouideat,*ſeſſ.25.cap.26.* 567

29 Concilij confirmatio petitur à Summo Pontifice, *ſeſſ.25. in fine.* 568

30 Concionentur v. Epiſcopi, & Prælati Eccleſiarum per ſe, & ſi ſunt legitimè impediti aſſumant ad hoc alios idoneos, quod ſi complere contempſerint, ſubiaceant diſtrictæ vltioni ſimiliter omnes curam animarum habẽtes,vt Archipreſbyteri Parochiales, &c. per ſe,vel ſi impediti per alios idoneos diebus Dominicis, & Feſtis ſolemnibus doceant ſuos doctrinam Chriſtianam, & neceſſaria ad ſalutem, & mores ſimplici ſermone pro captu illorum, quod ſi facere negligant, Epiſcopus admoneat, ſi reuera ſunt in ſua Diœceſi, non obſtante quacumque exemptione etiam quòd ſint annexi Monaſterio exempto extra ſuam Diœceſim, & ſi admoniti non doceant poſt tres menſes cogantur cenſuris, ad arbitrium Epiſcopi, & ſi expedierit dando ex fructibus beneficij honeſtam mercedẽ idoneo, qui hoc faciat donec Parochialis doceat; ſi Parochiales Eccleſiæ ſunt annexæ Monaſteriis in nulla Diœceſi exiſtentes, tunc Abbates negligentes compellantur à Metropolitanis tanquam à Delegatis, & horum executio nullo modo impediatur donec fuerit deciſum à competente iudice, *ſeſſ.5. cap.2. de Reformat.* 23

31 Concionatori quocſique modo exempto etiam Regulari in ſua, vel non ſua Eccleſia ſeminanti errores, vel ſcandala in populum, Epiſcopus, vt Delegatus interdicat concionem, quòd ſi hæreſes prædicauerit, procedat in eum ſecundùm iura, & loci conſuetudinem; curet tamen ne Prædicator falsò, vel calumnioſè vexetur, itaut iuſtè de Epiſcopo conqueratur, *ſeſſ.5. cap.2.*

Digitized by Google

cap. 2. ſuprà eodem §. ſi verò, &c.

32 Concionari non ſinant Epiſcopi Regulares nomine, ſed viuentes extra Clauſtra, & obedientiam, nec Presbyteros ſæculares, niſi ſint noti,& probati doctrina, & moribus, aliàs conſulant Sedem Apoſtolicam, *ſeſſ. 5. cap. 2. de Reformat. §. Caueant.*

33 Concionentur nullo modo,nec per ſe, nec per alios queſtores eleemoſynarij, & contrafacientes arceantur ab Epiſcopis opportunis remediis,*ſeſſ.5.cap.2. de Reform. ſuprà §.queſtores.*

34 Concupiſcentia, & fomes poſt baptiſmum remanent ad agonem, & cum gratia Dei ad victoriam, nec nocere poſſunt, niſi conſentientibus, & appellatur peccatū, non quia renatis verè,& propriè ſit peccatum, & qui contrarium ſentit eſt Anathema,*ſeſſ.5.Decret.de peccat. original.§. ſi quis per ſe non, &c.* 13

35 Concubinarios, ſiue ſolutos,ſiue vxoratos ſi ter admoniti Concubinas non abiiciant,& abſtineant,excommunicet Ordinarius,à quo non abſoluantur,niſi re ipſa obediant,& ſi neglecta cenſura in Concubinatu per annum perſeuerent ab Ordinario ſeuerè pro qualitate criminis procedatur. Item, mulieres quaſuis publicè Concubinarias ter admonitas ſi non reſipiſcant grauiter puniat, & ſi oportuerit eiiciat extra oppidum, vel Diœceſim, inuocato, ſi opus eſt,auxilio brachij ſæcularis ſtatutis prædictis contra Concubinarios,*ſeſſ. 24. cap.8. de Reform.Matr.* 362

36 Confeſſio integra omnium peccatorum mortalium etiam mentalium in ſpecie, & quantum poteſt ſigillatim poſt diligens examen eſt de iure diuino omnibus lapſis poſt baptiſmum,vt Sacerdos Chriſti Iudex rectè iudicet, & æquas pœnas imponat,qui ſi ſcienter aliquid retinent,nihil diuinæ bonitati per Sacerdotem amittendum proponant. Vnde circumſtantiæ quæ ſpeciem peccati mutant omnes ſunt dicendæ in confeſſione, nec ſatis eſt, dicere ſe, peccaſſe in fratrem, ſicuti impium eſt dicere confeſſionem huiuſmodi eſſe impoſſibilem, aut carnificiam, quia facto diligenti examine ſi confitetur mortalia, & circumſtantias, quæ recordatur ſatis eſt; quæ verò non recordatur in Confeſſione incluſa intelliguntur. Peccata verò venialia licèt verè, & vtiliter, & circa præſumptionem confiteatur,tamen ſine peccato poſſumus ea tacere cùm multis aliis remediis expientur, & licèt in confeſſione ſit difficultas, & verecundia, tamen multa commoda eam ſequuntur, *ſeſſ.14. cap.5.de Confeſſ.* 142. & 143

37 Confeſſio occulta ſoli Sacerdoti non eſt ſub præcepto diuino, nec conſultè prohiberetur præcepto humano. Tamen pro ſui humiliatione poſſet quis ſe publicè confiteri, & Concilium Lateranen. non præcepit ſimpliciter confeſſionem, ſed ſemel in anno ſaltem confiteri,*ſeſſ.14.cap.5.de Confeſſ.* ibid.

38 Confeſſionis miniſter eſt Epiſcopus, vel Sacerdos tantùm, & licèt Sacerdos ſit in peccato mortali modò habeat intentionem actus iudicialis, tenetur ſi adſit contritio pœnitentis, *ſeſſ. 14. cap.6. De Miniſt. huius Sacramenti, &c.* 148

39 Confeſſiones ſæcularium etiam Sacerdotum audiat nullus ordinatus etiam Regularis,neque ad id reputetur idoneus, niſi habeat beneficium Parochiale, vel ab Epiſcopo iudicetur idoneus per examen ſi opus eſt, & ſic obtineat approbationem quæ debet eſſe gratis,non obſtantibus,&c. *ſeſſ.23.cap. 15. de Reformat.* 318

40 Coniuges hortatur, vt ante benedictionem Sacerdotalem in Templo datam non cohabitent,*ſeſſ. 24. cap. 1. de Reformat. Matrim.* 339

41 Coniuges antequam contrahant, vel triduo antequam conſument Matrimonium hortatur, vt confiteantur, & communicent,*ſeſſ.24.cap.1. de Reformat. Matrim.* ibid.

42 Conſecratio Præfecti, & Cardinalis Eccleſiarum Cathedralium, vel Superiorum ſi intra tres menſes non fiat, fructus perceptos reſtituant, & ſi poſtea neglexerint eam fieri intra totidem menſes, ipſo Iure ſint priuati Eccleſiis. Conſecratio ſi facienda ſit extra Curiam Romanam celebretur in Eccleſia ad quam promouentur, vel in Prouincia ſi commodè fieri poteſt, *ſeſſ.23. cap. 2. de Reform.* 292

43 Conſecrationis munus intra tempus ſtatutum ſuſcipiant promoti ad Eccleſias maiores, & prorogationes conceſſæ non iuuent vltra ſex menſes, *ſeſſ.7. cap.9.de Reformat.* 87

44 Conſeruatoriæ litteræ quocumque prætextu, vel quibuſcumque cauſis conceſſæ

ceſſæ nulli etiamſi ſit Capitulum ſuffragetur quin coram ſuo Ordinario, vel Superiori in cauſis criminalibus, vel mixtis accuſari, conueniri, & contra eum inquiri, & procedi poſſit, vel quoquomodo in iuribus ei competen. ex ceſſione liberè valeat apud iudicem ordinarium conueniri. Item, in ciuilibus cauſis ſi ipſe eſt Actor non poteſt trahere aliquem ad iudicium apud ſuos conſeruatores, ſi eſt reus, & conſeruator ab eo electus eſt ſuſpectus actori, vel inter conſeruatorem, & Ordinarium controuerſia, vel competentia iuriſdictionis oriatur, non procedatur in cauſa donec per Arbitros iuridicè electos ſit iudicatum de ſuſpicione, & iuriſdictione. Item, litteræ conſeruatoriæ non poſſint familiaribus, niſi tantùm duobus viuentibus propriis eius ſumptibus prodeſſe. Item, hæ litteræ conſeruatoriæ non conſtituunt erectum Tribunal, & vltra quinquennium non habent vim. Item, in cauſis mercedum, & miſerabilium non habent habentium, & exempti poſſunt conueniri coram Ordinariis. Item, Vniuerſitates, & Collegia Doctorum, vel ſcolarium, & loca Regularia, & Hoſpitalia actu hoſpitantia, & horum omnium perſonæ ſunt omninò exemptæ, & non comprehenduntur in Canone Concil. *ſeſſ.* 14. *cap.* 5. *de Reformat.* 175

45 Contritio eſt animi dolor, & deteſtatio de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cætero, quare non ſolùm continet ceſſationem à peccato, ſed etiam odium veteris vitæ, *ſeſſ.* 14. *cap.* 4. *de Contrit.* 140

46 Culpam non dimitti à Deo niſi tota pœna condonetur, dicere eſt error, *ſeſſ.* 14. *cap.* 8. *de ſatisfact. neceſſ. & fruct.* 155. & 156

47 Curam animarum gerentes in Monaſteriis, ſeu domibus virorum, vel mulierum, ſi non ſint de familia illorum locorum ſubſint Ordinario illius Diœc. in his quæ pertinent ad dictam curam, nec ibi aliqui deputentur etiam amouibiles ad nutum, niſi de conſenſu eiuſdem, & præuio examine per eum, vel eius Vicarium; excipitur tamen Monaſterium Cluniacenſium, & alia in quibus Abbates, &c. Sedem Parochialem ordinariam habent, & habent iuriſdictionem Epiſcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos, ſaluo tamen iure Epiſcoporum qui maiorem in prædicta loca, vel perſonas iuriſdictionem exercent, *ſeſſ.* 25. *cap.* 11. *de Regul. & Monial.* 476

Contenta ſub duplici verbo.

Canon, v. Miſſæ 37.12
Canonicatus, v. beneficia 4. 12
Capellanus Regius, v. poteſtatem 47.24
Capitulum, v. ordine 47.11
Capitulum in rebus deliberan. v. Epiſcopus 19.19
Capitulum Sede vacante, v. dimiſſorias 51. 4
Capitula generalia, vel Prouincialia, v. Regularibus 52. 2
Caſus reſeruati, v. reſeruati 53. 9
Cathechiſmus, v. Romani 55.24
Caſtigare, v. Parochis 44.3
Cauſæ, v. Conſeruatoriæ 14.44
Cathedrales, v. penſiones 45.14
Cauſæ, v. appellatione 2. 11
Ceremoniæ, v. Miſſæ 37. 13
Clericus reus, v. Epiſcopi 18. 11
Clericus, v. Caſtigare 6. 4
Clerici Coniugati, v. priuilegio 49. 36
Collegio, v. viſitent 63.8
Colloquia, v. Miſſæ 37. 17
Communio, v. Euchariſtia 21.31
Communio, v. Miſſæ, 37.14
Communio, v. Coniuges 12. 41
Communicare, v. paruuli 45. 8
Concilium, v. Synodus 60. 17
Concionari, v. Miſſa 37. 16
Concio, v. ordinetur. 43.22
Concionari, v. regularis 28.54.13
Concionator de quo agat, v. Prædic. 4.29
Concubinarij Clerici, v. Clerici 8. 17.
Concurſus, *c.* 28. *ſeſſ.* 24. *de refor.* v. Vicarium.
Condemnare, v. degradare 14.2
Confeſſiones Monialium, v. Moniales 39. 26
Confeſſio, v. Euchariſtia 22. 30
Confraternitas, v. viſitent 62.8
Congregatio Monaſteriorum, v. Monaſteria 38. 19
Correctio, v. pœnitentiam 47. 22
Corrigere, v. poteſtatem 47.24
Criminoſus, v. Miſſæ 37. 17
Contritio imperfecta, v. attritio 2. 13
Cura Monialium, v. Monaſteria 39.22
Curati, v. reſidentiâ 53. 22
Curioſa, & vana in Concione, v. Prædicatores 48. 29

Decimæ

D

1 Decimæ integræ ſoluantur his quibus de iure debentur, & qui eas ſubtrahunt, vel impediunt, excommunicentur, nec ante reſtitutionem abſoluantur, *ſeſſ.25.cap.12. de Reform.* 541

2 Degradare ſolemniter, & actualiter Epiſcopus poteſt per ſe ipſum Clericum in ſacris, etiam Preſbyterum abſque aliis Epiſcopis requiſitis ſecundùm Canones adhibitis, tamen totidem Abbatibus ſibi aſſiſtentibus vſum mitræ, & baculi,& priuilegia habentibus ſi commodè reperiantur in Diœceſi,alioqui adhibeat alias perſonas poſitas in dignitate Eccleſiaſtica, ætate graues, ſcientia commendabiles; condemnare verò, & deponere verbaliter Clericum etiam Vicarius generalis in ſpiritualibus poteſt, *ſeſſ. 13. cap. 4. de Reformat.* 127

3 Dignitates Curatæ non dentur, niſi attingenti 25. annum, qui ſit verſatus in ordine Clericali, & doctrina neceſſaria pro ſuo Officio, & commendatus in moribus; dignitates non Curatæ ſint 22. annorum, & Clerici idonei, & in ordine requiſito pro Dignitate, Canonicatu, vel portione, vel in tali ætate, vt infrà tempus ſtatutum à Concilio poſſit ordinari, & in Cathedralibus omnes ſint in Sacris, & vbi eſt conſuetudo plures ſint Preſbyteri, alioquin Epiſcopus cum Capitulo ſtatuat, qui debeant eſſe Preſbyteri, qui Diaconi, & qui Subdiaconi, dummodò dimidia pars ad minus ſint Preſbyteri. Item, Dignitates in Cathedralibus, & Collegiatis hortatur, vt dentur Doctoribus, vel Licentiatis in Theologia, vel iure Canonico. Item, tales non abſint ab Eccleſiis vltra tres menſes, imò minùs ſi ſeruitium requirit,contrafacientes priuentur primo anno dimidia parte fructuum, ſequenti anno ſi contrauenerint, priuentur omnibus fructibus, creſcente contumacia procedatur contra eos ſecundùm Canones. Item, diſtributiones dandas interesſentibus horis non habeant. Item, per ſe ſeruiant diuinis officiis, & non per ſubſtitutos, & aſſiſtant Epiſcopo exercenti Pontificalia. Item, veſtiant ſe decenter, & abſtineant ab illicitis, vt venationibus, choreis, tabernis, luſibus,*ſeſſ.24.c.12.de Ref.*

4 Dimiſſorias litteras ordinandi Capitulum Sede vacante infrà annum nulli concedat, niſi arctatus quis fuerit occaſione beneficij recepti, vel recipiendi, & Capitulum contrauenlens ſit interdictum. Ordinatus in minoribus nõ gaudeat Clericali priuilegio, in maioribus eſt ſuſpenſus ab executione Ordinum ipſo iure ad beneplacitum futuri Prælati,*ſeſſ.7.cap.10.de Reformat.* 400

5 Dimiſſorias litteras, qui obtinet à ſuccedentibus Epiſcopo loco Capituli Sede vacante ſubiacet eiſdem pœnis, quibus ille qui impetrat eas à Capitulo Sede vacante, *ſeſſ. 7. cap.10. de Reformat.* & concedentes eas contra formam Concilij Tridentini per annum ſunt ſuſpenſi ab Officio, & beneficio, *ſeſſ. 23. cap. 10. de Reformat.* 308

6 Diſpenſationes ſi extra Curiam Romanam ſint committen. committantur Ordinario eas impetran. Quæ verò gratioſè conceduntur non ſortiantur effectum, niſi ab Ordinario,vt Delegato ſummariè cognoſcatur expreſſas preces non eſſe ſubreptitias, vel obreptitias, *ſeſſ. 22. c. 5. de Reformat.* 262

7 Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum promotis per ſaltum ſi non miniſtrauerint, *ſeſſ.23. cap.14. de Reformat.* 316

8 Diſpenſare poteſt Epiſcopus in omnibus irregularitatibus,& ſuſpenſionibus ex delicto occulto, excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario, vel ducta ad forum contentioſum,*ſeſſ.24.cap.6. de Reform.* 385

9 Diſtributiones aſſignandas pro ſuo arbitrio Epiſcopus, vt Delegatus diuidat ex tertia parte fructuum,& prouentuum omnium dignitatum,perſonatuum,& officiorum in Eccleſiis Cathedralibus,vel Collegiatis exiſtentium, ita tamen quod eas obtinentes, ſi perſonaliter non adimplent ſeruitium Eccleſiæ, eo die amittant diſtributionem diei, non acquirendo quoquo modo dominium illius diſtributionis, ſed applicetur, vel fabricæ Eccleſiæ ſi indiget, vel piis locis arbitrio Ordinarij, & creſcente contumacia procedatur contra eos ſecundùm Canones, quod ſi aliquis in Dignitate tali ex iure, vel conſuetudine non debeat ſeruire illis Cathedralibus, vel Collegialibus Eccleſiis, ſed extra Ciuitatem in Diœceſi curare animas, tunc pro tempore quo in Curata Eccleſia reſidet,

vel miniſtrat, habeat diſtributiones tanquam præſens, & inſeruiens Cathedralibus, vel Collegiatis, ſed hæc ſunt ſeruanda in Eccleſiis, vbi non eſt conſuetudo, vel ſtatutum, vt dictæ dignitates, non ſeruientes aliquid amittant, quod ad tertiam partem fructuum, vel prouentuum aſcendat, non obſtantibus conſuetudinibus, exceptionibus, conſtitutionibus etiam iteratis, & confirmatis, *ſeſſ.22. Capitul.3. de Reformationib.* 253

10 Docendi populi ab Epiſcopis, vel his qui curam docendi habent, interceſſionem, & inuocationem Sanctorum, honorem reliquiarum, & legitimum vſum imaginum, & quia Sancti regnantes cum Chriſto orant Deum pro hominibus: quare bonum eſt eos inuocare ob beneficia impetranda à Deo per Ieſum Chriſtum, & qui oppoſitum dicũt impiè ſentiunt. Item, eorum corpora eſſe veneranda, per quæ multa beneficia nobis præſtantur, & contrarium dicentes damnantur. Item, quoad Chriſti, & Sanctorum Imagines colend. in Templis, non quod ipſis ſit diuinitas, ſed quia repræſentant prototypa, & ſic per eas Chriſtum, & Sanctos adoramus, quorum illæ ſimilitudinem referunt. Adde quod picturis rudes docentur Myſteria fidei, recordantur beneficiorum, & miraculorum, & excitantur ad pietatem, & imitationem, & qui his contraria docet eſt anathema, *ſeſſ. 25. de inuocat. vener. &c.* 452

11 Duelli locum concedentes Principes ſunt excommunicati, & locum vbi duellum concedunt, amittunt, qui acquiritur directis Dominis. Duello pugnantes, & patrini ſunt excommunicati cum proſcriptione ſuorum bonorum, & pœna perpetuæ infamiæ, & vt homicidæ puniuntur, & qui in Duello moriuntur careant perpetua ſepultura Eccleſiaſtica; Conſiliantes, ſuadentes, ſpectantes excommunicentur, *ſeſſ.25. cap. 19. de Reform.* 556

Contenta ſub duplici verbo.

Deambulare, v. à Miſſæ 37.17
Delegatus, v. Iudices 31.13
Denunciationes. v. Matrimonium 35.2
Diaconi, & Subdiaconi qualitates, v. ordinandi 43.*num.*21.& 22
Dignitas, v. beneficia 4.*n.*12
Dignitas exilis, v. Epiſcopis .18. 11
Dignitas, v. Epiſcopi 19. 18
Dignitates, v. ordines 41. 11
Dimiſſorias litteras, v. Abbates 1.*n.*1
Diſpenſatio, v. Concilij 9. *n.*27
Diſpenſare, v. Matrimonium 36. 5
Diſpoſitiones, v. executores 27.48
Diſtributio, v. dignitates 14.*n.*3
Diſtributiones, v. portiones 47.23
Diſtributiones, v. præbendæ 47. 25
Doctrina Chriſtiana, v. Cathechiſmum 6.5
Doctrina Chriſtiana, v. concionetur 16.30
Dotatio, v. Iuſpatronatus 32.15

E

1 Eccleſias Cathedrales, vel Metropolitanas duas nemo habeat, *ſeſſ. 7. cap.2. de Reformat.* 70

2 Eccleſiæ ſi ſint lapſæ, vel vetuſtate labantur, & ob inopiam nequeãt inſtaurari, Epiſcopus, vt Delegatus poteſt transferre ſimplicia beneficia, & Iuriſpatron. vocatis his quorum intereſt in matrices, aut alias Eccleſias eorundem locorum, ſiue viciniorum pro ſuo arbitrio, & in eiſdem Eccleſiis erigat Altaria, vel Capellas ſub eadem inuocatione, vel transferat in iam erecta Altaria, vel Capellas cum omnibus emolumentis, & omnibus quæ priùs erant. Item, Parochiales Eccleſias etiamſi ſint Iuriſparronatus collapſas curet refici ex prouentibus, & fructibus quocumque modo ad Eccleſias pertinentibus, vel cogat patronos ſi habent fructus ex his, vel in defectum Parochianos, quod ſi omnes laborant nimia egeſtate, transferat eas ad matrices, vel viciniores Eccleſias, & erecta ibi Cruce poſſunt loca profanare non ad ſordidos vſus, *ſeſſ. 21. cap.7. de Reformat.* 227

3 Editio ſcripturæ authentica eſt illa vetus vulgata, & longo ſæculorum vſu in Eccleſia probata, quam nemo audeat, vel præſumat reiicere, *ſeſſ. 4. Decret. de edit. & vſu ſacr. &c.* 8

4 Electio

4 Electiones quorumcumque Abbatum Generalium, Abbatiſſarúmve Temporalium fiant per vota ſecreta, itaut nunquam publicentur eligentium nomina, nec licet alicui conſtituere, vel ſupplere ſuffragia abſentium, alioquin electio ſit irrita, & electus qui ſic eligi promiſit ſit inhabilis ad omnia officia religionis, *ſeſſ.25. cap.6.de Regul.& Monial.* 470

5 Eligenda Abbatiſſa, vel Superior quocumque nomine dicta non minor ſit annis 40. & quæ poſt profeſſionem 8. annis laudabiliter vixerit, & ſi talis in eedem Monaſterio non reperiatur, ſumatur ex alio Monaſterio eiuſdem Ordinis, quod ſi ſit in commodum eligatur ex eodem Monaſterio vna quæ 30. annum excedat, & quinque ſaltem annis in Monaſterio vixerit rectè, conſentiente Epiſcopo, vel Superiore, *ſeſſ.25.cap.7.de Regul.& Monial.* 472

6 Epiſcopatus tenues examinet Concilium Prouinciale vocatis his quorum intereſt, & conficiant inſtrumentum quòd tranſmitiat ad Papam, qui prouideat, vel vniendo, vel augendo, conferens interim alia ſimplicia beneficia, Parochiales verò Eccleſiaſticas tenues Epiſcopus prouideat per vnionem beneficiorum non regularium: quod ſi non poteſt, aſſignet primitias, vel decimas, vel collectas, vel meliori ratione, vel decenter prouideatur neceſſitati Eccleſiæ, *ſeſſ. 24. cap. 13. de Reformat.* 412

7 Epiſcopi corrigant Clericos, & Regulares degentes extra Monaſteria ſi delinquant, *ſeſſ.6. cap. 3. de Reform.* 51

8 Epiſcopus, vel Rector Eccleſiarum Cathedralium eligatur legitimus, maturus, grauis, doctus, *ſeſſ.7. cap.1.de Reform.* 69

9 Epiſcopi ſint Paſtores, & non percuſſores, & benignè potius ſe gerant erga ſuos ſubditos, *ſeſſ.13. c. 1.de Reform.* 122

10 Epiſcopus non citetur, vt perſonaliter compareat, & ſi procedatur ex officio per Inquiſitionem, ſeu denunciationem, vel quouis modo excepta cauſa, qua veniret priuandus, ſeu deponendus, *ſeſſ.13.cap.6. de Reformat.* 130

11 Epiſcopi qui ex priuilegio poſſunt aliorum ſubditos punire non procedant in Clericos ſibi non ſubditos præſertim in ſacris poſitos quorumuis atrocium criminum reos, niſi cum interuentu proprij Epiſcopi, aut perſonæ ab illo deputatæ ſi ipſe non reſideat apud Eccleſiam, aliter proceſſus, & acta non habeant vim, *ſeſſ.14. cap.8.de Reform.* 183

12 Epiſcopus gratis debet ordinare, *ſeſſ. 21.cap.1.de Reformat.* 207

13 Epiſcopus antequam aſſumatur ad Cathedralem Eccleſiá non ſolùm ſit præditus natalibus, ætate, moribus & vita, & aliis requiſitis à Canonibus, ſed antea ſit conſtitutus in Vniuerſitate ſtudiorum Magiſter, vel Doctor, vel Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, vel oſtendatur idoneus ad alios docendos Teſtimonio alicuius Academiæ; ſi fuerit Regularis habeat fidem ſimilem à Superioribus ſuæ Religionis, & ſi eius notitia nulla, vel recens notitia fuerit harum rerum inſtructio à Sedis Apoſtolicæ Legatis, vel Nunciis Prouinciarum, vel eius Ordinario, vel eo deficiente à vicinioribus Ordinariis ſumatur, & omnes, à quibus inſtructio, vel iuſtificatio ſumitur fideliter, & gratis teneantur referre, & hoc ſub grauamine conſcientiæ, & pœnis à Superioribus imponendis, *ſeſſ.22.cap.2.de Reformat.* 251

14 Epiſcopus eligatur ſine reſpectu humano, qui ſit ex legitimo Matrimonio natus, vita, ætate, & doctrina, & aliis qualitatibus præditus, & approbatus examine determinato à Synodo Prouinciali habendo per Metropolitanum, & approban. à Papa, quod examen reducatur in inſtrumentum publicum, & mittatur Romam ad Summum Pontificem, vt illud quatuor Cardinales videant, & approbent, & ſubſcribant, & vnus Cardinalis deferat in Conſiſtorium, vt in ſapienti Conſiſtorio iudicetur, niſi aliter Papæ videatur, *ſeſſ.24. cap.1.de Reformat.* 367

15 Epiſcopi Comprouinciales non compellantur inuiti accedere ad Metropolitanam Eccleſiam non obſtante quacumque conſuetudine, *ſeſſ.24.cap.2. de Refor.* 369

16 Epiſcopus, vel Superior qui præeſt electioni, non ingrediatur Clauſtra Monaſterij, ſed per cancellos feneſtræ vota excipiat, *ſeſſ.25.c.7. de Regul.& Monial.* 524

17 Epiſcopi, Cardinales, & Beneficiati Eccleſiaſtici ita mores ſuos componant, vt dent aliis exemplum frugalitatis, modeſtiæ, continentiæ, & humilitatis ſint contenti modeſta ſuppellectili, & menſa, & frugali victu, & in tota eorum domo non ſit quod non præ ſe ferat ſimplicitatem,

Dei zelum, & contemptum vanitatum,nec parentes, vel domeſticos augeant redditibus Eccleſiaſticis,ſed eos ſcilicet,vt pauperes iuuent, non diſtrahendo, vel diſſipando bona Eccleſiaſtica, imò erga eos deponant humanos affectus, *ſeſſ.25.cap.1.de Reformat.* 498

18 Epiſcopis tribuatur honor conueniens dignitati tùm in Choro.tùm in Capitulo, tùm in proceſſionibus,& aliis actibus publicis, vt detur prima Sedes, & locus quem elegerint, & præcipuè auctoritas rerum agendarum,*ſeſſ.25.cap. 6. de Reformat.* 516

19 Epiſcopi ſi Capitulo proponant rem non ſpectantem ad ſuum,vel ſuorum commodum, ipſi conuocent Capitulum, vota exquirant, & iuxta ea concludant, & abſente Epiſcopo illi de Capitulo ad quos de iure, vel de conſuetudine ſpectat,idem faciant, *ſeſſ.25.cap.6.de Reform.* 517

20 Epiſcopis ſubiiciantur in cauſis Eccleſiaſticis omnes qui non obtinent dignitatem, vel non ſunt de Capitulo Vniuerſitatum, ſtudiorum generalium, & eorum perſonis priuilegia remaneant immutata, ſimiliter, & priuilegia Epiſcoporum in Eccleſiis, in quibus ipſi, vel eorum Vicarij habent auctoritatem,ſiue ex conſuetudine, ſiue ex Conſtitutionibus, ſiue concordiis, ſiue quocumque alio iure, *ſeſſ. 25. cap.6. de Reformat.* ibid.

21 Epiſcopi Concubinarij, vel habitantes cum ſuſpectis mulieribus, ſi admoniti à Synodo Prouinciali non deſiſtant ſint ſuſpenſi, & ſi perſeuerauerint, deferantur ad Summum Pontificem ab eadem Synodo, qui in eos animaduertat pro qualitate criminis,*ſeſſ.25.cap.14.de Reform.* 546

22 Epiſcopi non ſeruiant, nec loco cedant ſæcularibus, ſed vbicumque ſeruent ſuam dignitatem, quos Principes honorent,*ſeſſ.25.c.17.de Reform.* 555

23 Euchariſtiæ doctrina non aliter credenda, & prædicanda, quàm vt docet Concilium Tridentinum in decretis,*ſeſſ.13. decret.dicto ſanctiſſ. Euchariſt. Sacram.* 110

24 In Euchariſtiæ Sacramento peracta conſecratione ſub ſpeciebus verus Chriſtus, Deus, & homo,verè, realiter,& ſubſtantialiter continetur Sacramentaliter, qui ſemper in Cœlis aſſidet ad dexteram Patris ſecundùm modum naturalem exiſten.*ſeſſ.13. cap. 1. de real.praſent. Domini Noſtri* IESV CHRISTI, *&c.* 111

25 Euchariſtiæ Sacramentum fuit inſtitutum à Chriſto iam morituro, in quo eſt pignus amoris, memoriale mirabilium, vt recordemur ſui, & annunciemus ſuam mortem donec veniat ad iudicandum; & eſt etiam cibus ſpiritualis animæ alens, & confortans virtutes,eſt antidotum, quo liberamur à quotidianis culpis, & præſeruamur à mortalibus, eſt pignus futuræ gloriæ, & ſignum Corporis myſtici, *ſeſſ.13. cap.2.de ration.inſtit.* 112

26 Euchariſtia eſt ſignum rei ſacræ, & forma viſibilis gratiæ inuiſibilis, ſicut reliqua Sacramenta; ſed reliqua habent vim ſanctifican. tantùm in vſu; ſed Euchariſtia continet Sanctiſſimũ auctorem ante vſum; quia ſtatim poſt conſecrationem ſub ſpeciebus panis eſt verũ corpus ex vi verborum; anima verò, & diuinitas per concomitantiam; & ſub ſpeciebus vini eſt ſanguis, ex vi verborum, ſed corpus, anima, & diuinitas per concomitantiam, quare totus, & integer Chriſtus eſt ſub qualibet ſpecie cuiuſuis ſpeciei, *ſeſſ.13.cap. 3. de excellentia ſanctiſſ. Euchariſtiæ, &c.* 113

27 In Euchariſtiæ Sacramento fit conuerſio,quę dicitur tranſſubſtantiatio totius ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti, & totius ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam ſanguinis Chriſti,*ſeſſ.13. cap. 4. de tranſſubſtant.* 113.& 114

28 Euchariſtiæ Sacramentum eſt adorandum latriæ cultu, qui Deo debetur, & peculiari die Feſto celebrãdum, ac ducen. per vias publicas in ſignum gratitudinis, *ſeſſ.13.cap.5. de cult. & vener.&c.* 114

29 Euchariſtiæ Sacramentum eſt aſſeruandum, & deferendum ad infirmos, *ſeſſ. 13.cap.6.de aſſeruan. Sacr. &c.* 115

30 Euchariſtia antequam ſumatur, probet ſeipſum homo,id eſt, conſcius mortalis, licèt ſit contritus, non accedat, niſi præmiſſa Sacramentali confeſſione,licèt ſit Sacerdos celebrans ex officio,quod ſi deſit copia Confeſſoris ex neceſſitate vrgente Sacerdos ſine præuia confeſſione celebrauerit,quamprimum confiteatur,*ſeſſ.13.c. 7.de præparatione quæ adhiben.eſt, &c.* 116

31 Euchariſtiæ vſus triplex. Primò, Sacramẽtaliter tantùm quo peccatores communicant. Secundò, ſpiritualiter tantùm, quo iuſti communicant in voto. Tertiò, Sacramentaliter, & ſpiritualiter ſimul, & eſt

eſt quo iuſti in voto, & Sacramentaliter communicant in Sacramentali communione; laici à Sacerdotibus accipiant, Sacerdotes verò ſeipſos communicēt ſecundùm traditionem Apoſtolorum, *ſeſſ.13. cap. 8. de vſu admir. &c.* 117

32 Euchariſtia quoad vſum Calicis an concedend. ſit laicis, vel alicui Nationi, relinquitur à Concilio determinandum Summo Pontifici, *ſeſſ.22. in fine decret. ſuper petit. conceſſ. Calic.* 244

33 Euchariſtiæ Sacramentum apud Moniales non ſeruatur intra Chorum, vel ſepta Monaſterij, ſed in publica Eccleſia, *ſeſſ. 25. cap. 10. de Regul. & Monial.* 535

34 Examinandos idoneos pro Eccleſia Curata Epiſcopus, vel qui habet Iuſpatronatus intra decem dies, vel aliud tempus ab Epiſcopo deputandum coram deputandis examinatoribus nominet, poſſunt tamen & alij idonei à quolibet nominari, imò ſi mos eſt poſſent per edictum publicum vocari. Tranſacto reſcripto tempore examinentur deſcripti ab Epiſcopo, vel eo impedito ab eius Vicario, & tribus examinatoribus, & ſi vota ſint paria, vel ſingularia accedat Epiſcopus, cui magis placet. Item, examinatores ſingulis annis proponantur ſex in Diœceſana Synodo, & approbentur, licèt Epiſcopus pro examine eligat tres ex illis ſex, & ſint Doctores, vel Licētiati in Theologia, vel in Iure Canonico, ſiue Clerici, ſiue Regulares, vel ſæculares, & iurent ſe examinaturos poſtpoſita humana affectione, nec aliquid Simoniacum accipiant, aliter amittant beneficia, quæ habent, & fiant inhabiles ad alia, & de his ſi opus eſt reddant rationem coram Synodo Prouinciali, & puniantur; examine peracto informent Epiſcopum, qui aptiorem eligat; cui, & non alteri fiat collatio ab Epiſcopo, vel ab habente Iuſpatronatus; ſi verò Iuſpatronatus eſt laicorum, præſentatus à patrono examinetur, & ſi ſit idoneus, ei conferatur, nec impediat quæuis appellatio, & ſi aliter fiat prouiſio eſt ſubreptitia non obſtan. &c. Item, ſi redditus ſint tenues, vel tumultus timetur, Ordinarius cum Deputatis hac forma omiſſa priuatim examinare poteſt. Item, poteſt Synodus Prouincialis addere, vel minuere ex hoc examine, vt iudicauerit, *ſeſſ.24. cap.18. de Reformat.* 429

35 Excommunicatur dicens; Primò, hominem poſſe iuſtificari ſine gratia Chriſti; Secundò, gratiam dari, vt homo faciliùs iuſtè viuat; Tertiò, ſine auxilio Spiritus Sancti hominem poſſe credere, ſperare, amare, pœnitere, vt iuſtificetur: Quartò, liberum arbitrium in iuſtificatione ſe habere merè paſſiuè. Quintò, vel poſt peccatum fuiſſe amiſſum. Sextò, hominem non facere poſſe mala opera, ſed Deus facit per ſe, & propriè. Septimò, omnia opera ante iuſtificationem fuiſſe peccata, & quòd qui vehementiùs nititur ſe diſponere, grauiùs peccat. Octauò, metum gehennæ, quo abſtinemus à peccatis, eſſe peccatum. Nonò, ſola fide hominem iuſtificari. Decimò, hominem ſine iuſtitia Chriſti, vel per eam ipſam formaliter nos iuſtificari. Vndecimò, vel ſola imputatione iuſtitiæ Chriſti, vel ſola remiſſione excluſa gratia, videlicet gratiam eſſe tantùm fauorem Dei. Duodecimò, vel ſola fiducia, vel fidem iuſtificatam eſſe fiduciam. Decimotertiò, vel neceſſariò requiri, vt credat indubitanter peccata eſſe remiſſa. Decimoquartò, vel hac fide iuſtificari, vel perfici. Decimoquintò, vel iuſtificatum tenere debere ex fide ſe eſſe prædeſtinatum. Decimoſextò, ſi dicit ſe infallibiliter perſeueraturum. Decimoſeptimò, vel iuſtitiam prædeſtinatis ad vitam dari tantùm. Decimooctauò, præcepta Dei impoſſibilia. Decimonono, vel tantùm præcipi fidem in Euangelio, reliqua verò eſſe indifferentia. Vigeſimò, Iuſtum non teneri ad obſeruantiam, ſed ad credulitatem præceptorum. Vigeſimoprimò, Chriſtum fuiſſe datum vt credamus, non vt operemur. Vigeſimo ſecundò, iuſtum poſſe perſeuerare in iuſtitia ſine auxilio Dei, vel cum eo non poſſe. Vigeſimotertiò, iuſtum non poſſe peccare, & gratiam amittere, aut poſſe omnia peccata etiam venialia vitare. Vigeſimoquartò, iuſtitiam non augeri per bona opera, vt per cauſam, ſed quòd ſint fructus, & ſigna. Vigeſimoquintò, iuſtum in omni opere bono peccare venialiter, vel mortaliter ad damnationem, ſed non damnari, quia Deus non imputat. Vigeſimoſextò, iuſtum per opera bona in gratia non debere ſperare gloriam. Vigeſimoſeptimò, peccatum non eſſe mortale, niſi infidelitatis, vel non niſi eo iuſtitiam amitti. Vigeſimooctauò, in gratia amitti fidem ſemper, vel fidem mortuam non eſſe fidem, & non facere Chri-

ſtianum. Vigeſimonono, lapſum non poſſe ſurgere, vel ſola fide ſine pœnitentia ſurgere. Trigeſimo, cuilibet remiſſo peccato non remanere aliquam pœnam temporaneam purgandam. Trigeſimoprimo, iuſtum peccare ſi operatur ob gloriam. Trigeſimoſecundo, bona opera ita eſſe dona Dei, vt non ſint merita hominis, & non mereri augmentum gratiæ, & vitam æternam. Trigeſimotertio, hac doctrina Concilij derogari gloriæ Dei, & meritis Chriſti, *ſeſſ. 6. can. primo vſque ad vlt. de iuſtificat.* 41

36 Excommunicatur qui dicit ſacraméta nouæ legis eſſe pluta, vel pauciora ſeptem, vel non omnia inſtituta à Chriſto, vel aliquod horum non eſſe propriè Sacramentum. Secundò, non differre à veteribus, niſi vt ceremoniæ. Tertiò, vel vnum non eſſe dignius alio. Quartò eſſe ſuperflua ad ſalutem, ſed ſatis eſt fides. Quintò, vel ſolùm eſſe inſtituta ad fidem nutrien. Sextò, vel non conferre gratiam quam ſignificant non ponentibus obicem. Septimò, vel non ſemper, & omnibus dari gratiam quantum eſt ex parte Dei, licèt ritè ſumantur. Octauò, vel non ex opere operato, ſed per ſolam fidem diuinæ permiſſionis. Nonò, in tribus initerabilibus non imprimi characterem in homine. Decimò, omnes Chriſtianos poſſe ea adminiſtrare. Vndecimò, in miniſtris dum conficiunt, & conferunt non requiri intentionem. Duodecimò, Miniſtrum peccatorum non conficere, vel conferre gratiam cum omnibus requiſitis. Decimotertiò, ritus receptos in Eccleſia in ſolemni adminiſtratione poſſe contemni, & omitti pro libito, aut mutari à quocumque Paſtore Eccleſiæ, *ſeſſ. 7. à Can. primo, &c. de Sacram.*

37 Excommunicatur qui dicit baptiſmum Ioannis habuiſſe eandem vim cum illo Chriſti. Secundò, non eſſe neceſſariam aquam veram, & naturalem. Tertiò, in Eccleſia Romana non eſſe veram doctrinam de baptiſmo. Quartò, baptiſmum datum ab hæreticis cum forma, & intentione non eſſe baptiſmum. Quintò, non eſſe neceſſarium ad ſalutem. Sextò, baptizatum non poſſe amittere gratiam, niſi diſcredat. Septimò, vel non teneri ad ſeruandam legem Chriſti, ſed tantùm ad credendum. Octauò, vel non teneri ad ſeruanda præcepta Eccleſiæ, niſi ſua ſponte illis ſubmittere ſe voluerit. Nonò, vel vota facta in baptiſmo eſſe irrita, niſi de nouo renouentur. Decimò, peccata omnia poſt baptiſmum facta dimitti, vel fieri venialia ſola recordatione, & fide baptiſmi. Vndecimò, rebaptizandum eſſe qui negauit fidem apud infideles. Duodecimò, vel neminem baptizandum, niſi in ætate Chriſti, vel mortis periculo. Decimotertiò, paruulos non baptizandos in fide Eccleſiæ, ſed in annis diſcretionis rebaptizandos. Decimoquartò, vel adultos interrogandos an ratificent promiſſa à patrinis, quod ſi nolint non caſtigandos, ſed relinquendos priuatos vſu Sacramentorum, *ſeſſ. 7. à Can. primo, de baptiſmo.* 63

38 Excommunicatur qui dicit Confirmationem non eſſe Sacramentum, ſed otioſam ceremoniam, & olim fuiſſe Cathecheſim quandam. Secundò, vel eſſe blaſphemos qui attribuunt aliquam virtutem Sacro Chriſmati. Tertiò, vel Miniſtrum Ordinium non eſſe ſolùm Epiſcopum, ſed quemuis ſimplicem Sacerdotem, *ſeſſ. 7. à Can. 1. &c. de Reformat.* 67

39 Excommunicatur qui dicit in Euchariſtia non eſſe totum Chriſtum, id eſt, Corpus, & Sanguinem cum anima, & diuinitate verè, realiter, & ſubſtantialiter. Secundò, non fieri tranſubſtantiationem, ſed cum corpore Chriſti remanere ſubſtantiam panis. Tertiò, ſub vnaquaque ſpecie, & facta ſeparatione ſub ſingulis particulis, cuiuſque ſpeciei non eſſe totum Chriſtum. Quartò, peracta conſecratione non eſſe, vel remanere Corpus Chriſti, niſi in vſu cùm ſumitur, non antè, vel poſt. Quintò, præcipuum fructum eſſe remiſſionem peccatorum, vel, de ea non alios fructus prouenire. Sextò, in Sacramento non eſſe adorandum Chriſtum cultu latrico, & externo, nec diem Feſtum particularem celebrandum de eo, nec in proceſſionibus circumgeſtandum, nec publicè exponendum, vt adoretur à populo, & adoratores eſſe Idololatras. Septimò, non eſſe conſeruan. in ſacrario, ſed facta conſecratione diſtribuen. aſtantibus, nec infirmis honorificè deferendum. Octauò, Chriſtum in Euchariſtia ſpiritualiter tantùm, & non ſacramentaliter, & realiter manducari. Nonò, vel non teneri fideles in annis diſcretionis communicare in Paſchate. Decimò, non licere celebranti ſe ipſum communicare.

Vndeci

Vndecimò, ſolam fidem eſſe ſufficientem præparationem ad communicandum, imò & quantumuis contritum de mortali habita copia Confeſſoris non debere confiteri. Quare excommunicatur qui hoc docet, prædicat, pertinaciter aſſerit, ſeu publicè diſputando præſumit defendere, *ſeſſ. 13. à Can. primo, &c. de ſacroſ. Euchar. Sacram.* 118

40 Excommunicatur qui dicit pœnitentiam non eſſe propriè Sacramentum à Chriſto inſtitutum pro lapſis poſt baptiſmum. Secundò, vel eſſe idem cum baptiſmo,& non eſſe ſecundam tabulam. Tertiò, verba Chriſti, *Matth. 16.* quorum remiſeritis peccata, &c. non loqui de Sacramento pœnitentiæ, ſed de auctoritate prædicandi. Quartò,partes pœnitentiæ non eſſe illos tres actus, ſed duos timorem, & fidem.Quintò,Attritionem non eſſe verum, & vtilem dolorem,ſed facere hypocritam. Sextò, confeſſionem Sacramentalem non eſſe de iure diuino, vel ſecretò confiteri ſoli Sacerdoti eſſe inuentum humanum alienum ab inſtitutione Chriſti. Septimò, non neceſſe confiteri. omnia, & ſingula mortalia, quæ poſt examen recordantur etiam occulta,& circumſtantias mutantes ſpeciem peccati, aut non licere confiteri venialia. Octauò, omnium peccatorum confeſſionem eſſe impoſſibilem, & inuentum humanum, vel non teneri omnes vtriuſque ſexus ſemel in anno. Nonò, abſolutionem Sacramẽtalem Sacerdotis non eſſe actum iudicialem,vel non requiri confeſſionem pœnitentis, vt Sacerdos abſoluat. Decimò, Sacerdotem in peccato mortali non habere poteſtatem ligandi,& ſoluendi, vel non ſolos Sacerdotes eſſe Miniſtros, ſed omnes fideles. Vndecimò, Epiſcopum non habere ius reſeruandi ſibi caſus, niſi quoad externam politiam. Decimoſecundò, totam pœnam ſimul cum culpa ſemper à Deo remitti, nec requiri ſatisfactionem præter fidem. Decimotertiò, pœnam temporalem non ſatisfieri tribulationibus à Deo miſſis patienter toleratis, vel à Sacerdote iniunctis,vel ſponte ſuſceptis, vt piis operibus. Decimoquartò, ſatisfactiones quibus pœnitentes redimunt peccata per Ieſum Chriſtum non eſſe cultum Dei. Decimoquintò, Claues Eccleſiæ eſſe tantùm ad ſoluen.non ad ligandum,ideò pœnas iniunctas eſſe contra finem Clericorum,*ſeſſ.14.à Can.1. &c.de ſumma pœnit.Sacram.* 163

41 Excommunicatur qui dicit extremam vnctionem non eſſe verum Sacramentum à Chriſto inſtitutum à D. Iacobo promulgatum.Secundò,non conferre gratiam,nec remittere peccata, vel alleuiare infirmum. Tertiò, Ritum Eccleſiæ Romanæ circa vnctionem repugnare ſententiæ Iacobi. Quartò, Preſbyterum quem dicit D. Iacobus non eſſe Sacerdotem ab Epiſcopo iure ordinatum, ſed ætate ſeniorum in quauis Communitate, *ſeſſ.14. à Can.1.de Sacr.extr.vnct.* 168.& 169

42 Excommunicatur dicens de neceſſitate ſalutis omnes fideles eſſe communicandos ſub vtraque ſpecie. Secundò, aut Eccleſiam erraſſe, vel non iuſta de cauſa ordinaſſe extra Sacrificium ſub vna ſpecie panis eſſe communicandum. Tertiò, non integrum Chriſtum cum gratiis ſub vna ſpecie ſumi. Quartò, paruulis ante annos diſcretionis neceſſariam Euchariſtiam, *ſeſſ. 21. à Can. primo de commun. ſub vtraque ſpecie, &c.* 206

43 Excommunicatur qui dicit in Miſſa non offerri Deo verum, & proprium Sacrificium, vel quod offerri eſt nobis Chriſtum illis verbis,hoc facite in meam commemorationem, non inſtituiſſe Apoſtolos Sacerdotes, aut ordinaſſe, aut ipſi, vel alij Sacerdotes offerant Corpus,& Sanguinem ſuum. Tertiò, Miſſæ Sacrificium eſſe tantùm laudis, aut gratiarum actionis, vel commemorationis,& non propitiatorium, vel ſolùm prodeſſe ſumenti, vel non debere offerri pro viuis, & defunctis pro peccatis, pœnis,ſatisfactionibus, & aliis neceſſitatibus. Quartò, aut per hoc derogari, vel blaſphemiam irrogari ſacrificio Chriſti in Cruce peracto. Quintò, impoſturam eſſe Miſſas celebrare in honorem Sanctorum, vel per illorum interceſſionem. Sextò,Canonem Miſſæ errorem continere. Septimò, Ceremonias, veſtes, & extrema ſigna eſſe irritabula impietatis, Octauò, Miſſam in qua ſolus Sacerdos communicat eſſe illicitam. Nonò, ritum Eccleſiæ quo ſubmiſſa voce pars Canonis dicitur, & verba conſecrationis damnanda eſſe, aut debere Miſſam celebrari lingua tantùm vulgari,aut aqua non miſcenda vino, quia eſt contra inſtitutionem Chriſti, *ſeſſ. 22. à Can. primo, &c. de Sacrif. Miſſæ.*

Miſſæ. 242.& 243

44 Excommunicatur qui dicit, in nouo Teſtamento non eſſe Sacerdotium viſibile, & externum, vel non eſſe poteſtatem conſecrandi, & offerendi Corpus, & Sanguinem Chriſti, & peccata remittendi,& retinendi, ſed eſſe tantùm officium prædicandi Euangelium, & qui non prædicant non eſſe Sacerdotes. Secundò, in Eccleſia non eſſe alios Ordines præter Sacerdotium. Tertiò, Ordinem, vel ordinationem eſſe inuentum humanum, aut tantùm eſſe ritum eligendi Miniſtros, & non Sacramentum. Quartò, per Ordinem non dari Spiritum Sanctum, vel non imprimi characterem,vel Presbyterum rurſus fieri poſſe laïcum. Quintò, vnctionem,& alias ceremonias in ordinatione eſſe contemnendas. Sextò, in Eccleſia non eſſe Hierarchiam ex Epiſcopis, Presbyteris, & Miniſtris diuinitus inſtitutam.Septimò,Epiſcopos non eſſe Superiores Presbyteris, vel non habere poteſtatem confirmandi, & ordinandi, vel eſſe communem cum aliis Presbyteris, vel Ordines ab illis collatos ſine conſenſu, aut vocatione populi, vel poteſtatis ſæcularis eſſe irritos, ſed legitimos eſſe miniſtros, qui non ſunt miſſi à poteſtate Canonica,& Eccleſiaſtica.Octauò, Epiſcopos auctoritate Papæ aſſumptos non eſſe legitimos, ſed figmentum humanum, *ſeſſ.23. à Canon. primo, &c. de Sacram. Ordin.* 279.& 280

45 Excommunicatur qui dicit matrimonium non eſſe vnum ex ſeptem Sacramentis inſtitutum à Chriſto, nec conferre gratiam. Secundò, licere Chriſtianis ſimul multas vxores habere, & hoc nulla lege diuina eſſe prohibitum. Tertiò, tantùm gradus conſanguinitatis, & affinitatis in Leuitico expreſſos impedire contrahendum,& dirimere contractũ,nec Eccleſiam poſſe his diſpenſare,vel alios impedientes, vel dirimentes conſtituere. Quartò,Eccleſiam non potuiſſe conſtituere impedimenta dirimentia, vel in hoc erraſſe. Quintò, diſſolui poſſe matrimonij vinculum ob hæreſim, vel moleſtam cohabitationem, vel affectatam abſentiam à coniugibus. Sextò,Matrimonium ratũ non conſummatum non dirimi per ſolemnem profeſſionem Religionis. Septimò, ob adulterium matrimonium diſſolui, & poſſe aliam ducere ſine fornicatione. Octauò, Eccleſiam non poſſe facere ſeparationem quoad thorum ad certum, vel incertum tempus. Nonò, Clericos, vel alios ſub voto caſtitatis poſſe ducere vxores. Decimò, non eſſe melius manere in ſtatu Virginitatis, vel cœlibatu, quàm Matrimonij. Vndecimò. prohibitionẽ nuptiarum certis temporibus eſſe tyrannicam: vel damnat benedictionem, & ceremonias matrimonij, *ſeſſ.24.à Can.1.&c.de Sacr.Matr.* 335.& 336.

46 Excommunicatio ad finem reuelationis, vel pro rebus deperditis, vel ſubtractis non decernatur, niſi ab Epiſcopo, & ex re non vulgari, & cauſa per eundem magna maturitate, & diligenter examinata, à qua moueatur, & non ab auctoritate cuiuſcumque ſæcularis, *ſeſſ.25.cap.3. de Reformat.* 506. & 507

47 Excommunicationem ferri prohibere, vel latam reuocari mandare, prætextu quòd non fuerit iuxta mandatum Concilij Tridentini nulli ſæculari licet,*ſeſſ.25.cap.3. de Reform.* ibid.

48 Executores piarum diſpoſitionum tam in vltima voluntate, quàm inter viuos in caſibus à iure conceſſis ſunt Epiſcopi tanquam delegati, *ſeſſ. 22. cap. 8. de Reformat.* 266

49 Expectatiuæ gratiæ, vel mentales reſeruationes, vel gratiæ ad vacatura nulli dentur, nec conceſſæ amplius valeant,*ſeſſ. 24.cap.19.* 439

Contenta ſub duplici verbo.

Eccleſiæ, v. vniones 65.16
Eccleſia nullius Diœceſis, v. viſitentur 64.10
Eccleſia Curata vacan. v. Vicarium 62.2
Egredi, v. Moniales 39. 25
Electio Superiorum, v. viſitent 63.8.9
Electio habitus, vel Superior, v. Monaſteria 38.2
Eligendi in dignitate, v. Concilio 9. 26
Epiſcopi, v. Eccleſias 16.1
Epiſcopus Concionatorem defendat, v. Concionatoribus 10.3
Epiſcopus, v. Parochiæ 44. 1
Epiſcopus, v. à Miſſæ 37. 17

Epiſco

Epiſcopus, v. conſecratio 12. 42
Epiſcopi, v. poteſtatem 47.24
Epiſcopus, v. Prædicatores 48.29
Epiſcopis, v. ſuperſtitio 59.14
Epiſcopi pro Regularibus, v. Regulares 52. 14
Epiſcopus quando procedat non obſtan. appellatione, v. appellatione 2.11
Epiſcopi, v. Regulares 35.16. Viſitare 62. 7
Epiſcopi quis ordo, & poteſtas, v. Ordo 14
Epiſcopus, v. Synodus 60.17
Epiſcopi, v. cauſæ 6.9
Epiſcopus, v. ſuffragia 59.11
Epiſcopus erga Parochos Regulares, v. curam 13.47
Euchariſtia, v. Communio 9. 22
Examinare, v. Notarium 39.1
Exemptus, v. Caſtigare 6. 4
Examen, v. Epiſcopus, & v. ordinandus.
Examinandos pro Curata 21.34
Exempti, v. priuilegia 49.35
Excommunicare in cauſis, v. Iudex 31. 12
Excommunicatio, v. Matrimonium 38. 8
Excommunicatus, v. Raptores 50.1
Excommunicatio, v. cenſuris 7. 13
Extrema vnctio, v. vnctio 65.14

F

1 FEſta Sanctorum, & viſitationes Reliquiarum non fiant cum commeſſationibus, & ebrietatibus, itaut in his nihil inhoneſtum appareat, curet Epiſcopus, *ſeſſ.25. de inuocat. venerat. & Reliq. Sanct. §. illud verò.* 566

2 Feſti dies præcepti ab Epiſcopo in ſua Diœceſi ſeruentur ab omnibus exemptis etiam Regularibus, *ſeſſ. 25. cap. 12. de Regul. & Monial.* 541

3 Fides quæ facit membrum viuum eſt quæ per charitatem operatur, & in Chriſto neque circumciſio, neque præputium aliquid valet, ſed hæc fides, *ſeſſ. 6. cap. 7. quid ſit iuſtif. &c.* 31

4 Fides dicitur iuſtificare, quia eſt radix, & fundamentum iuſtificationis, *ſeſſ. 6. cap. 8. quomod. intellig. Imp. pro fid. &c.* 33

5 Fide ſola non fit quis hæres, niſi Chriſto compatiatur, *ſeſſ. 6. cap. 11. de obſeru. mand. &c.* 35

6 Fides ſine pœnitentia non præſtat remiſſionem peccatorum, *ſeſſ. 6. Canon. 13. de Iuſtificat.* 42

7 Filij illegitimi Clericorum non habeant quodcumque beneficium in Eccleſiis in quibus parentes habent, vel habuerunt beneficium, nec in dictis Eccleſiis miniſtrent, vel habeant portiones in beneficiis quæ habent, vel habuerunt parentes, & ſuper his diſpenſio ſubreptitia cenſeatur, & reciprocæ reſignationes beneficiorum in fauorem filiorum cenſeantur eſſe in fraudem huius Canonis, nec collationes ſecurè ſuffragentur filiis Clericorum, *ſeſſ. 25. cap. 15. de Reform.* 545

Contenta ſub duplici verbo.

Fabricæ redditus, v. viſitent 63.9
Familiaris, v. ordinari 43.19. v. Conſeruatoriæ 52. 44
Feſta, v. Paſtores.
Fides, v. Catechumeni 6.6
Fidei profeſſio, v. beneficia 4. 12
Fructus beneficij, v. portiones 47.23. v. beneficiorum 3.5
Fructus, v. diſtributiones 25.9
Fructus, v. reſidentia 53.20
Fructus, v. dignitates 14.3
Fundatio, v. Iuſpatronatus 32.15
Fures, & latrones nō intrantes per oſtium, v. Ordo 42.14

G

1 GRatia amittitur quolibet peccato mortali, non autem fides, niſi infidelitate, & ſic fidelis peccator excluditur è Regno Dei, *ſeſſ. 6. cap. 15. quol. pecc. mortal. a mitt. grat.* 39

2 Gratia, & virtus Chriſti ſemper præcedit, comitatur, & ſubſequitur bona opera iuſtificati, quæ merentur vitam æternam ſuo tempore, ſi decedat in gratia, *ſeſſ. 6. cap. 16. de fruct. iuſtif. hoc eſt de merit. &c.* 40

3 Gratia ſubreptitiè, vel obreptitiè falſis precibus obtenta ſuper abſolutione publici criminis, vel delicti de quo Epiſco-

pus inquirere cooperat, vel remiſſione pœnæ ad quam criminoſus per Epiſcopum condemnatus erat, cognoſcatur ſummariè ab Epiſcopo tanquam Delegato, & poſtquam legitimè conſtiterit fuiſſe obtentam per falſi narrationem, vel per veri taciturnitatem, eam non admittat, *ſeſſ.* 13. *cap.*5. 129

Contenta ſub duplici verbo.

Gradus prohibitus, v. Matrimonium 56. 5

Gratiæ, v. expectatiuæ 28. 49

Gratia, v. Iuſtitia 34. 29

H

1 HOmicida voluntarius per induſtrias, vel inſidias, eſt perpetuò inhabilis ad Ordines, & ad beneficia Eccleſiaſtica, & non curata, ſed ſi fuit Caſualis, vel vi vim mortiferam expellendo, itaut iure diſpenſario requiratur ad Ordines, vel beneficia, ſeu dignitates committatur loci Ordinario, aut ex cauſa Metropolitano, ſeu viciniori Epiſcopo, qui non niſi cauſa cognita, & probatis precibus, ac narratis, nec aliter diſpenſare poſſit, *ſeſſ.* 14. *cap.* 7. *de Reformat.* 179

2 Hortatur omnes, vt de propriis bonis ſubueniant Prælatis in tenuioribus Eccleſiis ad dignitatem tuendum, *ſeſſ.*25. *cap.*12. *de Reformat.* 541

3 Hoſpitalarij tenentur in conſcientia ad fructus perceptos contra inſtitutionem Hoſpitalis ſine remiſſione, vel compoſitione, *ſeſſ.*25. *cap.*8. *de Reform.* 525

4 Hoſpitalium, & ſimilium locorum adminiſtratio, vel gubernatio non detur vni, & eidem perſonæ vltra triennium, niſi in fundatione cautum reperiatur, non obſtan. &c. *ſeſſ.*25, *cap.* 8. *de Reformat.* ibid.

5 Hoſpitalia à ſuis fideliter, & diligenter gubernentur iuxta Concil. Viennenſe, & hoc curent Ordinarij, non obſtan. &c. *ſeſſ.*7.*c.*15.*de Reformat.* 102

6 Hoſpitalia, vel alia pia loca erecta ad vſum pauperum, vel peregrinorum, vel ſenum, vel infirmorum, qui obtinent in Commendam, vel alium titulum quomodocumque, teneantur ſub præcepto adminiſtrare onus, & hoſpitalitatem ex fructibus ad id deputatis, & ſi non ſint in illo loco huiuſmodi miſerabiles perſonæ, vel perpaucę ſint, Ordinarius eligat duos peritiores de Capitulo, & de eorũ conſenſu trãsferat fructus in alium pium vſum pio loco, & tempore vtiliorem, qui proximior ſit fini inſtitutionis Hoſpitalium, niſi aliter pro tali euentu fuerit prouiſum in fundatione eorum, quia tunc debet Epiſcopus curare, vt hoc fiat; quod ſi fieri non poteſt vt ſuprà prouideat, & ſi prædicti Curatores, vel beneficiarij non obiecti Regularibus reformatis non faciunt quod debent, poſſunt compelli per cenſuras, & alia iuris remedia, imò poſſunt deponi à Cura in perpetuum, & alij eligantur ab his, ad quos ſpectat, non obſtantibus, &c. *ſeſſ.* 25. *cap.* 8. *de Reformat.* 505

Contenta ſub duplici verbo.

Habitus, v. veſtes 61. 1

Habitus Regularis, v. Virgines 62. 4

Habitum regularem relinquere, v. Regulares 51. 8

Hæreſis, v. abſoluere 1. 3

Hoſpitalia, v. viſitent 62. 8

Hoſpitalitas, v. Beneficiarij 4. 15

I

1 INdulgentiæ, & gratiæ ſpirituales ab Ordinario per duos de Capitulo debitis temporibus publicentur populis, eleemoſynas verò, & oblata Charitatis ſubſidia colligant ſine mercede aliqua, *ſeſſ.* 21. *cap.* 9. *de Reform.* 232

2 Indulgentias conceſſas à Papa publicare poſſunt Religioſi ſine licentia Ordinarij, ſed non poſſunt publicare ſi ſunt conceſſæ ſibi ipſis declaratum eſt, &c.

3 Indul

3 Indulgentias eſſe inutiles,vel non poſſe concedi in Eccleſia, qui dixerit eſt excommunicatus, *ſeſſ.25. Decret. de Indulg. in fine ferè Concilij.* 561

4 Indulgentiæ non nimis facilè conceduntur,ne innouetur diſciplina Eccleſiaſtica, circa quas praui queſtus aboleantur,& cæteri abuſus ab Epiſcopis colligantur, & in prima Synodo Prouinciali referantur, vt admoneatur Summus Pontifex, & prouideat,*ſeſſ.25. decret.de Indulg.*vbi ſuprà.

5 Imagines falſi dogmatis, vel quæ rudibus ſint periculoſi erroris occaſio non ſtatuant, *ſeſſ. 25. de Inuocat. venerat. & reliq.*

6 Imago aliqua inſolita nullibi ponenda ſine approbatione Epiſcopi, quam approbabit conſilio Theologorum,& piorum,& in dubiis conſulat Metropolitanum, Concilium Prouinciale, & Summum Pontificem,*ſeſſ.25.*vbi ſuprà.

7 Immunitas, & libertas Eccleſiaſtica innouatur, pro qua ſeruanda exhortatur Principes ſæculares, *ſeſſ. 25. cap. 10. de Reformat.* 535

8 Impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis ſi ſponſalia non ſunt valida, tollitur; ſi ſunt valida, non excedat primum gradum, *ſeſſ. 24. cap. 3. de Reformat. Matrim.* 374

9 Ingredi Monaſteria nemini liceat ſub pœna excommunicationis ſine licentia in ſcriptis obtenta ab Epiſcopo, vel Superiori,& in caſibus neceſſariis, *ſeſſ. 25. cap.5.de Regul. & Monial.* 515

10 Interdictus à ſuo Prælato quacumque ex cauſa, etiam ob occultum crimen, ne aſcēdat ad altiores Ordines, vel ſuſpēſus ab Ordine, gradu, vel dignitate Eccleſiæ,non poterit promoueri quacumque obtenta licentia contra voluntatem Prælati, *ſeſſ.14.cap.1.de Reformat.* 498

11 Iudex ad quem appellatur ab Epiſcopo in criminalibus non procedat ad liberationem, niſi viſis actis primæ iuſtitiæ qui petat ab eo, à quo eſt appellatum, qui ſi intra 30. dies non dat ea gratis, tunc Iudex terminet litem, vt Iuſtitia ſuaſerit abſque illis actibus, *ſeſſ. 13. cap. 3. de Reformat.* 126

12 Iudex Eccleſiaſticus in cauſis ciuilibus, vel criminalibus, ſi propria auctoritate poſſit fieri executio realis, vel perſonalis, abſtineat à cenſuris Eccleſiaſticis, tum in procedendo,tum in definiendo;ſed mulctet ſi ita videbitur, pœna pecuniaria applicanda locis piis ibi exiſtentibus, poſt executionem, ſeu perceptionem pignorum,vel diſtrictionem perſonarum,vel per priuationem beneficiorum, vel per alia iuris remedia, ſed ſi executio realis,vel perſonalis hac ratione fieri non poteſt, & in criminalibus ſi facilè fieri non poteſt. Vnde ſequitur contumacia, præter alias pœnas pro ſuo arbitrio excommunicet, præcedente ſaltem bina admonitione, ſi delicti qualitas id poſtulet,*ſeſſ.23.cap. 3. de Reformat.* 293

13 Iudices, quibus cauſæ Eccleſiæ erunt delegandæ, ſint perſonæ dignæ iuxta conſtitutionem Bonifacij VIII. eligendæ in Conciliis Prouincialibus, vel Diœceſanis, vel in qualibet, Diœceſi ſint ſaltem quatuor, vel plures perſonæ probatæ,& ſi vna moriatur, Ordinarius cum conſilio Capituli in eius locum eligat aliam vſque ad futuram Synodum, & harum perſonarum deſignationem factam Epiſcopi ſtatim mittant Summo Pontifici, & ſi delegationes aliis perſonis per has committuntur, habeantur ſubreptitiæ, *ſeſſ.25.cap.10. de Reformat.* 535

14 Iuriſdictiones Eccleſiaſticas, vel facultates nominandi Vicarios in ſpiritualibus non licet locare,& litteræ obtentæ ſuper hoc habentur ſubreptitiæ, *ſeſſion. 25. cap.11.* 536

15 Iuſpatronatus nemo poteſt impetrare, niſi Eccleſiaſticum beneficium,vel Capellam de nouo fundauerit, & conſtruxerit, vel erectam, & non ſufficienter dotatam de propriis patrimonialibus bonis competenter dotauerit, & inſtitutio talis reſeruatur ſoli Epiſcopo, *ſeſſ. 14. cap. 12.* 188

16 Iuſpatronatus, ſeu titulus beneficiorum Eccleſiaſticorum debet eſſe ex fundatione,vel dotatione, & hoc oſtendatur ex authentico inſtrumento, & aliis iure requiſitis, vel ex multiplicatis præſentationibus à tempore immemorabili ſecundùm iuris diſpoſitionem, ſed quando tale ius præſumeretur, potiùs vſurpatum quàm quæſitum, exactior probatio requiritur quàm immemorabile tempus, vt ſunt præſentationes continuatæ per quinquaginta annos, quæ ſint ſortitæ effectum cum authenticis ſcripturis. Reliqui patronatus

vtcumque conceſſi ſint irriti, & illorum beneficia Eccleſiaſtica tãquam libera conferantur à Collatoribus exceptis illis quæ ſunt ſuper Cathedrales Eccleſias, vel quæ ſpectant ad Imperatores, Reges, & ſupremos Principes, iura imperij habentes, & quæ ſunt in fauorem ſtudiorum generalinm, *ſeſſ. 25. cap. 9. de Reformat.* 184

17 Iuſtificari viribus naturæ, vel legis nemo poterat, & omnes ſunt filij iræ ob peccatum Adæ *ſeſſ. 6. cap. 1. de natur. & leg. ad iuſtific. &c.* ſed non ſolùm in ſanguine Chriſti, *cap. 2. de diſpenſ. & miniſt. &c.* & non niſi cui communicatur meritum Paſſionis licèt pro omnibus mortuis ſit. *Capitul. 3. qui per Chriſtum iuſtific.*

18 Iuſtificatio eſt tranſlatio à ſtatu in quo naſcitur filius primi Adam in ſtatum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei per ſecundum Adam Chriſtum, quæ tranſlatio poſt Euangelium promulgatum ſine lauacro regenerationis ſaltem in voto fieri non poteſt, *ſeſſ. 6. cap. 4. in fin. deſcrip. iuſtific. &c.* 29

19 Iuſtificationis principium in adultis eſt à gratia proueniente, id eſt, à vocatione, cui liberè aſſentiendo, & cooperando diſponitur peccator, vnde homo poteſt gratiam adiicere, ſed ſine gratia non poteſt conuertere ſe, *ſeſſ. 6. cap. 5. de neceſſ. præpar. &c.* 30

20 Iuſtificandus præparatur quando excitatus, & adiutus à gratia concipien. fidem per adiutũ liberè mouetur in Deum, credens vera eſſe reuelata diuinitus, & promiſſa, & impium iuſtificari per gratiam redemptoris Chriſti, & vtiliter concuſſus timore diuinæ Iuſtitiæ ob ſua peccata, conuertit ſe ad conſiderandum diuinam miſericordiam, & in ſpecie erigitur fides Deum ſibi propitium fore per Chriſtum, quem incipit amare, vt fontem omnis iuſtitiæ, & mouetur aduerſus peccata cum aliquo odio, & deteſtatione, quæ eſt pœnitentia requiſita ante baptiſmum, tandem proponit baptizari, & inchoare nouam vitam, & ſeruare mandata diuina, & poſt hanc diſpoſitionem ſequitur iuſtificatio impij, *ſeſſ. 6. cap. 6. mod. præpar.* 31

21 Iuſtificatio non eſt ſola remiſſio peccati, ſed & ſanctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntariam ſuſceptionem gratiæ, & bonorum. Vnde homo ex iniuſto fit iuſtus, ex inimico amicus, *ſeſſ. 6. cap. 7. quid ſit iuſtif. Imper. &c.* ibid.

22 Iuſtificationis cauſæ ſunt iſtæ: finalis eſt gloria Dei, & Chriſti, & vita æterna: ſufficiens eſt miſericors Deus, qui gratis ſanctificat. Meritoria eſt Chriſtus patiens: inſtrumentalis eſt baptiſmus, quod eſt Sacramentum fidei: formalis eſt Iuſtitia Dei, non qua ipſe eſt iuſtus, ſed qua nos iuſtos facit, & qua non modò reputamur, ſed verè nominamur, & ſumus, recipientes in nobis iuſtitiam quiſque ſuam ſecundùm menſuram Spiritus ſancti, prout vult, per Paſſionem Chriſti, & ſecundùm propriam cuiuſcumque diſpoſitionem, & præparationem, *ſeſſion. 6. cap. 7.* vbi ſuprà 31

23 Iuſtificatus per Chriſtum cum remiſſione peccatorum accipit infuſam fidem, ſpem, & charitatem, & ſtatim auditur, ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata, *ſeſſ. 6. cap. 7. quid ſit iuſtif. &c.* 31

24 Iuſtificamur gratis, quia nihil eorum, quæ præcedunt iuſtificationem meretur gratiam, ſiue opera, ſiue fides ſint, *ſeſſ. 6. cap. 8. quomod. intellig. Imp. &c.* 33

25 Iuſtificatus bonis operibus perficiendo, magis inſtificatur, & creſcit in virtute, *ſeſſion. ſexta, cap. decimo, de accept. &c.* 33

26 Iuſtificatus debet ſeruare præcepta diuina, & præcepta non ſunt impoſſibilia, *ſeſſion. 6. cap. 11. de obſeruat. mand. &c.* 35

27 Iuſtificatus per venialia non amittit gratiam, quem Deus non deſerit, niſi ab eo priùs deſeratur, *ſeſſ. 6. cap. 11. de obſeruat. mand. &c.* ibid.

28 Iuſtificatus ſi peccat mortaliter amittit gratiam, ſed eam poteſt recuperare per Sacramentum pœnitentiæ, *ſeſſ. 6. cap. 14. de lapſis, & eorum repar.* 38

29 Iuſtitia propria noſtra non ſtatuitur propria tanquam ex nobis, neque repudiatur Iuſtitia Dei, quæ dicitur noſtra, quia per eam nobis inhærentem iuſtificamur, ſed eſt Dei, quia à Deo nobis infunditur per meritum Chriſti, *ſeſſ. 6. cap. 16. de fruct. iuſtif. &c.* 40

Contenta

Contenta ſub duplici verbo.

Ieiunia, v. Paſtores, nil.
Illegitimus, v. Epiſcopus 18. 8. & 14
Illicita, v. dignitates 14.3
Imagines, v. ſuperſtitio 59.14
Impedientes ingreſſum Religionis, v. cogentes 8.19
Impedimentum Matrimonij, v. cognatio 9.20. & affinitatis 29
Impedire, v. bona 5. 18
Iudex, v. Romani 55. 24
Informatio, v. ordinandus 42.16
Interdicere, v. ſuſpendere 60.15
Inuocatio, v. ſuperſtitio 59.14
Irreuerentia, v. à Miſſæ 37.17
Iudex, v. cauſæ 9.6. & v. lis 55.5
Iuriſdictiones, v. bona 5.18
Iuriſpatronatus, v. examinandus 21. 34. & v. bona 5.18
Iuſtificatio, v. peccata 45.10

L

1 Librorum probatio danda eſt in ſcriptis, & authentica appareat in fronte libri, & detur gratis ſimul cum examine, *ſeſſ. 4. decret. de edit. & vſu Sacr. lib.* 8

2 Libros noui, & veteris Teſtamenti ibi enumeratos à Concilio Tridentino, qui integros cum omnibus ſuis partibus prout conſueuerunt legi in Eccleſia Catholica, & habentur in veteri vulgata Latina æditione, non ſuſcipit pro ſacris, & Canonicis, eſt excommunicatus, *ſeſſ. 4. decr. de Can. ſcript.* 8

3 Libros de rebus ſacris ſine nomine authoris nullus imprimat, vel imprimere faciat, & illos non vendat, vel apud ſe retineat, niſi priùs ſint examinati, & approbati ab Ordinario, ſub pœna excommunicationis, & pecuniæ poſita in Canone Concilij Lateranen. *ſeſſ. 4. de decret. de edit. & vſu Sacr. lib.* 8

4 Libros ſcriptos communicans, vel vulgans ante examen, & approbationem, ſubiiciatur pœnis, quibus & impreſſores, & eos habentes, vel legentes, niſi prodant authores pro authoribus habebuntur, *ſeſſ. 4.* vbi ſuprà.

5 Lis poſt appellationem à ſententia Epiſcopi, vel eius Vicarij generalis in ſpiritualibus, quádo appellatio habet locum, ſi à Sede Apoſtolica ſit committenda, committatur Metropolitano, vel eius Vicario generali in ſpiritualibus, quòd ſi ſit ſuſpectus, vel diſtet vltra duas dietas legales, vel ab eo ſit appellatum, committatur vni ex vicinioribus Epiſcopis, vel illorum Vicariis, non autem inferioribus iudicibus, *ſeſſ. 13. cap. 2. de Reformat.* 113

6 Locationes rerum Eccleſiaſticarum factæ anticipata ſolutione non valent in præiudicium ſucceſſorum, nec tales locationes confirmentur: ſimiliter locationes earundem rerum factas ad longum tempus, ſi Synodus Prouincialis, vel ab ea deputandi iudicauerint eſſe in damnum Eccleſiæ, vel contra Canonicas ſanctiones, ſunt irritæ per Concilium Tridentinum, *ſeſſ. 25. cap. 11. de Reformat.* 476

Contenta ſub duplici verbo.

Latrones non intrantes per oſtium, v. Ordo 42. 14
Laici coniugati, v. ordinum 44. 25
Legati, v. cauſæ 6.9
Legata pro defunctis, v. ſuffragia 59.11
Libertas, v. Immunitas 31. 7. v. Matrimonium 35.2. ibidem
Licentia, v. Regularis 51.5
Licentia ingrediendi Monaſteria, v. Ingredi 31.9
Loca pia, v. viſitent 62.8

M

1 Maria Virgo non comprehenditur à Concilio Tridentino, cùm agitur de peccato originali, ſed reuocat, vt obſeruandas Conſtitutiones Xiſti IV. *ſeſſ. 5. decret. de peccat. originali. in fin.* 8

2 Matrimonium fiat præmiſſis tribus denun

nunciationibus à Parocho continuis tribus diebus Feſtis inter Miſſarum ſolemnia publicè,& poſtea Parocho,vel alio Sacerdote de Licentiâ Parochi, vel Ordinarij, à duobus teſtibus præſentibus Matrimonium celebretur. Quod ſi probabiliter timetur Matrimonium malitiosè impediri, ſatis eſt vna denunciatio,vel nulla:deinde ante conſummationem Matrimonij fiant denunciationes in Eccleſia, niſi aliter Ordinarius expedire iudicauerit,& qui aliter contrahit Matrimonium eſt nullum,& puniatur ab Ordinario cum Parocho, vel teſte, qui interfuerint huiuſmodi contractui non in facie Eccleſiæ celebrato, *ſeſſ. 24. cap. 1. de Reformat. matr.* 339

3 Matrimonij ceremoniæ ſi quæ præter vltra prædictas,in aliquibus Prouinciis teneantur, *ſeſſ. 24. cap. 1. de Reformat. Matrim.* 339

4 Matrimonij decretum replicetur ſæpius in Eccleſia prout expedire videbitur, *ſeſſ. 24. cap. 1. de Reform. Matr.* 339

5 Matrimonium contrahens ſcienter intra gradus prohibitos, ſeparetur,& careat ſpe diſpenſationis, & multò magis qui contractũ conſummat; ſi verò ignoranter, ſed neglexerit ſolemnitates requiſitas eiſdem ſubiaceat pœnis; ſi verò ignoranter, & adhibitis ſolemnitatibus faciliùs diſpenſetur, & gratis, *ſeſſ. 24. cap. 5. de Reform. Matr.* 357

6 Matrimonio contrahendo, vel nulla, vel rarò detur diſpenſatio, & ex cauſa, & gratis,in ſecundo gradu nunquam, niſi inter magnos Principes, & ob publicam cauſam, *ſeſſ. 24. cap. 5. de Reformat. Matrim.* ibidem

7 Matrimonio qui vagantur non coniunguntur à Parocho, niſi poſt diligentem inquiſitionem de licentia Ordinarij, *ſeſſ. 24. cap. 7. de Reformat. Matr.*

8 Matrimonium qui non liberè contrahere cogit, excommunicatur, *ſeſſ. 24. cap. 9. de Reformat. Matr.* 361

9 Miracula noua, vel nouæ Reliquiæ non ſunt admitten. niſi Epiſcopus cum conſenſu Theologorum,& piorum approbet,& in dubiis conſulat Metropolitanum, Concilium Prouinciale,& Summ.Pont. *ſeſſ. 25. de inuoc. vener. & reliq. &c.* 452

10 Miſſæ Sacrificium incruentum,in quo offertur idem Chriſtus, qui ſe pro nobis obtulit in Cruce cruentum, & quo placatur Deus, & diſpoſiti gratiam inueniunt, & fructum cruenti, & offertur non ſolùm pro pœnis, & neceſſitatibus viuorum, ſed pro defunctis in Chriſto non plenè purgatis, *ſeſſ. 22. cap. 2. de Sacrif. Miſſ.* 256

11 Miſſa in honorem Sanctorum non eſt Sacrificium oblatum Sanctis, ſed ſoli Deo tanquam gratias agens Sacerdos pro victoriis datis, vt Sancti pro nobis intercedere dignentur in cœlis,quorum memoriam agimus in terris, *ſeſſ. 22. cap. 3. de Sacr. Miſſ.* 237

12 Miſſæ Canon totus eſt ſanctus, & conſtat ex Domini verbis, Apoſtolorum traditionibus, ac Pontificum piis inſtitutionibus, *ſeſſ. 22. cap. 4. de Sacr. Miſſ.* ibid.

13 Miſſæ ceremoniæ variæ, veſtes, Thura, & id genus ſunt ab Apoſtolica traditione, & quibus vtitur Eccleſia quò Maieſtas tanti Sacrificij commendetur, & mentes fidelium per hæc ad inuiſibilia excitentur, *ſeſſ. 22. cap. 5. de Sacrif. Miſſæ.* 238

14 Miſſæ ſingulæ, etſi non communicent aſtantes, licèt hoc optandum eſſet, tamen etſi ſolus Sacerdos communicat ſunt probatæ, & laudatæ,& dicuntur eſſe communes, tum quia populus ſpiritualiter communicat, tum quia publicus Miniſter non per ſe ſolùm, ſed pro omnibus, qui ad Chriſti Corpus pertinent, celebret, *ſeſſ. 22. cap. 6. de Sacrif. Miſſæ.* ibid.

Laici negotiatores, coniugati,&c. poſſunt quotidie communicare, & præſcribere certa tempora,eſt obſtare Concilio Tridentino.

15 Miſſæ Sacrificio aquam vino debent Miniſtri miſcere, *ſeſſ. 22. cap. 7. de Sacrif. Miſſæ.* 51

16 Miſſa non debet celebrari lingua vulgari, ſed Latina, tamen mandatur Paſtoribus,& Curatis,vt frequenter ſaltem diebus Feſtis, & Dominicis inter celebrationem Miſſarum, vel per ſe, vel per alium aliquid ex his quæ in Miſſa leguntur exponant, & præcipuè aliquod Myſterium huius Sacrificij, *ſeſſ. 22. cap. 8. de Sacrific. Miſſæ.* 241

17 A Miſſæ Sacrificio Epiſcopus omninò tollere curet ea quæ ſapiunt auaritiam,irreuerentiam,quæ ſæpè eſt cum impietate, & ſuperſtitione: quæ ad auaritiam pertinent, ſunt v. g. conditiones mercedum, pacta, quicquid datur promiſſis nouis celebrandis importunè, & illiberales eleemoſyna

moſynarum exactiones, potiùs quàm poſtulationes, & alia huiuſmodi circa irreuerentiam,interdicat ne vagus, & ignotus Sacerdos celebret in ſua Diœceſi, nec publicè, ac notoriè crimínoſus Altari miniſtret, vel ſacris interſit, nec celebretur à ſæcularibus, vel Regularibus in domibus extra Eccleſiam, vel Oratoria ad id dicata ab Epiſcopis deſignanda, & viſitanda, & niſi qui interſint, ſint decenter compoſiti, & reuerenti habitu in Eccleſiaſticis non permittant muſicas ibi ſiue organo, ſiue cantu laſciuum, vel impurum quid miſcere: ſimiliter ſæculares actiones, vana, & profana colloquia,deambulationes,ſtrepitus, clamores. Circa ſuperſtitiones prohibeat ſub pœnis ne celebrent aliis quàm debitis horis, nec adhibeant alios ritus, ceremonias,vel preces in Miſſa præter approbatas,& frequenti, & laudabili vſu retentas: ab Eccleſia remoueant certum numerum certarum Miſſarum, vel Candelarum, doceant populum quis fructus huius Sacrificij, quos etiam admoneant, vt frequentent ſuas Parochias ſaltem diebus Dominicis, & maioribus Feſtis. Item,omnia, & quæcumque alia huc pertinere viſa fuerint,Epiſcopus vt delegatus prohibeat, mandet,corrigat, ſtatuat,& compellat populum illa obſeruare cenſuris Eccleſiaſticis, & aliis pœnis arbitrariis,non obſtantibus, *ſeſſ.22.Decreto de obſeruat.& euitan.in celebr. Miſſ.* 51

18 Miſſas obligatas pro defunctis ſi in aliquo loco excreuerint in magnum numerum, vel eleemoſynæ tenues fuerint, itaut ſatisfieri non poſſit obligationi, Epiſcopus in Synodo Diœceſana, & Abbates, & Generales Ordinum in ſuis Capitulis generalibus moderentur,vel ſtatuant prout in conſcientia iudicauerint ad maiorem Dei honorem, & vtilitatem Eccleſiarum, ita tamen vt ſemper fiat commemoratio defunctorum qui legarunt, *ſeſſ.25.cap.4. de Reformat.* 514

19 Monaſteria, & ſimilia loca non erigantur ſine licentia Epiſcopi illius Diœceſis, & non plures alant, niſi quot poſſunt, ſiue viuunt ex redditibus, ſiue eleemoſynis, *ſeſſ.25.cap.3.de Regul. & Monial.* 462

20 Monaſteriorum Moniales extra mœnia Vrbis,ſi ita expedire videbitur,curent Epiſcopi, vel Superiores transferri intra Vrbem, & cogant ſub cenſuris, *ſeſſ.25.cap. 5. de Regul. & Monial.* 465

21 Monaſteria quæ non ſubſunt Epiſcopo, vel Ordinariis regularibus, Viſitatoribus, ſed ſub immediata protectione Sedis Apoſtolicæ,redigantur in Congregationes quolibet triennio, & deputent certos Regulares, qui deliberent de Congregationibus erigendis, quod ſi non fecerint, faciat Metropolitanus illius Prouinciæ;& ſi Monaſteria non ſufficiunt ad Congregationem,conuocet Monaſteria aliarum Prouinciarum, quod ſi prædicta exequi non curauerint, inſtante Metropolitano ſubdantur Epiſcopo illius Diœceſis in qua ſunt, *ſeſſ.25. cap. 5. & 8.de Regul. & Monial.* 465.& 473.

22 Monaſteria Monialium quæ erant ſub Sede Apoſtolica immediatè, ſint ſub Epiſcopo, ſed quæ reguntur à deputatis in Capitulis generalibus, vel ab aliis Regularibus,vt ſunt relinquantur, *ſeſſ.25.cap.9.de Regul.& Monial.* 475

23 Monaſteria quæ ſunt Ordinum capita, viſitentur etiam, *ſeſſ.25.cap.20.de Regul. & Monial.* 495

24 Monaſteria, Abbatiæ, Prioratus, & Præpoſituræ Regularium non niſi Regularibus profeſſis conferantur,& in prouiſione exprimitur qualitas nominatim, alioquin eſt nulla, *ſeſſ. 25. cap. 21. de Regul. & Monial.* 496

25 Moniales poſt profeſſionem non egrediantur à Monaſterio quocumque prætextu, niſi ex legitima cauſa ab Epiſcopo approban. *ſeſſ.25. cap.5. de Regul. & Monial.* 465

26 Moniales admoneantur, vel ſaltem ſingulis menſibus confiteantur, & communicent, & ab Epiſcopo, vel Superiore præter ordinarium offeratur extraordinarius Confeſſor, bis, vel ter in anno, qui audire debeat omnium confeſſiones, *ſeſſ. 25.cap.10. de Regul. & Monial.* 474

27 Mortis articulo quilibet Sacerdos quemlibet pœnitentem à quolibet caſu, vel cenſura poteſt abſoluere, *ſeſſ.14.cap.7.de caſ.reſeruat.* 159

Contenta ſub duplici verbo.

Matrimoniales cauſæ, v. cauſæ 6. 9
Matrimonium, v. Coniuges 12.41. v. Benedictio 3.4. & v. Parochus 2.44
Meritum, v. ſatisfactio 56.3
Milites Hieroſolymitani, v. priuilegia 49. 35
Miniſteria ordinum, v. ordinum 47.25
Miſſale, v. Romani 55.24
Miſſæ, v. Clericus 8.16
Miſerabiles, & mercedes, v. Conſeruatoriæ 14.44
Moniales, v. Monaſteriorum 38.20
Moniales claudendæ, v. Clauſuram 7.14
Mons pietatis, v. viſitent 62.8
Mulier, v. Concubinarios 11.35
Muſica, v. Miſſæ 37.17

N

1 Notarium etiam auctoritate Apoſtolica, vel Imperiali creatum poteſt Epiſcopus, vt delegatus examinare, & ſi non inuenerit idoneum, vel quomodocumque in officio delinquentem poteſt, perpetuò, vel ad tempus prohibere vſum officij eius in negotiis, & cauſis Eccleſiaſticis, ac ſpiritualibus, & appellatio eius non ſuſpendit interdictionem Ordinarij, *ſeſſ. 22. cap. 10. de Reformat.* 272

2 Nouitiis exiſtentibus in probatione ex eorum bonis nihil detur Monaſteriis præter victum, & veſtitum, alioquin dantes, & recipientes ſint excommunicati, & obeuntibus Nouitiis reſtituantur omnia quæ ſua erant, & ad id compellat Epiſcopus, ſi opus erit, per cenſuras, *ſeſſ. 25. cap. 16. de Regul. & Monial.* 486

3 Nuptiæ prohibentur ab Aduentu Chriſti vſque ad diem Epiphaniæ, & à Feria quarta Cinerum vſque ad Octauam Paſchæ: in aliis temporibus celebrentur cum decenti modeſtia, & honeſtate, idque curet Epiſcopus, *ſeſſ. 24. cap. 10. de Reformat. Matrim.* 396

Contenta ſub duplici verbo.

Neceſſaria Religioſis, v. Regularibus 51.3
Non ſeruientes contumaces, v. portiones 74.23
Notarij, v. ordinantes 41.9
Nouitij, v. profeſſioni 49.40
Numerus Candelarum, vel Miſſarum, v. Miſſæ 37.17

O

1 Officij diuini ceremonias, tempus, &c. determinat Synodus Prouincialis. *ſeſſ. 24. cap. 12. in fine de Reformat.* 40

2 Operanti bene in gratia, & ſperanti in Deo proponenda eſt vita æterna, *ſeſſ. 6. cap. 16. de Reform. iuſtific. &c.* 31

3 Operibus noſtris licèt multum tribuatur, tamen non eſt in illis confidendum, vel gloriandum, & non in Domino, qui dona ſua facit eſſe merita noſtra, ponendo ante oculos noſtros ſicut eius bonitatem, ſic & iudicium, *ſeſſion. 6. cap. 16. vbi ſuprà.*

4 Oratoribus Principum nullum præiudicium factum eſt in Concilio Tridentino, *ſeſſ. 25. de loc. Orator.* 567

5 Ordinare, vel Põtificalia exercere non licet Epiſcopo in alterius Diœceſi, ſine expreſſa licentia Ordinarij, cum qua licentia non poteſt ordinare perſonas ſubiectas illi Ordinario, aliter ſuſpenditur Epiſcopus ab exercitio Pontificalium, & ordinatus ab executione Ordinis ipſo iure, *ſeſſ. 6. cap. 5. de Reformat.* 56

6 Ordinandus à non ſuo Epiſcopo vi facultatis doceat legitimam cauſam cur à non ſuo ordinetur expreſſam in litteris, & tunc ordinabitur ab Epiſcopo in ſua Diœceſi reſidente, vel pro eo Pontificalia exercente, præuio diligenti examine, *ſeſſ. 7. cap. 15. de Reformat.* 102

7 Ordinandi qui non tantùm in caſibus à iure expreſſis facultas conceſſa ad annum valet, *ſeſſ. 7. cap. 12. de Reformat.* 91

Verba Concilij ſunt hæc; facultates de non promouendo præterquam in caſibus à iure

iure expreſſis conceſſæ ad annum non ſuffragantur.

8 Ordinare Epiſcopi titulares alterius ſubditum aliquo Ordine etiam prima tonſura non poſſunt ſine expreſſa licentia, vel litteris dimiſſoriis ſui Prælati quocumque prætextu priuilegij, vel commenſalitatis ſuæ, etiamſi reſideret in loco nullius Diœceſis, vel exempto, vel aliquo Monaſterio cuiuſuis ordinis; contraueniens Epiſcopus per annum ab exercitio Pontificalium, ſic ordinatus ab exercitio Ordinum ſic ſuſceptorum, donec ſuo Prælato viſum fuerit, ipſo iure ſunt ſuſpenſi, *ſeſſ.14.cap.2. de Reform.* 161

9 Ordinantes Epiſcopi, & eorum Miniſtri pro collatione Ordinis, & primæ tõſuræ, nec pro litteris dimiſſoriis, vel teſtimonialibus, vel ſigillo, vel alia cauſa, aliquid etiam ſponte oblatum accipiant directè, vel indirectè, aliter incurrant ipſo facto pœnas iuris; verùm Notarij ſi non habent ſalarium conſtitutum pro officio exercendo, & non viget conſuetudo nihil accipiendi, tãtùm decimam partem aurei poſſunt accipere pro litteris dimiſſoriis, vel pro teſtimonialibus, *ſeſſ. 21. cap. 1. de Reformat.* 207

10 Ordinetur in ſacris nullus Clericus ſæcularis, vel aliàs idoneus, niſi priùs conſtet eum poſſidere pacificè Beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens honeſtè ad victum, quod non poteſt reſignare, niſi facta mentione quòd fuerit ad titulum illius ordinatus, & habeat alium de quo honeſtè viuere poſſit, aliter reſignatio eſt nulla, cum patrimonio verò, vel penſione ſufficientibus verè obtentis non poſſunt ordinari, niſi pro neceſſitate, vel commoditate Eccleſiæ ad iudicium Epiſcopi; circa illa non poſſunt alienare, extinguere, vel remittere ſine licentia Epiſcopi donec aliunde habeant vnde viuant, vel Beneficium ſufficiens, ſub pœna Canonum, *ſeſſ.21. cap.2. de Reformat.* 209

11 Ordine Subdiaconatus qui non eſt inſignitus, & eſt mancipatus officiis diuinis in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata, vel Regulari, non habet vocem in Capitulo illius Eccleſiæ, nec habere poteſt: ordinari etiam tenetur Ordine requiſito ad ſuum officium, vel obligationem infrà annum ceſſante iuſto impedimento; qui habeãt dignitates, perſonatus, officia, præbendas, & quæuis beneficia, obtinent in tali Eccleſia quibus ſunt onera annexa, vt dicant Miſſam, Euangelium, Epiſtolam, &c. aliàs incurrant pœnas Concilij Viennen. & cogant Epiſcopi dictos Ordines, & officium per ſe ipſos exercere diebus ſtatutis ſub grauioribus pœnis arbitrariis, & deinceps prouiſio facta in non habentes ætatem, & alias habilitates eſt irrita, *ſeſſ.22.c. 4. de Reformat.* 258

12 Ordines Miniſtrorum plures, & diuerſi debuerunt eſſe, qui Sacerdotio ex officio maiori cum veneratione deſeruirent, & ſi quis in Clericali tonſura eſt, aſcendat per minores ad maiores Ordines, nam ſcriptura de Sacerdotio, & Diacono meminit, & à principio Eccleſiæ fuerunt in vſu nomina, & officia Subdiaconi, Acolyti, Exorciſtæ, Lectoris, & Oſtiarij, *ſeſſ.23.c. 2. de Doct. Sacr. Ord.*

13 Ordo eſt Sacramentum Eccleſiæ conſtans ſignis, & verbis exterioribus, offerens gratiam, *ſeſſ.23. cap.3.* vbi ſuprà. 293

14 Ordo imprimit characterem indelebilem, & ſemel ritè ordinatus non poteſt fieri laicus, Verbi Dei Miniſterium non exerceat, & habet aliam poteſtatem, quàm temporariam, nec omnes fideles ſunt Sacerdotes, aut habent puram poteſtatem ſpiritualem inter ſe; ſed primi in hac Hierarchia Sacerdotali ſuccedentes Apoſtolis ſunt Epiſcopi, qui ſunt Superiores Preſbyteris, Sacramentum Confirmationis conferunt, Miniſtros Eccleſiæ ordinant, & multa alia poſſunt, quæ non faciunt, conſtituti in inferioribus Ordinibus. Item, in ordinatione Epiſcoporum, Sacerdotum, & cæterorum Ordinum non requiritur neceſſariò conſenſus, vocatio, vel auctoritas populi, Magiſtratus, aut cuiuſuis poteſtatis ſæcularis, immò qui tantùm à Populo, vel Magiſtratu, vel ſæculari poteſtate ſunt vocati, & inſtituti adhæc Miniſteria exercenda, vel propria temeritate ea ſibi ſumunt, non ſunt Miniſtri Eccleſiæ, ſed fures, & latrones nõ intrantes per oſtium, *ſeſſ.23.cap.4.* vbi ſuprà.

15 Ordines per ſe ipſum conferat, ſi verò infirmatur non mittat ſubditos ſuos ad alios, niſi examinatos, & probatos, *ſeſſ.23. cap.30. de Reformat.* 293

16 Ordinandus in minoribus habeat bonum teſtimonium à Parocho, & à Magiſtro ſcholæ; ordinandus verò in ſingulis mino-

ribus ante menſem adeat Epiſcopum, qui Parocho, vel alteri committat, qui nomine, & deſiderio ordinandi publicè in Eccleſia propoſitis de eius natalibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis diligenter inquirat, & litteras teſtimoniales continentes factam inquiſitionem quàm primùm ad Epiſcopum, *d.ſeſſ.23.cap.50. de Reformat.* 295

17 Ordinandi vocantur Feria quarta ad ciuitatem, vel quando Epiſcopo videbitur, quos vocatis Iuriſperitis, & Doctis in ſcriptura, vel Canonicus examinet Ordinandorum genus, ſolam ætatem, inſtitutionem, mores, doctrinam, & fidem, *ſeſſ.23.cap. 7. de Reform.* 302

18 Ordinationes Sacrorum ordinum, celebrent publicè in Eccleſia Cathedrali ſtatutis à iure temporibus, vocatis, & præſentibus Canonicis Eccleſiæ, ſi verò in alio loco Diœceſis dantur, adeatur Eccleſia dignior in quantum fieri poterit, & præſente Choro loci. Item, vnuſquiſque à proprio ordinetur, nec permittatur ab alio ordinari, niſi mores, & bonitas teſtimonio ſui Ordinarij commendentur, ſi ſecùs fiat ordinans ſit ſuſpenſus à collatione Ordinum per annum, & ordinatus ſit ſuſpenſus ab executione Ordinum ſuſceptorum ad arbitrium Ordinarij, *ſeſſ. 23. cap. 8. de Reformat.* 303

19 Ordinare Epiſcopus ſuum familiarem non ſubditum non poteſt, niſi per triennium ſecum fuerit commorans, & re ipſa ſine fraude beneficium conferat, *ſeſſ. 23.cap. 9. de Reformat.* 306

20 Ordines minores non conferantur, niſi intelligenti ſaltem linguam Latinam, & per temporum interſtitium, niſi aliter Epiſcopo magis expedire videatur. Item, ordinati ſe exerceant in munere Ordinis in Eccleſia cui adſcripti ſunt, niſi ob ſtudia abſint, & ſperetur de eo talis ſcientia, vt ſit ſecurus dignus maiori ordine. Item, non promoueantur ad ſacros Ordines, niſi poſt annum à ſuſceptione vltimi Ordinis minoris, niſi neceſſitas, vel vtilitas Eccleſiæ expoſcat aliud iudicio Epiſcopi, *ſeſſ.23.cap. 11.de Reformat.* 311

21 Ordinādus Subdiaconus non eſt ante 22. annum ætatis ſuæ, Diaconus ante 23. Preſbyter ante 25. & ſint digni, quorum probata vita ſenilis ſit, *ſeſſ.25.cap.12.de Reformat.*

22 Ordinentur Subdiaconi, & Diaconi ſi habeant bonū teſtimonium, & in minoribus ordinibus ſint probati, & inſtructi in litteris, & neceſſariis ad ordinem exercen. & ſperant ſe poſſe concinere, inſeruiant Eccleſiis, quibus ſunt adſcripti, & ſciant dicere eos communicare diebus ſolemnibus, & Dominicis. Item, Subdiaconus, niſi verſatus per annum in ſuo officio non ordinetur Diaconus, niſi aliter Epiſcopo videatur. Item, duo ordines ſacri eodem die etiam regularibus non conferantur, non obſtantibus, &c.

23 Ordinandus Preſbyter ſit probatæ vitæ, & exercitatus per annum in Diaconatu, niſi Epiſcopus aliter iudicet ob neceſſitatem, vel vtilitatem Eccleſiæ, & examinetur an ſit idoneus ad docendum neceſſaria ad ſalutem, & miniſtranda Sacramenta, *ſeſſ.23.cap.14.de Reformat.* 316

24 Ordinetur nullus, qui non adſcribatur pio loco, pro cuius neceſſitate, vel vtilitate aſſumitur, cui etiam inſeruiat, & non vagetur, quem locum ſi inconſulto Epiſcopo reliquit, interdicatur ei exercitium ſacrorum, *ſeſſ.25.cap.16. de Reform.*

25 Ordinum miniſteria ab eiſdem ordinatis exerceantur, idque in quantum fieri poteſt, curent Prælati in Eccleſiis Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus, & ſi aliunde non habent aſſignentur ad id redditus Beneficij ſimplicis, vel fabricæ Eccleſiæ pro qui ſtipendiis ſeruientium, quibus, ſi negligentes ſunt, ab Ordinario poſſunt priuari in totum, vel ex parte. Item, ordinum minorum miniſteriis, ſi non ſunt Clerici, Celibes poſſunt admitti, coniugati bonæ vitæ, non bigami, idonei in habitu, & tonſura Clericali, *ſeſſ. 23. cap. 17. de Reformat.* 311

26 Originale peccatum vnum propagine non imitatione tranſfuſum omnibus ineſt, vnicuique proprium, qui dixerit per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium tolli, quàm per meritum vnius mediatoris Chriſti, eſt anathema, *ſeſſ.5.Decret. de peccat. original.* 13

Contenta

Contenta ſub duplici verbo.

Obſequium Principum, v. regulares 51.5
Obſeruantia, v. Regularibus 51.2
Officia diuina, v. Dignitates 14.3
Officiales temporalium amouibiles, v. regularibus 31.3
Opere, v. peccare 45.9
Oratoria priuata, v. à Miſſæ 31.17
Ordinatè, v. Abbates 1.1. & v. Regulares 53.17
Ordinandus, v. homicidia 19.1
Ordinarij, v. Epiſcopi 18.13
Ordinati per ſaltum, v. diſpenſare 15.7
Ordines, v. Dignitates 14.3
Ordo, v. tonſura 61.3
Ordinatos, v. ſuſpendere 60.15
Originale peccatum, v. Adam, & v. Baptizandos 23

P

1 PArochiæ non habenti certum populum Epiſcopus aſſignet certum populum, & vbi non ſunt Parochiæ quàmprimùm conſtituat, *ſeſſ.24.cap. 13. de Reformat.* 412

2 Parochus habeat librum, in quo coniugum, & teſtium nomina, diem, & locum contracti Matrimonij ſcribat, & diligenter ſeruet, *ſeſſ. 24. cap. 1. de Reformat. Matrim.* 339

3 Parochis, vel Rectoribus imperitis Epiſcopus, vt delegatus deputet Vicarios vel coadiutores pro tempore aſſignans partem fructuum pro ſufficienti victu, vel aliter prouideat remota quauis exemptione, vel appellatione; ſcandoloſos verò, etiam turpiter viuentes admoneat, deinde caſtiget, & ſi perſeuerent Beneficiis priuet, iuxta Canones, non obſtante exemptione, vel appellatione, *ſeſſ.21.cap.6.de Reformat.* 225

4 Parochos, Rectores, & alios ad quos pertinet cogat Epiſcopus, vt delegatus, vt ſibi tot Sacerdotes adiungat, quot ſunt neceſſarij ad miniſtran. ſacramenta, & ad diuina officia. Item, ſi Parochiani ſint multi, & diſtantes, & ſine magno incommodo non poſſint vti Sacramentis, vel adeſſe ſacris, erigat nouas Parochias, & aſſignet pro Sacerdotibus competentem portionem ex fructibus pertinentibus ad Eccleſiam matricem, *ſeſſ.21.cap.4. & 5. de Reform.* 219. & 222

5 Patroni non ſe immiſceant in fructibus Beneficij, ſed Rectores, & Beneficiati illos diſtribuant, *ſeſſ. 25. cap. 9. de Reformat.* 527

6 Patronus ſi Iuſpatronatus vendat, vel diſtrahere præſumat eſt excommunicatus, interdictus, & priuatus iurepatronus, *ſeſſ. 25.cap.9.de Reformat.* ibid.

7 Patronus debet præſentare quem vult pro beneficio coram Epiſcopo loci Ordinario, ad quem pertineret prouiſio, ceſſante priuilegio, aliter præſentatio, & inſtitutio eſſent nullæ, *ſeſſion....*

8 Paruuli ante vſum rationis non ligantur neceſſitate Euchariſtiæ, nec mos aliquorum antiquorum infantes communicandi pro more ſuo eſt damnandus, *ſeſſ. 21. cap. 4. paruul.non obligant. ad communionem, &c.*

9 Peccare iuſtum in omni opere bono ſaltem venialiter, vel mortaliter, vel etiam peccare in omni opere, ſi quis propter Deum, deinde propter mercedem operatur, qui dicit eſt hæreticus, *ſeſſion.6.cap.11.de obſeru.Mand.deque illius, &c.* 35

10 Peccata remitti non eſt fiduciam, & certitudinem remiſſionis ſuorum peccatorum habere, vel dimiſſa eſſe, ſed remittuntur gratis, diuina miſericordia, propter Chriſtum, & iuſtificatus non oportet, vt ſtatuat apud ſemetipſum eſſe iuſtificatum, quaſi nemo iuſtificetur, niſi certò credat ſe iuſtificatum, vel hac ſola fide perficiatur iuſtificatio, *ſeſſ.6.cap.9.Cont. inan. hæret. fiduc.* 34

11 Peccata venialia quotidiana non tollunt iuſtitiam, *ſeſſ.6.cap. 11. de obſeru. mand. &c.* 35

12 Penſiones, vel reſeruationes fructuum non ponantur ſuper Cathedrales Eccleſias quarum redditus eſt mille ducati, nec ſuper Parochias, ſi redditus ſunt centum ducati annui ſecundùm verum valorem, *ſeſſ. 24. c. 13. de Reformat.* 412

13 Perſeuerantiam abſolutam, & certam nemo ſibi promittet, ſed firmiter ſperet in Deum, & qui ſe exiſtimat ſtare, videat

ne cadat,*ſeſſ.6. cap.13. de perſeuer. muner.* 38

14 Pœnitentia ſemper fuit neceſſaria ad gratiam conſequen. omnibus, qui peccatò mortali ſe coninquinarunt, v. g. vt abiecta etiam mandata peruerſitate tantùm deteſtarent offenſionem Dei cum odio peccati, & pro dolore animi. Verum eſt quòd pœnitentia ante aduentum Chriſti, immò & poſt aduentum Chriſti cuicumque antequam baptizetur non eſt Sacramentum,ſed fuit inſtitutum Sacramentum poſt reſurrectionem Chriſti,quando inſufflando dixit,*Accipite Spiritum ſanctum, &c. Matth.* 16. Et qui negat ſaltem ſenſum horum verborum eſt hæreticus,*ſeſſ.14.cap.1.de neceſſ. & inſt.Sacr.pænit.* 163

15 Pœnitentiæ Sacramentum differt à Baptiſmo in materia, & forma,& in miniſtro, quia baptiſmi miniſter non eſt iudex, ſed pœnitentiæ ſic quoties oportuerit, & in effectu; quia alius eſt baptiſmi, & alius pœnitentiæ fructus,quia in Baptiſmo nouæ efficimur Creaturæ,plenam, & integram remiſſionem peccatorum cõſequentes; ſed per pœnitentiam ad hanc nouitatem, & integritatem non peruenimus ſine magnis noſtris fletibus, & laboribus, vnde meritò pœnitentia dicitur laborioſum baptiſma, *ſeſſ. 14. cap. 2. de differ. Sacr.* 163

16 Pœnitentiæ ſacramentum eſt neceſſarium ad ſalutem lapſis poſt baptiſmum, ſicut Baptiſmus nondum regeneratis, *ſeſſ. 14.cap.2. de diff.Sacr. pænit. &c.*

17 Pœnitentiæ ſacramenti forma vniuerſaliter ſunt hæc verba Miniſtri; Ego te abſoluo; reliquæ verò ſunt preces Eccleſiæ non de neceſſitate Sacramenti, *ſeſſion. 14.c. 3.de part.& fruct.* 161

18 Pœnitentiæ materiæ ſunt actus pœnitentiæ:contritio,confeſſio,ſatisfactio,requiſiti ex inſtitutione Dei; & damnantur,qui dicunt partes eſſe fidem, & incuſſum terrorem conſcientiæ, *ſeſſ. 14. cap. 3.* ſuprà 163

19 Pœnitentiæ ſacramenti effectus eſt reconciliatio cum Deo, ſolet tamen conſequi pax, & ſerenitas conſcientiæ, & vehemens Spiritus conſolatio in his, qui piè & deuotè eam percipiunt,*ſeſſ.14.cap.3.* ſup. &c. ibid.

20 Pœnitentia à Confeſſario prudenti eſt iniungenda ſalutaris, & conueniens pro qualitate criminum,& pœnitentis facultate, quæ non ſolùm ſit ad cuſtodiam nouæ vitæ, & medicamentum infirmitatis, ſed ad vindictam præteritorum, ne leuia pro grauibus iniungendo fiat particeps peccatorum,*ſeſſ.14.cap.8.de ſatisfact.neceſſ.& fruct.* 155

21 Pœnitentiæ Sacramentum fuit inſtitutum à Chriſto pro lapſis à gratia baptizatis, & hæc continet non ſolùm ceſſationem à peccatis, & eorum deteſtationem, ſed etiam Sacramentalem Confeſſionem peccatorum ſaltem in voto,& ſuo tempore faciendam, & Sacerdotalem abſolutionem. Item, & ſatisfactionem per opera pia,non pro pœna æterna, quæ in Sacramento cum culpa remittitur,ſed pro temporali, quæ in pœnitentia non tota ſemper remittitur,*ſeſſ.6.cap.14.de lap.& eor. repar.* 38

22 Pœnitentiam publicam, publicè errantibus dare oportet: poteſt tamen Epiſcopus pœnitentiam publicam in ſecretam mutare, ſi ita expedire iudicauerit. Item, in omnibus Eccleſiis, etiam Cathedralibus, ſi commodè fieri poteſt, conſtituatur Pœnitentiarius ab Epiſcopo cum vnione præbendæ proximè vacaturæ, qui ſit Magiſter,vel Doctor, vel Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, annorum 40. vel ſi quis aptior pro loco videatur, & hic dùm in Eccleſia audiat Confeſſiones præſens in Choro cenſeatur,*ſeſſ.24.cap. 8. de Reformat.* 391

23 Portiones ſi non ſint, vel ita tenues, vel negligantur in Eccleſiis Cathedralibus,vel Collegiatis,Epiſcopus, vt delegatus ſeparet tertiam partem fructuum,prouentuum, obuentionum, tum dignitatum, tum Canonicatuum, perſonatuum,portionum, & officiorum,conuertat in diſtributiones quotidianas, & diuidat portionaliter pro ſuo arbitrio inter dignitates obtinentes, & intereſſentes diuinis officiis, non obſtantibus quibuſcumque exceptis conſuetudinibus Eccleſiarum, in quibus non reſidentes, vel intereſſentes nihil, vel minùs tertia parte accipiunt. Item, creſcente contumacia non ſeruientium,procedatur contrà eos ſecundùm ius, *ſeſſ.21. cap. 3. de Reform.* 215

24 Poteſtatem habeant Epiſcopi, vt delegati circa viſitationem, & correctionem morum ſubditorum ordinandi, moderandi, puniendi,& exequendi iuxta Canones,

quæ

quæ indicauerint expedite ad emendationem ſubditorum, vel vtilitatem Eccleſiæ; nec ſuorum mãdatorum executionem impediat, aut ſuſpendat illa exemptio, inhibitio, appellatio, vel querela etiam ad Sedem Apoſtolicam, *ſeſſ. 24. cap. 10. de Reformat.* 396

25 Præbendæ tenues ſimul cum diſtributionibus, ſi non ſufficiunt pro gradu, & qualitate Eccleſiæ, & perſonarum, Epiſcopus de conſenſu Capituli annectat Beneficia ſimplicia non regularia, vel aliquas ſupprimat de conſenſu patronorum ſi de iurepatronatus laicorum ſunt, & ſit reducenda præbenda ad pauciorem numerum, impinguentur, ita tamen vt cultus diuinus, & dignitas Eccleſiæ non minuatur, non obſtantibus, &c. *ſeſſ. 24. cap. 15. de Reformat.* 418

26 Præcedentias locorum ne quibuſuis proceſſionibus inter perſonas Eccleſiaſticas, & Regulares, Epiſcopus componat, *ſeſſ. 25. cap. 13. de Regul. & Monial.* 544

27 Præcepta Dei non ſunt impoſſibilia, quia Deus iubendo monet facere quod poſſis, & petere quod non poſſis, & adiuuat, vt poſſis, *ſeſſ. 6. cap. 11. de obſeru. mand. deque illis, &c.* 480

28 Prædeſtinatum certò ſe eſſe nemo viuens præſumat ſtatuere, quaſi iuſtificatus non poſſit amplius peccare, vel peccator certam ſibi permittat reſipiſcentiam, non enim fieri poteſt, niſi ex ſpeciali reuelatione, *ſeſſ. 6. cap. 12. Prædeſt. temer. præſump.* 37

29 Prædicatores in popularibus concionibus apud rudem plebem non dicant quæſtiones difficiliores, ſubtiliores, quæ non faciant ad pietatem, & ædificationem idque curent Epiſcopi, nec permittant vulgari, & tractari incerta, quæ ſpeciem falſi, & prohibeant, quæ ſpectant ad curioſitatem, vel ſuperſtitionem, vel turpe lucrum ſapiunt, *ſeſſ. 25. decr. de Purgat.* 451

30 Prædicent Epiſcopi in ſua Eccleſia per ſe, vel legitimè impediti per alios; in aliis autem Eccleſiis, vbi cenſebunt expedire per Parochos, vel ſi legitimè impediti, per alios deputandos ab Epiſcopo impenſis eorum, qui ſolent, vel tenentur, & hoc ſingulis Feſtis, tempore autem ieiuniorum, & Quadrageſimæ, vel Aduentus quotidie, vel ter in hebdomada Sacram ſcripturam, vel legem Diuinam annuncient. Item, moneant populum, vt in quantum fieri poteſt commodè in ſua Parochia verbum Dei audiant. Item, nullus ſiue ſæcularis, ſiue Regularis, etiam in Eccleſia ſui Ordinis præſumat prædicare contradicente Epiſcopo, *ſeſſ. 24. cap. 4. de Reformat.* 380

31 Præfecti Monaſterij ante menſem admoneat Epiſcopum de profeſſione Virginum ſub pœna ſuſpenſionis ab officio ad libitum Epiſcopi, *ſeſſ. 25. cap. 17. de Regul. & Monial.* 489

32 Præſentati, & nominati ad quæcumque beneficia Eccleſiaſtica à quocunque, & quocumque priuilegio, vel conſuetudine, non admittantur, niſi priùs ab Ordinario loci examinati, & idonei reperti, nec appellatio iuuet, quo examen effugiant; exceptis tamen nominatis, & electis ab Vniuerſitatibus & Collegiis generalium ſtudiorum, *ſeſſ. 7. cap. 13. de Reformat.* 92

33 Præſentatos à Patronis Epiſcopus examinet, & non idoneos repellat, *ſeſſ. 25. c. 9. de Reformat.* 527

34 Principibus ſæcularibus præcipitur ſub virtute obedientiæ, vt requiſiti interponant ſuum auxilium, & auctoritatem, cum Epiſcopi, vel Regulares volunt reformare Monaſteria, iuxta Concil. Trident. *ſeſſ. 25. c. 22. de Regul. & Monial.* 497

35 Priuilegia conceſſa, vel concedenda quocumque titulo honorario, etiam Capellanis Regiis, vel oblatis, vel addictis Monaſterio, vel Militiis, Hoſpitalibus, Collegiis, vel quocumque alio modo, non derogent priuilegiis conceſſis à Concil. Trid. Epiſcopis, vt Delegatis, niſi actu ſeruiant prædictis locis, vel Militiis, vel profeſſi non tantùm Regulam legitimè fuerint, de qua debet conſtare Ordinario, non obſtantibus, &c. Priuilegia verò reſidentium in Curia Romana, vel familiarium Cardinalium ſi habeant Beneficia Eccleſiaſtica non faciant, quia ſubiiciantur Ordinariis ratione dd. Beneficiorum, non obſtantibus, &c. *ſeſſ. 24. cap. 11. de Reform.* 398

36 Priuilegio fori Eccleſiaſtici nullus gaudeat, niſi habeat Beneficium Eccleſiaſticum, vel deferens habitum, vel tonſuram alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſeruiat, vel in ſeminario Clericorum, vel in ſchola, vel in Vniuerſitate de licentia Epiſcopi verſetur quaſi in via ad maiores Ordines. In Clericis coniugatis ſeruetur Conſtitutio Bonif. IX. Modò deputati ab

Epiſcopo ſeruiant alicui Eccleſiæ in habitu, vel tonſura Clericali, non obſtantibus. *ſeſſ.23.cap. 3. de Reformat.* 281

37 Proceſſiones Sede vacante publicè, vel priuatè à Capitulo in Diœceſi fiant ad impetrandum bonum Paſtorem, *ſeſſ.24. cap. 1. de Reformat.* 367

38 Proceſſionibus publicis vocati compellantur venire omnes exempti, etiam Regulares, his exceptis, qui in ſtricta clauſura perpetuò viuunt, *ſeſſ. 25. cap. 13. de Regul. & Monial.* 480

39 Profeſſio in Religione ne fiat, tam virorum, quàm mulierum ante 16. annum expletum, & poſt annum probationis poſt habitum ſuſceptum, & ſi fit ante profeſſio eſt nulla, nec aliquam inducit obligationem, *ſeſſ.25.cap.15.de Regul. & Monial.* 484

40 Profeſſioni admittant Superiores, quos habiles inuenerint, poſt annum nouitiatus, aut è Monaſterio eiiciant, *ſeſſ.25.c. 16. de Regul. & Monial.* 486

41 Prouiſiones, vt electio, præſentatio, nominatio, inſtitutio, Confirmatio, collatio, ſeu admiſſio ad poſſeſſionem Eccleſiæ Cathedralis, vel Beneficij Canonicatus, vel præbendæ, vel partis prouentuum, vel diſtributionum fiant ſine ſimoniaca conditione, deductione, ſolutione, promiſſione, compoſitione, vel lucro, Tumorum, & Epiſcopus hæc, & huiuſmodi quæ ad pios vſus non conuertuntur, & habent ſuſpicionem ſimoniæ, vel auaritiæ, fieri non permittat, ſub pœnis latis contra Simoniacos in Canonibus, non obſtantibus conſuetudine, vel conſtitutionibus, immò hos Epiſcopus, vt delegatus examinet, *ſeſſ. 24. cap. 14. de Reformat.* 416

42 Purgatorium eſſe, & in eo detineri Animas, quæ fidelium ſuffragiis, præcipuè Miſſæ Sacrificio iuuantur, ac de eo & ſacram doctrinam prædicari, & credi à fidelibus curent Epiſcopi, *ſeſſ. 25. de ordin. de purgat.* 451

Contenta ſub duplici verbo.

Parochia, v. Prædicent 48.30

Parochiæ frequentan. v. Miſſæ 37.16. v. Epiſcopatus 17.6. v. vnitæ 66.19. v. Penſiones 45.12

Patrimonium, v. Ordinetur 41.10

Patronatus, v. præben. 17.25. & v. beneficia 4. 16

Patroni, v. viſitent 63.9

Plura Monaſteria, v. Abbatiſſa 1.2

Pontificalia, v. ordinare 43.19. & v. Dignitates 14.3

Prædicator, v. Concionatori 10. 31

Prælati, v. hortatur 29.2

Præſentare, v. Patronus 45.7. v. examinandos 21.34

Præbenda, v. beneficiorum 3.5

Priuilegia Monaſteriorum, v. viſitent 61. 11

Preces, v. à Miſſæ 37.17

Proceſſiones, v. præcedentias 48.26

Probatio, v. profeſſioni 49.40

Prophana, v. à Miſſæ 37.17

Profeſſus, v. Viſitationis 64. 12

Profeſſio fidei, v. communicatum 66

Prophanare, v. Eccleſiæ 16.2

Proprietarius, v. regularibus 51.3

Promotio, v. Epiſcopus 18.13

Prouiſio pro beneficiis, v. beneficiorum 21. 14

Prouiſio, v. Ordine 41. 11

Punitio, v. Regulares 52.14

Purgatorij Animæ, v. Miſſæ 36.10

Q

1 Quarta funeralium, quæ ante 40. annos erat ſolita perſolui Cathedrali, vel Parochiali Eccleſiæ, & deinde fuit conceſſa ex priuilegio aliis locis piis, poſt hac integra ſoluatur Eccleſiæ Cathedrali, vel Parochiali, *ſeſſ.25. cap. 13. de Reformat.* 544

2 Queſtorum nomen, & vſus à Chriſtianis tollatur, non obſtantibus, &c. *ſeſſ.21.cap. 9. de Reformat.* 232

Contenta ſub duplici verbo.

Queſtores Eleemoſynarij, v. Concionetur. 10.33

Queſtus, v. ſuperſtitio 59.14

Raptores,

R

1 RAptores,& auxilium, conſilium,vel fauorem dantes, ſunt ipſo iure excommunicati,infames, incapaces dignitatis, & ſi Clericus, cadit à ſuo gradu, & non poteſt habere raptam in vxorem, niſi ſeparetur, & libera eum velit, quam ſiue ducat, ſiue non,debet eam decenter dotare arbitrio iudicis,*ſeſſ.24.cap.6.de Reformat. Matrim.* 360

2 Regularibus omnibus præcipitur obſeruantia ſuæ profeſſionis,& votorum,tàm in victu, quàm veſtitu,idque curent Superiores in Capitulis generalibus,& Prouincialibus, & viſitationibus, quas ſui Superiores non prætermittant, *ſeſſ. 25. cap.1. de Regul. & Monial.* 455

3 Regularibus non licet tenere,vel poſſidere tanquam propria, vel nomine Conuentus bona mobilia,vel ſtabilia quocumque modo ab eis acquiſita,ſed ea incorporentur Monaſteriis per Superiorem. Item, non licet Superioribus concedere bona ſtabilia,etiam ad vſumfructum, vel vſum, vel adminiſtrationem,vel commodum,ſed Officiales ad nutum Superioris amouibiles adminiſtrent bona Monaſteriorum mobilia Superiores,ita permittant,vt conueniant ſtatui paupertatis, & neceſſaria non denegentur,ſuperflua non permittantur, quòd ſi quis contra hæc proprietarius deprehenſus, vel conuictus fuerit ſit priuatus voce actiua, & paſſiua per biennium, & ſubiaceat pœnis ſui Ordinis, *ſeſſ. 25.cap.2. de Regul.& Monial.* 460

4 Regularibus omnibus,exceptis Capucinis, & Minoribus de obſeruantia conceditur habere in communi bona immobilia, & ſi his ſpoliati fuerint,denuò reſtituantur,& in Monaſteriis non alantur plures, quàm qui commodè ali poſſint, ſiue ex redditibus, ſiue ex eleemoſynis viuant, *ſeſſ.25.cap.3.de Reg.& Mon.*

5 Regularis nullus quocumque prætextu ſine licentia ſui Superioris ſubiiciatur obſequio alicuius Prælati, Principis, vel communitatis, vel alterius perſonæ, & in hoc non ſuffragetur quodcumque priuilegium ab aliis ſuper id obtentum, & ſi quis confecerit,puniatur à Superiore.Item,Regulares non recedant à ſuis Conuentibus, etiam prætextu accedendi ad Superiores, niſi ab his vocati, aut miſſi fuerint, & qui ſine mandato prædicto in ſcriptis obtento repertus fuerit, ab Ordinariis locorum puniatur tanquam deſertor ſui inſtituti, *ſeſſ. 25. cap.4. de Regul. & Monial.* 464

6 Regulares,qui à ſuis ſuperioribus ſtudendi cauſa mittuntur, in Conuentibus tamen habitent, alioquin ab Ordinariis locorum contra eos procedatur,*ſeſſ.25.cap. 4. de Regul.& Monial.* ibid.

7 Regularis degens in Monaſterio,ſi extra Monaſterium notoriè delinquit cum ipſo ſcandalo populi, à Superiore; ſi verò puniatur intra tempus præfixum ab Epiſcopo inſtante, qui certiorem faciat Epiſcopum de punitione, ſin minùs priuetur officio à ſuo Superiore, & Epiſcopus delinquentem puniat, *ſeſſ.25.cap. 14. de Regul. & Monial.* 483

8 Regulares habitum non dimittant,nec cum habitu diſcedant ſine licentia Superiorum,etiamſi per vim,& metum prætendat ſe ingreſſum Religioné,vel ante debitam ætatem ſe profeſſum Religionem, aliter non audiantur,niſi ſint in habitu,& intra quinquennium à die profeſſionis, & niſi cauſas quas prætendunt deduxerint coram ſuo Superiore,& Ordinario;ſi verò antea ſponte habitum dimittant, non admittantur ad cauſam allegandam, ſed redire cogantur ad Monaſterium,& vt Apoſtatæ puniantur, *ſeſſ. 25. cap.19. de Regul.& Monial.* 493

9 Regulari non datur licentia tranſeundi ad laxiorem Religionem, nec ferendi occultè habitum ſuæ Religionis,*ſeſſ.25.cap. 19.de Regul. & Monial.* ibid.

10 Regulares omnes tenentur obſeruare, quæ præcipiuntur à Concilio Tridentino, ſed qui ſub arctiori Regula non innouatur, excepta facultate haben. bona ſtabilia in communi,*ſeſſ.25.cap.22.de Regul. & Monial.* 497

11 Regulares ad imprimendos ſuos libros de rebus ſacris vltra examen, & approbationem Ordinarij debent habere licentiam ſuorum Superiorum,per quos debent recognoſci libri iuxta inſtitutum ordinis, *ſeſſ.4.decret.de edict.& vſu Sacr.lib.§. ſed &, &c.* 8

12 Regulares,vt Abbates in Monaſteriis vbi commodè fieri poteſt habeant lectionem ſacræ ſcripturæ,& ſi Abbates ſint negligentes,Epiſcopus, vt delegatus ad hoc

eos compellat. Item, Conuentibus vbi commodè vigent ſtudia, legatur Scriptura à Digniori electo per Capitulum generale, vel Prouinciale; ſed Epiſcopus hos Lectores non examinet, *ſeſſ. 5. cap. 1. de Reformat.* 16

13 Regularis quilibet non prædicet in ſua Eccleſia, niſi examinatus, & approbatus à ſuo Superiore de vita, moribus, & doctrina, & cum licentia Superioris antequam prædicet, debet ſe perſonaliter præſentare, & benedictionem petere ab Epiſcopo; in Eccleſiis verò non ſui Ordinis, vltra licentiam Superioris requiritur licentia Epiſcopi, quam licentiam Epiſcopus gratis concedat, *ſeſſ. 5. cap. 2. de Reformat.* 23

14 Regularis extra Monaſterium degens ſi deliquerit poteſt puniri, viſitari, corrigi ſecundùm Canones ab Ordinario, vt delegato in hoc, *ſeſſ. 6. cap. 3. de Reformat.* 29

15 Regularis ſuperior non poteſt admittere quocumque priuilegio aliquem licèt Regularem ad habitum, & profeſſionem, niſi vt in ipſo Ordine ſub obedientia Superioris in Clauſtro perpetuò maneat, & tranſlatus eſt incapax ad Beneficia ſæcularia, etiam Curata, *ſeſſ. 14. cap. 11. de Reformat.* 171

16 Regulares ſi ſint Obſeruantes, eorum Superiorem admoneat Epiſcopus paternè, vt contineat ſubditos in officio obſeruantes, & ſi admonitus intra ſex menſes non viſitat, & corrigit, Epiſcopus, vt Delegatus viſitet, & corrigat iuxta eorum inſtituta, non obſtantibus, &c. Milites Hieroſolymitani, vbi habent iuriſdictionem temporalem, & ſpiritualem, non ſe interponat ordinariè Epiſcopus, nec eos poteſt viſitare, niſi eo modo, quo poteſt reliquos Religioſos, *ſeſſ. 21. cap. 8. de Reform.* 230

17 Regulares non ordinentur in maioribus ante ætatem præſcriptam à Concilio Tridentino, nec ſine diligenti examine Epiſcopi, non obſtantibus, &c. *ſeſſ. 23. cap. 12. de Reformat.* 313

18 Renunciatio, vel obligatio cauſa Religionis etiam cum iuramento, & renunciatione fauoris Concilij Tridentini facta ante profeſſionē non valet, niſi cum licentia Epiſcopi, vel eius Vicarij per duos menſes ante profeſſionem fiat, & hæc non ſortitur effectum, niſi ſequatur profeſſio, *ſeſſ. 25. cap. 16. de Regul. & Monial.* 486

19 Reſeruati caſus grauiores ad Papam, vel ad Epiſcopum in ædificationem, & non in deſtructionem, eſt conſonum diuinæ auctoritati, & vim habent non ſolùm in externa politia, ſed etiam coram Deo excepto mortis articulo, *ſeſſ. 14. cap. 7. de Caſ. reſeru.* 150

20 Reſidentia requiritur ab omnibus Superioribus curam animarum gerentibus, & ad hoc innouantur Canones antiqui, & inſuper à Patriarchali, Primatiali, Metropolitana, ſeu Cathedrali Eccleſia ſibi quocumque titulo, & nomine commiſſa ceſſantibus iuſtis cauſis, & legitimo impedimento, ſi ſex menſibus continuis extra ſuam Diœceſim morando abſuerit, ipſo iure incurrat pœnam quartæ partis fructuum vnius anni, fabricæ Eccleſiæ, pauperibus, piis locis per Superiorē Eccleſiaſticū applicandorū, quòd ſi per alios ſex menſes, in huiuſmodi abſentia manſerit, amittat aliam quartam partem fructuum applicandā eodem modo; quòd ſi contumacia creſcat, Metropolitanus Suffraganeos, illum verò Suffraganeus antiquior reſidens ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ eo ipſo incurren. admoneat Rom. Pontif. pèr litteras, ſeu Nuncium infrà ſex menſes, & Papa prouideat de Paſtoribus vtilioribus, & animaduertat in contumaces, vt expedire iudicauerit, *ſeſſ. 6. cap. 1. de Reformat.*

21 Reſidere cogantur ab Ordinario remediis iuris opportunis inferiores Epiſcopis, habentes Beneficia Eccleſiaſtica exigentia perſonalem reſidentiam de iure, vel conſuetudine, prout expedire videbitur, conſideratis circumſtantiis, nec vlli ſuffragentur indulta perpetua de non reſidendo, vel percipiēdo fructus in abſentia. Indulgentiæ verò, & diſpēſationes temporaneæ, ex iuſtis, & veris cauſis probandæ ab Ordinario ſtent in ſuo robore, ſed tunc Epiſcopus, vt Delegatus prouideat delegan. idoneum Vicarium cum aſſignatione commodæ partis fructuum pro Cura animarum, & in hoc nulli ſuffragetur exemptio, vel priuilegium, *ſeſſ. 6. cap. 2. de Reformat.* 48

22 Reſidere tenentur perſonaliter in ſua Diœceſi, vel Eccleſia, vbi teneantur fungi officio ſibi iniuncto, & omnes Patriarchæ, Primates, Metropolitani, & reliqui etiam Cardinales, qui præſunt Eccleſiis

Cathe

Cathedralibus, niſi excuſentur aliqua cauſa ex infradictis, v. g. Chriſtiana Charitas, vrgens neceſsitas, debita obedientia, euidens Eccleſiæ, vel Reip. vtilitas, & tunc talis etiam eſt approbanda in ſcriptis à Papa, vel à Metropolitano, vel eo conſulto à Suffraganeo antiquiori Epiſcopo reſidente, qui etiam debet approbare cauſam abſentiæ Metropolitani, niſi cauſæ ſint notoriæ, & repentinæ, propter munus aliquod, vel officium Reip. adiunctum Epiſcopatibus, tunc enim non eſt opus id ſignificare Metropolitano. Item, Metropolitanus cum Concilio Prouinciali debet iudicare de ſententiis à ſe, vel à Suffraganeo datis, neque abutatur iure, & vt errantes puniantur pœnis Canonicis. Item, diſceſſuri, ita prouideant omnibus, vt detrimentum non patiantur. Item, abeſſe à grege aliquantiſper, intelligitur ad ſummum per tres menſes, ſiue interpellatè, ſiue ſemel in anno, & id fiat ex æqua cauſa, & ſine detrimento gregis, & hoc relinquitur conſcientiæ de edentis. Item, hortatur, vt nullo modo abſit tempore Aduentus, Pentecoſtes, Corporis Chriſti, niſi ab Epiſcopali munere vocetur. Contrauenientes dictis vltra pœnas ſub Paulo III. & peccato mortali non faciant fructus ſuos pro rata, & hoc etiam conſcientia nulla declaratione ſecuta, ſed eos fructus, vel ipſe, vel Superior Eccleſiaſticus applicet fabricæ Eccleſiarum, vel pauperibus loci, non obſtante quacumque conuentione, compoſitione, priuilegio, &c. itaut nihil fructuum illi contingat. Eadem prædicta quantum ad fructus, culpam, & pœnas debent de Curatis inferioribus, vel quibuſcumque Beneficiariis cum Cura Animarum, itaut cauſam abſentiæ Epiſcopus approbet in ſcriptis, & relinquat Vicarium idoneum, approban. ab Ordinario cum debita mercedis aſſignatione, nec abſint vltra duos menſes, niſi ex graui cauſa, & ſi contumaces citati per edictum perſonaliter non comparent, eſt liberum Ordinariis eos compellere cenſuris Eccleſiaſticis, ſequeſtratione, cum ſubſtractione fructuum, vſque ad priuationem, non obſtantibus quocumque, &c. & oportet hæc publicari in Conciliis Prouincialibus, & Epiſcopalibus, *ſeſſ.23.cap.1.de Reform.* 281

23 Reus appellans ab Epiſcopo, vel eius Vicario generali in cauſa criminali omninò producat acta primæ inſtantiæ coram iudice ad quem appellauit, ſine quibus Iudex non iudicat, *ſeſſ.13.cap.3.de Reform.* 126

24 Romani Pontificis iudicio fiat, & publicetur Iudex librorum prohibitorum, Catechiſmus, Miſſale, Breuiarium, *ſeſſ.25.cap.4.de Reformat.* 514

Contenta ſub duplici verbo.

Ratio reddenda, v. Adminiſtratio 1.8
Rationem reddere Epiſcopo, v. Capitulum 8. 1
Rectores, v. Parochos 45.4
Redditus Eccleſiaſtici, v. Epiſcopi 19.17
Redditus tenues, v. Epiſcopatus 17.6
Reformatio, v. Principibus 49.34
Regreſſus, v. Acceſſus 1.5
Regulares, & vnitates, v. Contrariæ 12.44
Regulares Debitores, v. Cauſæ 6.7
Regulares ſeruant cenſuras Epiſcopi, v. Cenſuræ 7.12
Regulares, v. Prædicent 48. 30
Regularia Beneficia, v. Beneficia 4.10
Regulares, v. Proceſſionibus 49.38
Religio, v. Indulgentiæ 30. 2. v. Profeſſio 49. 39
Relaxare diſciplinam, v. Superiores 59.12
Reliquiæ nouæ, v. Miracula 36.9
Reliquiæ, v. Superſtitio 52. 14
Reſignatio, v. Ordinetur 41.10
Reſidentia, v. Dignitates 4. 3. & Beneficia 3. 6

S

1 SAcerdotium in Eccleſia eſt viſibile, & Sacrificium, in quod eſt tranſlatum à Chriſto inſtitutum, & Apoſtolis in ſucceſſione in Sacerdotio poteſtas conſecrandi, offerendi, & miniſtrandi Corpus, & Sanguinem Chriſti, nec non & peccata remittendi, & retinendi tradita eſt, *ſeſſ.23.cap.1. de Doct.Sacr.ord.* 276

2 Sacramentum circa diſpenſationē Eccleſiæ perpetuò habuit, & habet poteſta-

tem ſalua eorum ſubſtantia ea ſtatuere, & mutare, quæ ſuſcipientium vtilitati, vel Sacrorum venerationi per locorum, & temporum varietatem expedire iudicauerit, *ſeſſ.21.cap.2.Eccleſ.praſt.cir. diſp. Sacram. Eucbariſt.* 105

3 Satisfactio noſtra pœnalis pro peccatis à nobis facta eſt per Christum cooperantem, & confortantem, cum quo omnia poſſumus,& ſic gloriatio noſtra eſt in Chriſto, nec minuitur, vel obſcuratur ius meriti Chriſti, & hoc ea operatur in nobis multos fructus,*ſeſſ.14.cap.8. de ſatisf. neceſſ. & fruct.* 155

4 Satisfactio fit pœnis non ſolùm ſponte à nobis ſumptis, aut à Confeſſario impoſitis, ſed temporalibus flagellis à Deo inflictis,& à nobis patienter tolleratis,*ſeſſ. 14. cap.9. de oper. ſatisf.* 138

5 Scripturam ſacram nemo audeat interpretari in rebus fidei, vel vnicum conſenſum, quem tenuit,& tenet Eccleſia, vel contra vnanimem conſenſum Patrum,licèt interpretatio numquam ſit in lucem ædenda, & hoc intelligitur in rebus fidei, & morum, & contraueniens declaretur ab Ordinario, & puniatur pœnis iuris, *ſeſſ.4. decret.de edit. & vſu ſacr.lib.*

6 Scriptura ſacra, & præſertim vulgata editio nonniſi emendatiſſimè imprimenda eſt,*ſeſſ.4.decret.de edit. & vſu ſacr.lib.*

7 Scripturæ verbis, vel ſententiis vtens ad prophana,& ad ſcurrilia, fabuloſa, vana,adulationes, detractiones, ſuperſtitiones,& incantationes, diuinationes, ſortes, libellos famoſos, & ſimilia ſunt puniendi arbitrio Epiſcopi,*ſeſſ.4.decret.de edit.& vſ. ſacr. lib.*

8 Scriptura ſacra eſt exponenda in Eccleſiis Metropolitanis, vel Cathedralibus in ciuitate inſigni, vel populoſa, & in earum Collegiatis in aliquo inſigni oppido, vbi Clerus numeroſus ſit, licèt nullius Diœceſis, quod ſi non fuerit ſtipendium deputatum, præbenda primò vacatura quomodocumque, præterquam ex cauſa reſignationis, cui aliud onus incompatibile non ſit iniunctum intelligitur ipſo facto perpetuò conſtituta, & deputata ad ſolum vſum lectionis, & ſi nulla eſt præbenda, vel non ſufficiens, Ordinarius cum conſilio Capituli prouideat aſſignand. fructus ſimplicis Beneficij ſupportatis tamen oneribus debitis eius, vel per contributionem Beneficiatorum ſuæ ciuitatis,vel Diœceſis, vel alia via commodiori, vt legatur ſcriptura, ita tamen, vt aliæ lectiones, & conſuetudines non prætermittantur, in Eccleſiis verò vbi ſunt tenues fructus,& exigua Cleri,& populi multitudo, ab Epiſcopo cum conſilio Capituli eſt eligendus Magiſter,qui Clericos, & alios pauperes gratis grammaticam doceat,cui dum leget ſunt aſſignâdi fructus Beneficij ſimplicis, ſeruato tamen debito obſequio Beneficiatis, vel merces ex menſa Epiſcopali, vel Capitulari, vel alia via commoda perſoluatur,verũ Epiſcopi priùs examinẽt, & approbent Lectores in vita,moribus, & doctrina, quid autem de Regularibus dicendum vide. v. Regulares,*ſeſſ.5. cap. 1. de Reformat.* 16

9 Seminarium Eccleſiæ Cathedralis Metropolitanæ, & his Superiores in loco ab Epiſcopo eligendo erigant, incolant, religioſè educent, & Eccleſiaſticis diſciplinis inſtruant certum Puerorum numerum,pro modo, facultatum,& Diœceſis amplitudine,vel Prouinciæ, ſi in Diœceſi Pueri non reperiuntur. Item, in hoc Seminario, ſeu Collegio recipiantur,qui ſint ad minùs 12. annorum, & legitimi, qui ſciant competenter legere,& ſcribere, & ſit ſpes quod inſeruiant diſciplinis Eccleſiaſticis. Item, præcipuè eligantur filij pauperum, diuitum verò non excludantur, ſi ſuo ſumptu alantur cum ſpe, quòd Eccleſiæ inſeruient. Item, Epiſcopus horum puerorum partem addicet ſeruitio Eccleſiæ,ſi oportunum videbitur, partim retinebit in Collegio, ad erudiendos alios ſufficiet in locum eductorum. Item, vtantur habitu, & tonſura clericali, diſcant Grammaticam, Cantum, computum Eccleſiaſticum, & alias bonas artes, Sacram ſcripturam, libros Eccleſiaſticos, Homelias Sanctorum, formas Sacramentorum tradendorum, præſertim Confeſſionis ritus, & ceremonias. Item, curet Epiſcopus, vt ſingulis diebus interſint Miſſæ,& ſaltim ſingulis menſibus confiteantur, & pro arbitrio Confeſſionis communicent,diebus Feſtis inſeruiant Cathedrali, & aliis Eccleſiis loci, & alia huiuſmodi, quæ Epiſcopus cum duobus grauioribus, & ſenioribus Canonicis ab eo electis conſtituet, & vt ſemper obſtruentur viſitando curent. Item, redditus pro fabrica, vel Præceptoribus, & iuuenibus alendis,

alendis, ſi qui ſunt in Diœceſi pro alendis pueris intelligantur applicari eo ipſo ſeminario. Item, Epiſcopus cum conſilio duorum de Capitulo, quorum vnum eliget Epiſcopus, alterum Capitulum, & duorum de Clero ciuitatis ſimiles electorum applicabit, & incorporabit huic ſeminario partem aliquam ex fructibus integris menſæ Epiſcopalis, & Capituli, & quarumcumque dignitatum, Perſonatuum, Officiorum, Præbendarum, Portionum, Abbatiarum, & Prioratuũ cuiuſcumque Ordinis etiam Regularis, aut qualitatis, vel conditionis, & Hoſpitalium, quæ dantur in titulum, vel adminiſtrationem Beneficiorum, ſiue Regularium, ſiue Iuriſpatronatus licèt ſint exempta, vel nullius Diœceſis, vel locis piis annexa, vel ex fabricis Eccleſiarum, vel ex quibuſcumque aliis Eccleſiaſticis redditibus, & prouentibus, etiam aliorum Conuentuum non diſcunt, vel docent ad commune bonum Eccleſiæ, ſunt enim hæc exempta, ſed ratione redditu um, qui ſunt ſuperflui, vltra conuenientem ſubſtentationem ſeminariorum, vel ſcholarum, ſic etiam ſumant ex redditibus Monaſteriorum non Mendicantium, ſic ex decimis pertinẽtibus ad laicos, vel milites, ex quibus ſubſidia Eccleſiaſtica ſolui ſolẽt, exceptis Militibus Hieroſolymitanis, hæc omnia applicantur, ſine præiudicio cultus Diuini, & obtinentium illa, & incorporatio in vacatione non poteſt vllo modo impediri. Item, poſſeſſores ſoluant pro ſe, & pro penſionariis retinendo ſibi ratam. Item, Epiſcopus id exigat cenſuris Eccleſiaſticis, & ſi opus eſt brachio ſæculari, non obſtantibus. Item, ſi ſeminarium dotaretur aliunde, dotem Epiſcopus remittat pro rata in totum, vel in partem ſoluentibus. Item, Epiſcopus cum prædictis Canonicis ſingulis annis accipiat rationem horum redditũum. Item, Archiepiſcopus Epiſcopum negligentem in erectione ſeminarij, illum, & Superiores, & Synodus Prouincialis acriter puniat, & cogat. Item, etiam ad quos ſpectat docere per ſe ipſos ſi non ſint idonei per alios, cum mercede docebunt, quæ Epiſcopus iudicabit expedire. Item, ad ſcholaſtrias non ſumantur, niſi Doctores, vel Magiſtri, vel Licentiati in Theologia, vel Iure Canonico, vel aliæ perſonæ idoneæ, aliter prouiſio ſit nulla, non obſtantibus, &c. Item, ſi ob paupertatem non poteſt in vna Diœceſi, fiat in Prouincia ſeminarium. Item, poſſunt eſſe plura in vna Diœceſi depẽdẽti à principali. Item, difficultatibus, ſi quæ oriantur Epiſcopus cum Canonicis prouideat, *ſeſſ.* 23. *cap.* 18. *de Reformat.* 324

10 Societas I E S V circa profeſſionem, & Nouit s non innouetur, *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de Regul. & Monial.* 486

11 Suffragia ſolita fieri in Eccleſia pro Defunctis curent, vt fiant ritè, piè, & deuotè, & quæ ex fundationibus teſtatorum, vel alia ratione debeantur, non fiant perfunctoriè, ſed à Miniſtris Eccleſiaſticis, vel aliis qui hoc præſtare debent diligenter, & accuratè, *ſeſſ.* 25. *decret. de Purgat.* 451

12 Superiores non poſſunt relaxare, quæ percipiunt ad ſubſtantiam vitæ regularis, *ſeſſ.* 25. *cap.* 1. *de Regul. & Monial.* 455

13 Superioribus, Regularibus, & Epiſcopis præcipitur, vt mandentur executioni quæ ſtatuta ſunt in Concilio Tridentino pro Monaſteriis ſibi ſubiectis, quòd ſi non faciant ſuppleant Capitula, vel Concilia Prouincialia, vel generalia, ſi verò Capitula generalia Regularium id non faciant, ſuppleant Concilia Prouincialia, per deputationem aliorum eiuſdem ordinis, *ſeſſ.* 25. *cap.* 22. *de Reg. & Monial.* 497

14 Superſtitio omnis in inuocatione Sanctorum, veneratione Reliquiarum, & ſacro vſu imaginum tollatur; ſimiliter omnis turpis queſtus tollatur, & omnis laſciuia euitetur, nec pingantur procaci venuſtate, quòd ſi quis dubius abuſus, vel difficilis ſit extirpandus, vel grauis quæſtio oriatur, Epiſcopus expectet ſententiam Metropolitani, & Concilij Prouincialis, ſed nihil nouum, vel hactenus inuſitatum decernant, niſi conſulto priùs Summo Pontifice, *ſeſſ.* 25. *de Inuocat. Vener. & reliq. &c.* 452

15 Suſpendere poteſt Epiſcopus ordinatos ſuos Clericos præſertim in ſacris ſine ſuo præcedenti examine, & commendatitiis litteris, & quacumque auctoritate promotos, licèt tanquam habiles probatos ab ordinante, ſi non idoneos repererit ad adminiſtanda Sacramenta, & diuina officia celebranda, ſuſpendere inquam, ab exercitio Ordinum ad tempus ſibi viſum, & interdicere, ne miniſtrent in Altari, vel aliquo Ordine, *ſeſſ.* 14. *cap.* 3. *de Reform.* 172

Synodus Prouincialis ſaltem quolibet triennio cogatur à Metropolitano, vel eo

impedito ab antiquiori Epiſcopo, in quo conueniant omnes qui de iure, vel conſuetudine debent intereſſe, niſi periculum imminens transfretandi impediat, & Epiſcopus, qui non ſubiicitur alicui Archiepiſcopo, eligat aliquem Metropolitanum cuius Synodo interſit, & eam ob ruare faciat. In reliquis tamen omnibu ſt exemptus, Item, Synodus Diœceſana quotannis celebretur, & interſint etiam Presbyteri, qui alioqnin de erent intereſſe, & Generalibus Capituli on ſubduntur, accedant etiam omnes Curati Parochialibus, & Eccleſiarum ſæcularium, ſub pœnis ſtatutis à Canonibus, *ſeſſ.* 24. *cap.* 2. *de Reformat.* 369

Contenta ſub duplici verbo.

Sacra ſcriptura, v. Prædicent 48.30
Sacramenta, v. Euchariſtia 20.24. & ſeq.
Sacramentum Pœnitentiæ, v. Pœnitentiæ 46.15.19
Sancti, v. Miſſæ 36.11
Scholaſtici, v. Seminarium 57.9
Scriptura ſacra, v. Theologiæ 61. 2
Sæcularis Magiſtratus prohibens excommunicationem, v. excommunicationem 24. 47
Sede vacante, v. Capitulum 5.1
Simonia, v. Prouiſiones 49. 41
Species vini, v. Euchariſtia 26.26
Studiorum cauſa, v. Regulares 51.6
Subreptitiæ, v. Gratiæ 39.3
Suffragia, v. Purgatorium 50
Subdiaconi qualitates, v. Ordinentur 43.22
Suſpendere, v. Nominatum 39.1. v. Poteſtatem 47.24
Superſtitio, v. Dimiſſorias 14. 4
Suſpenſus, v. Interdictus 31.10. & v. Ordinare 40.8
Suſpenſio, v. Teſtis 61. & v. Dimiſſorias 14. 4. & 5
Suſtentare, vel multiplicare, v. Parochos 45. 4
Synodus Prouincialis, v. Officij 40.1

T

1 Teſtes contra Epiſcopum in cauſa criminali, vel principali ad informationem, vel indicia non recipiantur, niſi ſint conteſtes bonæ conuerſationis, exiſtimationis, & famæ, & ſi depoſuerint aliquid odio, temeritate, aut cupiditate grauibus pœnis mulctentur, *ſeſſ.* 13. *cap.* 7. *de Reform.* 132

2 Theologiæ, vel ſacræ Scripturæ deputandi ſtipendium, quodcumque, vel præbenda in Eccleſiis ab Ordinariis locorum, vel ab Epiſcopis, Primatibus, &c. eſt conferendi perſonis idoneis, quæ poſſunt per ſe ipſos ea explicare alioquin prouiſio eſt nulla, *ſeſſ.* 5. *cap.* 1. *de Reformat.* 16

3 Tonſura prima non initietur, niſi priùs confirmatur, & edoctus rudimenta fidei, ſciat legere, & ſcribere, & probabiliter putetur hoc ſumere, vt Deo ſeruiat, & non vt fugiat iudicium ſæculare, *ſeſſ.* 13. *cap.* 4. *de Reformat.* 294

4 Traditiones ad fidem, vel ad mores pertinentes tanquam, vel oretenus à Chriſto, vel dictatæ à Spiritu ſancto, & continua ſucceſſione in Eccleſia Catholica conſeruetur pari effectu pietatis, & reuerentię ſuſcipiendæ, & venerandæ, & libri noui, & veteris Teſtamenti, & qui ſcienter eos contempſerit eſt excommunicatus, *ſeſſ.* 4. *Decret. de Can. ſuip.* 8

Contenta ſub duplici verbo.

Tonſura Clericalis, v. Ordines 41.12
Transferre, v. Eccleſiæ 16.2
Tranſire ad laxiorem religionem, v. Regularis 52.9
Tribulationes, v. ſatisfactio 56.4

V

1 Veſtes Clericales honeſtas conuenientes Ordini, & dignitati congruẽtes ferre debẽt Eccleſiaſticæ perſonæ, etiam exemptæ ſi ſint in ſacris, vel habeant dignitates, perſonatus, officia, aut Beneficia Eccleſiaſtica poſt quam fuerint moniti ab

ab Epiſcopo,etiam per edictum publicum, & ſi eas iuxta or nationem Epiſcopi non deferát, coërceat r ſuſpenſione ab Ordinibus, ab officio, neficio, fructibus,redditibus, prouentibus Beneficiorum, & ſi ſemel concepti denuò delinquant per priuationem officiorum,& beneficiorum debent coërceri,*ſeſſ.14. cap.6. de Reform.* 177

2 Vicarius vacante Eccleſia Curata ſtatim Epiſcopus prouideat aſſignando competentes fructus donec prouideatur de Rectore,*ſeſſ.24.cap.18.de Reformat.* 429

3 Vicarius Epiſcopi abſente Epiſcopo non admittatur ad res deliberandas in Capitulo,*ſeſſ.25.cap.6. de Reform.* 385

4 Virgines ante annum 12. habitum regularem non ſuſcipiant, & poſtea non emittant profeſſionem, niſi priùs Epiſcopus,vel eo impedito, Vicarius,vel alius ab his, & eorum ſumptibus deputatus Virginis voluntatem explorauerint,an coacta, vel ſeducta, an ſciat quid agat, an idonea ſit Monaſterio illo,& Monaſterium ſit idoneum illi, *ſeſſ. 25. cap. 17. de Regul. & Monial.* 489

5 Viſitari, corrigi, & emendari poſſunt Capitulum maiorum Eccleſiarum,& etiam perſonæ ab Epiſcopo ſuo,vel aliis maioribus Prælatis per ſe ipſos, vel alios adiunctos,quibus illis videbitur, iuxta Canones toties, quoties,non obſtantibus ſententiis contrariis, quæ obligant authores, non ſucceſſores,*ſeſſ.6.cap.4.de Reform.* 54

6 Viſitentur ſingulis annis ab Ordinariis locorum, & prouideatur iuris remediis,vt reparentur, & non fraudentur obſequiis debitis, *ſeſſ.7.cap.8. de Reform.* 83

7 Viſitare debet Epiſcopus ſingulis annis omnia Monaſteria commendata, Prioratus, Abbatias, Præpoſituras vbi non viget Regularis obſeruantia(ſi miniſtri Eccleſiarum Regularium ſunt ſæculares) ac etiam Beneficia Curata,& non Curata,ſæcularia,& Regularia, etiam Militum Hieroſolymitanorum, Eccleſiam Curatam viſitent in his, quæ reſpiciunt Curam animarum,& exercitium Sacramentorum per Bullam Pij V. & etiam ſequeſtrari fructus ad reparandam Eccleſiam,vtcumque commendata,etiam exempta, & curet reſtaurari, & vt Cura animarum, ſi qua eſt, & alia diuina obſequia (id eſt, non noua apponenda, ſed antiqua ex conſuetudine,vel in fundatione)iure exerceant non obſtantibus,&c.*ſeſſ.21.cap.8. de Reformat.* 230

8 Viſitent iure Epiſcopi,vt Delegati Hoſpitalia,Collegia quæcumque, & Confraternitates laicorum, quæ Scholæ, vel quocumque nomine vocentur,non tamen quæ ſunt ſub mediata protectione Regum, ſine eo m centia. Item, eleemoſynas, Montis etatis, & Charitatis, & pia loca omnia quocũque nomine vocentur etiamſi Cura pertineat ad laicos, & habeant priuilegia exemptionis,& tandem omnia,quæ ad Dei cultum,ſalutem animarum, pauperes ſubſtentãdos ſunt inſtituta, & viſitent, cognoſcant, exequantur non obſtantibus, *ſeſſ.22.cap.8.de Reformat.* 266

9 Viſitent Patriarchæ,Primates, Metropolitani, & Epiſcopi propriam Diœceſim per ſe, vel ſi legitimè impediti per Viſitatorem ſingulis annis, ſi non poſſunt ob Epiſcopatus latitudinem vno anno, ſaltem maiorem partem, & in biennio totam. Item, Metropolitani non viſitent Eccleſias ſuorum Comprouincialium, niſi cognita cauſa, & probata in Concilio Prouinciali. Item, Archidiaconi, & Diaconi ſoliti viſitare, viſitent per ſe ipſos,aſſumpto Notario de conſenſu Epiſcopi. Item, Viſitator à Capitulo deputandus,vbi Capitulum ius habet, approbetur priùs ab Epiſcopo poteſt tamen Epiſcopus,vel eo impedito eius Vicarius eaſdem Eccleſias viſitare. Item, Archidiaconi,& his inferiores viſitare infrà menſem reddant rationem viſitationis Epiſcopo, & exhibeant depoſitiones veſtium,& integra acta,non obſtantibus,&c. Item, viſitationis finis eſt ſacra doctrina, & boni mores,& fructus Viſitatorum,ideò viſitantes ſint contenti modeſto equitatu, & famulatu, & viſitent quam celeriter,licèt cum debita diligentia, & caueant ne ſint oneroſi alicui inutilibus ſumptibus. Item, neque Viſitator, neque quis ex ſuis cauſa procurationis,viſitationis,quicquam accipiant, etiam teſtamentorum ad pios vſus, nec pecuniam,nec munus, nec quidcumque, qualitercumque oblatum, non obſtantibus, & exceptis victualibus pro ſe, & ſuis frugaliter, & moderatè pro neceſſitate temporis tantùm, & non vltra. Item liberum eſt viſitatis ſoluere conſuetam,& taxatam pecuniam, vel miniſtrare victualia ſaluis ſemper conuentionibus antiquis cum Monaſteriis, & aliis eiis locis, non Parochialibus. Item, vbi non eſt

conſuetudo ſoluere pecuniam, vel victualia, nihil ſoluant. Item, ſi quis in his caſibus aliquid plus accipit, reſtituat duplum intra menſem, ſubiaceat pœnis Concilij Lugdunen. & aliis pœnis arbitrio Synodi Prouincialis ſine ſpe veniæ. Item, Patroni non ſe ingerant in adminiſtratione ſacrorum, vel viſitatione ornamentorum, vel bonorum ſtabilium, vel prouentibus fabricarum, niſi eis hoc competat ex inſtitutione, vel fundatione, ſed Epiſcopi hoc faciant, & redditus fabricæ curent expendi in vſus magis neceſſarios, & vtiles, vt expedire videbuntur, *ſeſſ.24.cap.3. de Reformat.* 374

10 Viſitentur Eccleſiæ ſæculares nullius Diœceſis ab Epiſcopo proximiori, & ſi id non conſtet ab electo ſemel Concilio Prouinciali à Prælato loci illius, & obſeruentur ſtatuta ſub Paulo III. & Pio IV. circa viſitationem Beneficiorum exemptorum, non obſtantibus, *ſeſſ.24. cap.9.de Reformat.* 395

11 Viſitent ex officio Abbates, & Superiores Ordinum Epiſcopis non ſubiecti Monaſteria, etiam commendata, & Prioratus in quæ habent iuriſdictionem,& pro his Monaſteriis, non intelliguntur illa, quæ ſunt, *ſeſſ. 21. cap. 8. de Reformat.* de viſitatione Monaſteriorum Commendatorum. Superiores horum Monaſteriorum tenentur hos Viſitatores recipere, & eorum Viſitationes exequi, & in his Monaſteriis priuilegia, & facultates ſint illæſa, & eorum Superiores obligantur à Capitulis, vel à Viſitatoribus, *ſeſſ. 25. cap. 20. de Reformat.* 558

12 Viſitationis decretum, de quo in *ſeſſ. 6.cap.* 4. ſeruetur etiam quando Epiſcopus ex officio, vel ad petitionem alicuius procedit contra aliquem ex contentis in dicto Decreto, in hoc caſu etiam ſequentia ſunt ſeruanda. Primò, Capitulum in initio cuiuſlibet anni eligat duos ex Capitulo, de quorum Conſilio,& aſſenſu,Epiſcopus,vel eius Vicarius cauſam agat coram ſuo Notario in propria domo, vel conſueto Tribunali. Secundò, vnum ſit vtriuſque votum, licèt alter poſſit Epiſcopo accedere. Tertiò, ſi ambo ſint diſcordes ab Epiſcopo tunc intra ſex dies ſimul cum Epiſcopo eligant tertium, & diſcordantium, in hac electione res deuoluantur ad viciniorem Epiſcopum, & tunc articulus terminetur ſecundùm eam partem cum qua conuenit, aliter omnia ſint irrita. Quartò, in criminalibus incontinentiæ & in actionibus, quæ depoſitionem, vel degradationem requirunt, ſi timetur fuga ne iudicium eludatur poteſt ſolus Epiſcopus in initio procedere ad ſummariam informationem, & neceſſariam detentionem, ſeruato tamen in reliquis ordine præmiſſo, ſed ſemper habeatur ratio, vt delinquentes in loco decenti cuſtodiantur,iuxta qualitatem delicti, & perſonæ, *ſeſſ. 25. cap. 6. de Reformat.* 516

13 Vita hominis non humano, ſed Dei iudicio eſt iudicanda, *ſeſſ.6.cap.16. de fruct. iuſtificat. &c.* 40

14 Vnctio extrema eſt Sacramentum inſtitutum à Chriſto, *Marc.6.* promulgata à D. Iacobo Apoſt. cuius materia per traditionem Apoſtolicam eſt oleum benedictum ab Epiſcopo; Forma ſunt illa verba, Per iſtam vnctionem,&c. Effectus,ſi eſt in peccatis dimitti, alleuiare, & confirmare animam infirmi, excitãdi ſpem miſericordiæ Dei,& fiduciam, qua ſubleuatus facilius ſuffert incommoda infirmitatis, tentationis, &c. Diabolo reſiſtit, & ſanitatem Corporis, ſi Animæ expedierit, conſequatur. Miniſter eſt Epiſcopus, vel Sacerdos ritè ordinatus, & eſt danda perículosè ægrotantibus,id eſt, qui videntur in exitu vitæ, quia vocatur Sacramentum euntium, quòd ſi conualuerint in alio caſu poteſt reiterari, & contemptus huius Sacramenti ſecundùm ritum Romanum, eſt magnum ſcelus, *ſeſſ.14. ſuprà cap.1. de extrem. vnct.* 159

15 Vniantur perpetuò nullo modo Beneficia, ſeu portiones, vel Eccleſiæ vnius Diœceſis cum Beneficio, aut Monaſterio, vel Collegio,vel loco Pio alterius Diœceſis, *ſeſſ.14. cap. 9. de Reformat.* 184

16 Vniones perpetuas Eccleſiarum Parochialium, & baptiſmaliũ,& Beneficiorum Curatorum, & non Curatorum cum Curatis ſine præiudicio tamen obtinẽtium in caſu paupertatis, vel in caſu à iure cõceſſos, poteſt facere Epiſcopus, vt delegatus,& tales vniones non poſſunt reuocari,vel infringi, quocumque modo, non obſtante reſeruatione, vel affectione Eccleſiæ, vel Beneficij, *ſeſſ. 21. cap.5. de Reform.* 222

17 Vniones Beneficiorum à 40. annis citra facta ab Epiſcopo examinentur, ſi inuenerit

uenerit ſubreptionem, vel obreptionem, ſeparentur Beneficia, & aliis conferantur, ſimiliter, & Patronatus acquiſitos in Eccleſiis liberis, vel beneficiis, vel dignitatibus ſine euidenti vtilitate Beneficij, vel Eccleſiæ; reſtituto tamen Patronis eo, quod dederunt, *ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de Reformat.* 527

18 Vniones Beneficiorum debent fieri cum cauſis rationabilibus legitimis verificandi coram Ordinario loci, aliter præſumuntur ſubreptitiæ, & nullæ, niſi aliter à Sede Apoſtolica declaretur, *ſeſſ.* 7. *cap.* 6. *de Reform.* 78

19 Vnitæ Parochiæ ab Ordinario reuideantur, & nullo pacto vniantur cum Monaſteriis Hoſpitalibus, Abbatiis, præbendis Eccleſiæ Cathedralis, &c. non obſtantibus, *ſeſſ.* 24. *cap.* 13. *de Reformat.* 412

20 Vniuerſitates, munificentia Principum inſtituantur, vel reſtaurentur, lectiones Sacræ Scripturæ, *ſeſſ.* 5. *cap.* 1. *de Reformat* 16

21 Vniuerſitatum Gubernatores, Viſitatores, Reformatores curent, vt recipiant Concilium, & Magiſtri doceant, quæ Catholicæ fidei ſunt, & ad id ſingulis annis ſolemni iuramento ſe obligent, *ſeſſ.* 25. *cap.* 2. *de Reformat.* 505

Contenta ſub duplici verbo.

Vagari, v. Religionis 51.2
Vagus celebrans, v. A Miſſæ 37.17
Vagus, v. ordinetur 44. 24. & v. Clericus 8. 16
Vagi, v. Matrimonium 36.7
Veſtitus, v. Dignitates 14.3
Vicarius, v. Capitulum 5.1
Viſitare, v. Beneficia, 4. 9. v. Poteſtatem 47. 24
Viſitationes, v. Regularibus 52.2
Vltima voluntas, v. Commutato 9. 4
Vniuerſitates, v. Epiſcopis 19.20. v. Conſeruatoriæ 12. 44
Vniones, v. Epiſcopatus 17. 6
Vota per electionem, v. Epiſcopi 18.11. 19
Vſurpare, v. Bona 5. 18
Vſus bonorum Monaſterij, v. Regularibus 31.3

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google